Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

JOH. HENR. BISTERFELDII, Naſſovii,
Philoſophiæ in Illuſtri Schola Albenſi Profeſſ.

KW 448 F 42

DE
UNO DEO,
PATRE, FILIO, AC
Spiritu Sancto,
MYSTERIUM PIETATIS,
Contra
JOHANNIS CRELLII, Franci,
DE
UNO DEO PATRE,
LIBROS DUOS,
Breviter defenſum.

FRANEQUERÆ,
Ex Officinâ LEONARDI STRICK, Bibliopolæ. MDCXCV.

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

AD
BIBLIOTHECAM
PRINCIPALEM
ARAVSIO-NASSAVIENSEM
DILLENBVRGICAM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ILLUSTRISSIMO AC LAUDATISSIMO JUVENUM PARI,

Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principis ac Domini,

D. GEORGII RAKOCI,

Principis Tranſylvaniæ, &c.

Filiis Generoſiſſimis,

D. GEORGIO
D. SIGISMUNDO } RAKOCI.

Dominis, ac Patronis meis gratioſiſſimis.

QUòd primus hic ingenii mei, quem publicæ bonorum omnium cenſuræ ſubjicio, fœtus ad veſtrum, Illuſtriſſimi Domini, patrocinium confugit, id non tam veſtro ſingulari erga parentem ſuum favore fretus, quàm veſtro in ſe jure nixus, ſibi faciendum eſſe putavit. Etenim ſi libri in lucem miſſi illis commendandi ſunt, qui ipſorum ſcopum & argumentum cùm accuratè intelligant, tùm ab importunis aut iniquis exagitatoribus tueri & benigniſſimè velint, & ampliſſimè poſſint; vobis ſanè hic primus meus de Rep. Chriſtianâ bene merendi conatus conſecrari non ſolùm rectè

 potuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

potuit, verùm etiam omni jure debuit. Adeò enim in vobis & dexterrima, quam præ manibus habemus, materiæ, licet difficillimæ, intelligentia; & promtiſſima contra quosvis defendendi benevolentia; firma denique quod ſanctè decreviſtis, conſtantiſſimè perficiendi potentia, tria illa hominum de eccleſiâ ac ſcholâ præſidia, concurrunt, ut non modò non majores, ſed ne pares quidem vobis patronos reperire potuerim. Nam quòd ſolidam & ſalutiferam ſummi hujus Myſterii cognitionem attinet, talem tantamque partim eminentiſſimâ ingenii felicitate, partim excellentiſſimâ ſedulitate, divinâ, ut ultrò grati profitemini, pronubâ obſtetriceque gratiâ, conſecuti eſtis, ut in ſolenni veſtrî, quo 15. Auguſti ſuperioris anni Illuſtriſſima aula condecorabatur, examine, divinæ quidem veritati deditos incredibili lætitiâ perfuderitis, omnes verò eidem tum amicos tum inimicos pariter, in ſummam admirationem rapueritis. Clariſſimo enim, & ut Muſis ob inſignem eruditionem, ita vobis ob fideliſſimam inſtitutionem chariſſimo D. Tereſturio vos ſtrenuè trium horarum, & ampliùs, ſpatio exercente atque urgente, plura quàm quadringenta ſacrarum Pandectarum dicta ad unguem, & quod caput rei eſt, appoſitiſſimè, memoriterque recitatis; univerſam Bellarmini molem giganteam enervaſtis; tandemque præcipuos illorum arietes, qui ipſam Divinitatis arcem, nimirum ſacrum illum perſonarum Ternarium, vano auſu oppugnant, proſtraviſtis. In quo quidem publico ac illuſtri ſtudiorum morumque ſpecimine, modeſtiâ, vocis ſuavitate, memoriæque felicitate, auditorum omnium; acumine, profeſſorum ac Doctorum; ſolidâ pietate, paſtorum; magnanimitate, nobilium; omnigenâ denique dexteritate Sereniſſimorum Dominorum Parentum præclaram exſpectationem ita ſuperâſtis, ut auditores, quos non ut otioſos ſpectatores, ſed ut rigidos cenſores invitaveratis, nec vobis, nec Parentibus, nec Patriæ univerſæ, nec hi ſibi ſatis gratulari potuerint. Quæ florentiſſima virtutum, ſummæque erga divinam

vinam veritatem obſervantiæ germana, non tantùm in labiis nata, ſed animis veſtris penitus infixa eſſe poſtridie ejus diei ſanctiſſimâ ad ſacram cœnam acceſſione comprobaſtis: quo ipſo ſolemni ſacramento vos obſtrinxiſtis, vos fortunas, vitamque veſtram, pro ejus Imperatoris gloriâ, cujus præmiorum immenſitatem, vivacemque mortis efficaciam guſtabatis, alacriter impenſuros. Cui quidem documento etſi nihil amplius accedere poſſe videretur; acceſſit tamen nobiliſſimus actus, quo tu, fortiſſime GEORGI, 15. Octobr. Scholæ valedicens durum militæ imperium ſubiiſti: tu verò, ingenioſiſſime SIGISMUNDE, fauſtâ, Palladeque digniſſimâ acclamatione, fratrem, non ita diu poſt, nec inauſpicato ſecuturus, dimiſiſti: ubi veſtrum erga literas & literatos favorem, vividum erga Eccleſiam ac Remp. ardorem, ita expreſſiſtis, ut vix dignoſci potuerit, num ægrius à Muſarum theatris avelleremini, an generoſius ad Martis caſtra tenderetis. Verùm cum tot tantoſque cùm veſtri in literis, ſacris præſertim, profectus, tum ſummi erga Eccleſiam & Scholam ſtudii teſtes atque præcones habeatis, forſan homo ſollicitus, præſentiſque, quo univerſus orbis conflagrat, incendii haud ignarus, de viribus veſtris dubitabit. Ac profectò in ea incidimus tempora, ut ſi unquam vel hoſtes furere, vel pii athletæ ſuccumbere, vel Deus ſuorum obliviſci ſeque ab iis ſubducere viſus ſit, jam fermè de ſacra veritate actum ac conclamatum eſſe videatur. Omnium enim illorum, qui Propheticorum oraculorum abſtruſas ſemitas paulo profundiùs ſcrutantur, conſenſu conſtat, nos eâ tempeſtate jactari, in quâ Deus univerſi orbis incolas exquiſitiſſimè probare decrevit, ut qui extrema quæque pro Chriſto pati recuſaverit, is rectiùs cautiùſque ſtatim ſub initium bonæ cauſæ vadimonium deſerat, quàm innumeris tandem calamitatibus fractus, turpi deſertione ſibimet, piis commilitonibus, Summoque Imperatori illudat. Sed minimè vobis deſunt inſignia felicitatis indicia

& pignora, atque invicta contra quoſcunque hoſtes præſidia. Sive enim immortale avi nomen, ſive ſplendidiſſima celſiſſimorum parentum decora, ſive bonorum omnium ſpes & vota, vobis ob oculos ponatis, hæc omnia & ſingula vos animo imperterrito eſſe jubent. Laudatiſſimus ſiquidem avus incredibili magnitudine animi, & haud fucatâ, ſed operosâ pietate omnium Pannonum animos ſibi ita devinxit, tamque altas radices ſumma ipſius in Rempub. merita apud eos, qui patriæ avitæque libertatis propugnatores dici merentur, egerunt, ut ſuam, patriæque ſalutem cum Rakociorum felicitate conjunctiſſimam eſſe prudentiſſimè judicent. At Parentum laudes quis ſatis admirari, ſatisque deprædicare ac celebrare poſſit? ſive geminas utriuſque, ſive ſingulorum ſingulas intueri vellet. Viget in utroque temperantiæ ac caſtitatis idea: ſplendet in utroque magnanimæ humanitatis ſpeculum; conſtantiſſimæ denique pietatis officina in utroque fervet quàm maximè; utque perſpicaciſſima Patris prudentia, ſagaciſſima ejus vigilantia, invicta animi fortitudo, auguſta res gerendi dexteritas atque felicitas hoſtibus terrorem incutit, ſic teſtatiſſima Matris in rebus gerendis induſtria ac conſtantia bonorum amorem accendit atque inflammat. Nam ut uno verbo quod res eſt dicam: Non minùs ſummarum virtutum facibus, quàm imperii faſcibus omnes ſuæ gentis homines antecellunt. Magna hæc ſunt, veſtra hæc ſunt, fateor, & quidem tanta, ut omnium heroicarum virtutum & ſemina, & ſpecimina ex ſola veſtrâ familiâ petere queatis; attamen ut in tantâ rerum omnium, quæ orbi imminet, perturbatione non modò imperterrito, ſed invicto etiam animo eſſe queatis; & majora, & vobis magis propria, nempe quæ nullis inſidiis vel machinis à vobis divelli poſſint, requiruntur. Quæ quidem pulcherrimæ dotes vobis præſtò ſunt, divina indoles, ſincera pietas, ſeque indies magis magiſque exſerens heroica virtus; quarum nitidiſſimis radiis ita omnium oculos perſtringitis, ut vos firmiſſima nutantis

patriæ columina agnoſcant; vos gentis Hungaricæ haud fictitios apotropæos, qui tam civilis quam ſpiritualis libertatis naufragium aliquando ſint impedituri, venerentur; vos denique germanos & avitæ & paternæ tam felicitatis quàm virtutis hæredes exoſculentur. In quo præclariſſimo virtutum ſtadio, ſi, ut cœpiſtis, ſtrenuè pergatis; ac ſaluberrimum Dei exercitum, noſtrique Servatoris conſilium, quo primò regnum Dei quærendum, cæteraque omnia tanquam corollaria exſpectanda eſſe docet, irretortis oculis reſpiciatis; totóque vitæ curſu exprimatis: certo certius vos & lætiſſimus de omnibus hoſtibus triumphus, & pretioſiſſima tam præſentis quàm futuræ beatitudinis corona manebit. Quare, gratioſiſſimi Domini, jam clariſſimè cernitis, non meam audaciam, ſed illuſtriſſimam veſtram virtutem me compuliſſe, ut huic meo ſcripto nominis veſtri celebritatem ac gloriam præmitterem: ſicque dignitate veſtrâ laboris mei tenuitatem compenſarem. Ipſum quidem, de quo diſputatur, myſterium, tantæ eſt utilitatis ac ſublimitatis, ut profundæ in naturâ ſpeculationis clavis & unica ſalutis radix ac baſis meritò audiat: ſine quâ vel ſolidè philoſophari (quamvis plæriſque ſecus videatur) vel cum fructu Scripturam meditari nemini liceat: cùm univerſum naturæ regnum nihil ſit aliud quàm obſcurior primigenii hujus myſterii adumbratio; regnum verò gratiæ viva ejus expreſſio. Verum tanta eſt ejus difficultas, tanta adverſariorum vehementia, tanta denique ingenii, ſtudiorumque meorum tenuitas, ut nec rem pro merito tractare potuerim, nec adverſarii, qui paucis abhinc annis ipſorum anteſignanus celebrabatur, ſubtilitatem, nec reſponſionum mearum perſpicuitatem, pictis orationis illecebris obſcurare voluerim. Itaque ſupplex peto, ut ſtrenam jure jam antè veſtram, ab homine vobis deditiſſimo, boni ominis gratiâ, ſubmiſsè oblatam clementer admittatis: eodemque vultu ac favore, quo Sereniſſimus veſter parens, Dominus noſter clementiſſimus, viri celeberrimi

rimi D. Alſtedii, mei ut neceſſitudine ita & beneficiis honoratiſſimi parentis, Prodromum religionis triumphantis, vos hunc pediſſequum excipiatis ac proſequamini. Ego, quam diu vixero, ardentiſſimis precibus à ſummo illo imperiorum promo condo atque ſtatore contendam, ut & Sereniſſimos Dominos parentes, & vos, & univerſam Pannoniam per vos tanquam oculi ſui pupillam ſervatos omnigenâ felicitate cumulet atque coronet. Albæ Juliæ, Kalendis Januariis, 1638.

Illuſtriſſimarum veſtrarum Magnificentiarum
omni cultu ac obſequio

Obſervantiſſimus ſervus,

Joh. Henricus Bisterfeldius.

Joh.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

IO. HENR. BISTERFELDIUS
Philoſophiæ Profeſſor,
CHRISTIANO LECTORI
Salutem.

VT candidum de hoc noſtro labore judicium ferre poſſis, Chriſtiane lector, haud præter rem fore exiſtimavimus, ſi conſilii noſtri rationes, ſcribendique occaſionem tibi paucis exponeremus. Iohannes Crellius, vir cùm ob præclaram eruditionem, tùm ob ſingularem humanitatem atque induſtriam, apud ſuos celeberrimus, Iohannis Volkelii de verâ Religione libros edidit, iiſque librum de Deo præfixit. In quo quidem opere univerſæ ſuæ ſuorumque, qui Sociniani audiunt, doctrinæ ſummam videntur eſſe complexi. Verum cum doctrinam de naturâ Dei & præcipuum Chriſtianæ religionis caput, & primarium cæterarum controverſiarum fontem haud immeritò judicaret, librum de uno Deo Patre à reliquis ſejunctum, non ita longè poſt ſubjunxit. Atque cum prior ille de vera religione ad Reverendi ac Clariſſimi viri, D. Iohannis Henrici Alſtedii, ſoceri mei venerandi, manus perveniſſet, cum magnorum virorum ſuaſu, tum teſtatiſſimo ſuo de Eccleſiâ bene merendi ſtudio impulſus, plenam ejus refutationem feliciter aggreſſus, feliciter abſolvit. Interea temporis de uno Deo Patre liber à Ioachimo Stegmanno, Crellii amico conjunctiſſimo, Claudiopoli, ubi etiam obiit, ad nos transmiſſus fuit. Quem cùm diligenter percurriſſem, animadverti in

IOHANNES CRELLIUS
Eccleſiæ Racovianæ Miniſter,
CHRISTIANO LECTORI
Salutem.

EDidimus non ita pridem, Chriſtiane lector, librum de Deo & ejus attributis, quem *Iohannis Volkelii* de Vera Religione libris præfiximus. In eo cùm de Unitate Dei ageremus, res videbatur poſtulare, ut ad unitatis iſtius rationem penitùs explicandum oſtenderemus, Deum ſummum non eſſentiâ tantùm, ſed & perſonâ unum eſſe, nec quenquam eſſe alium, quàm Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et cœperamus quidem pluribus id argumentis demonſtrare, argumentaque illa adverſus vulgares aut aliquantò ſpecioſiores exceptiones munire. Verùm cùm opus nobis, ut ibi diximus, ſub manu creſceret, hanc tractationem à reliquo opere ſejungendam putavimus. Etenim partim argumentorum copia, quæ ultrò ſe nobis ex ſacris literis offerebant, ſcripti noſtri molem augebat; partim illud, quod nollemus quicquam eorum ſcientes prudentes præterire, quod ad argumentorum noſtrorum vim labefactandam, aliquid momenti habere credi poſſet. Nam cùm ob hanc inprimis de uno Deo Patre ſententiam, licèt plurimis ac clariſſimis ſacrarum literarum

** terarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

terarum teſtimoniis nixam, acerbiſſimis omnium odiis & inſectationibus ſimus expoſiti; operæ pretium videbatur oſtendere, quanta nobis hac in parte fieret injuria. quámque adeò in ſe ipſum injurius eſſet Chriſtianus orbis, qui hanc divinæ veritatis partem tam contumaciter repudiaret: præſertim cùm tam varius, tamque inſignis hujus doctrinæ in ſacra Theologia totaque religione Chriſtiana ſit uſus, quemadmodum ſub finem horum librorum, Deo adjuvante, docebimus. Tantò autem hunc laborem putavi magis eſſe neceſſarium, quòd viderem, noſtros homines, cùm ab adverſariis, hoſtili ferè animo ac calamo, aſſiduè oppugnarentur, in eo potiſſimùm fuiſſe occupatos, ut illorum rationes refellerent, ſuas autem ferè breviter tantùm, aut hinc inde ſparſim, ſcriptis ſuis inſeruiſſe; cùm reſpondentium potiùs, ut diximus, partes, quàm argumentantium ſuſtinerent. Etſi enim viri quidam in Eccleſia noſtra ſummi, argumentantium qnoque in hac controverſia munus in ſe ſuſcipere aliquando cœperunt: aliis tamen ſcribendi laboribus avocati, hunc è manibus deponere fuêre coacti. Quare non niſi initium ejus, quod in hunc finem moliebantur, operis nobis reliquerunt, quod ante annos complures publico dedimus. Optandum quidem vehementer fuerat, viros tantos, ab ingenio rerumque divi-

divi-

in eo pleraque, ſi non omnia adverſariorum contra Socroſanctum Trinitatis Myſterium argumenta ita eſſe congeſta, ut illo refutato, magna ad Eccleſias noſtras, præſertim Tranſylvanicas, utilitas redundatura eſſet. In primis cùm ipſi adverſarii haud obſcurè præ ſe ferrent, atque quidam ex ipſorum Magnatibus mihi in familiari colloquio non ſemel objicerent, librum hunc eſſe prorſus invictum, nullâque ratione refutari poſſe; utpote qui omnibus noſtrorum hominum reſponſionibus abunde ſatisfecerit. In quo errore pleroſque etiam in Polonia ipſis addictos verſari, à viris fidedignis accepi. Quamvis autem me & juvenem, & Philoſophicæ profeſſioni deſtinatum, neque tanto libro, neque tanto auctori, ſiquidem Theologo veterano, parem agnoſcerem; attamen ne vel meæ conſcientiæ, vel ſtudioſorum fidei noſtræ commiſſorum profectui deeſſe viderer, denuò ipſum evolvi, fonteſque ſolutionum ad marginem breviſſimè annotavi. Idque non eo fine, ut publici juris has meas animadverſiones facerem, ſed ut ulteriores actoris exceptiones, mearumque ſolutionum ſoliditatem familiaribus literis ad ipſum in Poloniam datis explorarem. Ad hoc enim me invitaverat erudita ejus humanitas; quòd ſemel atque iterum, rarioribus quibuſdam tractatibus dono etiam miſſis, humaniſſimis literis nos ſalutaſſet. Verum dum hoc ago, ipſum fato functum eſſe intelligo: itaque hoc meo conſilio ſuperſedi, horaſque ſucciſivas, (alias enim ut impenderem, varia negotia mihi invidebant) aliis planè ſtudiis conſecravi. Sed aliquot annis poſt, cum noſtrorum ſilentium adverſario-

rum

rum perſuaſionem, & quidem auctore defuncto, augeret, ac Clariſſimus meus ſocer plenam Volkelii refutationem ob varia incommoda in compendium, quod Prodromi *nomine, brevi, Deo dante, lucem aſpiciet, redigere cogeretur, denuò animum ſumſi; & notas quaſdam in chartam conjeci. Verùm has quoque frequens rumor, quòd Clariſſimi in aliis Provinciis, in Boruſſiâ præſertim ac Belgio, Theologi illum librum jam confutaſſent, repreſſit. Itaque aliorum potiùs laboribus me oblectare, quàm meis juvenilibus ſcriptis lectorum animos turbare decrevi. At verò cum nec illius libri refutationem in publicum prodire conſpicerem, nec magnum aliquem virum eam meditari, quamvis diligenter, quoad in tanto locorum intervallo fieri poteſt, ex variis ſciſcitarer, cognoſcere poſſem, ante ſesquiannum rem ſeriò aggreſſus, huic, quem vides, labori finem ante decem menſes impoſui. Ab eo autem tempore ipſum partim ob bellicos tumultus, eoſque graviſſimos, partim ob varia negotia, eaque ab hujusmodi ſtudiorum genere ſatis aliena, nec emendare, nec amplificare potui. Nunc quoque temporis anguſtiâ excluſus, hunc quaſi immaturum fœtum protrudere debui; cujus partui ut eo æquior ſis, humaniſſime lector, præcipua excuſationis noſtræ momenta haud gravatim quæſo intelligas. Quæ nobis objici poſſe videntur, ea ad duo capita revocantur; vel enim perſonam noſtram, adeoque ſcriptorem; vel laborem noſtrum, adeoque ſcriptum ipſum, concernunt. Atque quod primum attinet, dubio procul haud deerunt, qui nos temeritatis inſimulent, quod nos &* divinarum ſcientiâ nobis longè inſtructiores, opus hoc potiùs abſolviſſe, quàm nobis perficiendum reliquiſſe: ſed quia id ab illis factum non eſt, non erat committendum, ut nunquam abſolveretur. Poteramus autem tantò laborem hunc audaciùs aggredi, quòd evidens ſententiæ veritas, & rationum firmiſſimarum è ſacris literis ſponte ſubnaſcentium multitudo, ingenii noſtri tenuitatem ſublevaret; quodque cerneremus, ſententiam ipſam per tot annos, à tot tamque acutis adverſariis, nullo non armorum machinarumque genere fruſtra fuiſſe oppugnatam. Itaque animum à cauſæ bonitate ſumſimus. Spem ſanè in Deo ac Chriſto habemus, fore ut ii, qui veritatis cognoſcendæ ſtudio tenentur, ubi argumenta noſtra expenderint, veritatem ejus, quam tuemur, ſententiæ cernant; quin etiam ii, quorum animos ita præconceptæ opiniones occuparunt atque obſederunt, ut veritati locum apud ſe dari nolint, animadvertant tamen, ſi legere noſtra ſuſtinuerint, non levibus nos rationibus à ſententia, quæ à tot ſeculis in orbe Chriſtiano recepta fuit, dimotos; & ſi quid in illis ſupereſt æquitatis ac humanitatis, tanto nos odio proſequi eo nomine deſinant. Quamquam enim nos, divino freti auxilio, nihil non perpeti veritatis cauſsâ parati ſumus; aliorum tamen eſſet, non modò ab odii acerbitate ſibi temperare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſed etiam commiſeratione tangi eorum, quos in gravem quidem errorem incidiſſe putarent, ſed non levi tamen momento in eum impulſos intelligerent. Hominis namque Chriſtiani non eſt, imò ne hominis quidem, eum, quem judicio lapſum eſſe, utut in re gravi, exiſtimes, non modò humanitate non erigere ac ſublevare, verùm etiam acerbitate magis impellere ac præcipitare. Sed quicquid illi tandem facturi ſint; Deo tamen confidimus, non effecturos, ut nos ſententiæ, quam profitemur, unquam pœniteat. Interim te, Chriſtiane lector, per veritatis, perque tuæ ſalutis amorem obteſtamur, ut ea, quæ ſcribimus, expendas, atque ad verbi divini normam exigas. Nihil poſtulamus, quod jam antè à te non requiſierit Apoſtolus, cùm *omnia probare, &, quod bonum eſt, tenere* juſſit. Spernere hæc, ac ſusque deque habere, ſalva pietate non potes. Nam ut cætera abeſſent, ſuo loco commemoranda; gloria divina hic agitur, cujus pars minima rebus humanis, etiam maximis, major eſt, in quibus tamen quantum ſtudii omnes, & tu fortaſſis ipſe ponas, vide. Excuſari poſſit in alio harum rerum ignoratio, quia facultas fortè cognoſcendi, ac porrò contemtus abfuit: in te excuſari non poteſt apud eum judicem, qui, ne ampliùs ignores, occaſionem meliora cognoſcendi offert, efficitque ut ſine contemtu neſcire ea non poſſis.

& ab ingenii acumine, & ab eruditionis auctoritate imparati, & à neceſſario ad tantam rem conficiendam tempore deſtituti, adverſarium celeberrimum aggredi auſi ſimus. Cui accuſationi quod præter ingenuam tenuitatis noſtræ confeſſionem, modeſtamque deprecationem opponamus, non habemus. Attamen bona conſcientia teſtari poſſumus, quod non inſanus ſcribendi pruritus, ſed Chriſtianus erga Dei gloriam, ac Eccleſiæ emolumentum zelus ad ſcribendum nos impulerit; quodque nos non noſtri, ſed optimæ cauſæ fiducia animarit; nimiaque auctoris de confeſſionis ſuæ veritate perſuaſio provocarit. Neque revera hic noſter labor Chriſtianæ cauſæ obeſſe poteſt. Nam ſi infeliciter rem tentavimus, non eſt quòd ideo adverſarii Eccleſiis noſtris inſultent, cùm noſtrum in Theologia tyrocinium accuratiſſimo ſummorum virorum judicio præjudicare nec debeat, nec poſſit. Si verò divina Chriſti ope ac gratiâ, aliquid locis difficillimis his controverſiis intulimus, diſcant adverſarii, tantum abeſſe, ut hæc ipſorum argumenta ſint invicta, ut etiam à minimo Orthodoxæ Eccleſiæ membro ſophiſticæ falſitatis convinci queant; noſtri vero homines macti ſint animo, noſtrarumque reſponſionum rudimenta abſolutiſſimis ſuis meditationibus expoliant atque perficiant. Quare, ut confidimus ab hominibus æquis facile veniam impetrabimus, modò ea quæ ſcripto objici poſſunt, diluamus. Tria potiſſimum ſunt, quæ forſan nonnullos offendent, ſtyli aſperitas, opinionum quarundam novitas, multisque in locis obſcura brevitas. Aſperitatem ſtyli minimè negamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mus. Nam & noſtram in dicendo infantiam ultrò agnoſcimus: & illorum opinioni ſubſcribimus, qui in diſputando potiorem rerum quàm verborum rationem habendam eſſe cenſent; denique temporis anguſtiâ, graviſſimâque diverſiſſimorum negotiorum mole adeò fuimus oppreſſi, ut vix ac ne vix quidem ſententias inter ſe aptè connectere potuerimus. Neque reſponſionum vigorem verborum nitore enervare, aut ſaluberrimæ doctrinæ ſimplicitatem conquiſitis ſtyli phaleris obſcurare voluimus. Gravior eſt illa de quarundam reſponſionum novitate objectio. Hodierno enim tempore apud multos ea opinio invaluit, nihil ſolidum, nihil accuratum, nihil non periculoſum eſſe, niſi quod vel veterum Patrum, vel magnorum Theologorum conſenſu ſtabiliatur: unde plurimi non tam ſuas Meditationes proponere, quàm aliorum reſponſiones congerere conſueverunt. A quorum ſententia nos graviſſimis de cauſis nonnihil ſeceſſimus. Quamvis enim Patrum auctoritas magni fieri debeat, omnibus tamen & ſacrarum literarum, & conſcientiæ ſuæ ſtudioſis conſtare poteſt, ipſorum auctoritatem non niſi humanam eſſe; neque ipſorum judicio in tam fundamentali articulo, homini de ſuâ ſalute ſollicito, ſtandum eſſe. Quo accedit, quòd adverſarii eos tanquam adverſam partem apertè aggrediantur: adeóque ipſorum auctoritatibus ſine ullo fructu oppugnentur. Exacerbantur potiùs quàm erudiantur, ſi ipſorum teſtimoniis obruantur. Itaque nos legibus ab auctore in præfatione propoſitis, ac ab ipſismet Apoſtolis præſcriptis obſecuti, omnia ad ſacrarum literarum

poſſis. Non patitur ſe divina veritas impunè ſperni. Noſti illud Servatoris [a]: *Cui multum datum eſt, ab eo multum repetetur; & apud quem multum eſt depoſitum, ab eo ampliùs repoſcetur.* A te plus exiget Dominus, quàm ab aliis, cui majorem, quàm aliis non paucis, veritatis cognoſcendæ facultatem largitur. Cavendum tibi eſt, ne juſtiſſimus ille judex, in hac cauſa te injuſtum deprehendat judicem, qui cùm accuſatores noſtros, conviciis ſæpe magis, quàm rationibus nos oppugnantes, ubivis audias, nec audire nolis, cùm nos noſtraque modeſtè defendimus. Quòd ſi etiam cauſam noſtram damnare audeas, & non modò cœlo nos proſcriptos, ſed & terris fortè omnibus proſcribendos ſtatuas; cogita, inauditos tanquàm innocentes damnari. Neque verò tibi ſuffecerit, examinandi laborem in alios ita rejeciſſe, ut illorum judicium ſine tuo ſequaris, Cogita, tibimet ipſi rationem de te reddendam eſſe. Tibi, tibi, inquam, pro ingenii ac facultatis modo probanda ſunt omnia, &, quod bonum eſt, tenendum. Quòd ſi aliis omnia commiſeris, vide etiam atque etiam, ne hominibus aut negligentibus, aut eruditionis ac ſcientiæ opinione tumentibus, aut humanæ auctoritati ac præconceptæ opinioni penitùs addictis, aut alioqui pertinacibus accedere neſciis, aut quietis potiùs ac ſecuritatis ſuæ, quàm ſalutis, ſive ſuæ, ſive alie-

[a] Luc. 12. 48.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

næ animantibus, aut meticuloſis, ac, quod ſentiunt, dicere non audentibus, te tuamq́ue ſalutem commiſeris: uno verbo, ne cæcus ſequutus cæcos duces, unà cum eis in foveam cadas. Ne cogites, pii ſunt illi ac veritatis admodùm amantes, quos ſequor. Nam de eo nunc quicquam dicam, quòd hanc de aliis opinionem, eorum ſæpe mores ac facta refutent; multæ ſunt vitiorum latebræ, & occulti pectoris humani receſſus. Deo tantùm ac Chriſto patent. Itaque magis ſæpe verendum eſt, ne dum de aliena pietate ad eum modum judicas, erres, quàm dum de dogmate agitur, de quo judicium tibi ſumere fortè non audes. Neque verò eſt, quòd dicas, ſubtiliora ſunt iſta, nec pro captu meo. Nam ſi ſententiam ipſam, de quâ hîc diſputatur, ſpectes, quid eâ ſimplicius? quid Apoſtolico, quod vocant, ſymbolo pueris etiam noto, continet ſublimius? Deus nempe illum unum alium non eſſe, quàm Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Si argumenta ſpectes, quæ ex ſacris literis depromſimus; ea per ſe plana ſunt ac facilia; adeò quidem, ut eorum vim declinare alia ratione non poſſint adverſarii, quàm ut à verborum ſimplicitate tum ipſi deflectant, tum nos abducere conentur. Quin & ea argumenta, quæ ab ipſa ratione petivimus, ſi pauca excipias, quæ eruditorum cauſâ adjecimus, ita ſunt clara, ut vis potiùs rationi atque intel-

terarum ſtateram expendimus; omnia probavimus, quod bonum fuit, retinuimus, ac potiorem noſtræ conſcientiæ & ſalutis, quàm humanæ auctoritatis rationem habere conati ſumus. Quod verò nonnunquam novas quorundam dictorum interpretationes adferamus, neque id viri docti juxta ac pii nobis vitio vertent, ſi quid eas nobis perſuaſerit, candidè perpendant. Etenim ut ſincerè meditationum noſtrarum fontes aperiamus, in id unicè incumbimus, ut tàm noſtram quàm aliorum conſcientias in divini verbi infallibilitate fundemus. Itaque omnium hominum ſententiis, quaſi ad tempus ſepoſitis, adverſariorum opiniones quas ſincere ex ipſorummet ſcriptis cognoſcimus, tantùm cum Sacrâ Scripturâ in originalibus linguis comparamus, easque Logicæ beneficio adjuti, vel, ſi quid ſolidi habeant, probamus, vel, ut plærumque fit, conſtantiſſimè damnamus. Ex quâ exercitatione tantam, Dei gratiâ, fiduciam concepimus, ut nihil nos vel adverſariorum induſtria, eruditio, & acumen; vel noſtra tenuitas; vel ipſamet rerum difficultas terreat, ſed ea quæ aliis, ac nonnunquam nobis, ſolutu difficillima videbantur, reverâ infirma, ſæpius etiam futilia, deprehenderimus: Dici enim non poteſt quanta lux homini pio oboriatur, ſi Philoſophiæ fundamentis frugaliter cognitis ex ſola, ſola, inquam, Scripturâ ſapere aſſueſcat, ac dies noctesque Vetus Teſtamentum cum Novo conferat, reque ipſa experiatur, quòd Novum in Veteri lateat, Vetus verò Teſtamentum in Novo pateat. Itaque cum his veſtigiis inſiſtentes in novas quasdam cogitationes inciderimus, omnino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mnino ſperamus, viros graves hanc noſtram libertatem non juvenili audaciæ, ſed ſalutis ac veritatis ſtudioſæ conſcientiæ adſcripturos eſſe; præſertim cùm non dubitemus, multas explicationes, quæ nobis novæ videntur, ab aliis jam dudum inventas fuiſſe, tantùm quod nobis non innotuerint; cumque cuilibet veritatis ſtudioſo patere queat, noſtras interpretationes plerumque longè efficacius, imò quaſi è diametro adverſariorum erroribus adverſari. Quod ſi ita ſe res habeat, tantùm abeſt ut nobis illas (modo aliquid ſolidi contineant) arrogemus, ut potiùs nobis de aliorum conſenſu ex animo gratulaturi ſimus. Nihil profectò apud Chriſtianos tanquam novum traduci debet, quod ex perfectiſſimis Sacræ Scripturæ, ac rectæ rationis exemplaribus eſt deſumtum, & ab his duobus antiquiſſimis luminaribus, tanquam Sole & luna, derivatum. Reſtat ut obſcuram brevitatem, quæ alicubi ſe effert, excuſemus. Atque brevitas quidem hinc potiſſimum profecta eſt, quòd hunc noſtrum librum tanquam Prodromi, cujus ſupra mentionem facimus, pediſſequum haberi velimus; quodque aliud opus, quod Myſterium pietatis oſtenſum *vocamus, ſub manibus habeamus; in quo orthodoxa de ſacro-ſancta Trinitate ſententia & fuſiſſime demonſtratur, & pleniſſimè noſtra argumenta ab adverſariorum, inprimis Enjedini ac Socini exceptionibus, vindicantur. Vnde hunc præſentem librum cum illo, tanquam manum ſiniſtram cum dextra, ſuo tempore, ab ingenioſo lectore conjungi optimus. Neque tanta erat obſcuritas, quin à lectore induſtrio, nec Philoſophiæ ac Scri-*intellectui ſit facienda, ne eorum vim penitus admittat, quàm animus intendendus, ut ea percipiat. Quòd ſi quid fortè occurrerit in defenſione argumentorum ex ſacris literis petitorum, quod homini artis diſputandi imperito poſſit videri ſubtilius; id ab eo præteriri poterit. Cætera enim, quæ ab unoquoque intelligi facilè poſſunt, illi ad ſententiam de hac cauſa ferendam ſuffectura confidimus. Quamquam nos totum hoc ſcriptionis genus ita temperavimus, ut ab homine mediocriter in literis verſato intelligi poſſint omnia, etiam ea, quæ in ſecundo libro hinc inde ex Philoſophia, ac receptis ſcholarum ſententiis petivimus. Nec nobis revera imputandum eſt, ſi quid interdum à nobis dicatur, quòd à rudioribus ſubtile dici queat; ſed adverſariis, qui, ut diximus, à ſimplicitate tum verborum divini Spiritus, tum ſententiarum, quas ratio etiam indoctis dictat, abducunt, ac diſtinctionum ſubtilitate, planiſſima, quæ pro ſententia noſtra producimus, argumenta eludere conantur. Quare amicè monemus & oramus omnes, ad quorum manus hoc ſcriptum noſtrum pervenerit, ut dicta noſtra diligenter ad divinorum oraculorum ſtateram appendant atque examinent, néve conſcientiæ ſuæ, cùm veritatem deprehendent, vim faciant & vel ei reluctantes, vel perpetuo eam ſilentio prementes, ſuam aliorumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rumque ſervitutem alant; ſed alios partim ad veriorem ſententiam, partim ad moderatiora conſilia flectere ſtudeant, & quantum in ſe eſt, efficiant, ut omnes ad veritatem de rebus ſacris liberè inquirendam animum erigere, & ad lucem illius oculos attollere audeant; atque ita in univerſo terrarum orbe, animi, oris, ac vitæ pietate colatur Deus unus, Pater, ex quo omnia, & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum.

AMEN.

Scripturæ prorſus imperito cum fructu legi ac intelligi queant. Non pertraxit nos ad profundiores quaſdam contemplationes ingenii oſtentandi ambitio, ſed partim Myſterii ſublimitas, partim adverſarii curioſitas. Licet enim divina Myſteria à ſolo rationis lumine diſcenda eſſe minimè credamus, attamen ſalutare gratiæ lumen ab eo non oppugnari aut obſcurari, ſed confirmari ac illuſtrari firmiter ſtatuimus, accuratéque tenemus.

Iam itaque omnes & ſingulos lectores obnixè rogamus, ut ſcriptum hoc à ſincero divinæ gloriæ, atque eccleſiæ ſtudio profectum æquis animis excipere, dextriſque judiciis cenſere dignentur. Neque enim hoc opus tanquam perfectum omnibusque numeris abſolutum, ſed tanquam futurorum noſtrorum laborum pignus, votique, quo vitam noſtram periculoſiorum errorum refutationi deſtinavimus, teſtem in lucem emittimus. Adverſarios autem oramus atque hortamur, ut ſi præter ſpem opinionemque noſtram aliquos errores in eo deprehenderint, illos non Orthodoxæ ſententiæ, ſed noſtræ inſcitiæ imputent: ſicque hæc noſtra examinare ſatagant, nos non hoſtili animo ac calamo, ſed mente ac manu eruditis Chriſtianiſque hominibus dignis aggrediantur; atque ita & modeſtiæ noſtræ, cui hac vice litavimus, pari humanitate reſpondeant: & illam ipſam ſibi in futuris diſputationibus de nobis ſemper pollicere queant. Nullo ſane ipſorum odio abrepti, hæc meditati fuimus: ſed Chriſtiana commiſeratione tacti, id unice operam damus, ut velamen conſcientiis ipſorum impoſitum magis magis magiſque tollatur: utque nobiſcum omnes retecta facie gloriam Domini Ieſu Chriſti, quaſi in ſpeculo intuentes, in eandem imaginem ex gloria in gloriam, ſicut à Domini Spiritu, ac univerſæ Scripturæ nucleo, transformentur: ac Deum Iſraelis ſupplices veneramur, ut omnes res conditas, & quæ in cælo ſunt, & quæ in terra & ſub terra & in mari, & quæ in eis ſunt omnia audiamus dicentes: Ei qui inſidet throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur in ſecula ſeculorum. AMEN. *Albæ Iuliæ in Tranſylvania,* $\frac{10}{1}$ *Auguſti.* 1637.

SYNOP-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

SYNOPSIS,

In quâ præcipui ſolutionum fontes breviter attinguntur.

I.

QUicquid in hâc vitâ certò ſcimus, illud aut naturæ, aut gratiæ lumine cognoſcimus. Lumen naturæ eſt, quo Deus homini naturali modo aliquid patefacit. Hoc ſub ſe complectitur lumen rectæ rationis, & ſenſuum. Lumen gratiæ eſt, quo Deus modo naturæ vires ſuperante, homini aliquid patefacit.

2. Hæc duo lumina non ſunt oppoſita, ſed diverſa; nec coordinata, ſed ſubordinata. Nam lumen gratiæ corrigit, erigit, dirigit, ac perficit lumen naturæ. Hinc etſi lumen gratiæ multa doceat de quibus tacet lumen naturæ, nihil tamen docet quod lumen naturæ neget. Unde quod falſum eſt juxta unum, eſt quoque falſum juxta alterum; ſed non protinus quod tanquam verum probat lumen gratiæ, idem etiam probare poteſt lumen naturæ. Sicut id quod repugnat ſenſui, repugnat etiam intellectui; licet non omnia quæ cognoſcit intellectus, percipiat ſenſus.

3. Lumen naturæ quà integrum aut correctum, nunquam repugnat lumini gratiæ; ſed quà corruptum, vehementer repugnat. Attamen ipſummet lumen naturæ ſuâ ſponte fatetur, quòd multa ipſi ſint incomprehenſibilia, inprimis ea quæ naturam Dei concernunt. Itaque in iis modeſtè ſe corrigit, ſeque lumini gratiæ ulteriùs docendum ſubmittit.

4. Hinc verus ejus uſus in eo conſiſtit, ut à perfectionibus creaturarum tanquam à minori, progrediatur ad divinas perfectiones tanquam ad majus; utque removendo aliquas imperfectiones à creaturis, eas omnimodè removeat à Deo, Abuſus verò ejus eſt longè maximus, ſi Deus & creaturæ pro paribus habeantur: ſique vel pares perfectiones, vel pares imperfectiones Deo & creaturis attribuantur. Atque hanc fallaciam ſemper committunt adverſarii, dum à rebus creatis ad divinas contra nos argumentantur.

5. Luminis gratiæ abſolutiſſimum ſpeculum ac compendium, eſt Sacra Scriptura. Ea enim res ad ſalutem neceſſarias, & perfectiſſimè & congruentiſſimè tradit: ita ut ſe & rerum naturæ, & fidelium captui, & œcono-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

miæ ſalutis, cujus tres ſunt quaſi periodi ac gradus, accuratiſſimè accommodet. Unde non tam ſcholaſticè ac ſubtiliter quàm populariter ac utiliter; non omnia in loco uno, ſed in locis variis; non tam argumentis à priori, quàm à poſteriori, effectis ſcilicet & adjunctis; non tam theoreticè quam practicè, divina myſteria proponit. Qui diviniſſimus docendi modus firmiſſimis his principiis innititur. Eſſentia & ſubſiſtentia eſt proportionalis proprietatibus & operationibus ſuis; & viciſſim, proprietates & operationes ſunt proportionales eſſentiæ ac ſubſiſtentiæ.

6. Unde unica ſacrarum literarum clavis eſt *collatio*, quâ nimirum homo pius ac rectæ rationis capax univerſos libros biblicos, tam V. quàm N. T. pro uno habet ſyſtemate, ita ut ſingula cùm ſingulis conferendo, eorumque ſenſum inveſtigando, tam ea quæ firmis conſequentiis inde deducuntur, quàm ea quæ diſertis verbis proponuntur, firmiſſimè credat. Imò & ipſum Scripturæ ſilentium ſæpiſſimè eſt μυστηριῶδες. Itaque qui doctrinas, etiam variis conſequentiis inde deductas reiiciunt, eo ipſo Chriſti & Apoſtolorum doctrinas repudiant. Eſt autem vetus Teſtamentum inſtar ſeminis, novum verò inſtar arboris ex illo ſemine nati, ita ut hoc in illo lateat, illud in hoc pateat.

7. Illæ igitur voces ac phraſes, in divinis myſteriis vel uſurpandæ vel admittendæ ſunt, quæ vel expreſsè in ſacris literis occurrunt, vel in ipſarum verbis fundantur, iisque æquipollent. Nimirum ruminanda ac premenda ſunt verba ſcripturæ, ipſorumque ſuccus, ſenſus ſcilicet piæ meditationis ſolidæque ratiocinationis quaſi torculari exprimendus, tumque verbis ob adverſariorum importunitatem neceſſariis enunciandus.

8. Sacræ autem literæ tam V. quam N. inſtrumenti, partim diſertis verbis, partim vi ſenſus, qui diſcurſu eruitur, docent, quòd ſummus ille & æternus Deus ſit eſſentiâ unicus ac ſingulariſſimus, ſed perſonis trinus: nimirum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, id eſt, Iehovah Elohim. Deut. 6.4. Neque enim de hoc myſterio, ut ſibi perſuadent adverſarii, tacent, vel unquam tacuerunt, ſed illud ferè ubique rectâ ratione utenti, ſalutemque ſuam ſitienti, ingenioſiſſimè inculcant. Nam modus docendi Scripturæ & perſonis differentibus, adeòque proponentibus ac præcipientibus, & rebus differendis, adeòque ipſarum tum naturæ, tum ſtatui, & ipſis diſſertationis circumſtantiis, loco nimirum & tempori, exactiſſimè congruit.

9. In Deo igitur eſt & unitas, & multitudo perfectiſſima. Unitas ratione eſſentiæ, multitudo ratione ſubſiſtentiæ, adeòque ſumma & convenien-

venientia, & differentia, id eſt prima & perfectiſſima oppoſitio relativa. Quæ quidem ſumma convenientia & differentia, omnis in univerſa natura, & harmoniæ & diverſitatis eſt radix. Neque ullum Ens tam abſolutum eſſe poteſt, quin intimus atque tranſcendentalis reſpectus in eo locum habeat; nimirum ſi ſubſtantia ſit ſubſtantialis, ſi accidens accidentalis. Ejuſmodi quippe habitudo in eſſentiali cujuſque entis perfectione imbibitur.

10. Quod una res ſingulariſſima ac prorſus indiviſibilis, rebus reverâ diverſis poſſit eſſe communis, id recta quoque ratio agnoſcit; ſecus nec vera Dei æternitas, nec immenſitas, nec indiviſibilis Spiritûs cum diviſibilibus unio, adeoque nec univerſa natura ſuſtineri poteſt; verùm quod una res, id eſt, eſſentia tribus rebus, id eſt, perſonis ſeu ſubſiſtentiis identicè ſit communis, id eſt privilegium infinitæ naturæ proprium. Hoc enim myſterium competit infinitæ eſſentiæ, vi ſuæ enimentiæ ſeu perfectionis; ſcilicet quatenus infinita eſt.

11. Nec hoc myſterium repugnat communi illi axiomati rectè intellecto: *Quæ uni tertio ſunt eadem, ea quoque inter ſe ſunt eadem.* Etenim hoc principium ſic debet intelligi; *Quæ uni tertio ſunt eadem, ea quoque inter ſe ſunt eadem*, nimirum, *prout illi tertio eadem ſunt.* Ergo, ſi extrema ſint eadem uni tertio adæquatè ſeu reciprocè, id eſt, omnimodo, ſunt quoque omnimodo eadem inter ſe; at ſi tantum ſint eadem illi tertio inadæquatè, non reciprocè, id eſt aliquomodo, etiam aliquomodo tantum ſunt eadem inter ſe. Atque ſic ſe res habet in noſtro myſterio. Nam licet ſingulæ perſonæ ſint idem cum eſſentiâ, non tamen adæquatè & reciprocè ſunt idem: e. g. Etſi quicquid eſt Pater ſit eſſentia divina, attamen non quicquid eſt eſſentia divina id eſt Pater. Applicemus igitur commune principium. *Quicquid non reciprocè eſt idem cum eſſentia divina, illud quoque non eſt reciprocè idem cum eo, quod non eſt reciprocè idem cum eſſentiâ.* Atqui Pater non eſt reciprocè idem cum eſſentia divina, nec eſſentia divina eſt reciprocè idem cum Filio; Ergo, nec Pater eſt reciprocè idem cum Filio. Sic itaque tres hæ perſonæ ſunt unus & idem ratione eſſentiæ, ſed non ſunt unus & idem ratione ſubſiſtentiæ.

12. Atque hinc haud obſcurè patet, quàm inepti ſint adverſariorum Syllogiſmi expoſitorii, quibus perſonas vel confundere, vel à supremâ Deitate excludere conantur. Etenim cum divina eſſentia re ipſa pluribus ſit conſtitutivè communicabilis, licet ſit natura ſingulariſſima, in prædicatione tamen de iis perſonis ſe habebit ad modum univerſalis; ac per conſequens in Syllogiſmo non poteſt eſſe terminus medius, niſi vel uni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

verſaliter, vel propriè enuncietur. Nam ſi ſimpliciter ponatur, efficiet propoſitionem æquipollentem particulari indefinitæ. Unde omnes illi Syllogiſmi vel quoad materiam, vel quoad formam ſunt Sophiſtici. Quoad materiam dupliciter: Nam terminis illis, *Deus ille unus, aut eſſentia divina*, vel additur circumſcriptio quæ propoſitionem reddat quidem univerſalem, ſed falſam; ut: *Quicunque eſt Deus ille unus, is eſt Pater*; vel additur talis reſtrictio, quæ propoſitionem reddat ſingularem, ſed aſſumtionem falſam: ut, *Deus ille unus, quatenus generat, eſt Pater. At filius eſt Deus ille unus, quatenus generat*. Hæc, inquam, aſſumptio falſa eſt. Si autem ejuſmodi circumſcriptiones vel reſtrictiones omittantur, forma eſt inepta. Nam ut non licet argumentari; *Homo eſt Petrus*; *Homo eſt Paulus*; Ergo, *Paulus eſt Petrus*; ſic non licebit inferre; *Vnus ille Deus eſt Pater*; *Vnus ille Deus eſt Filius*; Ergo, *Filius eſt Pater*. Iterum ut malè concluditur, *Animal eſt Paulus, Petrus non eſt Paulus*; Ergo, *Petrus non eſt animal:* ſic quoque malè diſputatur; *Deus ille unus eſt Pater*; *Filius non eſt Pater*; Ergo, *Filius non eſt Deus ille unus*.

13. Neque ulla contradictio vera hinc oritur. Etſi enim fieri non poſſit, ut unum eodem modo ſit trinum, quo unum eſt; attamen nihil repugnat ut id quod eſt unum uno modo, ſcilicet ratione eſſentiæ, ſit quoque trinum alio modo, ſcilicet ratione ſubſiſtentiæ. Et ſic in Deo eſt unica Subſtantia, ſi ſubſtantia accipatur pro eſſentia; itemque ſunt tres ſubſtantiæ, ſi ſubſtantia ſumatur pro ſubſiſtentia ſuppoſitali.

14. Nec ideo Deus ille unus eſt Ens per accidens unum, ſed manet Ens ſimpliciſſimum ac perfectiſſimum; quia tres ille perſonæ ſunt tres actus ſubſtantiales puriſſimi, intimè inter ſe correlati atque coordinati, ita ut unam eandemque eſſentiam infinitam adæquatè terminent, nec una ſine alterâ, nec eſſentia ſine illis eſſe queat. Itaque hic ordo eſt maximè per ſe unus. Et quemadmodum non repugnat, ut unum idemque punctum aeris, diverſis luminibus inter ſe inconfuſis ac ſuaviſſime convenientibus, uno eodemque tempore veluti actuetur; ſic multò minus repugnat, ut una eademque eſſentia tribus inconfuſis, intiméque inter ſe connexis ſubſiſtentiis, intimè modificetur ac terminetur.

15. Præterea quia communio & communicabilitas fluit ex unione, & non communio & incommunicabilitas fluit ex diſtinctione, neceſſariò ſequitur, quod hæ tres perſonæ, ſint & maximè communicabiles, & maxime incommunicabiles inter ſe. Maxima erit inter eas immeatio & communicatio, reſpectu eſſentiæ, eſſentialium proprietatum & operationum: Maxima verò incommunicabilitas inter eas erit, reſpectu ſubſiſtentiæ, proprietatum ac operationum perſonalium.

16. Inſuper,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

16. Inſuper, cum multitudo hæc ſit perfectiſſima ac ſummè harmonica, neceſſe eſt, ut quàm perfectiſſimè ad unitatem revocetur. Omnis quippe multitudo ordinata fundatur in unitate. Perfectiſſimè autem revocari nequit ad unitatem, niſi perſona aliqua ſit improducta & producens, aliqua producta & producens, aliqua denique producta ſed non producens. Cumque producens neceſſariò diſtinguatur à producto, ſequitur, quòd eſſentia nec producat nec producatur, licet per productionem communicetur, ſed ſolum producantur quædam perſonæ. Unde malè argumentantur adverſarii, ab eſſentiæ communicatione, vel etiam à productione perſonarum, ad productionem eſſentiæ.

17. Tantum autem abeſt ut productio divinæ perfectioni repugnet, ut potius infinita ejus eminentia eam neceſſariò requirat. Etenim cùm in Deo ſit infinita potentia activa ſeu productivitas, neceſſum eſt, ut in ipſo quoque ſit infinita productio, & infinitum productum; ſecus infinita illa potentia activa nunquam haberet vel actum vel terminum adæquatum: quod prorſus eſt inconveniens; cum omnis potentia activa ſit propter actum ſuum adæquatum: jam verò nulla vel creatura, vel creaturarum collectio poteſt eſſe productum reverâ infinitum; ſiquidem ſolus Deus ſit verè infinitus: ergo neceſſe eſt, ut productum illud infinitum ſit Deus, & quidem idem Deus qui eſt producens, cum Deus ille qui eſt infinitus, ſit eſſentiâ unicus. Porrò cum producens & productus ſint unus & idem Deus, neceſſe eſt ut hæc productio ſit actus immanens, non tranſiens, neque enim Deus poteſt eſſe extra ſuam eſſentiam: cumque ex divina eminentiâ hæc productio reſultet, oportet ut ejus naturæ ſit congruentiſſima. At divina natura eſt prædita intellectu & voluntate, quæ ſunt operationum immanentium principia, ergo neceſſe eſt ut productio illa ſit & per modum intellectus, & per modum voluntatis, adeoque ſaltem duæ ſint productiones, & quidem ita inter ſe ordinatæ, ut perſona producta per modum intellectus, unà cum prima producat perſonam quæ producitur per modum voluntatis; ſecus multitudo hæc nec divinæ naturæ congrueret, nec ad perfectiſſimam unitatem revocari poſſet.

18. Unde nec numero infinitæ, nec plures quam duæ perſonæ productæ eſſe poſſunt. Etenim cùm omnis productio neceſſariò ſit vel per modum intellectus, vel per modum voluntatis, & quælibet perſona producta ſit infinitæ perfectionis, fieri nullâ ratione poteſt ut in eodem relationis genere multiplicetur. Nam ſi plures filii per modum intellectus produci poſſent, primus filius nec adæquatus eſſet productionis terminus, nec infinitam Filii perfectionem in ſe haberet. Similiter ſi plures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritus Sancti produci poſſent per modum voluntatis, primus Spiritus Sanctus nec adæquatus eſſet ſecundæ productionis terminus, nec infinitam Spiritus Sancti perfectionem in ſe haberet.

19. Quamvis autem hæ tres perſonæ ſint reverâ inter ſe diſtinctæ, non tamen una eſt perfectior alterâ. Nam duplex eſt perfectio in rerum naturâ: alia eſt ſimpliciter ſimplex, ſeu abſoluta; alia eſt in ſuo genere talis ſeu relativa. Perfectio ſimpliciter ſimplex, eſt, quæ nec imperfectionem, nec oppoſitionem cum aliâ vel æquali vel majori perfectione includit, ſed talis eſt ut ſemper melius ſit eam adeſſe quam abeſſe. Tales ſunt omnes perfectiones divinæ naturæ eſſentiales, verb. gr. æternitas, omnipotentia. Perfectio in ſuo genere, eſt, quæ aliquid includit quominus cuilibet enti convenire queat. Ea eſt duplex; vel enim includit oppoſitionem cum aliâ perfectione, eâque æquali, vel majori, vel includit aliquam imperfectionem. Tales ſunt perfectiones divinæ perſonales; non quod aliquam vel imperfectionem includant, vel majorem perfectionem excludant, ſed quod alii perfectioni prorſus æquali relative opponantur. Unde patet æqualis trium perſonarum perfectio. Nam eſſentiales perfectiones omnibus ſunt communes, perſonales verò ſingulis quidem ſunt propriæ, ſed una æquipollet alteri. Etenim tantæ perfectionis eſt eſſe Filium aut Spiritum Sanctum, quantæ perfectionis eſt eſſe Patrem,

20. Neque enim Perſona producens præſtat productæ, vel communicans illi cui communicatur, quandoquidem divina hæc productio fluit ex infinita perfectione, nec eſt contingens, ſed prorſus neceſſaria, ita ut nec divina eſſentia, nec perſona prima & tantùm producens ſine perſonis productis eſſe queat. At impoſſibile eſt ut ens infinite perfectum, non poſſit eſſe ſine ente non infinitè perfecto, ergo & productiones illæ, & ipſæmet perſonæ productæ ſunt infinitè perfectæ.

21. Hinc etiam hæ productiones ſimpliciter ſunt æternæ, & prorſus indiviſibiles, ita ut nec durationis initium, nec medium, nec finem habeant. Æternitas enim nullas partes habere poteſt: nam ſi partibus conſtaret, non eſſet duratio infinita; quippe quod infinitum ex finitis componi nequeat, omnis autem pars finita ſit. Quam infinitatem ut mens noſtra aliquantulum exprimat, non malè triplici temporis differentia utitur, dum dicit, quod divinæ illæ perſonæ ab æterno ſint productæ, & adhuc producantur, & in æternum ſint producendæ, ſicut rectè dicit, quod Deus & ab æterno perfectiſſimè vixerit, & adhuc vivat, & in æternum victurus ſit. Sed ineptè hinc adverſarii inferunt divinarum iſtarum productio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ductionum ſucceſſionem vel ceſſationem. Craſſa enim committitur fallacia, cum ex imperfecto & inadæquato mentis humanæ conceptu, rerum infinitarum & incomprehenſibilium imperfectio infertur.

22. Etſi verò hoc infinitæ eſſentiæ myſterium intellectui creato ſit incomprehenſibile, ita ut ejus modum perfectæ cognoſcere nequeat, attamen non repugnat rectæ rationi, ut licet intellectus & voluntas in Deo ſint planè unum & idem, tamen alia ſit productio quæ fit per modum intellectus, alia quæ fit per modum voluntatis. Etenim niſi ratio concedat, quod ens ſimpliciſſimum tantæ ſit eminentiæ, ut poſſit producere plura, neque Ens ſimpliciter primum, neque omni modo & gradu ſimplex in rerum natura eſſe poterit. Quare nomina & epitheta Filii, & Spiritus Sancti, quæ ipſis Scriptura tribuit, diligenter ſunt meditanda, ipſorumque beneficio mentis noſtræ imbecillitas ſublevanda.

23. Sed & ipſorum operationes accuratè ſunt perpendendæ. Nam modi operandi exactè reſpondent modis ſubſiſtendi, & utriſque pleclare conveniunt modi loquendi Scripturæ. Quare cum hæ tres perſonæ eandem habeant eſſentiam, omnes ipſorum operationes ad extra erunt communes ratione eſſentialis virtutis: cùm verò ſubſiſtentiis diſtinguantur, & inſeparabiliter eandem rem cooperabuntur, & certæ operationes tum propter agendi ordinem, tum propter diverſam terminationem ſeu proximam habitudinem ſingulis ſpecialiter tribuentur. Sic in actionibus Patri adſcribitur inchoatio, Filio continuatio; Spiritui Sancto conſummatio. Cujus ordinis veſtigia ubique occurrunt, clariora quidem in regno gratiæ, obſcuriora verò in regno naturæ.

24. Ut igitur adverſarii ex æquali perſonarum cooperatione earum confuſionem, ſic ex diverſo operandi ordine, diverſaque terminatione earundem ſeparationem ac eſſentialem diſtinctionem male colligunt. Sic non ſequitur, *Pater eſt cauſa aſſumtionis naturæ humanæ æquè ac Filius, Ergo æque eſt incarnatus ac Filius*. Ratio inconſequentiæ eſt diverſa habitudo. Nam Filius non ſolùm eſt cauſa efficiens incarnationis, verùm etiam ſe habet inſtar termini, ſubjecti, objecti, &, ratione naturæ aſſumtæ, inſtar formæ intime perficientis, qui reſpectus nec Patri, nec Spiritui Sancto competunt.

25. Atque hinc nominum & attributorum varietas oritur. Nam quæ ipſis in Scriptura tribuuntur aut ſunt eſſentialia, adeòque communia, aut ſunt perſonalia, eaque propria. Et perſonalia quidem attributa vel ſunt naturalia, quæ ipſis vi ſubſiſtentiæ neceſſario competunt: vel œconomica, quæ ipſis vi officii liberè conveniunt. Poſteriora autem non tollunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſed præſupponunt priora; ideoque ab adverſariis imperitè jam confunduntur, jam à ſe invicem divelluntur. Nam Chriſti, & Spiritus ſancti officia eorum ſupremam Deitatem non evertunt, ſed evincunt.

26. His breviter præmiſſis, jam propria quædam ſolutionum fundamenta addemus; quorum alia ſunt generaliora, quæ & argumentis de Filio & de Spiritui Sancto opponi poſſunt; alia ſpecialiora, quæ vel objectionibus de Filio, vel de Spiritu Sancto peculiariter ſunt applicanda. Non fuerit autem præter rem, ſi judicioſus lector, præcipuas adverſariorum objectiones ad fallacias Logicas revocet; ita enim illarum fraus facilius deprehendetur.

17. Obſervetur itaque primò, quod adverſarius haud rarò fallaciam Thematis committat, dum quædam dicta Scriptura allegat, quæ non agunt de perſonâ illâ, de quâ ille putat agi, ſed vel de perſonâ alia, vel etiam de re. Sic 1. Tim. 2. 5. Iud. 4. Dan. 7. 9. non agitur de Patre, ſed de Filio. Sic plurima dicta accumulat, quæ non immediatè agunt de Spiritûs Sancti perſonâ, ſed de ipſius virtute, operatione, vel donis.

28. Deinde notetur, quòd adverſarius frequentiſſimè committat fallacias tum topicas, ratione locorum inventionis, tum criticas, ratione diſpoſitionis; inprimis vero axiomaticas. Fallaciæ Topicæ ſunt vel verbales, vel reales. Verbales ſunt vel ratione vocum ſingularum, ubi fallacia ambiguitatis; vel ratione conjunctarum phraſium, ubi fallacia amphiboliæ occurrit.

39. Fallaciam ambiguitatis inprimis committit in nominibus divinis, dum ſignificationem propriam, communem & eſſentialem confundit, cum impropriâ, ſynecdochicâ, & perſonali. Nam voces, *Iehovah*, *Deus*, *Adonai*, &c. vel ſumuntur propriè & communiter; & ſic nunquam vel Filius, vel Spiritus Sanctus diſtinguitur à Iehovah, Deo, aut Adonai; vel ſumuntur impropriè & ſpecialiter, & ſic ſæpius ponuntur pro ſolo Patre, adeòque Filius, & Spiritus Sanctus ab eo diſtinguuntur. Ineptè autem argumentatur à ſignificatione vocis reſtrictæ, ad communis ſignificationis excluſionem. Sic enim ipſe Pater à ſuprema Deitate multis in locis eſſet excludendus: ut Pſalm. 45. 7. Rom. 9. 5. Reſtringuntur autem illæ voces, vel explicitè, vel implicitè, ratione contextus & ſubjectæ materiæ.

30. Sæpe quoque incidit in fallaciam amphiboliæ, dum phraſes Scripturæ non ex ipſius ſcopo, contextu, & ſtylo, ſed ex uſu aliorum auctorum & ex proprio cerebro interpretatur, ſicque alieniſſimos ſenſus ipſis affingit. Sic abſurde explicat, *non à ſe ipſo loqui, audire ab aliquo, mitti à*

Patre,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patre, non quærere gloriam ſuam, non venire à ſe ipſo, Spiritu Sancto potionari, baptizari, &c. Hæc enim omnia non imperfectionem ab eo, qui Deus eſt, alienam, ſed perfectionem eo, qui Deus eſt, dignam ſignificant, & intimam divinarum perſonarum unionem ac communionem exprimunt.

31. Præterea modos communicandi, dandi ſcilicet & accipiendi, ſatis craſſe confundit. Nam acceptio alia eſt æterna & ſimpliciter neceſſaria, alia contingens ſive libera & temporanea. Et hæc vel eſt externæ relationis, aut manifeſtationis, vel internæ perfectionis. Acceptio æterna Deitatem non tollit, ſed neceſſariò ponit, acceptio autem temporalis certæ relationis aut manifeſtationis, eam præſupponit, acceptio verò internæ perfectionis quamvis divinæ naturæ competere nequeat, poteſt tamen competere perſonæ quæ ex divinâ & humanâ naturâ conſtat.

32. Sed in fallaciis axiomaticis eſt moleſtiſſimus. Nam diverſa propoſitionum genera mirificè confundit, eorumque confuſionem tanquam certiſſimam baſin ad ravim uſque inculcat. Quare diligentiſſimè notetur primò, quòd propoſitiones affirmatæ, negatæ, limitantes, excluſivæ, & exceptivæ ſint tales vel ſimpliciter, quæ omni modo juxta naturam ſuam aliquid enunciant, vel ſecundum quid, quæ non omni modo aliquid juxta naturam ſuam enuntiant. Secundò quòd propoſitiones ſecundùm quid aliquid enunciantes ſint tales vel ratione verborum & ſenſûs, quæ protinus cognoſcuntur, vel tantum ratione ſenſus, quæ vel ex contextu, vel ex re ipſa, vel ex collatione cum aliis tales eſſe deprehenduntur. Quo obſervato plurimæ adverſarii inſtantiæ uno ictu proſternuntur. Nam ferme ubique hac falſiſſimâ hypotheſi nititur: Ubicunque diſerte non eſt addita vox aliqua limitans aut reſtringens, ibi quoque nulla eſt ſubintelligenda limitatio aut reſtrictio.

33. Quare nos nunquam dicimus, quòd ſimpliciter de aliquo ſubjecto poſſit negari quod de ipſo ſimpliciter rectè affirmatur, aut quòd id ſimpliciter de aliquo poſſit affirmari quod ſimpliciter de eo rectè negatur: ſed hoc dicimus, quòd id quod ſecundùm quid (ſive id fiat expreſſe, vi verborum, ſive implicitè, vi ſenſus) de aliquo affirmatur, ſecundùm quid de eodem rectè negari poſſit, ita nimirum ut leges oppoſitionis non ſerventur, ſed diverſi illi enuntiandi modi vel diverſas partes, vel diverſos reſpectus, vel diverſos unius ejuſdemque Subjecti ſtatus & attributa reſpiciant. Idem judicium eſto de identitate & conſenſione, quæ affirmationis, itemque diſtinctione & diſſenſione, quæ negationis radix eſt. Nam licet ea quæ & ratione verborum & ratione ſenſûs ſimpliciter à ſe invicem diſtinguuntur, ſimpliciter non poſſint eſſe eadem, attamen

ea quæ certo modò à ſe invicem diſtinguuntur, certo quoque modo eadem eſſe poſſunt.

34. Vbi præterea ſciendum, aliam eſſe vim propoſitionum affirmatarum, aliam negatarum, has nimirum eſſe vehementiores, & plerumque removere fortius quàm illæ aſſerant. Præterea aliud eſſe aliquid negari de aliquo, aliud id de eodem diſertè non dici. Non itaque ſequitur, rectè dico, *Chriſtus eſt mortuus*; ſcilicet ſecundum naturam humanam, ergo etiam rectè dico, *Chriſtus non eſt mortuus*; ſcilicet, ſecundum naturam divinam: vel recte dico,. *Filius Dei eſt æternus*, ſcilicet ſecundum naturam divinam; ergo etiam rectè dico, *Filius Dei non eſt æternus*, ſcil. ſecundum naturam humanam. Cujus inconſequentiæ rationem reddunt logici, cùm negationem dicunt eſſe naturæ malignantis. Item nulla eſt conſequentia: *Hic Pater dicitur Deus, non Spiritus Sanctus, ergo negatur Filium, negatur Spiritum Sanctum eſſe Deum.*

35. Atque hæc generalis doctrina inprimis eſt applicanda propoſitionibus excluſivis, & de iis duo accuratè tenenda. Primum eſt, quod propoſitiones excluſivæ ſint tales vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. Et excluſivæ ſecundùm quid, ſint tales vel ratione verborum & ſenſus, vel tantùm ratione ſenſus. Nam graviter errant adverſarii, cùm propoſitionem excluſivam ſecundum quid, habent pro excluſivâ ſimpliciter; nec tacitam excluſionis limitationem ex contextu aliisve argumentis obſervant. Sæpius enim excluſiva primâ fronte videtur eſſe talis ſimpliciter, cùm tamen vel certam ſubjecti partem, vel reſpectum, vel ſtatum aut attributum, vel aliqua horum ſimul tacitè reſpiciat.

36. Deinde probè probéque perpendendum eſt, quod *propoſitio excluſiva non excludat incluſa*, ſcilicet neceſſaria antecedentia connexa, vel conſequentia. Secus eſſet abſurda. Hoc autem in omni diſciplinarum genere, maximè verò in hoc Myſterio locum invenit, quia hæ perſonæ licet inter ſe ſint diſtinctæ, attamen maximè quoque ſunt inter ſe unæ & conjunctæ; neque una ſine altera vel eſſe, vel cognoſci poteſt. Itaque ubi particula *ſolus*, & ſimiles uni perſonæ tribuuntur, ibi vel ad prædicatum pertinent, non verò ad ſubjectum; vel reliquas perſonas tacitè includunt, nullâtenus verò excludunt. Niſi hæc regula quam formulæ Hebraicæ V. T. ſcitè, ut aliàs docebimus, indicant, concedatur, omninò ex multis Scripturæ locis ſequeretur, ſolum Chriſtum eſſe Deum ſummum. Nam Iud. 4. Eſai. 45, 5, 6. & alibi ſolus Chriſtus immediatè intelligitur. Repetendum quoque eſt ex ſuperioribus, quòd longe aliud ſit ſolum ſapientem Deum poni pro Patre, aliud enunciari quòd ſolus Pater

ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſit ſapiens. Sic 1 Tim 1. 17. ſolus Chriſtus intelligitur, ut & ex univerſæ Scripturæ, & hujus epiſtolæ harmoniâ facilè demonſtrari poteſt. Nam, ut alia taceam, nunquam Pater in Scriptura dicitur βασιλεὺς τῶν αἰώνων.

37. His adde quòd particulæ excluſivæ vel pertineant ad ſubjectum, vel ad prædicatum; & prædicatum illud ad quod pertinent ſit vel adæquatum & reciprocum, vel inadæquatum & communius ipſó ſubjecto: in quo caſu non protinus excluduntur alia ſubjecta, ſed tantùm aliena. Item quòd particula *unus*, & ſimiles, accipiatur abſolutè & excluſivè, vel relatè & comparativè, ita ut ponatur pro *idem*, vel denique metonymicè, ita ut ponatur pro *uniens*.

Atque hæc generaliora fundamenta hâc vice ſufficiant; ſequuntur ſpecialiora; & quidem primò de Filio, tum de Spiritu Sancto.

38. Sacræ literæ docent, quòd naturalis & æternus Dei Filius, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula Rom. 9.5. certo tempore naturam humanam in utero virginis Mariæ aſſumſerit: ſibique perſonaliter univerit; ita ut cùm anteà divinam tantùm naturam habuerit, poſt illam aſſumtionem jam ex duabus naturis, divinâ ſcil. & humanâ, conſtet, idque ideo ut eſſet verus Immanuel, tum ratione naturæ, tum ratione officiorum & beneficiorum, ſicque veri ac perfecti Mediatoris, id eſt, ſummi Prophetæ, ſummi Sacerdotis, & ſummi Regis officio, partim in ſtatu exinanitionis, partim exaltationis ad electorum ſuorum ſalutem, & ad totius Trinitatis glorificationem, fungi poſſet. Neque enim natura divina & natura humuna, neque perſona divina & natura humana, ſed perſona divina, & perſona humana, ſunt diſparata. Nam diſparatio, quæ convenit ſubſtantiis, eſt non unibilitas earum intrinſeca, quæ fundatur vel in repugnantiâ eſſentiarum, vel in repugnantiâ ſubſiſtentiarnm. Priori modo non ſunt diſparata, poſteriori ſunt, ſed ſuppoſitalitas eſt modus re ipſa à ſubſtantiâ creatâ ſeparabilis, eamque nunquam habuit humana Chriſti natura.

39. Itaque varia in ipſo accuratiſſimè ſunt diſtinguenda, nimirum natura divina ab humana; tum conſideranda eſt & eſſentia, & ſubſiſtentia ipſius divina, & utraque cum ante aſſumtionem, tum poſt aſſumtionem naturæ humanæ, & quidem vel quoad attributa naturalia, vel quoad attributa œconomica ſeu officialia, denique partim in ſtatu exinanitionis, partim exaltationis, & hæc omnia aliquando ſigillatim, aliquando conjunctim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

40. Etenim cùm in omni accuratâ diſſertatione attributa ſeu prædicata ſemper ſint proportionalia ſubjectis, oportet ut ejus attributa ſint maximè varia, cùm in ipſo & variæ naturæ, & varii ſtatus, & varii reſpectus, varia denique officia concurrant.

41. Poſſunt autem hæc attributa vel abſoluè conſiderari, ratione ſignificationis: vel relatè ratione prædicationis. Priori modo ſic videntur diſtingui, quòd alia ſint ſimplicia ſeu pura, alia compoſita ſeu mixta. Pura denotant vel perfectionem, vel inculpatam aliquam imperfectionem, utramque vel naturalem, vel officialem. Compoſita ſeu mixta pro diverſo reſpectu dicunt & perfectionem, & imperfectionem tali tantæque perſonæ convenientem. Sic ſæpe unum idemque Chriſti attributum & coordinationem cum Patre, & ſubordinationem reſpectu ejuſdem ſuaviſſimè exprimit.

42. Attributa Chriſti ratione prædicationis conſiderantur vel ratione ſubjecti Cui, vel ratione modi, quo ſubjecto attribuuntur. Ratione ſubjecti cui tribuuntur notandum eſt, quòd attributa totius ei competant, vel quâ totum eſt, ut, *Homo conſtat corpore & anima,* vel ratione certæ partis, ut, *Homo intelligit: Homo palpatur,* quæ partes ſunt proxima iſtorum attributorum principia. Similiter & partibus quædam conveniunt quæ communicant toti, ut, *Anima intelligit*, quædam quæ non communicant toti, ut, *Anima eſt inviſibilis, Spiritualis.* Sic igitur Chriſto, qui eſt totum, alia competunt quà totum eſt, ſcil. Immanuel, alia quâ divinam, alia quâ humanam naturam habet. Iterum alia ipſi competunt ante aſſumtionem, quâ eſt perſona tantùm divinam naturam habens: alia quâtenus eſt perſona duabus naturis conſtans. Nam licet perſona tantùm divina aſſumſerit naturam humanam, manſit tamen perſona, quia non ſuſtentatur & perficitur à natuaâ humanâ, ſed eam ſuſtentat & perficit.

43. Modum quod attinet quo attributa ſubjecto attribuuntur, is varius eſt, nimirum abſolutus, vel limitatus, & hic expreſsè, vel implicitè, & omnes affirmati, vel negati. Sed variant hi modi pro attributorum varietate. Etenim attributa, quæ competunt toti quâ totum eſt, ſimpliciter de eo efferuntur, nec de eo negari poſſunt: ea verò quæ ei competunt ratione certarum partium, nec ſimpliciter de eo affirmari, nec ſimpliciter negari poſſunt, quamvis ſecundùm quid, ſcil. pro reſpectu diverſarum partium, & affirmari, & negari queant, ut, *Homo quo ad corpus palpatur, Homo quo ad animam non palpatur.* Longè autem aliud eſt, aliquid competere toti quâ totum eſt, ita ut vocula *Quâ* indicet ſubjectum, aliud aliquid competere toti ratione partium, ita ut vocula *Quâ* indicet principium formale. Quibus bene perpenſis facilè refutatur cruda adverſarii confuſio, quâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſio, quâ ſemper urget, quòd omne id quod competit toti, ei neceſſariò ratione ſingularum partium competat.

44. Videamus jam errores adverſarii, quibus ſe in ſuis probationibus intricat, quos facilius agnoſcemus, ſi ad duo attendamus. Primò quod univerſa Scriptura, in primis Chriſtus, congruentiſſimè & λογικωτάτως diſſeruerit, adeóque ſe & rebus diſſerendis, & tam proponentium quàm percipientium ſtatui accomodaverit, atque ut plurimum vel ex V T. vel ex manifeſtâ experientiâ, factis ſcilicet & miraculis ſuis, contra Iudæos diſputaverit. Deinde quòd aliud ſit cauſa eſſentiæ, *quare res ſit*, aliud cauſa cognitionis, *quare res talis cognoſcatur*.

45. Primus adverſarii error circa attributa Chriſti eſt, quòd attributa quæ arguunt perfectionem ſummo Deo dignam, habeat pro attributis quæ eandem evertant, & imperfectionem inferant. Talia ſunt nomina Chriſti, *Filius, Filius Dei, imago Dei, primogenitus omnis creaturæ*: ejus officia, *eſſe mediatorem, Summum Sacerdotem*: & multa ejus attributa & effecta, ut, *eſſe æqualem Deo, ſanctificari à Patre, facere ei placita ſemper, nihil facere à ſe ipſo, non venire à ſe ipſo, non facere voluntatem ſuam, non quærere ſuam gloriam, tradere regnum Patri, non clarificare ſeipſum, ſolum non eſſe, ſcrire unde vadat, & quò veniat*, & ſimilia.

46. Alter error adverſarii eſt, quòd attributa quæ perfectionem quandam dicunt de Chriſto, neget ſimpliciter, cùm Scriptura ea tantum neget ſecundum quid: ut, *ſcire extremum judicium*, negat de eo ratione naturæ humanæ: *dare ſedere ad dextram Dei*, negat reſpectu certorum petentium, *non eſſe bonum*, negat ex hypotheſi juvenis, *credere in illum*, ſcilicet ſolum.

47. Tertius adverſarii error in eo conſiſtit, quòd attributa quæ aliquam imperfectionem dicunt, Chriſto ſimpliciter attribuat, cùm ea vel ſecundùm naturam humanam tantùm ei competant, vel nullam internam imperfectionem, ſed ſolùm quandam ſtatûs exinanitionem ſignificent. Prioris generis ſunt, *eſſe Hominem, mori, orare, reſuſcitari*; poſterioris, *Patrem eſſe ipſo majorem*, & ſimilia.

48. Quartus adverſarii error in eo deprehenditur, quòd attributa mixta; quæ pro diverſo reſpectu & divinam perfectionem, & humanam imperfectionem ſignificant, non diſtinguat, ſed contra Scripturæ mentem confundat: ut, *eſſe miſſum in mundum, accipere mandata à Deo, omnia ei data eſſe, ipſum reſurrexiſſe, eſſe Dei, Deum eſſe ipſius caput*, &c. Hæc enim ſunt talia, ut immediatè Chriſti officia, mediatè verò & divinam, & humanam ejus naturam exprimant.

49. Reſtat ut pauca addamus de Spiritu Sancto. nam generalibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dextrè applicatis pleraque erunt clariora. Inprimis autem hîc obſervandum eſt, quòd nec ſalutis œconomia, quâ tria quaſi ſecula juxta perſonarum numerum Deus inſtituit, nec Spiritus Sancti nomina, nec ejus officia & beneficia poſtulent, ut toties ac tam clarè ſumma ejus Deitas in Scripturis indicetur, quoties & quàm clarè indicatur Deitas Patris & Filii.

50. Præter generales errores ſupra indicatos, duplex inprimis de Spiritu Sancto fallacia notanda eſt.

51. Nam primò quædam attributa Spiritus Sancti habet pro imperfectionibus, quæ ſunt perfectiones, & quidem Deo dignæ: ut ſunt, *procedere, mitti, habitare in fidelibus, ſcrutari omnia*: item *non à ſe ipſo loqui, ex iis quæ Chriſti ſunt accipere.* Hæc enim de eo dicuntur, non quòd non loquatur propriâ virtute, non quòd gloriam ſuam non curet, non quòd anteà, ea quæ audire dicitur, ignoret, ſed ut Paracleti officium, atque exactiſſima ejus cum Patre & Chriſto convenientia, ſummaque ejus erga fideles beneficentia exprimatur. Non, inquam, reſpiciunt virtutem loquendi, ſed objectum, nec perſonas dicentes, ſed res dicendas.

52. Deinde frequentiſſimè fallitur ambiguitate, dum inter varias verborum ſignificationes, quibus Scriptura utitur, non diſtinguit. Nam voces illæ, *Spiritus ſanctus*, vel accipiuntur propriè pro perſonâ, vel impropriè pro donis ipſius, iiſque vel permanentibus, nimirum qualitatibus, vel actibus quibuſdam tranſeuntibus: quæ utraque dona vel ſunt ordinaria ſeu perpetua in Eccleſiâ, vel extraordinaria, certi nimirum temporis & ſtatus. Sic quoque donum aliud eſt perſonale, aliud reale. Verùm quia hæc ambiguitas varia eſt, pleniùs in ipsâ tractatione expedietur. Atque hæc de Sacro-Sanctæ Trinitatis Myſterio doctrina, tam neceſſaria traditur à Scripturâ, ut ſine eâ nec vera fides, nec viva ſpes, nec ſincera charitas, vel in V. vel in N. fœdere locum inveniat, æternæque ſalutis ratio ſine eâ nec intelligi, nec obtineri queat. Quamvis enim fidelium vulgus hoc Myſterium non adeò diſtinctè cognoſcat, attamen, ut pote θεοδ δακτον, id ſufficienter agnoſcit, vivâque in tres perſonas, ut vivum ac æternum Deum, fiducia ſuam cognitionem demonſtrat. Et reverâ omnes omninò errores in religione hinc naſcuntur, quòd harum trium perſonarum vel naturâ, vel ſubſiſtentia, vel actiones (ubi occurrunt officia ac beneficia) non rectè agnoſcantur.

Soli Deo Gloria.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

INDEX CAPITUM

Myſterii Pietatis Defenſi

De Uno Deo, Patre, Filio, ac Spiritu Sancto.

LIBER I.

SECTIO I.

In quâ reſpondetur ad illa argumenta, quibus adverſarius putat directè probari, Solum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe Deum illum ſummum: & primùm quidem ex illis ſacræ Scripturæ teſtimoniis, quæ de Patre expreſsè loquuntur.

CAPUT I.

Reſponſio ad argumentum primum ex verbis Chriſti Ioh. 17. 3. Hæc eſt autem illa vita æterna, ut cognoſcant te (*Pater*) illum ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Fol. 1

Cap. II. *Reſponſio ad argumentum ſecundum ex verbis Pauli* 1. Cor. 8. 4, 5, 6. De eſu igitur eorum, quæ idolis immolantur, ſcimus idolum nihil *eſſe* in mundo, & nullum *eſſe* Deum alium niſi unum. 30

Cap. III. *Reſponſio ad argumentum tertium ex loco Pauli Epheſ.* 4. 6. Unus (*eſt*) Deus & Pater omnium, *qui eſt ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus vobis.* 49

Cap. IV. *Reſponſio ad argumentum quartum ex verbis Chriſti Matth.* 24. 36. De die autem illâ, & horâ nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus meus Pater. 56

Cap. V. *Reſponſio ad argumentum quintum ex verbis Pauli* 1. Cor. 12. 4, 5, 6. *petitum.* Diſtinctiones donorum ſunt, ſed idem Spiritus. Et diſtinctiones miniſteriorum ſunt, ſed idem Dominus, *&c.* 57

Cap. VI. *Reſponſio ad argumentum ſextum ex verbis* 1. Timoth. 2. 5. Unus enim eſt Deus; unus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, *&c.* 60

Cap. VII. *Reſponſio ad argumentum ex iis locis ductum, in quibus nomine* ſolius Dei, *aut* ſolius ſapientis Dei, *aut* ſolius heri Dei, *&c.* 76

Cap. VIII. Reſponſio ad argumentum octavum ex viſionibus, apud Danielem, & in Apocalypſi Johannis extantibus, ductum. 86

Cap. IX. Breviter ſolvuntur tria argumenta, quibus oſtendere conatur adverſarius, ſolum Patrem Jeſu Chriſti, eſſe Deum ſupremum. 93

SECTIO II.

In quâ reſpondetur ad argumenta adverſarii, quibus putat oſtendi, Chriſtum non eſſe Deum illum ſupremum, ut intelligatur, ſolum Patrem Deum illum ſummum eſſe. 99

CAPUT I.

Reſponſio ad argumentum primum, inde ductum, quòd Chriſtus crebertimè à Deo diſtinguatur. 101

Cap. II. Reſponſio ad argumentum ſecundum ex nomine *Filii Dei* ductum. 109

Cap. III. *Reſponſio ad argumentum ex verbis Chriſti apud* Iohannem cap. 5. 19. Non poteſt filius à ſe facere quidquam; *id eſt,* niſi viderit Patrem facientem; *vel* ſed ſi viderit; *deductum.* 112

Cap. IV. *Reſponſio ad argumentum quartum, ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus adverſarius putat negari,* Chriſtum doctinæ ſuæ primum eſſe auctorem. 143

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Cap. V. *Reſponſio ad argumentum quintum, ex iis apud Iohannem locis petitum, in quibus Chriſtum à ſe ipſo veniſſe negatur.* 148

Cap. VI. *Reſponſio ad argumentum ſextum, ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus negat Chriſtus*, ſe veniſſe, ut voluntatem ſuam faceret. 150

Cap. VII. *Reſpondetur ad argumentum ſeptimum, quòd* Chriſtus ſuam gloriam non quæſierit. 152

Cap. VIII. *Reſpondetur ad argumentum octavum ex verbis Chriſti* Johan. 12. 44. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. 153

Cap. IX. *Reſponſio ad argumentum nonum, quòd* Chriſtus aliquando diem ultimi judicii ignoraverit. 155

Cap. X. *Reſponſio ad argumentum decimum ex verbis Chriſti* Matth. 20. 24. Tunc dicit eis: Poculum quidem meum bibetis, & baptiſmate quo ego baptizor baptizabimini, *&c.* 164

Cap. XI. *Reſponſio ad argumentum undecimum ex verbis Chriſti* Matthæi 19. 17 Cur me dicis bonum? Nullus eſt bonus, niſi unus, *nempe* Deus. 168

Cap. XII. *Reſponſio ad argumentum duodecimum ex verbis Chriſti ad Patrem.* Matth. 26. 39. Pater mi, ſi poſſibile eſt, abeat à me poculum hoc: veruntamen non ut ego volo, ſed ut tu, *&c.* 172

Cap. XIII. *Reſponſio ad argumentum tertium ex verbis* Heb. 5. 4, 5. Neque ſibi ipſi quiſquam ſumit hunc honorem, ſed qui vocatur à Deo, ſicut & Aaron, *&c.* 177

Cap. XIV. *Reſponſio ad argumentum decimumquartum ex verbis Chriſti* Joh. 14. 28. Audiviſtis, me dixiſſe vobis, Abeo, & redeo ad vos. 181

Cap. XV. *Reſponſio ad argumentum decimum quintum, ex eo ductum, quòd* Filius à Patre in mundum ſit miſſus. 188

Cap. XVI. *Reſponſio ad argumentum decimum ſextum, inde ductum*, quod Chriſtus mandata à Deo acceperit, eaque ſervârit. 195

Cap. XVII. *Reſponſio ad argumentum decimum ſeptimum, ex eo ductum*, quòd Chriſtus preces ad Patrem fuderit. 199

Cap. XVIII. *Reſponſio ad argumentum decimum octavum, ex eo ductum*, quòd omnia Chriſto à Patre ſint data. 204

Reſponſio ad appendicem hujus argumenti, in quâ auctor docere conatur, *Divinitatem Chriſto à Patre donatam eſſe.* 227

Cap. XIX. *Reſponſio ad argumentum undevigeſimum, ex eo ductum*, quòd Chriſtus & opera & verba ſua Patri adſcribat: quòdque non prima, *&c.* 233

Cap. XX. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum ex verbis Chriſti* Joh. 8. 16. Quòd ſi etiam judicem ego, judicium meum verum eſt, *&c.* 244

Cap. XXI. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum primum ex verbis Chriſti* Joh. 8. 14. Etiamſi ego teſtarer de me ipſo: verum tamen eſſet teſtimonium meum: quia ſcio unde veniam & quo vadam. 249

Cap. XXII. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum ſecundum ex verbis Chriſti* Ioh 8. 29. Et qui miſit me, mecum eſt. Non reliquit me ſolum Pater: quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper. 252

Cap. XXIII. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum tertium*, quòd Pater appellatur Deus Chriſti. 257

Cap. XXIV. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum quartum ex verbis* 1 Cor. 11 3. Caput Chriſti Deus. 259

Cap. XXV. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum quintum ex verbis* 1. Cor. 3. *v. ult.* Nemo glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus, *&c.* 264

Cap. XXVI. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum ſextum ex verbis* 1. Cor. 15. 24, 28. Deinde erit finis, quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum aboleverit omne imperium, & omnem poteſtatem, ac potentiam, *&c.* 266

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Cap. XXVII. *Reſponſio ad argumentum vigeſimnm ſeptimum*, quòd Chriſtus ſit Dei & hominum mediator, ex 1. Tim. 2. 4. Heb. 8. 6. 9. 15. 12. 24. 273

Cap. XXVIII. *Reſponſio ad argumentum vigeſimum octavum*, quòd Chriſtus ſacerdos ſit.

Cap. XXIX. *Reſponſio ad argumentum undetrigeſimum*, quòd Chriſtus à Patre fuerit reſuſcitatus. 272

Cap. XXX. *Reſponſio ad argumentum trigeſimum*, quòd Chriſtus imago Dei inviſibilis dicitur. 293

Cap. XXXI. *Reſponſio ad argumentum trigeſimumprimum, ex cauſis illis præcipuè ductum, ob quas* Chriſtus Dei Filius in ſacris literis dicatur. 300

Cap. XXXII. *Reſponſio ad argumentum trigeſimum ſecundum*, quòd de incarnatione Dei ſummi taceant ſacræ literæ. 341

Cap. XXXIII. *Argumentum trigeſimum tertium*, quòd Chriſto Spiritus Sanctus datus fuerit, 344

Cap. XXXIV. *Argumentum trigeſimum quartum*, quòd Chriſtus à diabolo tentatus fuerit. 349

Cap. XXXV. *Reſponſio ad argumentum trigegeſimum quintum*, quòd Chriſtus ſit primogenitus omnis creaturæ. 354

Cap. XXXVI. *Reſponſio ad argumentum trigeſimum ſextum*, quòd Chriſtus ſit æqualis Deo. 357

SECTIO III.

In qua oſtenditur, Spiritum Sanctum eſſe Deum ſummum, quò pateat, Solum Patrem non eſſe Deum ſummum. 358

CAPUT. I.

Reſponſio ad argumentum primum, quòd Spiritus Sanctus nuſpiam apertè Deus in ſacris literis appelletur. 360

Cap.

Cap. II. *Reſponſio ad argumenum ſecundum*, quod nuſpiam in ſacris literis præcipiatur, ut Spiritum Sanctum adoremus, aut invocemus, & ne exemplum quidem ejus rei extet. 383

Cap. III. *Reſponſio ad argumentum tertium*, quòd Spiritus Sancti mentio plurimis in locis omiſſa fuerit, nequaquam omittenda, ſi is Deus ille ſummus eſſet. 390

Cap. IV. *Reſponſio ad argumentum quartum ex* Matth. 11. 27. Nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius revelare. 408

Cap. V. *Reſponſio ad argumentum quintum*, quòd Spiritus Sanctus à Deo ſæpiſſime diſtinguatur. 410

Cap. VI. *Reſponſio ad argumentum ſextum*, quòd Spiritus Sanctus ſit Dei virtus. 411

Cap. VII. *Reſponſio ad argumentum ſeptimum*, quod Chriſtus Spiritus Sancti filius foret, ſi is Deus ſummus eſſet. 423

Cap. VIII. *Reſponſio ad argumentum octavum*, quòd Spiritus Sanctus hominibus à Deo donetur. 424

Cap. IX. *Reſponſio ad argumentum nonum, ex iis in locis ductum*, quæ partitionem quandam Spiritus Sancti indicare adverſario videntur. 456

Cap. X. *Reſponſio ad argumentum dicimum*, quòd Spiritum extinguere vetamur, *quòdque* Spiritum Sanctum aliquando non fuiſſe, & an eſſet, à diſcipulis quibuſdam ignoratum fuiſſe legimus. 463

Cap. XI. *Reſponſio ad argumentum undecimum*, ex Joh. 15. 16. ubi Spiritus Sanctus à Patre procedere dicitur. 465

Cap. XII. *Reſponſio ad argumentum duodecimum*, quòd Spiritus Sanctus à Patre & Filio mittatur. 468

Cap. XIII. *Reſponſio ad argumentum decimum tertium, ex verbis*, Iohannis 16. 13, 14, 15. Cum autem venerit ille, *id eſt*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritus ille veritatis, introducet vos in omnem illam veritatem. Non enim loquetur de (*à*) ſemet ipſo; ſed quæcunque audierit loquetur, & illa quæ ventura ſunt, renunciabit vobis. Ille me glorificabit; quia de meo accipiet, & renuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, illum de meo accepturum, & renunciaturum vobis. 469

Cap. XIV. *Reſponſio ad argumenta tria ex* 1. Cor. 2. 10, 11, 12. Nobis autem Deus ea revelavit per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominum novit ea quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis qui eſt in eo? Ita etiam ea quæ ſunt Dei, nemo novit niſi Spiritus Dei. Nos verò non Spiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui eſt ex Deo, ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. 480

Cap. XV. *Reſponſio ad argumentum decimum ſeptimum*, quòd Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum aliquandò deſcenderit. 485

LIBER I.

SECTIO I.

In quâ de tribus ſupremæ Deitatis perſonis generatim agitur. 507

CAPUT I.

Reſponſio ad argumentum primum, quo adverſarius oſtendere conatur, Sacroſanctum de Trinitate dogma ſe ipſum evertere: quia ſimul unus & tres Dii forent. 507

Cap. II. *Reſponſio ad argumentum ſecundum*, quòd quælibet perſona divina non ideò ſit trina in perſonis. 515

Cap. III. *Reſponſio ad argumentum tertium*, quòd perſonæ divinæ ideò realiter omni modo eædem & diverſæ non ſint.

Cap. IV. *Reſponſio ad argumentum quartum, quomodo* ſimul una & tres ſupremæ Deitatis ſubſtantiæ ſint. 524

Cap. V. *Reſponſio ad argumentum quintum*, nimirum quòd tres unius ejuſdemque rei ſubſiſtentiæ eſſe poſſint. 534

Cap. VI. *Reſponſio ad argumentum ſextum*, quomodo perſonæ divinæ ſimul ſint communicabiles, & incommunicabiles. 539

Cap. VII. *Reſponſio ad argumentum ſeptimum, ex anologiâ cum rebus creatis ductum: quo conatur oſtendere*, niſi una Dei perſona ſtatuatur, infinitas eſſe ſtatuendas. 541

SECTIO II.

In quâ de ſecundâ ſupremæ Deitatis perſonâ diſſeritur. 543

CAPUT. I.

Reſponſio ad argumentum primum: quo refellere conatur dogma de æternâ Filii Dei ex eſſentiâ Patris generatione: quia Filius foret ſui ipſius Filius. 544

Cap. II. *Reſponſio ad argumentum ſecundum*, nimirum quod non ideò infiniti ſint Filii, ut nec Spiritus Sancti. 549

Cap. III. *Reſponſio ad argumentum tertium*, quia Filius Dei ab æterno & fuiſſet, & non fuiſſet. 552

Cap. IV. *Reſponſio ad argumentum quartum*, nimirum quòd Filius Dei adhuc generetur, & in omnem æterniratem generandus ſit. 560

Cap. V. *Reſponſio ad argumentum primum, quo*

quo dogma de Incarnatione Filii Dei. *refellere conatur : nimirum* quia etiam Pater & Spiritus Sanctus fuiſſet incarnatus. 564

Cap. VI. *Reſponſio ad argumentum ſecundum*, quod ſecunda Divinitatis perſona non ideò deſierit eſſe perſona. 570

Cap. VII. *Reſponſio ad argumentum tertium*, quod Deus ſummus & homo non ſint ſimpliciter diſparata. 573

Cap. VIII. *Reſponſio ad argumentum quartum*, quòd non ſint duæ perſonæ in Chriſto. 578

SECTIO III.

In quâ de tertiâ Deitatis perſonâ diſſeritur, *& oſtenditur*, Spiritum Sanctum Dei Filium non eſſe, *licèt orthodoxa ſententia ſit veriſſima.* 594

CONCLUSIO OPERIS.

In quâ uſus hujus, *de uno Deo Patre, Filio, ac Spiritu ſancto*, diſputationis, *breviter indicatur.* 610

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

E L E N C H U S

Locorum Sacræ Scripturæ, qui hoc in libro vel integri explicati, vel in parte aliquâ illuſtrati ab adverſarii injuriâ vindicantur.

Cap.	Verſ.	Pag.
	Geneſis.	
7.	2.	492.
	26.	119.
2.	21.22.	283.
	Exod.	
3.		96.
4.	12.	379.
25.	40.	118.
34.	7.	637.
	Levit.	
16.		202.2. & ſeqq.
	Numer.	
11.	27.	461.
12.	8.	298.
14.	18.	637.
	Deuter.	
6.	4.17.	107.507.616.
32.	12.	379.
	2. Samuel.	
23.	3.	376.
	4. Regum.	
2.	9.	461.
	Pſalm.	
2.	6.	180.212.215.
	7.	318.322.337.
8.	3.	271.
15.	8. 9.	282.
17.	ult.	298.
18.	6.	281.
24.		73.
32.	12.	636.
82.		307. & ſeqq.
89.	28.	327.
95.	8.	380.
97.	7.	11.388.
	Eſai.	
6.	1.3.	91.93.
	9.	381. & ſeqq.
7.	14.	303.
9.	6.	441.
11.	12.	462.
45.	5.	20.
48.	17.	170.
53.		180.
61.	1.	345.
63.	10.	379.
	14.	
	Jeremiæ.	
9.	24.	241.
17.	5.	154.
	Ezech.	
1.	26.27.	91.93.
	Daniel.	
7.	9.	86.
	Joël.	
2.	28.	455.
	Zach.	
4.	6.	389.
14.	9.	73.
	Matth.	
3.	16.	485.
4.	1.	349.
	17.	255.323.
10.	28.	293.
11.	27.22.211.	408.483.
16.	16.	337.
18.	16.	246.
19.	17.	168.
20.	23.	164. & ſeqq.
21.	19.	72.
22.	23.	496.
24.	36.	56. 156.
26.	39.	172.
28.	19.	502.
	Marc.	
1.	10.	485.
2.	8.	132.
11.	13.	72.
13.	32.	56. 155.156.
	Luc.	
1.	35.	303.413.
		413.
2.	11.	331.
3.	22.	485.
	1.	349.

Cap.	Verſ.	Pag.
4.	18.	345.
9.	26.	403.
12.	8.	403.
	33.	290.
17.	20.	166.
22.	42.	172.
24.	49.	412.

Johan.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	1.	41. 103. 232.
	3.	237.
	13.	290.
	18.	87.
	32.	485.
2.	20. 21.	290.
	13.	313. & ſeqq.
3.	16.	213. & ſeqq.
	35.	206.
5.	13.	396.
	19.	112. & ſeqq.
	20.	207. 213.
	22.	207.229.
	23.	624.
	26.	207.
		229.
	27.	125.
	30.	150.
	37.	298.
	44.	80.
	57.	208.
	38.	150.
6.	43.44	27.
	57.	208.
	62.	314.
7.	16.	143.
	28. 29.	148.
	39.	419. 463.
8.	14.	249.
	16.	244.
	16.	393.
	19.	81.
	28.	144.
	29.	197. 252.
	50.54.	152.
10.	18.	121. 175. 196.290.
	25.	234.
	29.	187. 208.
	34.	306. & ſeqq.
	36.	347.
11.	25.	10.
	42.	203. 288.
12.	23.	283.
	44.	153.
	49. 50.	144. 196.
13.	12.	174.
	3.	209.
14.	6.	10. 613.

Cap.	Verſ.	Pag.
	10.	145.
	16.17.	432.
	25.	234.
	28.	181.
15.	15.	144.
	26.	465.
16.	3.	396.
	13.14.15.	469.& ſeqq.
	18.	252.
	21.	283.
	32.	255.
17.	totum.	282.
	2.	209.
	3.	1.14.393.
	4.	218.
	5.	214.219.
	18.	174.196.312.
	22.	210.
20.	21.	112.
	22.	428.
	31.	113.

Actor.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	7.	161.
	8.	413.
2.	3.	413.490.
	18.	430.
	24.	281.286.ſeqq.
	30.	128.
	36.	227.
	15.	283.
3.	26.	280.
4.	25.	323.
5.	3.4.	368.ſeqq.
	31.	242.
10.	38.	413.
13.	32.33.	280.
		316.
17.	23.	495.
	31.	329.
19.	3.	464.
20.	28.	634.
	23.	464.
26.	22.	494.
28.	25.	381.

Rom.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	1.2.	130.
	3.	318. 2. 328.
	4.	338.
3.	30.	60.68.
4.	1.	134.
	7.	636.
5.	5.	433.
6.	4.6.8.	443.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Cap.	Verſ.	Pag.
7.	17.	140.
8.	2.	630.
	3.	ibid.
	10. 11'	287.
	15.	384.
	23.	461.
	27.	482.
	29.	316.
	32.	443.
9.	3.	136.
	5.	31.1.133.
10.	4.	103.615.
	9.	286.
	25.	162.
11.	ult.	96
15.	13.	414.
16.	27.	76.

1. Corinth.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	24.	419.
	30.	132. 241.
2.	4.	414.
	10.	480.
	12.	467.
3.	22.	264.
6.	19.	374.2.
		386.
7.	17.	
	2.3.4.	630.
8.	6.	30.402.
9.	5.	31.1.
10.	18.	136.
11.	13.	259.
12.	4.	57.
	5.6.57.	376.426.457.
	13.	455.
15.	4.	285.289.
	11.& d.	289.
	24.217.	266. & ſeqq.
	28. ibid.	
16.	13. 14.	469.

2. Corinth.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	22.	448. & ſeqq.
3.	17.	103.
4.	4.	293.
	14.	288.
5.	5.	448. ſeqq.
	16.	137.
13.	4.	286.
	ult.	387:399.617.

Gal.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	4.	280.
4.	6.	384.
	22.29.	137.

Epheſ.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	13.	450.
	14.	450.
	19.20.	284. 292.
	21.	231.
2.	5.	284.
	17.	442.
	20.	83.
3.	5.	83.
4.	6.	49.
	9.	ibid.
	11.	83.
	30.	450.
5.	5.	401.
	30.31.32.	283.

Philip.

Cap.	Verſ.	Pag.
2.	6.7.8.	197.618.
	9.	216.2.230.

Coloſs.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	15.293.1.ſeqq.	355.ſeqq.
	16.	238.
	18.	315.
2.	3.	161.
	12.13.	284.
3.	22.	137.

1. Theſſal.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	9.10.	16.281.
4.	8.	372.
5.	19.	463.

2. Theſſal.

Cap.	Verſ.	Pag.
3.	12.	463.

1.Timoth.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	17.	21.
2.	5.	60.273.
	11.	443.
3.	16.	132.
6.	15.16.	21.85.

2.Timoth.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	7.	433.
2.	11,12.	443.

Tit.

Cap.	Verſ.	Pag.
2.	12.	401.

Hebr.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	2.	239.
	3.	293.
	4.5.	339.1.333.
	2.3.	155.
2.	4.	460.1.ſeqq.
	16.17.	632.
3.	4.	85.118.

6.

Cap.	Verſ.	Pag.
	6.	381.
	8.	ibid.
5.	5.	177.199.336.
	7.	288.
	8.	197.
7.	27.	333.
8.	6.	118. 273. ſeqq.
	14.	132.
9.	15.	273.276. ſeqq.
11.	9.	333.
12.	22.	403. ſeq.
	24.	273. ſeqq.
13.	20.	284.

1.Pet.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	1.	401.
	21.	285.
3.	19.	132.

2.Pet.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	1.	401.
2.	1.	84.
	6.	333.
3.	18.	287.

1.Johan.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	2.	6.10.
2.	27.	456.
	13.	459.
5.	7.	394. 502.
	20.	4 ſeqq.

Judæ.

Cap.	Verſ.	Pag.
4.	3.	82.

Apocalypſis.

Cap.	Verſ.	Pag.
1.	1.	211.
	4.	388.
	8.	290.
	14.	90.
3.	14.	356.
	21.	91.
4.	10.	211.
5.		87.
	13.	91.
11.	15.	397.
12.	16.	402.
21.	25.	91.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

I. HENR. BISTERFELDI SCOPUS

Et diſtributio horum librorum.

HUjus, quod refutamus, operis auctor id agit unicè, ut non ſolùm Ieſum Chriſtum, ac Spiritum Sanctum æternâ Deitate exuat, ſed & hunc ex ſubſtantiarum numero expungat. Quem infeliciſſimum ſcopum quàm feliciter attigerit, diſputationis noſtræ curſus oſtendet. Nobis enim curæ cordique eſt, omnia & ſingula adverſarii argumenta perſpicuè ſolvere, ac utriuſque Ieſu, inquam, Chriſti, & Spiritus ſancti æternam Deitatem nec ſacris literis, nec rectæ rationi adverſari, placidè docere. Nam non tam ſacroſanctum hoc Myſterium hîc demonſtramus, quàm illud ab adverſarii injuriis vindicamus. Solidam ejus tam ex V. quàm ex N. T. demonſtrationem, in alium librum, quem *Myſterium pietatis oſtenſum* vocamus, non unâ de causâ reſervavimus, Auctoris verò ordinem retinuimus: cùm quòd non ſit incongruus: tum ut ex reſponſionibus, quas protinus objectionibus ſubjecimus, ſententiæ noſtræ veritas appareat illuſtriùs. Cæterùm ex duobus hiſce libris prior injuriam S. Scripturæ teſtimoniis ab adverſario illatam repellet, poſterior rationibus ex Philoſophiâ malè petitis ſatisfacient: ita tamen ut utrobique lumen naturæ ac gratiæ mutuas ſibi porrigant manus. Præmiſimus autem ſynopſin quandam, quæ generalia ſolutionum noſtrarum fundamenta exhibet: quâ ratione nos non minus pii ac prudentes lectoris intelligentiæ quàm memoriæ conſuluiſſe ſperamus. Nam ſi quis ea paulò diligentiùs examinaverit, dextréque applicuerit, is, Deo dante agnoſcet, univerſam adverſarii ſtructuram ſpecioſis quidem, reverâ tamen ruinoſis fundamentis inniti.

JOH. CRELLII SCOPUS

Et diſtributio hujus operis.

SCopus hujus operis noſtri eſt oſtendere, Deum ſummum nullum eſſe alium, præter Patrem Domini ac Servatoris noſtri Ieſu Chriſti. Opus autem totum in duos partiemur libros. In priori ſacrarum literarum teſtimoniis, atque argumentis inde ductis, ſententiam noſtram firmabimus. In poſteriori aliis idoneis rationibus ad eandem probandam, contrariamque refellendam utemur. Quanquam & iſtic ad ſacras literas ſubinde lectorem revocabimus. In priori autem operis parte ita progredimur, ut primùm directè probemus, Patrem Ieſu Chriſti ſolum eſſe Deum illum ſummum; idque partim iis Scripturæ ſacræ teſtimoniis, in quibus aperta ſit Patris mentio: partim iis, in quibus Patris quidem nomen expreſſum non eſt, de eo tamen revera ſermo eſt. Deinde indirectè, ut loquuntur, idem demonſtrabimus, cùm ex iiſdem ſacris literis docebimus, nec Chriſtum, quem cæteroquin ex Patris dono Deum ſuper omnia in ſecula benedictum eſſe confitemur, Deum illum ſummum eſſe, nec Spiritum ſanctum, quem Dei altiſſimi virtutem atque efficaciam eſſe infra patebit. Lib. 1. ſect. 3. c. 5. *Sic enim relinquetur, Patrem ſolem eſſe Deum ſummum: cùm nemo præterea alius cogitari poſſit.*

I. HENR.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

I. Henr. Bisterfeldii

Mysterii Pietatis

De Uno Deo, Patre, Filio, & Sp. Sancto

Libri primi Sectio prima.

In quâ reſpondetur ad illa argumenta, quibus adverſarius putat directè probari, Solum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe Deum illum ſummum: & primùm quidem ex illis ſacræ Scripturæ teſtimoniis, quæ de Patre expreſſe loquuntur.

Cap. I.

Reſponſio ad argumentum primum ex verbis Chriſti Ioh. 17. 3. Hæc eſt autem illa vita æterna, ut cognoſcant te (*Pater*) illum ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Reſpondemus: *Hîc non dici, ſolum Patrem eſſe Deum verum, quod erat probandum; ſed Patrem eſſe illum ſolum verum Deum; hoc eſt, eſſe illum Deum, qui ſolus eſt verus Deus; quod longè aliud eſt. Nititur igitur hoc argumentum fallaciâ compoſitionis, quâ fingitur particula* ſolus *pertinere ad vocem* Te, *cùm pertineat ad vocem* Deum.

Joh. Crellii

De Uno Deo Patre

Libri primi Sectio prima.

In qua directè probatur, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſolum eſſe Deum illum ſummum; & primùm quidem ex illis ſacræ Scripturæ teſtimoniis, quæ de Patre expreſsè loquuntur.

Cap. I.

Argumentum primum ex verbis Chriſti, Ioh. 17. 3. *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te* (Pater) *ſolum verum Deum, &c.*

Primum ergo ſententiæ noſtræ teſtimonium atque argumentum eſto illud ipſius Chriſti, Patrem ſuum his verbis alloquentis: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Hic nemo dubitat, *veri Dei* nomine Deum ſummum intelligi. Quare cum Chriſtus Patrem ſuum ita deſcribat, ut eum ſolum verum Deum dicat; intelligitur, Patrem Chriſti ſolum eſſe Deum ſummum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Argumenti.

Reſponſio ad argumentum prima, & ejus refutatio.

NOn pauci ſunt, qui evidentiâ verborum coacti, id, quod dicimus, totum concedunt, ſed non eâdem ſententiâ. Ajunt enim, non ideo Patrem ſolum dici verum Deum, ut ab eadem illa Deitate excludatur Filius & Spiritus S. ſed ut excludantur tantùm idola, ſeu falſi Gentium Dii. Hîc enim verum *Deum falſis opponi. Et eſt quidem verum, ideo Patrem ſolum verum Deum appellari, ut ii à vera Deitate excludantur, qui jam tum pro Diis falsò habebantur, ac colebantur: ſed ea tamen ratione id fit à Chriſto, quæ latiùs pateat, & non tantùm illos, ſed & quosvis alios, præter Patrem, à ſuprema illa Deitate excludat. Itaque intelligitur, ſi cui, præter Ieſu Chriſti Patrem, ſuprema Deitas tribuatur, id falsò fieri. Id autem, quod aſſerimus, & vis verborum requirit, & occaſio ſeu cauſſa ab ipſis adverſariis indicata. Nam quod ad prius attinet; ea eſt vis vocis* ſolius, *ut omnes alios excludat à communione prædicati, præter eum, cui apponitur. Is autem, cui vocula* ſolus, *ſi ſententiam ſpectes, (nam de verborum conſtructione poſtea agemus) apponitur, eſt Pater Ieſu Chriſti, fatentibus iis, cum quibus nunc nobis res eſt. Prædicatum eſt* verus Deus, *ſeu Deus ſummus. Quare vox* ſolius *à communione hujus prædicati*

Defenſio Reſponſionis.

CUm auctorem κατὰ πόδας ſequi decreverimus, tria nobis in plerisque, ſi non in ſingulis, capitibus erunt præſtanda. Primò reſponſiones noſtras breviter propoſitas explicabimus ac confirmabimus. Deinde adverſarii argumenta, ac inſtantias paulò fuſiùs examinabimus. Tertiò aliorum reſponſiones non rarò ab ejus injuriis vindicabimus, noſtrumque judicium de iis, pro re natâ, modeſtè feremus. Quamvis enim multæ illorum non adeò genuinæ eſſe videantur, attamen cùm eas auctor ſæpiſſimè falſis, ac orthodoxæ ſententiæ adverſis argumentis oppugnet, omnino neceſſe eſt, ut illa quoque refutemus, ne communi cauſæ deeſſe videamur.

Opponimus autem huic argumento reſponſionem, quam ſecundo loco ſibi refutandam ſumit auctor. Nimirum, voculam *ſolum* non determinare vocem *Patrem*, ſed vocem *Deum*. Nam in propoſitionibus, quæ ob amplificationem à Logicis anomalæ dici ſolent, ſæpius occurrunt plura ſubjecta, & plura prædicata: unum principale, reliqua minùs principalia, quæ primarium ſubjectum, aut prædicatum amplificant. In hâc itaque propoſitione aliud eſt ſubjectum voculæ *ſolum* proximum, ſcilicet *Deum:* aliud remotum, principale tamen, ſcilicet, *Te*, vel *Patrem*; ita ut ſenſus ſit, ut cognoſcant te illum Deum, qui ſolus eſt verus. Poſſe autem, imò & debere, hunc ſenſum admitti; ſequentibus argumentis probamus; licèt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

licèt nobis ſolutionem argumenti ſuffi-ciat, quòd verba ſic poſſint intelligi. Primò ex poſitu voculæ μόνον *ſolum*. Nam illa ſi pertineret immediatè ad ſub-intellectam vocem *Patrem*, omninò debuiſſet articulo τὸν *illum* præmitti. Deinde ex vi & uſu ejuſdem vocis, cùm ipſi vel plura ſubſtantiva, vel plura ad-jectiva ad prædicatum pertinentia ad-duntur. Cujus rei evidens habemus ex-emplum *Judæ* 4, ubi etiam adverſarii malunt legere καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν, *& ſolum illum herum Deum*. Quod enim μόνος non determinet vocem Θεὸν ſed δεσπότην, vel hinc patet, quòd ſecus hîc eſſet verborum ſenſus, *& ſolum Deum Dominum negantes*, quem omnes, quod ſciam, repudiant. Tertiò ex em-phaſi articuli τὸν, quam ſemper obtinet in N. T. quando cum voce ἀληθινὸς, idem ſignificante quod *verus*, conjun-gitur: maxime autem in hâc præſenti phraſi, ut patet ex 1 *Ioh*. 5. 19.20. Præ-terea ſi articulus τὸν hîc non exerceat vim ſuam, utique non intelligitur hîc Deus verus per excellentiam ſic dictus; adeóque Chriſtus, ſi adverſarii argu-mentum eſt firmum, non ſolùm à ſum-mâ ſed etiam à verâ Deitate penitus ex-cluditur. At hanc ſuam vim hîc exercere nequit, niſi concedatur, quòd particula *ſolum* immediatè afficiat vocem *Deum*. Quod ipſe adverſarius ſatis indicat, cùm in ſuâ verſione omittit articulum *illum*, & ſimpliciter ſic vertit; *ut cogno-ſcant te ſolum verum Deum*. Nam ſi vox *ſo-lus* immediatè eſt referenda ad vocem *Te*, omnem ſuam emphaſin amittit arti-culus, ac tantum habet vim relativam ac con-*ti omnes excludit præter Patrem, ac porrò etiam Chriſtum & Spiri-tum Sanctum. Quod ad poſterius attinet; vel ideo Gentium Dii à vera Deitate vi horum Chriſti ver-borum excludi intelliguntur, quia conſtet, eos à Patre, quem ſolum verum Deum Chriſtus appellat, eſſe diverſos, vel quia jam conſtet, eos falſos Deos eſſe. Non poſteriorem ob cauſſam. Nam aliàs à vera Dei-tate jam excluſi cenſerentur, ante-quam horum Chriſti verborum vi excludi intelligerentur; nec opus foret ad eam rem verba iſta adhi-bere. Si priorem ob cauſſam; ne-ceſſe eſt omnes, quos à Patre Ieſu Chriſti diverſos eſſe conſtat, à verâ ſupremâve Deitate excludi. Nam aliàs argumentum, quod ex his verbis duceretur ad idola Gentium à vera Deitate excludenda, foret invalidum. Tale enim foret, ſi ca-tegoricè proponeretur: Quidam à Patre Ieſu Chriſti diverſi, non ſunt veri Dii. Gentium Dii ſunt à Patre Ieſu Chriſti diverſi. Ergo Gentium Dii non ſunt veri Dii. Major in prima figura eſſet particularis, quæ conſecutionem reddit invalidam. Quare etiamſi falſa Gentium de idolis ſuis opinio occaſionem præ-buerit Chriſto, ut Patrem ſolum verum Deum diceret: ita tamen verba ſua concepit, ut & alii a vera illa Deitate excluderentur; nec magis illi, quibus Divinitas ſu-prema jam tum falsò attribuere-tur, quam quibus eadem in poſte-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rum quoque attribui falſò poſſet. Nam, ut hoc quoque addamus, quis dubitet, Petrum v. g. Paulum, Gabrielem, Michaëlem, à ſuprema illa Deitate, vi iſtorum Chriſti verborum validè excludi? Atque nemo tum erat, qui eos Deos ſupremos ſtatueret: neque adeò Chriſtus ad illos à Deitate excludendos ſpeciatim reſpexit. Quare vis verborum ac ſententiæ latiùs patet, quàm eorum occaſio, & ad alios quoque, præter Gentium idola, rectè extenditur.

Neque verò eſt, quòd quis dicat, dictò non modò idola Gentium, ſed & homines atque Angelos illos, horum verborum vi à ſuprema Deitate excludi, quia non ſint ejuſdem eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ cum Patre: Filium autem & Spiritum ſanctum non excludi, quia ejuſdem ſint cum Patre eſſentiæ. Conſentaneum enim eſſe, ſi quid Patri ſoli tribuatur, ab ejus rei communione non excludi perſonas, quæ eandem numero ſubſtantiam habeant. Nam præterquam quòd hoc nihil revera eſt aliud, quàm id pro conceſſo ſumere, quod eſt maximè controverſum; cùm Chriſtus Patrem ſolum verum Deum dixit, non minùs ſolam Patris perſonam, quàm eſſentiam ſeu ſubſtantiam intellexit, & porrò non minùs eos à vera illa ſupremaque Deitate excluſit, qui perſonæ eſſent à Patre diverſæ, quàm qui ſubſtantiæ diverſæ. Populari enim loquendi genere utitur Chriſtus, & diſcipulorum ſuorum captui

connectentem, & ponitur pro voculâ *qui*. Si enim emphaticus eſt, utique ad prædicatum *verus* pertinet: &, ſi vox *ſolus* pertinet ad ſubjectum, ut vult adverſarius, quomodo articulus τὸν, qui eam præcedit, pertinebit ad prædicatum? Hoc etiam urget adverſarius, cum dicit: *ubi quivis videt, hæc verba ſuperioribus per appoſitionem cohærere, & articulum ſervire conjunctioni novæ hujus deſcriptionis Dei cum præcedentibus: vocem autem* ſolius *ad ſubjectum referri.* Hinc quoque vertit, *qui ſolus es verus Deus*, non verò *qui ſolus es ille verus Deus*. Quam appoſitè autem 1 *Timoth.* 6. 16. citet, paulò poſt videbimus. Quartò ex propriâ adverſarii confeſſione; ubi dicit, *Quare non eſt quod quis putet, nos vocem* ſolius *cum præcedente vocula* Te, *ſi conſtructionem Grammaticam ſpectes, connectendam cenſere. Nam & articulus obſtat voci* μόνον *præfixus, & hoc pacto ſubaudiendum eſſet verbum* eſſe; *quod ab hujus loci ſententia alienum eſſe paulò poſt intelligetur.* At ſi verbum *eſſe* non eſt ſubaudiendum, ut ſane non eſt, malè utique vocula μόνον etiam quoad ſenſum refertur ad *Te.* Denique firmiſſimè noſtram ſententiam probat, quòd etiam Chriſtus *ille verus Deus* in Sacrâ Scripturâ vocetur. Etenim ſi adverſariorum explicatio obtineat, Chriſtus non ſolùm non erit *ille* verus Deus, ſed nec verus Deus: cùm, ut paulò antè vidimus, articulus τὸν hoc in loco, juxta ipſos, non ſit emphaticus, ſed tantùm relativus: & particula *ſolus* ſimpliciter omnia alia ſubjecta à prædicati, quod eſt *verus Deus*, communione excludat. Sufficiet nobis hac vice inſignis locus 1 *Ioh.* 5. 20. ubi idem Apoſtolus eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dem verba de Chriſto pronuntiat, dicens; *Hic*, nimirum Jeſus Chriſtus, *eſt verus ille Deus, & vita æterna*. Quibus verbis clariſſimis ut reſiſtant adverſarii, acriter contendunt, pronomen *hic* non eſſe referendum ad Chriſtum, ſed ad Patrem. Itaque noſtra interpretatio & rationibus eſt munienda, & à ſophiſmatibus vindicanda. Illam primò probamus ex vi pronominis *Hic*, οὗτος: quod eſt maximè, ut conſtat, demonſtrativum. Demonſtrativorum autem pronominum natura & officium eſt, res cognoſcenti præſentes monſtrare: ſive res ſenſibus, ſive intellectui ſint præſentes. Nam mentem rei notificandæ ſeu themati, ut nos in Logicis loqui amamus, applicant. Solet autem res eſſe menti præſens vel ratione ſitûs, vel ratione principalis ſcopi, vel ratione utriuſque. *Ratione ſitûs*; quia proximis cogitationibus mens plerumque maximè unitur. Atque hinc oritur grammaticorum regula; Pronomen *hic* plerumque eſſe referendum ad proximè antecedens. Dico, plerumque: non, ſemper: quia major eſt habenda ratio ſcopi, quàm ſitûs. Non rarò enim fit, ut thema principale quibuſdam argumentis amplificetur: à quibus amplificationibus cùm mens ad thema principale revertitur, illud demonſtrativo articulo repræſentare ſolet. Id enim ipſi eſt præſentiſſimum; cùm ad ejus notificationem omnia adferantur. Quare certiſſima regula eſt: Pronomen demonſtrativum ſemper referendum eſt ad primarium diſſerentis thema: quam recta ratio, & experientia, inprimis inductio per N. T. facta, clariſſimè confirmat. Quòd ſi & ſitus,

captui ſeſe accommodat. Preces enim ideo illis præſentibus ad Patrem clara voce concepit, ut eos non minùs hac ad Patrem oratione & inſtrueret, & conſolaretur, quàm antea, illos ipſos alloquens, fecerat. Atqui populo, imò univerſis, ſolus Pater *non minùs ſolam Patris perſonam denotat, quàm ſubſtantiam; ac porrò non minùs omnes diverſas à Patre perſonas excludit, quàm ſubſtantias. Adde, quòd, cùm perſonam à Patre diverſam cogitat vulgus, ſtatim & ſubſtantiam ab eo diverſam cogitat. ubi unam ſubſtantiam concipit, diverſam perſonam cogitare non poteſt. Certe de modis, ſubſiſtentiis, ſuppoſitalitatibus, perſonalitatibus, quæ in eadem numero ſubſtantia exiſtentes, diſtinctas tamen reipſa perſonas conſtituant, ne hodie quidem vulgus Chriſtianorum cogitat; nedum ut olim inter Iudæos, etiam piſcatores iſta noverint. Quare ſi Chriſtus populari captui ſeſe accommodans, omnes diverſas à Patre ſubſtantias, à ſuprema Deitate voluit excluſas; ſimul etiam omnes diverſas à Patre perſonas excluſas voluit. Vnde intelligitur, in his verbis contrarium potiùs ejus pro conceſſo poni, quod in exceptione hac ſumitur, nempe eum, qui perſonâ à Patre diſtinguatur, ut Chriſtus, etiam ſubſtantiâ ab eo diſtingui, ac porrò horum Chriſti verborum vi à vera illa ſupremaque Deitate excludi. Idque tantò magis de Chriſto credendum eſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſt quòd cum diſcipuli, qui tum aderant, non modò hominem verum eſſe cernerent, ſed etiam à Patre, tanquam miſſum a mittente, in his ipſis verbis diſcerni, & ad eundem preces fundere & gloriam ab ipſo petere audirent. Deinde ſi nemo vi horum Chriſti verborum à vera illa Deitate excluditur, etiamſi à Patre perſonâ manifeſtè differat, niſi præterea etiam conſtet, eum eſſentiâ ab eo diverſum eſſe; ſequetur, eum his verbis refutari non poſſe, qui dixerit, Gabrielem v. g. Petrum, Paulum, aut denique Iovem, Neptunum, aliósve Gentium Deos, veros eſſe Deos, perſonis quidem à Patre diſtinctos, ſed ejuſdem tamen cum illo eſſentiæ, eo nempe modo, quo vulgò de Chriſto, aut de Spiritu ſancto ſentiunt. At quis non videt, efficacisſimè hujuſmodi perſonas, ſive veras, ſive fictas, à Deitate vi verborum Chriſti excludi, modò quis eas à Patre diverſas eſſe fateatur?

Sed ajunt illi, nos ipſos contendere, ſi quid ſoli *Deo tribuatur, id non protinus negari illis, qui ab eo dependeant, eive ſint ſubordinati, in quorum numero ponamus Chriſtum. Quare etiamſi* Pater ſolus *dicatur verus Deus, non protinus tamen verum Deum negari Chriſtum. Quemadmodum nec cùm ſolus Deus aut* [a] *ſapiens, aut* [b] *potens, aut* [c] *immortalitatem habere dicitur, excluduntur ab his attributis ii, qui ea à Deo acceperunt. Sed hæc obje-*

a Rom. 16. 27. 1 Tim. 1. 17. Iud. v. 25.
b 1 Tim. 6. 15.
c Ibid. v. 16.

ſitus, & ſcopus concurrant, jam nullum poteſt eſſe dubium, quid reſpiciat articulus. Imò etſi aliquando diſcrepent: numquam tamen in bono auctore licet hæſitare quò referatur; cùm ambiguitas illa omnem pronominis demonſtrativi vim enervet: & fruſtrà articulus ponatur, niſi evidenter propoſitionis ſubjectum indicet. Quò minùs audax illa ambiguitatis fictio in ſacris literis, ab ipſo Spiritu Sancto dictatis, eſt ferenda. Jam verò univerſus contextus docet, in hâc expoſitione, quæ ad Jeſum Chriſtum hæc verba refert, & ſitûs, & ſcopi rationem concurerre. Situm ipſimet oculi docent. Et profectò incredibile eſt, Apoſtolum in re tanti momenti ambiguitati vel ſtuduiſſe, vel non iviſſe obviam, cùm aliàs vel ideo ſubjectum diſertis verbis repetat, ne lector de eo ſit anxius. Sic cùm ſupra verſ. 5. dixiſſet: *Quis eſt qui vincit mundum: niſi qui credit, Ieſum eſſe filium illum Dei,* ſubjungit verſ. 4. *Hic ille eſt qui venit per aquam & ſanguinem,* nempe *Ieſus Chriſtus.* Ubi etſi ex ipſâ prædicati naturâ ſatis conſtabat, pronomen *Hic* non poſſe referri ad proximè antecedens *Dei*, attamen ne ſitus lectorem perplexum redderet, diſertè addidit *Ieſus Chriſtus*. Quis itaque ſibi perſuadeat, eum idem non fuiſſe hîc facturum, niſi de Chriſto hoc ipſum intellexiſſet, & ab aliis intelligi voluiſſet? Sed ſcopus Apoſtoli noſtram ſententiam longè uberiùs confirmat. Is enim in universâ hâc epiſtolâ de Chriſto, tanquam de principali themate, agit: ut patet ex *c.* 1. *v.* 2. Idem facit in hâc ultimâ parte, quæ eſt totius epiſtolæ concluſio

ſio & quædam ἀνακεφαλαίωσις. Dicit enim v. 13. hujus capitis: *Hæc ſcripſi vobis, qui creditis in nomen filii Dei: ut ſciatis vos vitam æternam habere, & credatis in nomen filii Dei.* Nullum igitur eſt dubium, quin, Chriſtianam fiduciam ſeu parrheſiam explicando, ſummatim ſuperiorem tractionem repetat, ad primarium ſuum thema, quod eſt Ieſus Chriſtus, revertatur. Hinc quoque v. 20. Chriſti effecta, officia nimirum ac beneficia, recitat: nec principaliter de Deo Patre agit, ſed eum tantùm tanquam objectum ſalutaris cognitionis à Chriſto profectæ adducit. Itaque planè & ab Apoſtoli ſcopo, & à rectâ ratione foret alienum, ſub epiſtolæ finem, primario themate relicto, aliud agere; & quidem tam durâ ac inſolenti trajectione. Secundò ſententiam ipſorum apertè refutat, noſtramque probat, abſurda tautologia, qnam illa ipſorum ſententia Apoſtolo affingit; eaque duplex. Prima eſt ex parte prædicati: quâ Apoſtolus idem, quod antea ſemel, imò juxta pleroſque bis dixerat, nimirum Patrem eſſe illum verum Deum, tertiùm otioſè repetit. Sed altera tautologia longè eſt intolerabilior: quâ fingunt Apoſtoli propoſitionem, quoad ſenſum, hanc eſſe: *Ille ſolus verus Deus eſt ille ſolus verus Deus.* Cùm enim pronomen *hic* pro ſubjecto non poſſit ponere relativum αὐτοῦ (tum quòd unum relativum non repræſentet aliud, tùm quòd ipſummet relativum αὐτοῦ in hoc verſu ſit reſolvendum in τὸν ἀληθινὸν, vel in τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, neceſſariò ex ipſorum opinione ſequitur inſipida illa propoſitio modo à nobis allata.

objectio, ſi res rectè intelligatur, non modò ſententiam noſtram, & argumentationem ex verbis Chriſti ductam non convellit, ſed etiam confirmat. Etenim ne nos quidem volumus, Chriſtum à vera Deitate vi iſtorum verborum penitus excludi, ſi nimirum vera Deitas laxiùs ſumatur, ita ut eam quoque Deitatem in ſe complectatur, quæ à ſuprema revera, non falſa tantùm hominum opinione, dependeat. Oſtendimus enim [a] *in libro de Deo & ejus attributis,* Dei *nomen naturâ ſuâ commune eſſe, & omnibus illis, qui ſublime aliquod imperium, aut potentiam eximiam habent, competere; in terris quidem Principibus ac magiſtratibus; in cœlo angelis, & ſupra hos omnes Chriſto, angelorum omnium capiti, ac Regi omnium Regum; ſed per excellentiam ſupremo illi ac à nullo alio pendenti Monarchæ, tanquam proprium attribui. Quare id tantùm nobis volumus* [b] *Chriſtum à vera illa Deitate,* κατ᾽ ἐξοχὴν *ſeu per excellentiam ſic dicta, hoc eſt, à Deitate ſuprema atque independente, vi illorum, de quibus agimus, verborum excludi. Nam his verbis primò à ſuprema Deitate omnes, præter Patrem, excludi ſtatuimus; conſequenter autem à vera Deitate etiam laxius ſumta eos, qui eam ab ipſomet Patre, cui ſoli ſuprema atque independens Divinitas competere dicatur, non acceperint. Nam pro independen-*

a vid. in primis cap. 13. adde etiam c. 8. & c. 9.

b Ioh. 17. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

pendente habetur, quia ab eo, à quo ſola ea revera pendere poteſt, non pendet. Vnde omnia Gentium idola à vera Deitate horum verborum, ſeu mavis, ſententiæ in illis comprehenſæ vi, ſimpliciter excluduntur; cùm à Patre non modò revera non penderent, ſed ne pendere quidem crederentur. Chriſtus autem ab ea non excluditur, quia illius à Patre dependentia, ratione divini in omnia imperii, & cultùs tanto imperio digni, evidentiſſimis documentis demonſtrata eſt. Quod autem de hoc loco dicimus, id etiam fit in cæteris, in quibus ejuſmodi attributa Deo ſoli tribuuntur, quæ tamen aliis quoque ab eo communicantur. Nam in iis etiam omnes, præter Deum, excluduntur à communione iſtorum attributorum κατ' ἐξοχὴν *& ſtrictè acceptorum. Solus enim dicitur ſapiens, potens, immortalitatem habens, non quia ſolus ſimpliciter ſit ſapiens; potens, immortalis; ſed quia ſolus à ſeipſo talis eſt. Itaque cæteri omnes præter Deum, excluduntur hujuſmodi verborum vi à ſapientia, potentia, immortalitate independente, & aliunde non profecta: tum demum ſimpliciter atque in univerſum ab iis attributis excluduntur, cùm conſtat, quòd ea à Deo, cui ſoli primò competant, non acceperint, ac porrò ab eo hac in parte revera non pendeant. Ficta dependentia, jure pro nihilo habetur. Vnde intelligitur, quid nobis velimus, cùm dicimus,*

ſi quid

allata. Nimis enim ridiculus foret, qui pronomen *hic* immediatè ad verba in initio verſiculi occurrentia, ſcilicet ad τȣ͂ Θεȣ͂, referre vellet. Huic noſtro argumento fruſtà conatur ſatisfacere *Enjedinus*, dum *in explicatione locorum V. & N. T.* in hunc locum ſic ſcribit: *Huic interpretationi nihil obſtat, niſi id quod Calvinus profert. Si nimirum hæc verba de Patre intelligantur, quandam hîc tautologiam committi. Cùm enim antea bis Pater eſſet dictus verus Deus, nihil oportuit id iterum repeti. Sed qui Iohannis & Hebræorum ſtylum ac conſuetudinem obſervârit, hîc non hærebit. Illis enim familiare eſt, eadem ſæpius inculcare ac repetere. Deinde, negamus hic idem prorſus, quod in tautologiis fieri ſolet, repeti. Nam prius ſimpliciter Deus verus, nominatus fuerat, poſtea additur, ejus Dei, eſſe filium Ieſum Chriſtum. Cùm ergo ſubjicitur,* hic, *intelligitur Pater Ieſu Chriſti, qui antea ſub hoc titulo non erat nominatus. Denique ex hâc obſervatione contrarium potiùs colligitur, & noſtra ſententia confirmatur. Si enim in proximis, & pauciſſimis iſtis verbis, Deus Pater, bis nominatus eſt verus Deus: quæ eſſet impudentia & inconſtantia, eum titulum ſtatim ad alium transferre?* Verùm hæ reſponſiones facilè refutantur. Primam enim quod attinet, fatemur quidem, ſacros alioſque probatos auctores eadem ſæpius inculcare, ſed non otioſè, non ineptè, non confuſè, ut illa expoſitio facit. Itaque tamdiu hanc Enjedini reſponſionem pro nullâ meritò habemus, quamdiu ipſius aſſeclæ loca Scripturæ tam abſurdis tautologiis obnoxia non attulerint. Secunda verò reſponſio nimis eſt audax; cum textui

apertè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

apertè refragetur. Nam præterquam quòd vaniſſimum ſit commentum, aliquam hîc occurrere mutationem ſubjecti; cùm verba illa *Pater Ieſu Chriſti* hîc nuſpiam occurrant, nonne potuit animadvertere, quòd in initio verſûs eadem habeantur verba, ſcilicet, *ille filius Dei*, & quidem clariùs, cum hic disertè ponatur nomen *Dei*, infra verò tantum relativum *ejus*, adeoque idem plane ſubjectum & quoad rem & quoad nomen in utrâque propoſitione, juxta ipſos, ponatur. Accedit quòd hujus verſ. 20. primarium, ac ut ita dicam, fundamentale ſubjectum non ſit *Pater*, ſed *Filius Dei*. Ipſius autem retorſio, quam loco tertiæ reſponſionis adfert, impudentiæ admodum eſt affinis: cùm tacitam principii petitionem contineat. Hæc enim eſt quæſtio, an illius veri Dei titulus non æquè Filio ac Patri competat, ac utrique ſit æquè communis, an verò Patri proprius? Denique veritatis ſtudioſo non poteſt eſſe dubium, noſtram interpretationem eſſe genuinam, ſi alterum epithetum perpendat. quod eſt *vita æterna*: vel ut probatiſſima quædam exemplaria, Rob. nempe Stephani, habent, *& illa vita æterna*. Cùm enim hæc propoſitio copulata, *Hic eſt verus ille Deus, & vita illa æterna*, unicum habeat ſubjectum & duo prædicata affirmata, neceſſe eſt, ut cui competit unum, competat etiam alterum: ac cui unum non attribuitur, ei nec alterum attribuatur in hâc propoſitione. At cuilibet, non planè in ſacris literis hoſpiti, conſtat, hoc epitheton, *illa vita æterna*, ex uſu Scripturæ eſſe Chriſti proprium, quando perſonæ tri-
buitur:

ſi quid ſoli Deo in ſacris literis tribuatur, id non protinus negari iis, qui à Deo pendeant, eique ſint ſubordinati. Non enim id volumus, nulla prorſus ratione ejuſmodi attributa illis negari: (negantur enim iis κατ᾽ ἐξοχὴν *ſumta:) ſed non protinus negari ſimpliciter atque in univerſum, ſeu ſignificatione laxiore.*

Inſtabunt illi fortè, cum quibus nunc agimus, & dicent, ſe idem aliquo modo ſtatuere. Patrem enim ſolum ideo vocari Deum verum ſeu ſummum, quia fons ſit divinitatis, ac porrò quandam præ Filio ac Spiritu ſancto prærogativam ratione Divinitatis habeat. ſiquidem Filius ac Spiritus ſanctus divinam eſſentiam ab ipſo habeant, ipſe à nemine. Quam ob cauſam Patrem nominatim αὐτόθεον *appellant, & ea ratione Filio & Spiritui Sancto opponunt. Sed qui ita reſpondent, vel ſibi contradicunt, vel nihil dicunt, nudaque nobis verba pro rebus obtrudunt. Nam ſi vera competit Patri præ Filio & Spiritu Sancto excellentia, ita ut propter eam* Dei *nomen ſoli Patri tribui, Filio autem ac Spiritui Sancto adimi queat; fieri non poteſt, ut Filius ac Spiritus Sanctus ſint ille ſummus altiſſimuſque Deus. Deo enim altiſſimo nihil dignius, nihil excellentius ulla ratione cogitari poteſt: & ipſimet in ſymbolo Athanaſiano contendunt, in Trinitate nihil eſſe prius aut poſterius,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nihil majus aut minus. Quòd ſi Pater fons Divinitatis eſt reſpectu Filii ac Spiritus ſancti; quomodo eadem numero erit Patris, Filii, & Spiritus ſancti Divinitas? Foret enim Pater ſuæ ipſius Divinitatis, ſeu eſſentiæ divinæ fons, ſeipſo prior & poſterior. Quomodo, ſi Pater eſt fons cæterarum perſonarum, non pendebit Filius ac Spiritus ſanctus à Patre? quomodo non uterque erit effectus Patris? ac porrò quomodo Filius ac Spiritus Sanctus erunt ille ſummus altiſſimusque Deus? Hic enim à nullo pendet, nullius eſt effectus. Quòd ſi hæc agnoſcere nolunt? quid aliud faciunt, quàm ut verba nobis inania pro rebus obtrudant, atque adeò nihil dicant? Et qua, quæſo, ratione verba ſacrarum literarum planiſſima, & rudiſſimo cuique expoſita, huc torquere audent? Quo pacto enim homo rudis (ne de doctis nunc quicquam dicam) capere poteſt, ſolum Patrem eſſe illum ſummum Deum, cùm interea jubeatur credere, etiam Filium ac Spiritum Sanctum eundem illum Deum ſummum eſſe? quo pacto prærogativam poterit cogitare cujuſpiam præ eo, qui Deus ſit ſummus? quî prærogativam illius præ eo, qui idem ſit numero cum ipſo Deus? quî fontem cæterarum perſonarum eum, à quo illæ tanquam effectus à cauſſa non pendeant? Hoc certè non eſt hominem rudem erudire, ſed ei mentem eripere, & facere, ut, qui aliquid in-

buitur: & nuſquam dici de Patre: ut vel ex his locis liquidò patet. *Ioh.* 11. 25. *Ioh.* 14. 6. *hujus epiſtolæ c.* 1. *v.* 2. Planus igitur ac perſpicuus horum verborum ſenſus hic eſt. *Sed ſcimus*, quæ eſt inſignis fiduciæ ſeu parrheſiæ noſtræ pars, *filium Dei*, ſcilicet Patris, *veniſſe, & dediſſe nobis mentem ut cognoſcamus illum verum Deum*, Patrem nimirum, & in Patre Filium ac Spiritum Sanctum: *& ſumus in illo vero*, id eſt, *in filio ejus* Jeſu Chriſto. *Hic*, Jeſus Chriſtus, *eſt verus ille Deus* unà cum Patre, *& vita illa æterna* quam vobis annuntiamus. Quamvis autem orthodoxi quoque interpretes aliquantulum hîc diſcrepent; alii enim legunt *illum verum Deum*: alii omittunt vocem *Deum*; alii verba iſta, *& ſumus in illo vero*, etiam de Deo Patre accipiunt; tamen hæc diverſitas adverſariorrum explicationi nullâtenus patrocinatur. Nobis maximè arridet illorum mens, qui verba iſta *& ſumus in illo vero*, de Chriſto accipiunt. Senſus enim ſuaviſſimus juxta & graviſſimus hic eſt: Et ſumus in illo vero, id eſt, in vero illo Prophetâ, Sacerdote, Rege, Meſſiâ, in V. T. toties promiſſo, & in N. T. exhibito: ita ut vox Verus tacitè omnes Chriſti titulos complectatur ac lectori in mentem revocet: juxta illud *Ioh.* 14. 6. *Ego ſum via illa, & illa veritas, & vita illa.* Neque hinc ſequitur, quòd Chriſtus ſit ſui ipſius Filius. Nam pronomen αὐτȣ͂, non reſpicit ad proximum τῷ ἀληθινῷ, ſed ad antecedens τȣ͂ Θεȣ͂. Neque enim veriſimile eſt, Apoſtolum dicturum fuiſſe nos eſſe in Chriſto, poſtquam dixit nos eſſe in Patre: cùm per Filium tanquam mediatorem in Patre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patre ſimus. Itaque prorſus aliena eſt Eraſmi, quem Socinus ſequitur, interpretatio: quâ Græcum ἐν τῷ ὑῷ αὐτοῦ, vertit, *Per filium ejus*. Nulla enim hujus enallages hîc eſt ratio, nulla neceſſitas: cùm frequentiſſime in Scripturâ dicatur, nos eſſe in Chriſto: cumque hoc ſit potiſſimum fiduciæ noſtræ fundamentum. Confer *Ioh.* 6. 56. *&* 15.5. *& hujus epiſtolæ c.*2.*v.*5.25. Videamus jam argumenta quibus adverſarii interpretationem noſtram oppugnant. *Volkelius lib.* 5. *de verâ religione c.*10. qui fermè omnium rationes complexus eſt, ſummatim hæc adfert. Primò ſi hîc de Chriſto diceretur, quòd ſit ille verus Deus, repugnaret Apoſtolus & Chriſto, & ſibi ipſi. Chriſto: quia *Ioh.* 17. 3. ſoli Patri attribuitur: ut & in aliis Scripturæ locis. Verùm hæc omnia falſa ſunt, & mera principii petitio. Deinde quia Deus ille, de quo ſermo eſt, in his Apoſtoli verbis idolis opponitur, quod de Patre ſæpiſſimè, de Chriſto nunquam legitur. Sed hæc ſuperioribus nihilo ſunt veriora. Nam quod dicit, Chriſtum nunquam opponi idolis, falſiſſimum eſt. Ut plurima etiam V. T. loca, quæ aliàs adducemus ac explicabimus, taceamus, perpendatur *Pſal.* 97. 7. coll. cum *Heb.* 1. 6. & 1 *Cor.* 8. 4. 5. 6. Conſequentiam verò in ipſum retorquemus. Nam ſi ille, qui hîc ſecundo loco dicitur verus ille Deus, opponitur idolis, ſequitur vel quòd Jeſus Chriſtus is ſit, vel quod idololatricum ſit eum pro Deo, ac, ut concedit Volkelius, vero habere. Secus nullâtenus explicuiſſet Apoſtolus, quem tantùm pro vero Deo habere debeamus, ſed peri-*intelligebat, nihil ampliùs intelligat. quod & doctis eveniet, ſi ea expendere, & mente potiùs rem concipere fuerint conati, quàm verborum tantùm ſono ſe atque alios fallere voluerint.*

Ex his autem illud etiam intelligi haud difficulter poteſt, quomodo occurrendum ſit illis, qui ajunt, per attributionem, ſeu appropriationem, ut loquuntur, Patri hîc & alibi Dei *nomen tribui, & quidem, ut nunc ponimus, ſoli. Nam vel volunt* Dei *nomen, propter eam, quam Pater præ Filio ac Spiritu Sancto habeat, prærogativam, illi ſoli tanquam proprium attribui, & ſic Filio ac Spiritui Sancto tacitè adimi; vel nulla prærogativæ illius ratione habitâ. Si prius; quo pacto refutari queant, jam diximus. Si poſterius; nullo prorſus idoneo, ſive ex ſacris, ſive profanis literis, vulgarique loquendi conſuetudine, exemplo oſtendere poterunt, attributum, quod pluribus æquè commune eſt, uni tantùm ex illis ita rectè tribui poſſe, ut dicatur, ei* ſoli *id competere. Quare iſtiuſmodi attributionis in his Chriſti verbis nulla eſt habenda ratio.*

Sed jam alia, quæ ad primum hoc ſententiæ noſtræ teſtimonium reſponderi ſolent, refellamus. Sunt ergo, qui negent, hanc in illis Chriſti verbis ſententiam contineri, quæ ab aliis admittitur, nempe Patrem ſolum eſſe verum Deum. Aliâ enim, & quidem duplici ratione, hæc verba

ba explicant. Nonnulli ajunt, vocem ſolius *non ad ſubjectum verborum Chriſti, quod, ſi ſententiam ſpectes, Pater eſt, ſed ad prædicatum pertinere, quod eſt* verus Deus. *Chriſtum enim dicere*, Patrem eſſe illum ſolum verum Deum, *non*, Patrem ſolum eſſe verum illum Deum. *Priorem autem illam enunciationem non prohibere, quò minùs etiam Filius aut Spiritus ſanctus poßit dici verus Deus, vel etiam ſolus ille verus Deus. Non enim pugnare inter ſe has enunciationes: Pater eſt ille ſolus verus Deus &, Filius, aut Spiritus ſanctus, eſt ille verus Deus, aut ſolus ille verus Deus. Alii verò ita contendunt hæc verba ordinanda conſtruendaque eſſe, ut ſenſus ſit*: Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant, Te & eum, quem miſiſti, Jeſum Chriſtum, eſſe illum ſolum verum Deum. *Itaque tantum abeſſe, ut his verbis Chriſtus à ſuprema Deitate excludatur, ut ea potiùs illi expreſsè tribui cenſenda ſit. Quæ quanti ſint momenti, videamus.*

Quod ergo ad priores attinet; ii vehementer falluntur. Vox enim adjectiva ſolius, *quoties adhibetur ad alia ſubjecta à communione prædicati excludenda, ſubjecto, non prædicato, adjicitur. Hoc autem loco vocem* ſolius, *ad alia ſubjecta, nempe idola, à communione prædicati, quod eſt* verus Deus, *excludenda adhiberi, omnes adverſarii contendunt.*

periculoſiſſimè ſubindicâſſet, eos qui alium quam Patrem pro vero Deo habent, idololatriam committere. Nec ideo Johannem ineptiſſimè loquentem inducimus, ut ipſe his verbis probare conatur: *Quippe*, inquit, *qui diſtinctionem Filii ab illo vero Deo, à ſe ipſo modo conſtitutam mox convellat, & ſic in eâdem verborum complexione ridiculè admodum ſibi contradicat. Si enim ipſe Chriſtus eſt ille verus Deus; quis erit Dei Filius, per quem in illius veri Dei notitiam pervenimus, & per quem factum eſt, ut in illo vero Deo eſſemus?* Nam epithetum *ille verus Deus* per ſe commune ab antecedentibus ac conſequentibus reſtringitur ad Patrem, ac perſonaliter accipitur: ideoque Chriſtus ab ipſo rectiſſimè diſtinguitur, quamvis idem epithetum eſſentialiter ſumtum Chriſto tribuatur. Sed de hâc diſtinctione in ſequentibus plura. Tandem primum noſtrum argumentum aggreditur, dicitque, relativa ſæpenumero non id, quod proximè anteceſſerat, ſed id potiùs, quod rei caput eſt, ſeu de quo potiſſimùm agitur, reſpiciunt, quamvis fuerit remotius: citatque 2. *Theſſ.* 2. 9. *Heb.* 5. 7. At malè confundit relativa cum demonſtrativis: cùm horum longè major ſit vis ac efficacia, quàm illorum. Tum addit quatuor loca, in quibus demonſtrativum ἑτ@ occurrit: *Act.* 4. 11. & 7. 19. & 10. 6. 2. *Ioh.* v. 7. Sed hæ inſtantiæ facilè ſolvuntur ex ſupra dictis. Neque enim ſolo rerum ſitu nitimur, ſed eâ ipsâ ratione quam hîc adducit. Manifeſtum enim eſt, in omnibus iſtis locis primarium thema referri; quod ipſa quoque prædicata clariſſimè evincunt. Præterea in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tertio loco bis occurrit οὗτος; quorum primum immediatè ſequitur vocem *Petrus*; ſecundum verò per anaphoram illi reſpondet. In ultimo verò loco diſertè vox πλάνος repetitur. Nec ullum in ipſis locis eſt periculum ne quis aberret, ſicut in hoc noſtro foret, ſi adverſariorum ſententia obtineret. Præter hæc *Socinus Reſp. ad* 8.*caput Wiek. claſſ.*3.*Arg.*12. vix habet, quæ reſponſionem mereantur. Obſervandum tamen eſt acumen, quod ipſius diſcipuli ſilentio ſuo repudiant. Nam cùm varios, eoſque omnes incongruos, ſenſus attuliſſet, ipſe fluctuans tandem in hæc verba erumpit: *Quanquam in eam ſententiam facilè devenio, ut quando hujus loci omnino videtur idem ſenſus eſſe, qui eſt verborum ipſius Chriſti apud Iohannem,* Hæc autem vita æterna, &c. *Ioh.* 17. 3. *non ſolum ad Chriſti Patrem clauſula iſta*: Hic eſt verus Deus & vita æterna, *ſit referenda, ſed etiam ad Chriſtum, quâtenus referri & poteſt, & debet. Perinde ac ſi Iohannes dixiſſet; Hic habetis verum Deum, & vitam æternam. Verum quidem Deum: quia ecce habetis Chriſti Patrem, qui eſt ille ſolus verus Deus, ut ipſe Chriſtus dixit: vitam autem æternam: quia ecce ſimul cum Chriſti Patre ipſum Chriſtum habetis: horum enim duorum cognitione vita æterna continetur, quemadmodum idem Chriſtus affirmavit.* Hîc habemus fatentem adverſarium, quòd nec Chriſtus ab hoc dicto, ut ipſius ſequaces volunt, excludi, nec epithetum *vita illa æterna*, Patri commodè attribui queat. Ipſius autem interpretatio quàm ſit abſurda, vel mediocriter attento lectori locaque conferenti ad oculum patet. Quis unquam audivit vel legit, *dunt. Quare non prædicato adjicitur, ſed ſubjecto, quod, ſi ſententiam ſpectes, non niſi Pater eſt. Atque ut rem adhuc planiùs cernas, vide, utrùm ex noſtra, an illorum ſententia, idola ſeu Gentium Dii validè excludantur à vera Deitate. Si noſtram ſententiam ſequaris, res confecta eſt. Etenim ſi ſolus Chriſti Pater eſt verus Deus: idola certè veri Dii non ſunt cùm non ſint Pater Chriſti. At ſi ſententiam illorum ſequaris, qui hac reſponſione utuntur, nondum res confecta eſt. Statuunt enim illi, ſalva iſta enunciatione, Pater eſt ſolus verus Deus, aliis etiam ſubjectis poſſe idem prædicatum attribui. Poſſe enim nihilominus dici, Filium eſſe verum Deum, & quidem illum ſolum verum Deum; ſimiliter & Spiritum Sanctum. Itaque hæc Chriſti verba per ſe non prohiberent, quò minùs etiam infinitis aliis ſubjectis idem prædicatum attribueretur. Quare non ex his Chriſti verbis conſtare poſſet, idola non eſſe veros Deos, ſed aliunde id totũ eſſet intelligendum.*

Dicet fortè quiſpiam, ſubjectum, cui vox ſolius *proximè apponatur, eſſe nomen* Dei, *non Patrem; prædicatum autem, à cujus communione alia ſubjecta excludantur, eſſe vocem* veri. *Senſum enim eſſe, Patrem eſſe illum Deum, qui ſolus ſit verus. Sed & hoc effugium vanum eſt duplici de cauſa. Primò quia vox* veri *hîc non eſt prædicatum ejuſmodi, quod ſolum vim aliquam ſigni-*

ſignificandi habeat, & peculiare aliquod cujuſquam rei artributum denotet, ſed tantùm unà cum eo, cui adjicitur. Neque enim hoc loco verus *idem ſignificat quod* verax: *ſed cùm rei falſæ, ſeu falsò ſic appellatæ opponatur, nil ſignificat præter veritatem rei, cui apponitur. Itaque ſolum de re nulla prædicatur, ſed unà cum eo, cui apponitur, quod hoc loco eſt* Deus. *Significat nempe, unà cum illa voce ſumtum, eum, qui verè ac reipſa, non hominum tantùm opinione, ſit Deus. Sic dicimus, Chriſtum eſſe verum hominem, verum Meſſiam, & ſic in cæteris. Perinde enim eſt, ac ſi diceres, eum verè ac reipſa eſſe hominem, eſſe Meſſiam, non falsò, non hominum tantùm opinione. Quare non ita ſunt dirimendæ hæ voces* Deus verus, *ut altera iterum ſubjectum conſtituat, altera prædicatum, & vox* ſolius *voci* Dei *cenſeatur appoſita, ut ab aliis omnibus ſubjectis, præter Deum, prædicatum* veri *removeatur: ſed voces* veri Dei *conjunctim prædicatum unicum conſtituunt, & vox* ſolius *ſubjecto illius, nempe Patri, appoſita cenſeri debet, ut alia omnia præter Patrem ſubjecta à communione hujus prædicati nempe veræ Deitatis, excluderentur. Et ſanè non id agebat Chriſtus, ut idola Gentiúmve Deos à veritate ſimpliciter excluderet, ſed ut à vera Deitate excludendos, ſeu pro veris Diis non habendos doceret. Quod ſi dicas,*

legit, quòd, *Hic eſt verus Deus*, idem ſit quod, *Hîc habetis verum Deum?* vel quòd de ſententiâ aliquâ dicatur, *Hic eſt verus Deus?* Quis non videt longè maximum eſſe diſcrimen inter hæc duo, Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te &c. & inter hoc figmentum, Hic, id eſt, hoc totum quod proximè præceſſit, eſt verus Deus, ac vita æterna? Sed ceſſo; cùm ſola locorum inſpectio plurima argumenta ſuppeditet. Enjedinus quoque qui in futili hâc interpretatione Socino vel præivit, vel applauſit, jam refutata adfert: unum tamen præterea argumentum adducit. *Chriſtus*, inquit, *manifeſtavit, Patrem ſuum eſſe verum Deum, non autem ſe, quia non venit ut quæreret gloriam ſuam, ſed Patris. Ergò hîc per verum Deum non alius quàm Pater intelligitur.* Quaſi verò gloria Patris non eſſet gloria Filii: ac quaſi Chriſtus non manifeſtâſſet ſe ipſum, cùm manifeſtavit Patrem: contra *Ioh.* 14. 9. & 17. 2. Taceo, quod hîc non loquatur Chriſtus, ſed Apoſtolus Johannes. Fuimus paulò fuſiores in hoc loco explicando, tum quòd ab ipſis adverſariis ſæpiſſimè allegari ſoleat, tum quòd maximè faciat ad præſens negotium. Nam proculdubio Johannes reſpexit ad locum *Ioh.* 17. 3. prout paulò ante etiam confeſſus eſt Socinus. *U*trobique enim eundem indicat ſcopum, idemque opus Chriſti; nimirum quòd Filius Dei venerit, nobiſque mentem dederit, ut cognoſceremus illum verum Deum. Ubi obſervatu dignum eſt, quòd non dicat νοῦν ſed διάνοιαν. Hoc ipſo enim innuit, quòd licet *Ioh.* 17. 3. Chriſtus diſertè verus ille Deus non vocetur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cetur, id tamen per firmam conſequentiam, ſolidumque diſcurſum intelligi & debeat, & poſſit; ita ut hic poſterior locus ſit clariſſimus prioris loci commentarius; unde veriſimile eſt, per illa verba ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν non ſolum Patrem, ſed illum verum Deum eſſentialiter ſumtum, adeoque Filium quoque & Spiritum Sanctum, eſſe intelligendum; ultimumque αὐτοῦ referendum eſſe ad τοῦ Θεοῦ quod occurrit in initio verſûs vigeſimi. In reliquis erimus breviores, ac fermè auctorem tantùm refutabimus. Conſtituimus enim, Deo dante, alibi argumenta noſtra adferre, & ad adverſariorum injuriis vindicare.

Jam videamus, quid auctor contra datam reſponſionem excipiat. Dicit vehementer nos falli, quia vox adjectiva *ſolius*, quoties adhibetur ad alia ſubjecta à communione prædicati excludenda, ſubjecto, non prædicato adjiciatur. Ac adhiberi hîc ad alia ſubjecta excludenda, ſcilicet idola. Reſpondemus: Proximum ſubjectum non eſt Pater, ſed ille Deus: itaque omnia illa quæ non ſunt ille Deus, excluduntur à veritate Deitatis: ſicque efficaciſſimè, licet mediatè, idola quoque. Etſi autem ipſorum quoque ſententia idola validè excludat: hoc tamen eam minimè confirmat. Nam ex falſis etiam vera concluduntur. Sic veriſſimè colligo, Idola non eſſe colenda; ſi dicam, Solum Patrem, non Filium, eſſe colendum: Sanctos non eſſe noſtros ſervatores; ſi dicam, ſolum Patrem, non Filium, eſſe noſtrum ſervatorem. quamvis falſiſſimum ſit, Chriſtum non eſſe colendum, vel non eſſe *dicas, vocem* Dei *denuo repetendam, ut ſenſus ſit, Patrem eſſe illum Deum, qui ſolus ſit verus Deus: quid aliud facies, quàm ut, quod quiſque ſimpliciter efferret, per ambages dicentem facias Chriſtum, & abſque neceßitate tum ſubjectum, tum prædicatum duplices, idque ſubjecto iterum in prædicatum relato; perinde ac ſi quis hujuſmodi locutionem ad Chriſtum directam,* ut agnoſcant te ſolum verum Chriſtum *ſeu* Meſſiam, *ita mallet explicare,* ut agnoſcant te eſſe illum Chriſtum, qui ſolus eſt verus Chriſtus, *quam ſimpliciter,* ut agnoſcant te, qui ſolus es verus Chriſtus *ſeu* Meſſias. *Nam, ut alteram quoque rationem addamus; etiamſi ita eſſent accipienda verba, ac ſi dictum eſſet, Patrem eſſe illum Deum, qui ſolus ſit verus Deus: nihilominus tamen perinde eſſet; ac ſi dictum eſſet, Patrem ſolum eſſe verum Deum. Quemadmodum ſi dicerem, Chriſtus eſt ille homo, qui ſolus eſt ex virgine natus; aut, Chriſtus eſt ille homo, qui ſolus eſt verus ille Meſſias; perinde eſt ac ſi dicerem, Chriſtus ſolus eſt homo ille ex virgine natus; Chriſtus ſolus eſt verus ille Meßias. ſic etiam: Elias eſt Propheta ille, qui ſolus eſt igneo curru in cœlum ſubvectus; perinde eſt ac ſi dicerem, Elias ſolus eſt Propheta ille, qui igneo curru eſt in cœlum ſubvectus. itemque Gabriel eſt angelus ille, qui ſolus Mariæ virgini* con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

conceptionem Chriſti annunciavit; perinde eſt, ac ſi diceres, Gabrielem ſolum eſſe angelum illum, qui Mariæ virgini conceptionem Chriſti annunciavit. Neque verò ullum diſſimile exemplum, ſive ex ſacris literis, ſive ex aliis probatis autoribus, ſive ex communi popularique loquendi genere afferent. Quoties nimirum quiſpiam dicitur eſſe id, cui ſoli quippiam aliud inſit; perinde eſt ac ſi diceretur, primo illi ſubjecto ſoli utrumque conjunctim competere. Neque verò illi quicquam proficiunt, qui hujus generis fingunt exempla, ut de certa quadam Eccleſia (nos exempli cauſſâ, Antiochenam illam antiquam ſumemus) dicant, eam eſſe illam Eccleſiam, quæ ſola eſt vera Eccleſia, aliis licèt veris Eccleſiis ſimul extantibus. Ajunt enim, ita licere dicere: Antiochena Eccleſia eſt Eccleſia, quæ ſola eſt vera. quia nimirum ex numero ſit earum Eccleſiarum, quæ ſolæ ſunt veræ Eccleſiæ. ſic diceret alius: Petrum eſſe animal, quod ſolum ſit rationale. quia ſit unum ex iſtis animalibus, quæ ſola ſunt rationalia. Sed hujuſmodi exempla exemplis indigent. Probandum enim eſt idoneo aliquo exemplo, vel ſacro, vel profano, rectè quempiam ad eum modum loqui poſſe. E ſacris non proferent exemplum. Vulgus non ita loquitur. Chriſtus autem vulgari more locutus eſt. Non rectè autem eos loqui, qui hujuſmodi utuntur exemplis, inde

eſſe ſervatorem noſtrum. Nos verò rectè ſic inferimus: Qui non eſt ille Deus, qui Deus eſt Pater, is non eſt verus Deus. Atqui idola non ſunt ille Deus. Ergo idola non ſunt verus Deus. Verbis igitur Chriſti rectè applicatis idola firmiter excluduntur. Nam ut adverſariorum collectio præſupponit, idola non eſſe Patrem, ſic noſtra præſupponit idola non eſſe illum Deum. Sed reſponſionem noſtram, quâ proximum ſubjectum dicimus eſſe *Deum*, prædicatum *verum*, vanum vocat effugium: idque duplici de cauſâ. Primò, quòd vox *veri* non ſit prædicatum ejuſmodi, quod ſolum vim aliquam ſignificandi habeat, & peculiare aliquod cujuſquam rei attributum denotet, ſed tantùm unà cum eo cui adjicitur: itaque ſolum de re nullâ prædicetur, ſed unà cum eo cui apponitur. At hoc primò falſum eſt. Si enim hoc attributum *verum* ſolum de nullâ re prædicari poteſt, fruſtra quærunt Philoſophi, num omne ens ſit verum: malè dicitur, Deus, Theologia, ſapientia eſt vera, vel falſa: malè quoque interrogatur, An Deus Iſraëlitarum, vel Moabitarum eſt verus? Nec poſſet dici 1 *Theſſ.* 1. *v.* 9. ſervire Deo vivo, & vero. Quilibet enim videt, quòd *verus* ſit prædicatum minùs principale ſeu amplificans ſubjectum *Deus*, quodque hic ſit ſenſus, Deo, qui eſt vivus ac verus, ſervire. Sic *Ioh.* 6. 32. 1. *Ioh.* 2. 8. Dato tamen, non conceſſo, quòd *verum* ſolum attribui nequeat: nihil tamen hinc contra nos ſequitur. Nos enim concedimus, quòd attributum *verum* ſit prædicatum reflexum: nam ejuſmodi ut appellantur, modi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

modi intrinſecè reſpiciunt res ipſas, adeoque eas, ut Philoſophi loquuntur, connotant. Chriſtus igitur non ſimpliciter excludit idola à veritate, ſed, à verâ deitate: quia cùm dicitur, ut cognoſcant te illum ſolum verum Deum, vel illum Deum qui ſolus eſt verus, omnino tacitè repetitur vox Deus. Neque enim quamcunque veritatem hîc ſignificat, ſed talem veritatem. Habet enim vim quandam non ſolùm emphaticam, ſed etiam diſcretivam. Quod de ambagibus objicit, ſolidum non eſt. Aliud enim eſt loqui de verbis, aliud de verborum ſenſu. Senſus omnino hic eſt: ut cognoſcant te illum Deum, qui ſolus eſt verus Deus; ſed in vulgari ſermone ſic non ſolet efferri. Hoc Logici norunt, quando excluſivarum ac exceptivarum propoſitionum expoſitionem docent. Nam ad plenum ac diſtinctum earum ſenſum multæ propoſitiones requiruntur, quæ in communi ſermone eſſent duriuſculæ. Ac niſi ſubintelligeretur vox *Deus*, falſa eſſet propoſitio, nimirum hæc, ut cognoſcant te eſſe illum Deum, qui ſolus eſt verus. Si enim veritas generaliter ſumatur, nec ad Deitatis veritatem referatur, non ſolus Deus eſt verus, ſed etiam res omnes à Deo productæ. Nec hæc loquendi ratio, quâ eadem vox & ad ſubjectum, & ad prædicatum pertinet, abſona eſt: cùm eâ Spiritus S. utatur *Deut.* 6. 4. *Audi Iſrael*, *Dominus* (Iehovah) *Deus noſter*, *Dominus* (Iehovah) *unus*. Hîc ſecundum Crellium Moſes loquitur per ambages: ſic enim illud poterat ſimpliciter efferre: Iehovah Deus tuus eſt unus.

Altera

inde patet: quòd cùm dicimus, Eccleſiam aliquam ſolam eſſe veram Eccleſiam, ſi modò ſtatuamus, plures eſſe numero veras Eccleſias; Eccleſiæ illius nomine, quæ ſola ſit vera, non intelligimus quamvis ſingularem Eccleſiam ſeparatim ſumtam, ſed totum Eccleſiæ iſtius genus, ſeu mavis ſpeciem. Non enim de ſingulari aliqua Eccleſia ſeparatim ſumtâ dici poteſt, eam ſolam eſſe veram Eccleſiam, aliàs rectè diceretur, ſolam Antiochenam Eccleſiam fuiſſe veram Eccleſiam, quod illi ipſi nolunt qui talia exempla fungunt: ſed toti illi ſpeciei aut generi Eccleſiarum, illi nimirum, quæ ſalutarem Chriſti doctrinam profitetur, id tanquam proprium convenit, & ei ſoli ineſſe rectè dicitur. Id autem, quod dicimus, inde etiam apparet, quòd cùm Eccleſiæ alicui ſoli veræ Eccleſiæ nomen tribuere volumus, non poſſumus Eccleſiæ illi addere vocem omnis, *quæ ſignificaret, de ſingulis Eccleſiis ſeparatim idem dici poſſe. Non enim licet dicere:* Omnis *aut* Quævis Eccleſia ſalutarem Chriſti doctrinam profitens ſola eſt vera Eccleſia: *ſed ſimpliciter tantùm: Eccleſia ſalutarem Chriſti doctrinam profitens ſola eſt vera Eccleſia. At cùm Eccleſiam v.g. Antiochenam dicimus Eccleſiam, Eccleſiæ nomen ita ſumimus, ut Eccleſiam ſingularem ac ſeparatim conſideratam denotet, ſeu Eccleſiam diſtributim, non collectim ſumtam.*

Totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Totum enim genus, aut ſpeciem collectim ſumtam, non licet de quovis individuo ſeparatim efferre. Quare non licet etiam dicere, Antiochenam Eccleſiam eſſe illam Eccleſiam, quæ ſola ſit vera. Eodem modo non rectè dicitur, Petrum eſſe illud animal, quod ſolum eſt rationale. Petrus enim non eſt totum illud genus, aut ſpecies animalis, cui ſoli rationale inſit; & ſic in cæteris.

Hactenus ergo inconcuſſum manet, illis verbis Chriſti hanc contineri ſententiam, quòd Pater ſolus ſit verus Deus. Dicimus autem, ſententiam hanc verbis illis contineri. Nam ut hoc quoque nunc addamus, quod & verbis Chriſti, & ſententiæ noſtræ non parum lucis afferet; verba illa ſolum verum Deum, Græcè τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, per appoſitionum cum voce præcedente Te Patrem deſignante cohærent, ac ſi dictum eſſet, qui ſolus es verus Deus. Itaque articulus voci μόνον in Græco præfixus, eandem rem denuò deſcribi indicat, ut & alibi in appoſitionibus fieri ſolet. Simillimun huic habes locum 1 Tim. 1.16. ubi cùm dixiſſet Paulus, quem (adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum) ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, Rex regum, & Dominus dominantium: addit, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, qui ſolus habet immortalitatem. Vbi quivis videt, hæc

Altera ratio, ob quam reſponſionem noſtram vanum vocat effugium, eſt; quòd, etiamſi ita accipienda eſſent verba, ac ſi dictum eſſet, Patrem eſſe illum Deum, qui ſolus ſit verus Deus, nihilominus tamen perinde eſſet, ac ſi dictum eſſet, Patrem ſolum eſſe verum Deum. Verùm hoc nos proſus inficiamur. Exempla quæ adfert, planè ſunt diſparia: nam prædicata illa, eſſe ex virgine natum, eſſe verum Meſſiam, eſſe igneo cnrru in cœlum ſubvectum, conceptionem Chriſti annuntiâſſe, ſunt propria, non communia. Sed attributim *verus Deus* eſt commune, non proprium; non competit uni ſoli, ſed pluribus, ut ſuprà probavimus. Nec Eccleſiæ exemplum omnimodè quadrat: quia Eccleſia non eſt totum univerſale ſeu genus, ſed integrale. Iniquum autem eſt, quòd planè ſimilia exempla in materiâ tam ſingulari à nobis poſtulat; cùm nec vulgarium modorum loquendi, præſertim in Sacrâ Scripturâ uſitatorum, proſus ſimilia exempla ſemper ſuppetant. Nobis ſatis eſt, quòd recta ratio interpretationi noſtræ non refragetur. Et ſi rem paulò accuratiùs examinemus, ratio docebit, quòd hic modus loquendi non rarò rectiſſimè ac ſuaviſſimè adhiberi queat. Quid enim obſtat, quò minùs de rebus magni momenti, & pro quibus falſa ſubſtitui conſuevêrunt, ad majorem evidentiam ac certitudinem ſic pronuntiem? Hæc planta (individuum ſcilicet) eſt ille ſolus verus Dioſcoridis acorus. Hæc eſt illa ſola vera nardus Celtica: præſertim ſi totum quod de individuo pronuntiatur ſit homogeneum ſeu ſimilare:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

lare : ut, Hoc eſt illud ſolum verum bezoar; Hoc eſt illud ſolum verum aurum nativum. Quibus propoſitionibus non ſignificatur, quòd illa individua ſola ſint vera in ſuo genere, ſed quòd ſint ex illo genere quod ſolum eſt verum. Hactenus quidem in claſſicis auctoribus, profanis ſcilicet, nobis non occurrêrunt ejuſmodi exempla. quod mirari nemo debet: cùm noſtra lectio ſit exigua, nec bibliothecam habeamus ad manum. Sed nulla ratio obſtat, cur non occurrere & poſſint; & aliquando debeant. Quare aliorum eruditam diligentiam hîc imploramus. Hinc patet axioma Crellii eſſe falſum, quo dicit: Quoties nimirum quippiam dicitur eſſe id, cui ſoli quippiam aliud inſit; perinde eſt ac ſi diceretur, primo, illi ſubjecto ſoli utrumque conjunctim conpetere. Etſi enim hoc verum ſit, ſi prædicatum illud ſit proprium & reciprocum : falſum tamen eſt, ſi ſit commune, ipſoque primo ſubjecto latiùs pateat. Iam verò attributum *verus Deus* eſt commune. licèt enim Deus ſit ens ſingulariſſimum : tamen ob infinitam perfectionem divina eſſentia tribus eſt communis. Habet ſe igitur inſtar univerſalis, generis ſcilicet vel ſpeciei, ratione prædicationis & communicabilitatis: licèt toto cœlo ab eo differat ratione entitatis ac ſingularitatis. Itaque quamvis totum genus, aut ſpecies collectim ſumta non poſſit de individuo ſeparatim efferri : rectè tamen de Patre effertur ſolus verus Deus : quia univerſalia in individuis multiplicantur, iiſque ratione tantùm communicantur : At eſſentia divina multiplicari nequit, & *hæc verba ſuperioribus per appoſitionem cohærere, & articulum ſervire conjunctioni novæ hujus deſcriptionis Dei cum præcedentibus; vocem autem* ſolius *ad ſubjectum referri. Quare non eſt, quod quis putet, nos vocem* ſolius *cum præcedenti vocula* Te, *ſi conſtructionem Grammaticam ſpectes, connectendam cenſere. Nam & articulus obſtat voci* μόνον *præfixus; & hoc pacto ſubaudiendum eſſet verbum* eſſe. *Perinde enim foret, ac ſi dixiſſet Chriſtus*, Te ſolum eſſe verum Deum: *quod etſi per ſe verum eſt, tamen ab hujus loci ſententia alienum eſſe paulò pòſt intelligetur.*

Iam enim tempus eſt, ut eorum quoque examinemus ac refellamus ſententiam, qui ita hæc verba accipiunt, ac ſi dixiſſet Chriſtus : Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant, Te, (*Pater*) & eum, quem miſiſti, Jeſum Chriſtum, eſſe illum ſolum verum Deum. *Primùm dicimus hanc explicationem ideo conſiſtere non poſſe, quia vocem* ſolum *ad prædicatum, nempe* verum Deum, *refert, quam ad ſubjectum referendam eſſe nos antè docuimus. Quòd ſi quis ita velit accipere verba, ac ſi dictum eſſet*, Te, &, quem miſiſti, Jeſum Chriſtum ſolum, eſſe illum verum Deum : *primùm obſtat poſitus voculæ* ſolius. *Etenim cùm vox* ſolus *ad plura ſubjecta ſimul refertur, vel omnibus, ut*

ut nos modò fecimus, poſtponi, vel omnibus præponi ſolet. quod poſterius fit in illis Pauli verbis, quæ ſola nonnulli ad ſuam hujus loci explicationem illuſtrandam adducunt, extantque 1 Cor. 9. 6. Ita enim ibi è Græco legendum eſt : An ſolus ego & Barnabas, non habemus poteſtatem non operandi? *At hoc noſtro loco non tantùm vocula* ſolus, *ſed unà totum prædicatum, nimirum* verus Deus, *interponitur inter ſubjecta illa duo, ad quæ referri cenſetur, nempe inter vocem* Te, & Ieſum Chriſtum, *quem Pater miſerit. Vt taceam, articulum voci μόνον præfixum non pati, ut ea vel cum voce* Te, *vel cum verbis* Jeſum Chriſtum, *iſto modo conjungatur; quemadmodum omnes Græcæ linguæ non ignari fatebuntur. Deinde hac ratione evertetur nihilominus adverſariorum de Spiritus ſancti Deitate ſententia. Si enim pater & Chriſtus ſolus eſt verus ille Deus: Spiritus ſanctus Deus ſupremus revera non erit. Idem autem ſequetur, etiamſi ita verba accipias, ac ſi dixiſſet Chriſtus*: ut cognoſcant te (*Pater*) & Jeſum Chriſtum, quem miſiſti, eſſe illum Deum, qui ſolus eſt verus. *Oſtendimus enim antea, id perinde eſſe, ac ſi dictum eſſet,* Te & Jeſum Chriſtum ſolum eſſe Deum illum verum. *Nihil, inquam, hac in parte intereſt, ſive primo ſtatim ſubjecto addatur vox* ſolius, *ſive illi ſubjecto, quod*

& qui eam habet, habet eam totam. Etſi igitur ſolus Pater non ſit Deus; eſt tamen totus ille Deus, id eſt, totam divinam eſſentiam habet: de quo myſterio in ſequentibus ſæpiùs agendum erit.

Atque ut hanc rem magis illuſtremus, noſtramq; reſponſionem, confirmemus, addemus quædam Scripturæ loca, ex quibus judicioſi viri facilè cognoſcent; neceſſariò alterutram reſponſionem ab adverſariis admittendam eſſe. Nimirum aut concedendum, particulam *ſolum* pertinere ad vocem *Deum*, quemadmodum ſatis fuſè paulò ante oſtendimus; aut dicendum eſſe, quòd licet vocula *ſolus* immediatè ſit referenda ad pronomen *Te*, minimè tamen eo ipſo excludatur Chriſtus; quippe quod particula excluſiva non excludat incluſa. Itaque ſic diſputamus contra adverſarium: Si neutra harum reſponſionum locum habet, ſequitur quòd Pater non ſit verus Deus, ſed ſolus Ieſus Chriſtus. Conſequens & juxta veritatem, & juxta adverſarios eſt falſum. Ergo & antecedens. Conſequentiam ſic probamus breviter; Nam plenam hujus rei demonſtrationem ſibi vendicat Myſterium pietatis oſtenſum. Chriſtus de ſe dicit *Eſ.* 45. *v.* 5. Ego Iehovah & *non amplius*; *abſque* (vulgò præter) *me non eſt Deus Elohim.* item *v.* 6. 18. 21. Nam de ſolo Chriſto hæc immediatè eſſe intelligenda patet ex *v.* 11. 13. 15. 21. 23. imo ex toto capite; itemque ex capite 41. 1. 4. 14. *&c.* 44. 6. & 48 12. Sed, ut dixi, hæc omnia alibi fuſè excutientur, ac à variis adverſariorum exceptionibus, Deo dante, vindicabuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Quæ de appoſitione affert, ea veritatem non illuſtrant, ſed obſcurant. Omnia enim eò ſpectant, ut emphaticam vim articuli τὸν tollant. Etſi enim admittamus ſubintelligendam eſſe voculam *qui*: id tamen non fit ſolius articuli vi, ſed vi ſyntaxeſos, in quâ latet; ſicut & verbum *es* in eâ ſubintelligitur. Nam plures accuſativi inter ſe juncti eam exprimunt. Senſus genuinus hic eſt, ut cognoſcant te qui es ille ſolus verus Deus, non vero, qui ſolus es verus Deus. Omittit pronomen *illum*, ne videatur Deus eſſe ſubjectum proximum, quod à voce *ſolus* determinatur. Locus 1 *Tim.* 6.16. eſt diſſimilis. In eo enim occurrit nominativus ὁ: hîc verò ſunt accuſativi plures, & quidem ab uno verbo *cognoſcant* recti. Deinde ibi occurrunt multa prædicata, quæ ſine copulâ, explicitâ vel implicitâ, connecti nequeunt: at hic eſt prædicatum, quod immediatè attribuitur: unde ibi quoque amplificatio conſtituit propoſitionem copulatam, hîc autem ſimplicem ſeu categoricam. Accedit participium ἔχων, quod articulum, more ſuo, requirit. Rectè tamen facit, quòd vocem *ſolius* cum præcedente voculâ *Te* non cenſeat connectendam. Hoc autem noſtram ſententiam plurimùm confirmat.

Reſtant examinanda ea, quæ contra aliorum reſponſiones adducit. Primò aggreditur eos, qui dicunt, non ideo Patrem ſolum dici verum Deum, ut ab eâdem illâ Deitate excludatur Filius & Spiritus S. ſed ut excludantur tantùm idola. Hâc reſponſione nos quidem hoc in loco non utimur: immeritò tamen ſugillatur

quod pars prædicati eſt. Præterea falſum eſt, in eo ſitam eſſe vitam æternam, ſeu rationem vitam æternam conſequendi, ut homines cognoſcant, Patrem & Chriſtum eſſe illum ſolum verum Deum. Propriè acceptum conſiſtere non poteſt. Aliàs ad ſalutem æternam & neceſſariò requireretur, & ſufficeret, Patrem & Chriſtum pro illo ſolo vero Deo agnoſcere. At hoc pacto omnes, qui eam ſententiam animo tenent, vitam æternam conſequerentur: cùm tamen iis in vitiis hærere ſimul queant, de quibus apertè pronunciant ſacræ literæ, eos, qui talia faciant, regni cœleſtis hereditatem non adituros. Dices ergo, impropiè id accipiendum, ita nimirum, ut hæc cognitio in ſe comprehendat fidem in Chriſtum per charitatem omniſque generis virtutes efficacem; per metonymiam nimirum cum ſynecdoche conjunctam, quâ cauſſæ nomine ſimul etiam effectus comprehendatur. quo pacto illi fidei; quâ creditur, Ieſum eſſe Chriſtum Dei Filium [a] *vita æterna in ſacris literis adſcribi videtur. At ne hoc quidem conſiſtere poteſt. Sic enim nihilominus ſignificaretur, illam cognitionem omnibus ad vitam æternam eſſe neceſſariam, & fidei per charitatem efficacis fundamentum quoddam. At hoc falſum eſſe inde liquet, quòd non modò Chriſtus ipſe, qui ad ſalutis viam hominibus annunciandam, fidemque ſalvificam illis inſerendam miſſus à*

[a] Ioh. 20. 31.

Deo

Deo fuit, eam ſententiam apertè non tradidit, aut hominibus inclucavit; ſed ne illius quidem Apoſtoli, divinitatis ac doctrinæ ipſius clariſſimi præcones. Nam quod ad Chriſtum attinet; is non modò ultrò non docuit atque inculcavit, ſe unà cum Patre eſſe illum ſolum verum Deum; verùm etiam cùm ei commodiſſima occaſio præberetur, id de ſe pronunciandi, non pronunciavit tamen; ſed ita de ſe loquutus eſt, ut ſe à Deo κατ' ἐξοχὴν *dicto apertè diſcerneret, & ſe ab eo totum pendere oſtenderet. quemadmodum apparet ex c.* 10. *hujus ipſius hiſtoriæ Euangelicæ, v.*33.*&d. de quibus verbis &* [a] *alibi à nobis dictum eſt, & diceter* [b] *infrà ſuo loco. Apoſtoli autem, cùm de præſtantia Chriſti loquuntur, cujus cognitio ſit fundamentum illius fidei ac pietatis, per quam ſervamur, nihil commemorant ſublimius, quàm quòd Ieſus ſit ille Chriſtus, aut Dei Filius; quæ duo pro eodem ponunt. idque apud ipſum hunc ſcriptorem non infrequenter occurrit. qua de re itidem infrà* [c] *dicendi locus erit. Accedit, quòd ſacri ſcriptores, ac nominatim Iohannes, cùm de ea cognitione loquuntur, in qua religio, aut via ad vitam æternam conſiſtit, non de ea cognitione loquantur, quâ certum aliquod attributum, Deo aut Chriſto eſſentiale, illi ineſſe cognoſcatur, qualis cognitio hæc eſſet, quòd Pater & Chriſtus ſit ille ſolus verus Deus:*

[a] In lib. de Deo cap. 13.
[b] Inf. h. lib. ſect. 2. cap. 31.
[c] ſect. 2. c. 31.

tur ab adverſario: cùm & rectâ ratione, & inductione exemplorum nitatur. *Ratione:* notiſſima enim eſt regula Logicorum: Particulæ excluſivæ non excludunt concomitantia: ſeu, ut nos loquimur, Excluſiva non excludit incluſa: puta neceſſariò antecedentia, connexa, vel conſequentia. *Exemplis* quoque nititur hæc reſponſio, cùm non ſolùm in profanis, ſed & in ſacris literis frequentiſſimè adhibeantur particulæ excluſivæ, quæ tamen alia ſubjecta, quam cui adduntur, admittunt. Unum ſit inſtar omnium. *Matth.* 11.27. Nemo novit Filium niſi Pater; neque Patrem quiſquam novit niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius revelare. Hîc ridiculus foret is, qui hinc colligeret, nec Patrem, nec Filium cognoſcere ſe ipſos. Sic qui dicit, Solus Henricus IV eſt verus hæres Galliæ, non negat Ludovicum XIII eſſe verum hæredem Galliæ: quia eo ipſo quo patrem verum hæredem pronuntiat, eo ipſo quoque aſſerit legitimum ejus filium eſſe verum hæredem. Nimirum propoſitio excluſiva eſt talis vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid: quæ poſterior etſi non rarò ſimpliciter efferatur, tamen ex ſubjectæ materiæ naturâ, vel aliis locis ſatis intelligitur, quòd non ſimpliciter ſit intelligenda. Sic juxta horum reſponſionem hæc propoſitio non ſimpliciter excludit omnes præter Patrem, ſed excludit omnes qui ſunt extra Patrem: nimirum omnes illos, qui non ſunt ille verus Deus. Quæ ipſorum explicatio eſt fundata in naturâ ſubjectæ materiæ; quia Patrem nec quâ Deum, nec quâ Patrem, nec quâ talem Deum & Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patrem cognoſcere poſſumus, quin ſimul Filium & Spiritum Sanctum cognoſcamus: ita ut horum duorum cognitio & Deitas, Patris cognitioni & deitati ſit, ut ita dicam incluſa. Itaque contrarium nec vis verborum, nec occaſio ſeu cauſa requirit. *Non vis verborum:* quia vocula *ſolus* non excludit incluſa, adeoque, ſi reſpiciamus ad Filium & Spiritum Sanctum, non eſt ſimpliciter excluſiva: id eſt, excludit res certas, non ſimpliciter omnes. *Non occaſio:* quia juxta hanc quoque ſententiam gentium Dii validè excluduntur: non quia conſtat, eos ſimpliciter eſſe diverſos à Patre, ſed quia conſtat eos eſſe diverſos Deos à Patre. Syllogiſmus enim hinc deducendus ſic ſe habet. Quicunque eſt diverſus à Patre Jeſu Chriſti Deus, is non eſt verus Deus. At Dii gentium ſunt Dii à Patre Jeſu Chriſti diverſi. Ergo gentium Dii non ſunt veri Dii. Hic ſyllogiſmus non eſt ſophiſticus, ſed legitimus: & excludit omnes falſos Deos, non ſolùm præteritos & præſentes, ſed etiam futuros. Sed inſtat, hoc eſſe pro conceſſo ſumere, quod eſt maximè controverſum: nimirum Filium & Spiritum Sanctum eſſe ejuſdem cum Patre eſſentiæ. Sed reſpondeo: Minimè gentium. Neque enim reſpondens petit principium, ſi theſin ſuam explicet, eamque ita applicet, ut argumentum ſolvatur, præſertim diſtinctione. Sed opponens petit principium, cùm dubium per æquè dubium probat. Nullâtenus igitur petunt principium, qui ſic reſpondent. Nam cùm adverſarius urget, Non excluduntur Dii gentium, niſi Filius quoq; & SS. ex-

Deus: ſed de cognitione Dei ſimpliciter, de quali nos Chriſtum hîc loqui cenſemus, [a] *intelligentes cognitionem Dei inprimis reſpectu ipſius voluntatis, rerumq; ad eam quoquo modo ſpectantium; itemque de cognitione Chriſti reſpectu ipſius muneris, quod ad voluntatem divinam patefaciendam, confirmandam, exſequendam ac perficiendam totum ſpectat. Taceo nunc modum loquendi, quali nec Iohannes, nec quiſquam ſcriptorum N. fœderis utitur, cùm de cognitione totius alicujus complexi ſeu enunciati loquitur. Nam ſententiam hanc, quam ii, cum quibus nunc diſputamus, his Chriſti verbis comprehenſam volunt, ita efferrent ſacri ſcriptores,* ut cognoſcant, quòd (*vel, ut vulgata loqui ſolet,* quia *aut* quoniam) tu es ſolus verus Deus, *&c. quemadmodum ii, qui in lectione ſacrarum literarum aliquantò diligentiùs verſantur, animadvertent: quo pacto verbi gratia, apud eundem Iohannem legimus,* [b] cognovimus, quia (*ſeu* quòd) tu es Chriſtus Filius Dei; [c] cognoverunt principes, quia (*vel* quòd) hic eſt Chriſtus. *Non urgeo etiam illud, quod alibi* [d] *demonſtrabimus, nec preces, quas ad Patrem hic fundit Chriſtus, nec miſſionem à Patre, quam in his ipſis verbis commemorat, pati, ut Chriſtus unà cum Patre ſolus ille verus ſupremuſque Deus ſtatuatur. Illud tantum hîc dicam, quod à do-*

ctiſſi-

[a] Vid. Ioh. 8. 19. 55. 14. 7. 16. 3: 17. 25. 1 Ioh. 2. 3. 4. 13. 14: 3. 1: 4. 7. 5. 20. conf. Epheſ. 1. 17. &. Col. 1. 9. Ioh. 6. 69. conf. cum v. 12. 24. 25. 17. 25.

[b] cap. 6. 69.

[c] cap. 7. 26.

[d] Inf. ſect. 2. cap. 17. Ibid. cap. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ctiſſimis quibuſdam adverſariis aliquatenus eſt animadverſum, non convenire huic loco, ut Chriſtus de ſe pronunciet, ſe unà cum Patre eſſe illum ſolum verum Deum: partim quidem, quia Patrem oret, & porrò quàm modeſtiſſimè de ſe loquatur; partim verò quia ſe ut Patris legatum conſideret ac deſcribat. Patrem enim orans, non ſe Patri æquaſſe, & id de ſe pronunciaſſe cenſendus eſt, quo Pater ipſe nihil habet majus; ſed, ut modeſtiſſimo & ſupplici conveniebat, infra eum ſe poſuiſſe. Deinde cum ſe tanquam Patris legatum hîc conſidederet ac deſcribat, non cenſendus eſt ſibi tribuiſſe ſummam Patris legantis majeſtatem ac gloriam, quæ in eo conſiſtit, quòd ſolus Deus ſit. Adde, quod & ordo & concinnitas orationis poſtulat, ut prior deſcriptio Patri, cui proxime adhæret, ſit propria, quemadmodum poſterior Chriſto eſt peculiaris: non verò Chriſtus & peculiari ratione deſcribatur, & iterum eâ, quæ illi ſit cum Patre commnnis idque iis verbis, ſi ordinem ſpectes, non minus Patri propriè attribui videntur, quàm poſteriora Chriſto. Et primam quidem ex his tribus rationibus, aliquatenus attigit acutiſſimus ac doctiſſimus Pontificiorum interpres [a]. Inter alias enim cauſſas, ob quas Chriſtus hoc loco non ſe, ſed Patrem appellaverit ſolum verum Deum, hanc quoque affert, Quòd voluerit Chriſtus

[a] Iohan. Maldonatus Ieſuita in hunc locum.

excludatur; rectè reſpondent. Imo excluduntur: quia ſunt dii diverſi à Patre; at hi duo non ſunt diverſi. Iam itaque adverſarius aliunde debet probare eos ratione eſſentiæ, eſſe diverſos à Patre. Et niſi ejuſmodi argumentatio admittatur, nullum planè idolum poſſet ex hoc loco rejici. Nam verbi gratia ſi quis hinc vellet probare Iovem non eſſe verum Deum: negaret id Ethnicus, diceretque; Iovem eſſe illum Patrem de quo hîc agitur. Quemadmodum autem tùm probandum eſſet Iovem non eſſe Patrem illum; ſic nunc oſtendendum eſt, Deos gentium non eſſe illum Deum, de quo hîc agitur: Non, inquam, ſimpliciter, non eſſe Deos (id enim eſt in quæſtione,) ſed non eſſe Deum illum. Quod verò de populari diſſerendi genere diſſerit, nimis eſt populare, & elumbe. Fidelis enim populus ex Sacrâ ſcripturâ edoctus bene novit diſtinguere inter perſonam & eſſentiam. Neque enim hæc diſtinctio ita populi captum ſuperat, ut eam ſalutariter intelligere nequeat, licèt non tàm exactè, ut Philoſophi, diſcernere nôrit. Itaque non populo, non univerſis, ſed infidelibus ignota eſt diſtinctio. Vulgus autem fidele, & in primis fidei fundamentis informatum, non ſtatim ſubſtantiam, id eſt, eſſentiam diverſam cogitat, ubi cogitat diverſam perſonam: poteſtque diverſas perſonas concipere, ubi unam ſubſtantiam, id eſt, eſſentiam concipit. Etſi enim ſcholaſticas phaſes fidelium vulgus non intelligat; rem tamen ipſam apprehendit quantum ad ſalutem ſatis eſt: licèt non accuratè, attamen confuſè. Falſiſſimum autem eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſt, quod fingit adverſarius, hanc doctrinam, quam Scholaſtici ſubtilioribus adeoque obſcurioribus verbis explicare conantur, non eſſe in ſacris literis fundatam. Vel ſolum primum caput ad Hebræos ipſum refutat. Qui enim diligenter perpendit quid ſit character ſubſiſtentiæ, is nullâtenus à vocibus, barbaris quidem, ſed tamen didacticis, abhorrebit. Quare iniquus eſt adverſarius, qui ſuâ infidelitate aliorum ſcientiam ac capacitatem metitur. Scriptura non eſt nobis data, ut eam tantùm obiter perlegamus, ſed ut eam judicioſe inter ſe conferendo, phraſiumque vim inveſtigando, diligenter ſcrutemur. Quod ſi fecerimus, omnia hæc divina myſteria, quæ ipſe repudiat, ex eâ clarè diſcemus. Cæterum ſi vulgus fidelium non poſſet diſtinguere inter eſſentiam & perſonam, ſeu ſubſiſtentiam, nullus ſanè plebeiorum intellexerit, quomodo Filius ſit character ſubſiſtentiæ Patris, *Heb.* 2. 3 quod qui affirmat, non ſolùm in fidelium plebem, verùm etiam in ipſam Scripturam eſt injurius. Nec obſtat, quòd diſcipuli Chriſtum hominem, & à Patre miſſum crediderint. Probent adverſarii, fieri non poſſe ut eadem perſona ſit homo & Deus, & vicerint. Diſcreverunt diſcipuli Chriſti inter Patrem & Filium tanquam perſonam mittentem & miſſam: ſed ideo eandem utriuſque divinam eſſentiam non negârunt. Quod verò addit hinc ſequi eum his verbis refutari non poſſe, qui dixerit, Gabrielem, verbi gratia, Petrum, Paulum, aut denique Iovem, Neptunum, alioſve gentium Deos veros eſſe Deos, perſonis quidem à Pa-

ſtus de Patre quidem ſuo, ut Filium decebat, honorificè, de ſe verò quàm modeſtiſſimè loqui, ideò, *inquit*, non ſe, ſed Patrem Deum apellavit. Eodem, ut opinor, pertinet, quòd nec ſe quidem ipſum nominare voluit: nec enim dixit, ut cognoſcant te, & me: ſed, *ut cognoſcant te, & quem miſiſti Ieſum*, per tertiam perſonam de ſe ipſo loquens, quod majoris modeſtiæ, quàm ſe ipſum, cùm de rebus agitur honorificis, qualis hæc erat, nominare. *Quòd ſi cenſendus eſt Chriſtus in re tantilla modeſtiæ hoc loco conſuluiſſe; quantò magis in eo; ne ſe unà cum Patre ſolum verum ſupremumque Deum hîc diceret? Quamquam non tantum modeſtiæ, ſed & rei ipſi hic conſulere voluit Chriſtus. Voluit enim ſe Patri, & cognitionem ſui cognitioni Patris ſic adjungere, ut ſimul, quantum interſit diſcriminis, oſtenderet. Significare enim voluit, Patrem tanquam ſummum rerum omnium Monarcham ac Principem cognoſcendum, ejuſque voluntatem per ſe attendendam eſſe; ſe verò tanquam legatum ejus ſpectandum, qui voluntatem ejus annunciet, & certiſſimis documentis demonſtret, eandem porrò Dei nomine exſequuturus ac perfecturus. Hujuſmodi enim deſcriptiones perſonarum in ſac. literis non otioſæ eſſe ſolent, ſed ad rem, qua de agitur, illuſtrandam ac-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

accommodatæ Sed de his ſatis. Cui planæ ſacrarum literarum interpretationes placent, non poteſt non hanc quam oppugnamus, repudiare, noſtram autem amplecti, niſi opinioni de re ipſa præconcepta poſtponere malit.

à Patre diſtinctos, ſed ejuſdem tamen cum illo eſſentiæ. Quid tum poſtea? Mirumne eſt, falſo, imò prorſus abſurdo, fundamento poſito plurima incongrua ſequi? Quid ſi aliquis impudenter aſſeveraret, Belzebubem eſſe illum Patrem Ieſu Chriſti? poſſes ne ipſum, etiam juxta tuam interpretationem, hinc refutare? Adhuc tamen juxta explicationem noſtram omnes ficti Dii efficaciſſimè excluduntur. Clariſſimè enim pronunciat Chriſtus, *Te*; nimirum quem ego prædicavi, cujus gloriam manifeſtavi. An autem Chriſtus prædicavit Gabrielem, Petrum, Paulum, vel Iovem, Neptunum, alioſve Gentium Deos?

In ſequentibus multa cogitur fateri, quæ ipſius argumentum convellunt. Primò enim agnoſcit aliam excluſionem eſſe talem ſimpliciter, aliam ſecundùm quid. Deinde excluſionem aliam eſſe immediatam, *primò*: aliam mediatam, *conſequenter*. In primis notatu digna ſunt verba: *Tum demum ſimpliciter atque in univerſum ab iis attributis excluduntur, cùm conſtat, quòd ea à Deo, cui ſoli primò competant, non acceperint, ac porrò ab eo hâc in parte revera non pendeant.* Quibus bene obſervatis ac dextrè applicatis omnia ipſius argumenta, quæ ab excluſivis propoſitionibus deducit, nullo negotio ſolvuntur, ut in ſequentibus patebit. Quamvis enim Filius & Spiritus Sanctus à Patre non pendeant, Deitatem tamen ab eo per æternam, ac ab omni imperfectione liberrimam productionem acceperunt. Nomen autem Dei omnibus illis, qui ſublime aliquod imperium, aut potentiam eximiam habent, ſuâ naturâ commune eſſe, etſi adverſarii ad ravim uſque inculcent: nunquam tamen probabunt. Figmenta hæc noſtri ſatis ſuperque refutârunt: quare hoc labore hîc ſuperſedebimus, eumque in *Myſterium pietatis oſtenſum* reſervabimus. Si perpendamus, primum nomen Dei fuiſſe Hebræum, idque vel à Deo, vel ſaltem ab Adamo ante lapſum inſtitutum: ſi quoque veram etymologiam nominum divinorum in linguâ ſanctâ inveſtigemus: clariſſimè cognoſcemus, Nomina Dei vel divinæ eſſentiæ, vel tribus perſonis eſſe propria. Fatemur, quòd ipſa Scriptura multos veros Deos in plurali numero agnoſcat; ſed pernegamus quòd aliquem eſſentiâ à Patre diverſum in ſingulari numero abſolutè ac ſine diminuente epitheto vocet Deum, multò minus verum Deum. Angelos & magiſtratus vocat Deos, ſed nullum unquam ſimplicem Angelum vel magiſtratum vocat Deum. Quantum autem in hoc negotio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſit diſcrimen inter numerum ſingularem & pluralem, vel primum caput ad Hebræos evicerit: cùm ſecus ipſius Apoſtoli argumenta à nomine petita ſint nulla. Quem enim fugit, omnes fideles vocari filios Dei, & angelos ac magiſtratus Deos?

Quæ de Chriſti divino in omnia imperio ac cultu tanto imperio digno adverſarius diſſerit, abundè ſufficiunt ad evertendum ipſius ſententiam. Nam qui habet divinum in omnia imperium, neceſſariò debet habere divinam de omnibus ſcientiam, & divinam in omnia potentiam. Qui meretur cultum divinum, debet eſſe præditus divinâ majeſtate. Etenim & juxta Sacram Scripturam, & juxta rectam rationem planè abſurdum eſt, tribuere alicui cultum religioſum, qui cultus colendi dignitate ſit major: imò hoc nihil aliud eſt quàm idololatria, diſertiſſimè in primo præcepto vetita. Sed hâc de re alii; & nos quoque, aliàs fuſiùs.

Inſpergit jam quædam argumenta, quæ propriè ad rationes pertinent: ideoque pleniùs in ſecundo libro à nobis refutabuntur. Dicit: Si per excellentiam Pater vocatur Deus, ergo ſolus eſt Deus ſummus: quia Deo ſummo nihil eſt excellentius. Sed hæc eſt craſſa amphiboliæ fallacia. Nam verba *per excellentiam* hîc ſumuntur rhetoricè, ſynecdochicè ſcilicet; non verò metaphyſicè aut logicè, majori quadam præſtantiâ. Nulla enim eſt prærogativa realis aut intrinſecæ dignitatis inter perſonas divinas, ſed tantùm extrinſeca, ratione manifeſtationis. Et cùm noſtrates Patrem vocant fontem Deitatis, nolunt exprimere aliquam prærogativam internæ perfectonis, ſed tantùm ordinem. Ratione ordinis poteſt concedi prius, & poſterius inter perſonas: neutiquam verò ratione perfectionis. Hic enim ordo reſultat ex ſummâ divinæ eſſentiæ ac perſonarum perfectione. Tantæ quippe perfectionis in divinis eſt eſſe Filium, quantæ eſt eſſe Patrem, tantæ eſt eſſe Spiritum Sanctum, quantæ eſt eſſe Patrem, aut Filium. Pergit: Si Pater eſt fons Deitatis, eſt ſeipſo prior & poſterior, pendebit ab ipſo Filius & Spiritus Sanctus: denique uterque erit effectus. Hæc quidem aſtutè hîc afferuntur, ut primâ fronte terreant lectorem: ſed admodùm rudem Logicam, & Metaphyſicam ſapiunt: ut ſequens liber docebit. Quæ de rudiſſimo populo rhetoricatur, ea ſatis indicant, eum ne prima quidem Chriſtianæ fidei rudimenta cognoviſſe. Nimirum, nihil hîc agit Spiritus Sanctus, contra diſerta Chriſti verba *Ioh.* 6 43. 44. 45. Solus Crellius acutum cernit; reliqui omnes, ſunt fungi. Verùm ſi modeſtè Sacras Scripturas expendiſſet, utique animadvertiſſet, quòd non nos verborum ſonus, ſed ipſum ſua pertinacia deceperit. Nos, divinâ gratiâ freti, damus operam, ut in hujus vitæ tene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bris tantum concipiamus, quantum inacceſſæ lucis ſplendor concipi poteſt. Ex his jam nullo negotio intelligitur, quàm frigido dilemmate attributionem ſeu appropriationem à Theologis rectè aſſertam oppugnet. Datur enim tertium. Non propter excellentiam aliquam, quâ Pater præſtet Filio, & Spiritui Sancto: non ſine ullâ ratione, ſed ratione ordinis, ac originis. Rectè autem attributum, quod pluribus æquè commune eſt, uni tantum tribui, varia ſcripturæ docent exempla. Sic tertia deitatis perſona dicitur Spiritus Sanctus, licet Pater æquè ſit Spiritus Sanctus: Chriſtus dicitur filius hominis, cùm innumeri alii ſint filii hominis: Primus homo dicitur Adam, id eſt, homo, cùm tamen alii æquè ſint homines. Ad ejuſmodi locutionem non requiritur rei ſignificatæ inæqualitas, ſed ſufficit diverſus eam habendi modus. Quod verò addit, uni tantùm ex illis ita rectè tribui poſſe, ut dicatur ei ſoli id competere, id nos negamus factum eſſe in hoc dicto. Illi quoque, quorum reſponſionem hîc defendimus, idem, nî fallor, negabunt. Nam aliud eſt, attributum aliquod alicui ſoli attribui, aliud eſt dici quòd ei ſoli competat. Illud poteſt fieri, etſi excluſio ſimpliciter univerſalis non intelligatur: hic verò loquendi modus excluſionem ſimpliciter univerſalem exprimit. Confer *Iud.* 4. Tertiam reſponſionem, noſtro judicio non adeò genuinam, falſis quibuſdam nixus fundamentis aggreditur. Falſum enim eſt, ut ſupra oſtendimus, quod dicit: Nihil hâc in parte intereſt, ſive primo ſtatim ſubjecto addatur vox *ſolius*, ſive illi ſubjecto quod pars prædicati eſt. Deinde falſiſſimum eſt, quod illa cognitio, quâ Patrem & Filium pro illo vero Deo agnoſcimus, omnibus ad vitam æternam non ſit neceſſaria, nec fidei per charitatem efficacis fundamentum quoddam. Eſt enim prim[illegible]a univerſæ ſalutaris cognitionis, ac veræ pietatis radix. Nam & Chriſtus ſe talem eſſe ſatis apertè, ſed ſuo exinanitionis ſtatui convenientiſſimè, docuit: & Apoſtoli idem inculcant, ut ex parte in hoc libro, pleniſſimè autem in alio, huic rei peculiariter deſtinato, demonſtrabimus. Dum enim Apoſtoli docent, Ieſum eſſe illum Chriſtum, aut Dei Filium, hæc omnia apertiſſimè indicant. Omnia enim Meſſiæ attributa, quæ tam in Vet. quàm Nov. Teſt. recenſentur, in his nominibus latent. At inter Meſſiæ attributa primaria ſunt, quòd ſit Deus Iſraëlis, Deus Zebaoth, Iehovah, aliaque nomina ac attributa ſoli vero Deo propria. Qui enim vel ob ſtupiditatem, vel ob præconceptam opinionem non planè cæcutit, ex Vet. & Nov. Teſt. accuratâ collatione clariſſimè videt, quòd Meſſias veteribus promiſſus, verus & æternus Deus eſſe debuerit. Sed, ut dixi, hæc res plenam, adeòque amplam, tractationem meretur. Falſum

ſum porrò eſt, quòd Apoſtoli hæc duo, *Chriſtus*, & *Dei Filius*, pro eodem ponant. Significant quidem hæc duo eandem perſonam, ſed non idem de eâdem perſonâ: quemadmodum Filius Dei, & filius hominis eundem Chriſtum ſignificant, ſed non idem de illo enuntiant. Verùm de his infrà pluribus, Vera tamen agnoſcimus, quæ de cognitione totius complexi ſeu enuntiati docet. Non agitur hîc de aſſenſu alicujus propoſitionis, nec de ſolâ cognitione theoreticâ, ſed de cognitione practicâ, nimirum de Dei rectè cogniti recto cultu. Qui cultus attributorum cognitionem non excludit, ſed includit. Itaque qui non credit Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum eſſe unum & eundem æternum Deum, is nulli eorum vel verâ fide, vel vivâ ſpe, vel ſincerâ charitate adhærere poteſt. Fatemur quoque, quòd hæc Chriſti oratio ſit ipſius tanquam Legati ac ſummi pontificis: interim in hâc ſuâ oratione non negat, ſe non eſſe eundem cum Patre Deum. Aliud enim eſt, eum hîc tantùm diſertè dicere, Patrem eſſe illum Deum, qui ſolus eſt verus; aliud, eum hoc de ſe negare. Sic cùm alibi ſe vocat Filium hominis, non negat ſe eſſe Filium Dei. Quod autem Crellius dicit, Patris majeſtatem ac gloriam, quâ legans eſt, in eo conſiſtere, quòd *ſolus* verus Deus ſit, id ipſi erat probandum. Exiguum autem eſt acumen Iohannis Maldonati; hoc quidem in loco, ſi exiſtimet ſemper verum eſſe, quòd aliquis majoris modeſtiæ cauſâ per tertiam perſonam de ſe ipſo loquatur. Sæpiſſimè enim ſic de ſe loquitur Deus in Vet. Taſt. In eum autem, qui tantùm Deus eſt, modeſtia non cadit. Quare aut hæc Maldonati obſervatio non eſt univerſalis, aut cùm ejuſmodi locutio in Vet. Teſt. occurrit, fatendum eſt adverſariis Socinianis, alium eſſe qui ſic loquatur, alium de quo loquatur, adeòque plures eſſe perſonas, quæ ſint Iehovah: quod ex quibuſdam locis, ipſis etiam invitis, ſuo tempore, oſtendemus. Conſuluit Chriſtus modeſtiæ: ita tamen ut non obfuerit veritati. Geſſit ſe tanquam legatum, ſed tanquam talem legatum, qui ſit æterni Dei Filius; qui habeat poteſtatem omnis carnis; qui det vitam æternam; in cujus cognitione conſiſtat vita æterna; qui ſit Ieſus; qui ſit Chriſtus ille; qui opus planè divinum conſummaverit; qui gloriæ, quam apud Patrem, antequam mundus eſſet, habuit, manifeſtationem jure ſuo poſtulet; qui à Patre egreſſus ſit; cujus omnia ſint, quæ Patris ſunt; qui denique ſit in Patre, & in quo ſit Pater.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. II.

Argumentum ſecundum ex verbis Pauli 1. Cor. 8. 6. *Nobis unus* (eſt) *Deus, Pater, ex quo omnia*, &c.

Secundum noſtræ de uno Deo Patre ſententiæ teſtimonium eſto illuſtris Pauli locus, ubi nobis, quis ſit ille unus Deus, explicuit, dum ita inquit: *Nobis unus* eſt *Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum.* Quid clarius dici potuit ad oſtendendum, Deum illum unicum neminen eſſe alium, præter Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti? Siquidem Paulus explicans, quis ſit ille unus Deus, ſimpliciter dicit, eſſe Patrem, non Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Atqui nulla ratione fieri potuiſſet, ut Paulus, explicaturus, quis ſit ille unus Deus, Patris tantùm mentionem faceret, omiſſis perſonis aliis, ſi Deus ille unus non tantùm Pater eſſet, ſed & Filius, & Spiritus Sanctus. Quandoquidem duæ illæ præter Patrem perſonæ, æquè ad id declarandum pertinerent, quis ſit ille unus Deus, atque ipſe Pater; adeò ut ab illo hîc omitti aut ſubticeri non poſſent.

Defen-

CAP. II.

Reſponſio ad argumentum ſecundum ex verbis Pauli 1 Cor. 8.4.5.6. De eſu igitur eorum, quæ idolis immolantur, ſcimus idolum nihil *eſſe* in mundo, & nullum *eſſe* Deum alium niſi unum. Nam etiamſi ſint qui dicantur Dii & in cœlo, & in terrâ (ſicut ſunt dii multi, & domini multi,) Nobis tamen unus eſt Deus, Pater ille, à quo illa omnia, & nos in ipſum: & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem illa omnia, & nos per ipſum.

Reſpondemus: Paulus non dicit, quòd ſolus Pater ſit unus ille Deus; id quod erat probandum adverſario: nec ex ejus verbis hoc ſequitur. Nam verſ. 6. *non tam dicit quis ſit unus ille Deus, quàm quòd ſit unus Deus, & quâ ratione ſit unus Deus. Non enim dicit, unus ille Deus eſt Pater; ſed,* Nobis eſt unus Deus ex quo illa omnia, Pater, & nos in illum. *ſicut nec dicit, unus ille Dominus eſt Chriſtus: ſed,* Unus Dominus per quem illa omnia & per quem nos, Jeſus Chriſtus. *Committit igitur hoc argumentum fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Nam in hoc verſu non explicat, quis ſimpliciter ſit Deus, ſed quis ſit Deus ex quo illa omnia & in quem nos. Quare non erat neceſſe, ut trium perſonarum mentionem faceret. Nec Filium omiſit. Nam eo ipſo, quo Chriſtum vocat Dominum per quem omnia & per quem nos, docet quoque eum eſſe illum Deum de quo egerat* verſ.4. *Diſertè autem Patrem vocat Deum: quia ſic clariùs oſtendebatur quòd ſit unus Deus: quia à Patre producitur Filius, & Spiritus Sanctus. Et qui quid ſit Pater perpendit, ſtatim cognoſcit, quòd Filius quoque, & Spiritus Sanctus ſit Deus.*

Defen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Reſponſionis.

NOn amor noſtra, ſed divinam veritatem defendendi, ipſaque verba Apoſtoli, nobis hanc reſponſionem ſuppeditant. Scopus enim Apoſtoli eſt docere, unum eſſe Deum, & nullum eſſe alium niſi unum. At ſi Chriſtus non eſt unus ille Deus, profectò nec ſimpliciter, nec nobis Chriſtianis unus eſt Deus: ſed reverâ adhuc eſt alius verus Deus. Nam Apoſtolus Paulus & alibi apertiſſimè Chriſtum vocat Deum, qui eſt benedictus ſuper omnia in ſecula. *Rom.* 9. 5. & hic eum vocat Dominum, per quem illa omnia, & per quem nos: quem Dominum in Scripturâ Vet. Teſt. etiam Deum vocari fatentur adverſarii: & licèt non faterentur, clariſſimè tamen ex ſolo *Heb.* 1. 8. cum *Pſal.* 45. collato patêret. Conſequentiam noſtram diſertè confirmat Socinus Reſponſ. ad Wiek.
,,c. 1. dum dicit: Deficeret me tempus, ſi
,,omnia illa, quæ non in Novo Teſta-
,,mento ſolùm, ſed etiam in Vetere teſti-
,,monia extant de Chriſto, quâtenus ab
,,illo uno Deo diſtinguitur, divino cul-
,,tu afficiendo, in medium producere
,,vellem: ut is qui negat, in religione
,,Chriſtianâ oportere aut licere duos, quo-
,,rum unus alteri ſit ſubordinatus ab eo-
,,que totus pendeat, divino cultu afficere,
,,ſolem meridie lucêre neget, ipſiuſque
,,Chriſtianæ religionis præcipuum my-
,,ſterium ſe ignorare oſtendat: ac proin-
,,de, ſi ſummo jure cum ipſo ſit agendum,
,,Chriſtiani nomine omnino ſit privan-
,,dus: tantum abeſt, ut is qui iſta
,,profitetur (ſcilicet Chriſtianis eſſe duos

De fenſio argumenti.

HÆc licet adeò ſint plana atque perſpicua, ut primo ſtatim aſpectu pateant: invênit tamen amor ſua defendendi, quod reſponderet. Alii enim excipiunt, 1 Reſponſio. *Paulum non dicere, unum illum Deum eſſe* ſolum *Patrem, ſed ſimpliciter, eſſe Patrem. Hac autem ratione cæteras perſonas non excludi. Et ne ſine argumento id dicere videantur, ſequentia ſtatim verba producunt, ubi Paulus aſſerit,* Unum eſſe Dominum, Jeſum Chriſtum, per quem omnia, & nos per illum. *Atqui, inquiunt, nemo dixerit, Vnum illum Dominum eſſe* ſolum *Chriſtum. Aliàs Pater unus ille Dominus non eſſet, quod nemo non videat eſſe abſurdiſſimum. Vnum enim illum Deum non poſſe non eſſe unum illum Dominum. Alii reſpondent,* Patris 2 Reſponſio. *nomen de divinis uſurpatum ambiguum eſſe. Nunc enim* οὐσιωδῶς, *hoc eſt, eſſentialiter ſumi, & Deitatem, vel Trinitatem totam indiſtinctè ſignificare; nunc* ὑποστατικῶς, *hoc eſt, perſonaliter accipi, & primam, ut loquuntur, Trinitatis perſonam, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, denotare. Hoc autem loco in priori ſignificatione ſumi; non in poſteriori, quemadmodum noſtra ſententia poſtulet.*

Sed quod ad priores attinet; oſtendimus jam antea, eam eſſe vim illorum Pauli verborum, ac ſi dictum 1 Reſponſionis refutatio. *eſſet,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

*eſſet, Deum illum unum neminem eſſe alium, præter Patrem. Siquidem hic explicare voluit Apoſtolus, quis ſit unus Deus. Rectene verò is rem explicat, qui non modò tantundem, ſed plus etiam omittit, quod ad rem explicandam pertinet: quàm exprimit, & loco trium perſonarum unam tantùm, ut hic faceret Apoſtolus, commemorat? Quis, quæſo, ex adverſariis noſtris, explicaturus, quis ſit ille unus Deus, ita agit, ut ſolius Patris mentionem faciat, & dicat, Deum eſſe unum, nempe Patrem Ieſu Chriſti? Quis illorum non ſic potiùs loquitur, aut loqueretur: Deum illum unum eſſe Patrem, Filium ac Spiritum ſanctum? Nempe quia ſic illi loquendum eſt, ſi ſententiæ ſuæ convenienter loqui velit. Tantò autem magis ita debebat loqui Apoſtolus, ſi cum adverſariis noſtris ſenſiſſet; ne noſtro huic, ut ipſi cenſent, errori tam gravi, tam peſtilenti, occaſionem præberet: ut nimirum Deus ille unus, non minùs perſonâ, quàm eſſentiâ unus ſtatueretur, & non niſi Pater Ieſu Chriſti eſſe crederetur, *præſertim cùm perſonæ à ſua ipſius eſſentia diſcrimen, tunc in vulgus notum non eſſet, vel, ut rectiùs loquamur, inventum nondum eſſet; & præterea de Filio, ac Spiritu ſancto dubitari non immeritò poſſet, utrùm Deus ille ſummus eſſent; partim quòd utrumque à Patre proficiſci apud omnes in confeſſo eſſet; partim*

duos Deos; hoc enim objecerat Wiekus) propter id, ut Wieko placet, non Chriſtianus ſed Ethnicus ſit appellandus. Quàm bellè egregia hæc Socini confeſſio cum verbis Apoſtoli congruat, vel cœcus videt. Deinde reſponſionem noſtram probat modus diſſerendi, quo utitur Apoſtolus. Poſtquam enim clariſſimè pronuntiâſſet, non eſſe alium Deum niſi unum, objicit ſibi argumentum ex Sacrâ ſcripturâ; quòd nimirum illa multos vocet Deos. Quod perſpicuitatis causâ ſic reſolvimus. Si Scriptura multos vocat ſeu dicit Deos, ergo non eſt unus Deus. At Scriptura multos vocat Deos. Ergo non eſt unus Deus, ſed plures ſunt præter illum unum. Aſſumtionem concedit & probat Apoſtolus, dum dicit in parentheſi: Sicut ſunt Dii multi, & Domini multi: conſequentiam autem negat: non enim admittit concluſionem. Ex his patet primò, quòd unitati Dei, juxta Apoſtolum, æquè repugnet multitudo Dominorum ac multitudo Deorum: ſecùs impertinenter allegâſſet utrumque. Et notum eſt, quòd illi qui à Scripturâ Dii appellantur, ita vocentur ob dominium. Ideo etiam Deos diſtinguit in eos qui ſunt in cœlis, ut Angeli, & eos qui ſunt in terrâ ut magiſtratus. Secundò patet, quòd Apoſtolus ad omnia argumenta, quæ contra unitatem Dei à Deorum, ac Dominorum multitudine in Scripturis approbatâ ſumi poterant, hîc reſponderit. Generaliter enim ſibi objicit dictos à Scripturâ Deos: ideoque inſoluta manſiſſet ſaltem pars argumenti, niſi de omnibus reſpondiſſet. Tertiò patet, quòd in

in his verbis, *Nobis tamen unus eſt Deus, Pater, à quo illa omnia, & nos in ipſum, & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem illa omnia, & nos per ipſium,* Apoſtolus theſin ſuam *v.* 4. ſaltem implicitè repetat, eamque ſartam tectam manere doceat. Secus planè aliena fuiſſet vel ipſa prolepſis, vel Pauli ad eam reſponſio. Vnde denuò ſequitur, quod ſub illo uno Deo, & Patris deitas, & Chriſti dominium comprehenſum fuerit. Quæ omnia & ſingula inter ſe collata adverſariorum interpretationem falſitatis convincunt. Etenim ſi Chriſtus eſt Dominus, & quidem talis & tantus, qualem & quantum ipſum Scriptura deſcribit, & adverſarii ex parte concedunt, nec eſt idem cum Patre Deus; ſequitur neceſſariò juxta mentem Apoſtoli, quòd non ſit unus Deus: cùm Apoſtolus multos dominos ſibi, & Dei unitati objiciat. Iterum, ſi Chriſtus eſt talis & tantus Dominus, nec tamen eſt ille unus Deus, ſequitur ſecundò, principale argumentum, quod ex Scripturâ ſumi poterat, imò ipſemet Apoſtolus attulerat, non fuiſſe ſolutum. Nam Chriſtus aut comprehenditur ſub iſtis multis Diis & dominis, aut non comprehenditur. Si non comprehenditur, ergo rectiſſimè poterat objici Apoſtolo: Quare tu profiteris non eſſe, & quidem nobis, alium Deum niſi unum, & non alium Dominum niſi unum, cum & Sacra ſcriptura ſæpiſſimè teſtetur, Chriſtum eſſe Deum, & Donum, & tu (loquor juxta verba Socini) doceas, quòd, qui non agnoſcit duos Deos, Chriſtiani nomine ſit privandus, ſi ſummo jure cum ipſo eſſet agendum?

partim quod Apoſtoli utrumque à Deo ſimpliciter ita dicto frequentiſſimè diſtinguerent; ut cùm illum Dei Filium, hunc Dei ſpiritum appellarent. Quare non erat tam periculosè loquendum, & tanti, ut illis placet, tamque pernicioſi erroris occaſio fidelibus præbenda, fideliſſimo & ſalutis humanæ ſtudioſiſſimo magiſtro. Ex quo etiam apparet, nihil id eſſe, quod nonnulli hîc reſpondent, Paulum per attributionem ſeu appropriationem, ut vocant, dixiſſe, Deum illum unum eſſe Patrem. Hac enim ratione vulgus Chriſtianorum nequaquam erudiiſſet, ſed errore potiùs, ut jam diximus, graviſſimo implicaſſet. Siquidem attributionis illius, quæ hîc ſtatuitur, rationem vulgus non intelligit: cùm multi ex eruditis etiam viris de ea ne audierint quidem. Itaque tanti non erat, figurâ hac cum rei detrimento uti. In explicationibus rerum, perſpicuitati ſtudent omnes fideles doctores: & tantò quidem magis, quantò res ſunt majores, quantòque majus obſcuritas afferre poteſt periculum. At quis Apoſtolo fidelior? quid majus eo, de quo agebatur? qui error, ex adverſariorum præſertim noſtrorum ſententia, gravior? quod majus periculum? Sed deinde cujuſmodi hæc eſt attributio ſeu appropriatio? Num ejuſmodi, ut vox anguſtior, nempe Pater, *laxiori, ac plures perſonas actu in ſe comprehendenti, nempe* Deo, *per appoſitionem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tionem adjungatur, aut de ea ſimpliciter prædicetur? At quo exemplo docebunt, id rectè fieri poſſe? Solet quidem nonnunquam nomen individui adjungi nomini ſpeciei, ut Jeſu Chriſti *nomen voci* hominis: *ſed tunc ſpeciei nomen plura individua actu non complectitur, ſed aliquod tantùm individuum ſub ſe comprehenſum denotat. Quòd ſi dicant, in eo ſitam eſſe appropriationem, quòd vox* Dei, *quæ cæteroqui pluribus numero perſonis, nempe Patri, Filio, & Spiritui ſancto communis ſit, hîc tanquam unius, nempe Patris, propria ſumatur; primùm id pro conceſſo ſumunt, quod non modò controverſum eſt, ſed & falſum, & his ipſis Pauli verbis contrarium conſeri debet, nempe* Dei *nomen, cùm pro Deo ſummo ponitur, pluribus numero perſonis commune eſſe, ita nimirum, ut de ſingulis univocè, ſeu, ut loquuntur, in quid prædicetur: quo pacto illi volunt, Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, Spiritum ſanctum eſſe Deum. Etenim cum Deus ſummus* unus *tantùm ſit numero, & hoc ipſo loco à Paulo dicatur, non poteſt de pluribus numero diſtinctis ad eum modum prædicari. Vnum enim numero de pluribus numero differentibus univocè prædicari nequit: ſiquidem id ſpeciei tantùm ac generis eſt proprium, ſeu mavis illius, quod genere aut ſpecie unum eſt. Deinde hoc pacto evertitur reſponſio ſupe-*

dum? Si verò comprehenditur Chriſtus ſub iſtis multis Diis, & ſub iſtis multis Dominis, manifeſtè opponitur ſibi ipſi: & ex argumento ſibi objecto Apoſtolus facit reſponſionem & concluſionem; quod nimis eſt ineptum. In hanc enim ſententiam reſpondiſſet Paulus; Etſi ſint multi Dii, ut Chriſtus, Angeli, Magiſtratus; & multi Domini, ut idem Chriſtus, Reges, & Principes: nobis tamen unus eſt Dominus, Ieſus Chriſtus. Similiter Pater aut comphrehenditur ſub iſtis multis Dominis, aut non comprehenditur. Si non comprehenditur, quomodo oſtendit Apoſtolus, nobis unum eſſe dominum, cùm Deus Pater ſit verus ille & ſupremus Dominus, & quidem juxta adverſarios ſolus. Confuſa ſanè diſſertatio, quâ ſine diſtinctione jam dicitur unum eſſe Deum; quia licèt alius ſit Deus, tamen non ſit tàm perfectus: jam verò aſſeritur, unum eſſe Dominum; quia licèt ſit alius, is tamen non ſit tàm imperfectus. Si verò Deus Pater comprehenditur ſub multis iſtis Dominis, ergo negatur eſſe Dominus ob imperfectionem, ut & reliqui. Tertio efficaciſſimè noſtram ſententiam confirmant, adverſariorum verò refutant verba Apoſtoli cùm dicit: *Et unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia illa, & nos per ipſum.* Hinc enim evidenter colligitur, Chriſtum eſſe Deum ſummum. Nam τὰ πάντα aut ſignificant ſimpliciter omnia, quæ facta ſunt & fiunt in mundo, aut fideles, aut paulò præcedentia. Quartum hoc in loco fingi nequit. Si ſignificant ſimpliciter omnia, Sociniani non poſſunt negare, Chriſtum fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

fuiſſe ab initio mundi: ut pote per quem omnia fuerint facta: res ipſa verò docet, ipſum eſſe æternum Deum, ſi ſimpliciter omnia quæ facta ſunt & fiunt, per ipſum ſunt. Non ſignificant fideles: tùm quia apertè ab illis diſtinguuntur, tùm quia articulus τὰ omnino reſpicit aliquid quod præcedit. Non reſpicit autem idola: nam illa nec à Patre ſunt, nec per Chriſtum. Reſpicit ergò illos Deos ac Dominos, quos *v.* 5. juxta Scripturam concedit. At hinc certiſſimè quoque colligitur, Chriſtum eſſe Deum ſummum. Sub illis enim Diis & Dominis comprehenduntur Angeli & Magiſtratus, omniſque legitima poteſtas, quæ ſaltem in Vet. Teſt. fuit. At ſi per Chriſtum ſunt Angeli, & fuêrunt Reges ac Principes Vet. Teſt., utique ab initio mundi fuit Chriſtus (quod evertit Socinianiſmum:) & revera eſt naturalis ac æternus Deus; quod tollit Arrianiſmum.

Sed ut hoc noſtrum argumentum illuſtrius evadat, removenda nobis eſt quædam opinio, quam neſcio quâ de cauſâ plerique etiam doctiſſimi interpretes ſequuntur: cùm doctiores adverſarii eam meritò rejiciant. Plerique, ut dixi, interpretes exiſtimant illa verba, *Etſi enim dicantur Dii, & in cœlo, & in terrâ (ſicut ſunt Dii multi, & domini multi)* agere non de Diis, quos Scriptura ſic verè appellat, ſed de idolis. At hæc ſententia multis de cauſis non poteſt eſſe vera. Nam primò hoc argumentum, quod ſibi objicit Apoſtolus proculdubio eſt ſolutione dignum. At ſi non à Scripturæ conſuetudine, ſed à gentilium jamdudum ab iſtis Chriſtianis, quos Paulus

ſuperior ad argumentum noſtrum, nempe Apoſtolum non dicere, Vnum illum Deum eſſe ſolum Patrem. Nam ſi vox Dei *hoc loco ſumitur tanquam Patris propria; certè menti ipſius conſentanea eſt hac oratio, Vnus ille Deus eſt ſolus Pater. Si enim non ſolus eſſet Pater, ſed & Filius ac Spiritus ſanctus: jam vox* Dei *non ſumeretur ut Patris propria, ſed ut tribus perſonis communis. Quare ab ipſo ſtatim initio, non negare debebant, Paulum id dicere, quod nos aſſerimus, nimirum Deum unum eſſe ſolum Patrem, aut vice verſa; ſed tantùm de hujus ipſius aſſertionis ſenſu nobiſcum diſputare. Præterea ſi vox Dei tanquam Patris propria hîc uſurpatur; vel per excellentiam ſumitur, & ſignificat eam perſonam, quæ ceterarum ſit fons; vel nulla habita ratione illius excellentiæ, ſimpliciter pro Patre ponitur. Si priori modo; jam præcedenti capite docuimus, eos qui ita dicunt vel ſibi contradicere, & Patrem revera ſolum ſtatuere Deum ſummum, vel nihil dicere. Si poſteriori; ad rem non fuiſſet loquutus Apoſtolus. Non enim de eo quærebatur, utrum unus ſit Pater, ſed utrum unus ſit Deus, ut ex præcedentibus Apoſtoli verbis manifeſtum eſt. Quanquam ne priori quidem ratione ad rem locutus fuiſſet Apoſtolus. Quæſtio enim non de eo erat, utrùm unus tantùm eſſet, qui aliarum perſonarum ſupremam di-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vinitatem habentium fons eſſet; ſed ſimpliciter, utrùm unus an plures eſſent, qui ſupremam divinitatem revera haberent, ac porrò divino cultu primò ac per ſe eſſent afficiendi.

Adhuc unam potiſſimùm rationem explicuimus ac defendimus, quâ reſponſio eorum refellitur, qui negant hanc eſſe vim verborum Pauli, ut intelligamus, Deum illum unum eſſe ſolum *Patrem. Altera ratio eſt, quòd, ſi dicere velis, Deum illum unum non eſſe Patrem ſolum, ſed etiam alias perſonas, nempe Filium & Spiritum ſanctum; neceſſariò in alterutrum horum abſurdorum tibi ſit incidendum; vel ut dicas, Patrem non eſſe illum unum Deum; ſimiliter nec Filium, nec Spiritum Sanctum; vel quamlibet illarum perſonarum eſſe ſimul & Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum. Etenim cùm ais, Apoſtolum non dicere, Vnum illum Deum eſſe ſolum Patrem, ſed tantùm, Vnum illum Deum eſſe Patrem: vel ſtatuis, locutionem Apoſtoli non eſſe propriam, ſed per Synecdochen quandam, unam Trinitatis perſonam pro tota Trinitate poni; propriam autem locutionem hanc eſſe, Deus ille unus, eſt Pater, Filius & Spiritus ſanctus, ſeu tota Trinitas: vel locutionem quidem hanc, Deus ille unus eſt Pater, cenſes eſſe propriam, ſed non tamen talem, quin eâ ſalvâ liceat itidem propriè dicere,*

lus hîc alloquitur, proſcriptis *v.* 4 ac ſtultiſſimis figmentis ſumeretur, nullam reſponſionem mereretur: imò pura puta eſſet principii petitio. Quæſtio enim oppugnanda erat, idolum nihil eſſe, & nullum eſſe Deum alium niſi unum: id eſt, idola eſſe fictitia. Iam conſideremus ſyllogiſmum, quem ſibi objiciat Apoſtolus: Si gentes fingunt & dicunt idola eſſe aliquid, & multos eſſe Deos, falſum eſt quòd idolum ſit nihil, quodque non ſit alius Deus niſi unus. At verum primum. Ergo & ſecundum. Si hæc conſequentia mereretur ſolutionem, in omnibus fidei articulis gentilium contradictio objici poſſet. Secundò, juxta hanc opinionem, Apoſtolus graviſſimum argumentum ex Scripturâ ſumtum reliquiſſet intactum, & inſolutum. Quis autem credat, Paulum paganorum abſurdiſſima figmenta curâſſe, Scripturæ verò conſuetudinem neglexiſſe? Tertiò hæc opinio eſt improbabilis, quia quidam præter Deum, in Scripturâ vocantur Dii & Domini, & reverâ ſunt Dii & Domini: imò Deus ipſe quoſdam vocat Deos. *Pſal.* 82.6. Quid igitur obſtat, quò minùs hîc ita hæc verba ſumantur, prout in Scripturâ ſumi ſolent? Si quis putet id hîc fieri, quia Deus opponatur idolis: reſpondeo, Deus opponitur idolis *v.* 4, ſed non in hoc verſu. Ibi proponitur theſis; hîc per prolepſin ſolvitur contrarium argumentum. Quartò quia Apoſtolus diſertè concedit eſſe multos Deos: cùm dicit, *Sicut ſunt multi Dii, & multi Domini:* quæ verba juxta doctiſſimos quoſdam interpretes præcedentia, *Etſi dicuntur,* corrigunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

gunt, vel potiùs explicant. Nam aliorum interpretatio, *ſicut ſunt*, ſcilicet gentium opinione, nimis futilem reddit objectionem, cui Apoſtolus ſatisfacit: Si gentium opinione ſint multi Dii, ergò non eſt unus Deus. Nec memini phraſin iſtam εἰσὶ λεγόμενοι Θεοὶ uſurpatam fuiſſe, pro *dicuntur à gentibus Dii*: ſed ſolet in Scripturæ citatione adhiberi. Sic itaq; probavimus, per Deos & Dominos hîc intelligi Angelos ac Poteſtates, adeoque hæc eſſe illa omnia, quæ ſint à Patre, & per Chriſtum.

Quartò hunc locum retorquemus in adverſarios, & ex eo deducimus, Chriſtum eſſe Deum ſummum. Nam Chriſtus aut eſt Deus, aut non eſt Deus. Si non eſt Deus, falſus eſt Socinus, falſus Paulus, qui eum diſertè Deum vocat, *Rom* 9. 5. *ut alibi*: falſum denique Vet. T. quod eum vocat Deum, ſaltem *Pſal.* 45. Si eſt Deus, aut eſt ille Deus de quo *v.* 4. adeoque ſummus; aut eſt unus ex illis, de quibus *v.* 5. Tertium enim Deorum genus nullum agnoſcit Paulus, ut liquet. At ex his non eſt. Nam illorum reſpectu Apoſtolus dicit non eſſe Deum alium niſi unum: itemque repetit, ſcilicet Chriſtianis non eſſe niſi unum Deum. Ergo licèt eſſet unus ex iis, non tamen eſſet Deus Chriſtianorum. Deinde Chriſtus non eſt unus ex his diis, quia ipſis *v.* 6. opponitur. Denique quia hi Dii & Domini per ipſum facti ſunt. Nemo autem fit per ſe ipſum: unde quoque clariſſimum eſt, nec Patrem ſub iſtis Dominis comprehendi. Planus igitur & perſpicuus horum verborum ſenſus hic eſt. Scimus, (id

re, Vnus ille Deus eſt Filius, Vnus ille Deus eſt Spiritus ſanctus. Si prius ſtatuis; vel quævis Trinitatis perſona eſt tota Trinitas, vel non eſt ille unus Deus. Ita enim argumentari licebit: Deus ille unus eſt Tota Trinitas, ſeu Pater, Filius ac Spiritus ſanctus ſimul juncti. Atqui Pater eſt Deus ille unus: Ergo Pater eſt tota Trinitas. Similis autem de Filio ac Spiritu ſancto argumentatio eſt. Quod ſi concluſio abſurdam eſſe agnoſcas, neganda tibi erit minor, quæ partim ex ſacris literis confirmatur, partim ex tua ſententia. Ita enim agere licebit: Deus ille unus eſt tota Trinitas. Pater non eſt tota Trinitas. Ergo Pater non eſt ille unus Deus. Similiter de Filio, & Spiritu ſancto argumentari poterimus. Si poſterius ſtatuis: ita argumentabimur: Deus ille unus, eſt Pater. Deus ille unus, eſt Filius, & Spiritus ſanctus. Ergo Filius, & Spiritus ſanctus ſunt Pater; & contra. Non addimus autem in concluſione voculam quidem *vel* aliquis, *quia termini ſunt ſingulares. Quòd ſi concluſionem ut abſurdam admittere nolis, iterum minor tibi erit neganda. Ita enim argumentabimur: Deus ille unus eſt Pater. Filius, & Spiritus ſanctus non eſt Pater. Ergo Filius, & Spiritus ſanctus non eſt Deus ille unus. Viciſſim etiam de Patre ita concludere licebit: Deus ille unus eſt Filius, aut Spiritus ſanctus. Pater non eſt Filius, nec Spi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ritus ſanctus. Ergo Pater non eſt unus ille Deus.

Tertia ratio ex ſequentibus verbis peti poteſt. Etenim ſi unus ille Deus eſſet non tantùm Pater, ſed etiam quiſpiam alius; certè Chriſtus is eſſet. Atqui Chriſtus hîc manifeſtè ab illo uno Deo diſtinguitur, atque ita Deus ille unus non eſſe demonſtratur, dum additur: Et unus Dominus, Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum.

Quòd verò illi ajunt, hæc ipſa verba docere, cùm Deus ille unus Pater dicitur, non excludi ab eadem illa Deitate Filium, aut Spiritum ſanctum; quia nec hîc, ubi Dominus ille unus dicitur Ieſus Chriſtus, excludatur ab eodem illo dominio Pater; in eo non parùm falluntur. Quandoquidem vox Domini eum hoc loco denotat, qui Deo ſummo aliqua ratione ſit inferior, eique in imperio ſubordinatus, utut ei ſit proximus; hoc eſt eum ſignificat, per quem Deus ille ſummus omnia ad ſalutem hominum quoquo modo ſpectantia gubernat. Hoc autem modo Deus ille unus, dominus nequaquam eſt: cùm non poſſit ſe ipſo ulla ratione eſſe inferior, & ſibi ipſi eſſe ſubordinatus. Quare ab hujuſmodi dominio verbis ſequentibus rectè excluditur. Probatur autem id, quod diximus, duplici ratione ex hoc ipſo loco ducta. Primùm enim, unus ille Dominus *vel idem revera eſt cum uno illo Deo; vel aliqua ratione*

ne

(id eſt, nos omnes qui Chriſtianorum nomine gaudemus, agnoſcimus & fatemur) idolum nihil eſſe in mundo (id eſt, nullam in idolis eſſe divinitatem, licèt ex variis rebus, iiſque plerumque pretioſis conſtent) & nullum eſſe Deum alium niſi unum (id eſt, unicum eſſe Deum, neminemque niſi hic Deus ſit pro Deo eſſe agnoſcendum). Nam etſi (reverâ) ſint qui dicantur (in Sacrâ Scriptura, à Deo, vel viris Dei) Dii (adeòque videantur indicari plures) & in cœlo (ut Angeli) & in terrâ (ut Magiſtratus,) ſicut (juxta quem Scripturæ ſenſum, ac loquendi modum) ſunt (reverâ) multi Dii, & domini multi: Nobis tamen unus eſt Deus, Pater, à quo illa omnia, & nos in illum; & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem illa omnia, & nos per ipſum: id eſt, Nos Chriſtiani ac fideles non obſtante Scripturæ modo loquendi bene ſcimus ac agnoſcimus, quòd unus ſit Deus, à quo omnes Angeli ac Magiſtratus tanquam ab origine ſimpliciter omnique reſpectu ac modo primâ proficiſcuntur, & in quem nos tanquam in ultimum felicitatis noſtræ ſcopum & primum auctorem, ut pote qui ſit futurus omnia in omnibus, reſpicimus, qui eſt Pater: quodque unus ſit Dominus, per quem, id eſt, à quo tanquam Filio unigenito Patris, adeòque hærede ac Domino, etiam omnes Angeli ac Magiſtratus ſunt ac conſervantur; & per quem tanquam noſtrum & creatorem & mediatorem, nos omnibus beneficiis vi Spiritus Sancti, qui eſt ipſius Spiritus, fruimur. Nam ἐξ οὗ eſt nota quaſi characteriſtica Patris; δι' οὗ verò Filii,

cum

cum ipſe ad Patrem refertur. Licèt autem hic ratione creaturarum hæ voculæ uſurpentur: innuunt tamen æternam illam & internam emanationem; quia modi agendi indicant ipſorum agentium naturam. His igitur verbis profundè docet Paulus, quomodo unicus ſit verus Deus, licet unum Patrem à quo omnia, & unum Dominum per quem omnia, Chriſtiani agnoſcant. Nimirum etſi Pater ſit Deus, & Chriſtus ſit Deus, tamen unum eſſe Deum: quia ex Patre ſunt omnia, & per Chriſtum ſunt omnia, adeòque ſunt æqualia, inſeparabilia, pulcherrimeque coordinata principia, ac proinde ſunt una ac individua eſſentia. Spiritûs Sancti autem mentio diſerta hîc non fit; quia multi ſpiritus à Sacrâ Scripturâ approbati non poterant objici, quemadmodum poterant objici multi Dii, & multi Domini. Nam quæcunque in Vet. Teſt. de Dei ſpiritu leguntur, manifeſtè vel tanquam unus ſpiritus, vel tanquam unius Spiritûs virtutes & effecta recenſentur.

Iam videamus inſtantias adverſarii. Dicit *eam eſſe vim illorum Pauli verborum*, *ac ſi dictum* eſſet, *Deum illum unum neminem* eſſe *alium, præter Patrem. Siquidem* hîc *explicare voluit* Apoſtolus *quis ſit ille unus Deus.* Reſpodemus: Apoſtolum hîc præcisè verbis noluiſſe explicare, quis ſit ille unus Deus ſimpliciter, ſed quis ſit unus ille Deus à quo omnia illa, & in quem nos. Itaque ad ejus explicationem nihil neceſſarium omiſit, ſed eo ipſo ſatis clarè docuit, quis præter Patrem ſit unus ille Deus, de quo verſu quarto egerat; *ne eo eſt inferior. Idem non eſt; alias nulla diſtinctionis foret ratio, nec illa eſſet cauſſa, cur ille Deus Pater, unus verò ille Dominus Chriſtus eſſe diceretur. Non minùs enim Dominus ille unus, quàm Deus ille unus, Pater fuiſſet dicendus. Quæ enim cauſſa foret, cur Deus ille unus Pater eſſe diceretur; eadem etiam eſſet, ob quam Dominus ille unus Pater dicendus eſſet. Reſtat ergo, ut cum ſignificet, qui Deo uno eſt aliqua ratione inferior. Deinde idem probatur ex deſcriptionibus, quæ utrique, hoc eſt, tum Patri, tum Chriſto, adduntur, & quibus à ſe invicem diſcernuntur. Nam ut ſuperiori quoque capite monuimus, deſcriptiones, quæ rebus aut perſonis in ſacris literis adduntur, non ſolent eſſe vel otioſæ, vel à re, qua de agitur, alienæ; ſed ad eam illuſtrandam, aut probandam comparatæ. Hoc loco, ſi quicquam ad rem faciunt illæ deſcriptiones: quòd Pater ſit is,* ex quo omnia, & nos in illum, *Chriſtus is,* per quem omnia, & nos per illum; *oſtendunt, Patrem quidem eſſe unum illum Deum, Chriſtum verò unicum illum Dominum. quaſi dixiſſet Apoſtolus: Vnus nobis eſt Deus, nempe Pater; utpote ex quo ſunt omnia, & porrò nos in illum & unus etiam nobis eſt Dominus, nempe Ieſus Chriſtus; utpote per quem ſunt omnia, & porrò nos per ipſum. Neceſſe enim eſt, ut unus ille Deus is ſit, ex quo ſunt omnia,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

omnia, hoc eſt, qui prima eſt ac ſuprema omnium eorum efficiens cauſſa, quæ ad nos Chriſtianos pertinent, (ad Chriſtianos enim eum peculiariter reſpicere, vocula nos *aliquoties repetita docet) &* in quem *proinde; tanquam ultimum ſcopum, nos toti reſpicere, omnemque cultum & honorem conferre debemus. Deus enim ſupremus is nobis eſt habendus, qui prima eſt ac ſupremâ cauſſa, ut aliarum rerum, ita nominatim earum, quæ ad nos ſalutemque noſtram ſpectant.* Unus *autem is, qui non aliquarum tantùm rerum, ſed omnium cauſſa ſuprema eſt. Si enim unus non eſſet; aliæ ex hoc, aliæ ex alio, tanquam primo auctore ſupremâque cauſſa manarent: ac porrò earum rerum gloria à nobis partim ad hunc, partim ad illum eſſet referenda. Vnum verò nobis Dominum eſſe Chriſtum ex eo patet, quia* per eum ſunt omnia, *hoc eſt, quia media eſt cauſſa omnium eorum, quæ ad nos ſalutemque noſtram ſpectant, quòdque per eum omnia à prima illa rerum cauſſa gubernantur ac diſpenſantur. Vnde porrò conſequitur,* nos per illum *viciſſim Deum debere colere, hoc eſt, eum medium eſſe honoris, qui à nobis Deo exhiberi debet, ſcopum ac finem. Nam quia* per eum omnia; *non modò Dominum eum eſſe, ſed etiam unicum eſſe Dominum oſtenditur. Si enim plures eſſent, alia per hunc adminiſtrarentur, alia per*

rat; licèt id de omnibus tribus perſonis hîc non expreſſe pronuntiet. Chriſti tamen mentionem ſatis diſertam fecit dum talia & tanta de eo enuntiat, ex quibus neceſſariò ſequitur, eum omnino eſſe illum Deum ſummum præter quem non eſt alius. Nec ſolet Spiritus Sanctus ſemper uno in loco omnia, quæ ad rem explicandam faciunt, adferre: ut ita noſtram in Scripturarum collatione attentionem, ac diligentiam acuat. Fruſtra igitur adverſarius conatur Spiritum Sanctum ad leges diſſerendi ſcholaſticas arctare. Nec Apoſtolus ullam per ſe tàm peſtilenti adverſariorum errori occaſionem dedit: quia illum & hîc, & alibi ſatis cavet. Graviſſimo potiùs errori occaſionem præbuiſſet, ſi ipſorum ſententia obtinêret. Sic enim Chriſto omnem Deitatem, adeoque divinum cultum negâſſet: cùm tàm operoſe probet & urgeat, unum eſſe Deum Chriſtianorum, & præter illum nullum eſſe alium. Diſcrimen autem inter eſſentiam ac perſonas omnibus fidelibus, utpote θεοδιδάκτοις, quantum ad ſalutem oportebat, ſatis erat notum. Quòd autem Filius & Spiritus Sanctus à Patre producantur, ac generaliter ſumpto vocabulo, procedant, tantum abeſt ut ipſorum Deitatem tollat, ut eam ponat, ac probet. Nunquam verò Apoſtoli utrumque à Deo ſimpliciter ita dicto diſtinguunt. Diſtinguunt quidem utrumque à Deo ſpecialius & quaſi per ſynecdochen ſumto: ſed tùm non dicitur ita ſimpliciter, ſed ab attributis, vel ab antecedentibus, connexis, aut conſequentibus vox *Dei* reſtringitur. Itaque Pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Paulus non eſt periculoſè locutus: nec pernicioſi erroris occaſionem dedit: niſi forſan iis, quibus doctrina Apoſtolica eſt odor mortis ad mortem. 2 *Cor.* 2. 16 Cæterùm attributionem ſeu appropriationem, ut vocant, nominis *Deus* omnes in Scripturâ piè ac prudenter exercitati facilè animadvertunt, ac intelligunt; ita ut nulla hîc metuenda ſit obſcuritas, periculum nullum. Si enim Sriptura cum ſeipſâ conferatur, res eſt perſpicua, ac plana. Sic quilibet rectâ ratione utens intelligit, *Ioh.* 1 *v.* 1. in verbis illis, *in principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, & Sermo erat Deus*, vocem *Deus* jam communiùs, jam ſpecialiùs ſumi. Secus Sermo fuiſſet apud ſe ipſum; quod manifeſtè eſt abſurdum. Hîc omnes rhetoricæ exaggerationes, quas tantâ facundiâ adfert adverſarius, Euangeliſtæ objici poſſent. Appropriatio autem omninò in eo ſita eſt, quòd vox *Deus*, quæ cæteroqui pluribus numero perſonis eſt communis, tanquam unius, nempe Patris, propria ſumatur. Hoc dum dicimus, non petimus principium; quia agimus reſpondentes: alibique à noſtris id eſt demonſtratum: nimirum nomen *Deus* tribus perſonis eſſe commune, ac de ſingulis univocè, ſeu in quid prædicari. Prima ipſius ratio, quam contrà adducit, nititur apertâ phraſeos *numero differre* ambiguitate. Numero enim differre, vel ſignificat idem quod eſſentiâ differre, ita ut duo numero differentia reipsâ differant eſſentiâ, licèt ratio ſpecificam eſſentiæ convenientiam concipiat: vel ſignificat idem quod ſuppoſito differre, licet differen-

per illum: & ſic partim per hunc, partim per illum Deus nobis eſſet colendus. Hæc verbis ac ſcopo Apoſtoli, quis non videt apprimè conſentanea? Neque verò eſt, quòd quis dicat, etiam de Deo ſummo interdum dici, per eum eſſe omnia. *Etenim certum eſt, id non ſignificare, quempiam alium, qui nimirum ſuprema ſit cauſſa, per Deum ſummum iſta efficere. At de Chriſto in ſacris literis frequenter dicitur, quempiam alium, nempe Deum aut Patrem, qui non poteſt non eſſe ſuprema cauſſa, per ipſum quippiam facere, id quod cauſſæ ſecundæ eſt; qua de re infrà* [a] *ſuo loco agemus fuſiùs. In his autem Pauli verbis non ea ratione dici* per Chriſtum fieri omnia, *quo de Deo id alibi dicitur, id demonſtrat, quod hoc loco inter ſe opponantur; & ad diſtinguendas diverſas perſonas adhibeantur illa*, ex quo omnia, *&* per quem omnia; *quemadmodum & iſta*: nos in ipſum, *&* nos per ipſum. *Quare nec id, quod Patri adjungitur, Chriſto eſt commune; nec id, quod Chriſto adjungitur, ita ſumitur, ut commune ſit Patri. Hoc autem non alia ratione fiet, quàm ſi verba Patri adjecta ſignificent, eum eſſe primam omnium cauſſam efficientem, & ultimum noſtrum religioniſque noſtræ finem: ea verò quæ Chriſto adjiciuntur, ſignificent id, quod verborum fert proprietas, nempe eum eſſe mediam omnium cauſ-*

[a] h. lib. ſect. 2. c. 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſam efficientem & intermedium religionis finem. Ex quibus jam intelligitur, Deum quidem unum ſignificare illum, qui prima ſit omnium cauſſa efficiens, ultimuſque finis: Dominum verò unum ſignificare illum, qui media ſit omnium cauſſa efficiens, & finis ſimiliter cultûs à nobis Deo præſtandi intermedius; ac proinde illum ſuperiorem majoremque, hunc aliqua ratione minorem inferioremque eſſe. Et ſane plæriq; ſacrarum literarum interpretes hanc ſignificationem illius dominii, quod Chriſto peculiariter tribuitur, videntur agnoſcere. Quoties enim legunt, Chriſtum eſſe factum Dominum, aut poteſtatem illi regnumve datum: aut eum regnum aliquando traditurum Deo ac Patri, ferè ajunt, ſermonem ibi eſſe de illo dominio, aut regno, quod ipſi tanquam mediatori perculiariter in Eccleſiam à Patre conceſſum ſit. Cùm igitur tale dominium uni competat Chriſto; cur ejus ratione habita non dicatur unus Dominus; *præſertim hoc loco; ubi, ut vidimus, unus Dominus ab uno Deo apertè diſcernitur, & Ieſus Chriſtus, nullius alterius adjecta mentione, eſſe dicitur; ipſeque Chriſtus ſpectatur ut is, per quem omnia, & per quem Deus à nobis colendus eſt; id quod Mediatoris eſt, ut vulgò vocem eam accipiunt, ubi denique ad nos Chriſtianos Eccleſiamque haud obſcura eſt relatio? Satis ergo conſtat, Patrem non eſſe illum*

ferentium eadem ſit eſſentia. Priori modo ſi ſumetur, negamus tres perſonas differe numero: & concedimus quòd unum numero de pluribus numero differentibus univocè prædicari nequeat. Poſteriori ſignificatu negamus quòd una numero eſſentia de tribus perſonis univocè prædicari non poſſit. Neque enim, de tribus perſonis univocè prædicari poſſe ſpeciei tantùm aut generis eſt proprium: ſed omnibus iis, que intrinſecè ac conſtitutivè communia ſunt, competit. Illis ſcilicet generibus ac ſpeciebus competit ſic prædicari, quia reverâ in individuis multiplicantur: at divinæ eſſentiæ hoc convenit, quia eadem manens tribus diſtinctis perſonis ſine multiplicatione communicatur. Alteram rationem quod attinet, eam nos, hoc in loco, concedimus. Fatemur enim quòd ſolus Pater ſit Deus ex quo omnia: quia hoc eſt attributum Patris proprium. Quæ de excellentiâ denuò inculcat, ea præcedenti capite fuêrunt ſoluta. Apoſtolus autem omnino ad rem fuit locutus: quia quæſtionem *Vtrum Chriſtianis unus ſit Deus*; commodè explicat, dum docet, Patrem eſſe Deum ex quo omnia illa, & in quem nos, Chriſtumque eſſe Dominum per quem illa omnia, & per quem nos. Quæ de cultu divino primario ac ſecundario fingit, probanda erant, non narranda. Et, ſi ſimpliciter quæſtio erat, utrum unus an plures eſſent, qui ſupremam divinitatem reverâ haberent, malè reſpondit Apoſtolus de Domino, ſi adverſariorum ſententia ſit vera.

Alteram principalem rationem, quâ cona-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

conatur probare, vim verborum ſignificare, Deum illum unum eſſe ſolum Patrem, jam examinemus. Quamvis enim directè reſponſionem noſtram non petat, utpote qui concedamus, unum Deum à quo illa omnia ſolum Patrem eſſe: tamen veritatem ipſam aggreditur, noſque ſtatuimus, rectè dici, *Pater eſt unus Deus*, prout ſumitur vox *Deus* v.
,,4. Rationem ſuam dilemmate confir-
,,mat. Hæc enim locutio, inquit, unus
,,ille Deus eſt Pater, vel eſt ſynecdochi-
,,ca, vel propria, ita ut, eâ ſalvâ, etiam
,,liceat dicere, Vnus ille Deus eſt Filius,
,,Vnus ille Deus eſt Spiritus Sanctus. Si
,,ſtatuis prius, contra ſic argumentari li-
,,cebit, Deus ille unus eſt tota Trinitas.
,,Atqui Pater eſt Deus ille unus. Ergo Pa-
,,ter eſt tota Trinitas. Verùm hoc ſophiſma nititur æquivocatione phraſeos *Deus ille unus*, vel potiùs vocis *Deus*. Nam vox *Deus* ſumitur vel abſolutè, eſſentialiter, & communiter; ſic Deus eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: vel ſumitur relativè, perſonaliter, ac reſtrictè; ſic Deus non eſt tota Trinitas. Itaque licèt Pater ſit unus ille Deus, tamen non eſt omne id, quod eſt unus ille Deus. Diverſus autem ſignificandi modus, quo eadem vox jam communiùs, jam ſpecialiùs ſumta, ſibi opponitur, etiam de aliis uſurpatur in Scripturâ: ut *Matth.* 21. 34. ubi τοὺς δούλους opponitnr ἄλλους δούλους. & *Pſal.* 118. 2. ubi Iſraëli contradiſtinguitur domus Aharonis, quæ tamen etiam fuit
,,Iſraëlis pars. Si, inquit, ſtatuis poſterius,
,,ita argumentabimur: Deus ille unus eſt
,,Pater, Deus ille unus eſt Filius, & Spiri-
,,tus Sanctus. Ergo Filius, & Spiritus ſunt Pater, *illum unum Dominum, de quo hîc ſermo eſt, nec hoc idem, quod Chriſto tribuitur, dominium illi convenire. Quòd ſi ita eſt; ea quæ de uno Domino loquuntur, verba, non tantùm non labefactant ſententiam noſtram, quam prioribus verbis de uno Deo loquentibus ineſſe volumus, ſed etiam confirmant. Si enim, cùm Paulus dicit, unum eſſe Dominum, Ieſum Chriſtum ſignificare voluit, eum Dominum nullum eſſe alium, quàm Ieſum Chriſtum; ſimiliter etiam, cùm dixit,* unum nobis eſſe Deum, Patrem illum, *ſignificare voluit, Deum illum nullum, eſſe alium, quàm Patrem. Eadem enim verborum vis ac ratio eſt; nec minùs hæc, quàm illa, ad alios excludendos virium habent.*

Antequam autem hinc abeamus, breviter nobis explicandum eſt, qui Dominus ille unus ab uno Deo diſtinguatur, cum tamen Domini nomen κατ᾽ ἐξοχὴν omninò ſumi videatur. alioquin enim multi forent domini, ut ipſe Paulus in verbis præcedentibus v. 5. *indicavit. Atqui Dominus κατ᾽ ἐξοχὴν ita dictus neminem videtur ſignificare alium, quàm ſummum illum Deum, & à nullo alio pendentem rerum Monarcham. Reſpondemus,* Domini *quidem nomen, cùm tanquam Chriſti proprium ponitur, κατ᾽ ἐξοχὴν ſumi, ſed reſpectu cæterorum Dominorum, qui eatenus ſunt ejuſdem cum ipſo generis, quatenus à Deo ſummo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſummo dominum acceperunt, ac porrò ab eo dependent. In hoc enim genere Chriſtum contineri ſacræ literæ manifeſtiſſimè teſtantur & nos infrà[a] *clariſſimis earum teſtimoniis productis docebimus. Itaque quæcunque tandem ſit illa* ἐξοχὴ, *quæ voce* Domini *continetur, cum pro Chriſto ponitur, aut ei ſoli tribuitur, ea non tam latè patet, nec tam eſt ſublimis, ut etiam ſupremum prorſus ac independens dominium complectatur, quod Dei ſummi proprium eſt; ac proinde nec vox* Domini *eo ſenſu Deo ſummo convenit, ſed ab eo diſtinguitur. Ita nempe factum eſt, ut cùm* Dei *nomen ſuâ naturâ aliquid excellentius atque auguſtius, quàm ſolum* Domini *nomen, ſignificet:* Dei *quidem nomen* κατ' ἐξοχὴν *ſummum illum denotaret, qui imperium haberet prorſus independens, & prima omnium rerum eſſet cauſſa efficiens;* Dominus *verò, ab eo, qui Deus* κατ' ἐξοχὴν *dicitur, diſtinctus, eum per excellentiam quandam deſignaret, qui inter dominos à Deo pendentes primum teneret locum, & cæteris omnibus eſſet longè ſublimior. qua de re plura dicere poſſemus, niſi nobis aliò eſſet properanrandum.*

a ſect. 2. c. 18.

2 Reſponſionis refutatio.

Examinanda enim nunc eſt altera ad argumentum noſtrum ex hoc Pauli loco ductum reſponſio, quæ eſt, Patrem *hoc loco non pro Patre Ieſu Chriſti ſumi, ſed totam Trinitatem*

Pater, & contrà. Sed hoc ſophiſma peccat in formam ſyllogiſticam. Nam præterquam quòd hæc enunciatio, *Deus ille unus eſt Pater*, non ſit naturalis, cum anguſtius prædicetur de latiori, propoſitio major eſt particularis, cùm debeat eſſe univerſalis, aut ſingularis. Quamvis enim Deus ille unus ſit ſingularis eſſentiâ, quia tamen illa eſſentia eſt communicabilis pluribus, ideò æquipollet particulari, niſi illa vis particularis certis ſignis excludatur. Itaque ſic formanda fuiſſet propoſitio: Quicquid eſt Deus ille unus, eſt Pater: aſſumtio verò: Quicquid eſt Deus ille unus, eſt Filius, & Spiritus Sanctus. Sed ſic utraque propoſitio eſt falſa. Nihil itaque legitimè ex noſtrâ ſententiâ concludit adverſarius, quod vel ſacris literis, vel ſibi ipſi repugnet.

Tertium ſuæ interpretationis præſidium collocat in diſtinctione Chriſti à Deo Patre: *Chriſtus*, inquit, *hic manifeſtè ab illo uno Deo diſtinguitur, atque ita Deus ille unus non eſſe demonſtratur, dum additur:* Et unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum. At nos contrà dicimus, quòd Paulus hæc addendo oſtendat Chriſtum eſſe illum Deum, præter quem non eſt alius. Secùs enim præter rem locutus fuiſſet, imò theſi ſuæ repugnâſſet. Quid enim attinebat dicere nobis unicum, ut vult adverſarius, eſſe Dominum præter Patrem, Ieſum Chriſtum, cùm id ageret ut ſolum Patrem Deum eſſe doceret? Sit jam Chriſtus Deus ſummus, vel non ſummus: attamen manifeſtè Pauli ſententia evertitur: dùm duo Dii ſtatuuntur. Fatemur Chriſtum diſtin-

diſtingui à Patre, & à Deo, quatenus illi competit, *ex eo eſſe illa omnia* : ſed negamus, quòd ab eo diſtinguatur prout v.4. accipitur. Sic concedimus, Patrem non eſſe Dominum *per quem* illa *omnia*; ſed tamen Pater manet Dominus, & quidem Dominus noſter. Sicut autem Domini unitas defendi nequit, niſi Pater ſit idem cum Chriſto Dominus; ſic nec Dei unitas poteſt defendi, niſi Chriſtus ſit idem cum Patre Deus. Quæ de ſubordinatione interjicit, alibi diſcutientur. Sed inſtat; *unus ille Dominus vel idem revera eſt cum uno illo Deo: vel aliquâ ratione eſt inferior.* Reſpondemus, ſi vox *Deus*, & vox *Dominus* communiùs ſeu eſſentialiter ſumantur, unus ille Dominus eſt etiam unus ille Deus. At ſi ſpecialius ſeu perſonaliter ſumantur, unus ille Dominus non eſt unus ille Deus, *ex quo illa omnia*. Quoniam autem hæc duo ſe mutuò inferunt, manet unus Deus, & unus Dominus. Cùm enim manifeſtiſſimè pronuntiet, & graviſſimè urgeat Apoſtolus, Vnum eſſe Deum, & præter eum nullum eſſe alium: præterea nobis quoq; Chriſtianis unum eſſe Deum & Dominum: neceſſariò ſequitur, illos duos, Patrem ſcilicet & Ieſum Chriſtum, in unâ Deitate convenire. Secùs Apoſtolus cum ſe ipſo conciliari nequit. Nulla autem eſt conſequentia; *Dominus per quem illa omnia* diſtinguitur à Deo *ex quo illa omnia*, Ergo eſt ipſo inferior: quaſi verò æqualia diſtingui nequeant! Deſcriptiones Sacræ ſcripturæ rebus omninò congruunt: eaſque probant, vel illuſtrant, id eſt, explicant, adeòque ſæpiùs diſtinguunt & determinant.

tatem complecti. Quam quidem reſponſionem alicui in mentem venire potuiſſe mirum eſt. Certè in illis excuſari minimè poteſt, qui ſe nihil præter purum putum Dei verbum docere gloriantur, & nobis objicere ſolent, quòd rationem ſecuti, à verbo Dei diſcedamus, & ſcripturas torqueamus. Quid enim eſt extra ſcripturam loqui, & à plana & aperta ejus ſententia diſcedere, ſi iſtud non eſt? Quo namque exemplo probabunt unquam, Patris *vocem de Deo uſurpatam tres Divinitatis perſonas ſignificare? Omnibus ſunt obvia loca, in quibus* Patris *vox aut abſolutè prolata, aut manifeſtè ad nos (quod illi hîc tacitè fieri volunt) relata, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti denotat. & certè idem & Chriſti & noſter Pater eſt, ut manifeſtè apud Iohannem*[a] *docet Chriſtus, &* [a] Ioh. 20. 17.
non pauca alia demonſtrant. Hæc ergo vocis Patris *ſignificatio, cùm omnibus ſit notiſſima, & ſacris literis uſitatiſſima, altera verò illa nullo poſſit idoneo demonſtrari exemplo; quid iis in mentem venit, ut illâ relictâ, hanc amplecterentur, vel potiùs excogitarent, & eo quidem loco, ubi Paulus perſpicue, quis ſit ille unus Deus, explicare, & porrò ſignificatione vocis notâ uti voluit? Afferunt quidem illi loca, ubi Deum ob creationem Patrem dici cenſent; hîc autem ad creationem reſpici; cùm* ex eo *dicantur* eſſe omnia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Sed hoc poſterius ſine probatione ſumitur. Vox enim omnia *ſolet ad ſubjectam referri materiam, & ad eam reſtringi. Hîc autem de* nobis, *hoc eſt, Chriſtianis, ac proinde de rebus ad Chriſtianos nominatim pertinentibus ſermo eſt. Deinde non probant illi, Patrem, qui ob creationem ita vocetur, alium eſſe præter Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Videmus ſanè, vel in ſymbolo, quòd Apoſtolicum appellatur, eundem dici Patrem omnipotentem, & creatorem cœli & terræ; hujus autem filium Ieſum Chriſtum. & ipſi, utut creationem & cæteras actiones, quæ extra Deum exercentur, faciant toti Trinitati communes; aſſerunt tamen, peculiariter tribui Patri creationem, Filio redemtionem, Spiritui Sancto ſanctificationem. Quare etiamſi tandem Deus hoc loco ob creationem Pater appellaretur, nulla tamen foret cauſſa, cur quempiam alium, præter Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, intelligendum putaremus; ſed cauſſa potiùs foret magna, cur hunc cenſeremus nominatim intelligendum. Quanquam præterea vel planè nullus, vel vix ullus eſt in univerſa Scriptura locus, in quo ob ſolam creationem primam, de qua illi loquuntur, Deus dicatur aut Pater ſimpliciter, aut Pater noſter: ſed ob alia planè paterna ejus in homines, qui eum Patrem ſuum vocant, beneficia & certam quandam, adeoque non omni-*

Non negamus Patris proprium eſſe, *Ex illo eſſe omnia*: Chriſti verò proprium, *per illum eſſe omnia*: ſed ut Pater nihilominus eſt Dominus *ex quo omnia*, ſic etiam Chriſtus eſt Deus *per quem omnia*. At falſum eſt, quòd *ex quo omnia*, quâtenus ſoli Patri convenit, ſignificet idem quod eſſe primam ac ſupremam omnium eorum quæ ad nos pertinent cauſam efficientem. Nàm hoc etiam Chriſto competit. Nec hîc Apoſtolus ad ſólos Chriſtianos reſpicit. Illa enim omnia diſtinguuntur à nobis ſcilicet Chriſtianis. Præterea ſi ad unitatem Dei aſſerendam ſufficit, quòd unus ſit ſupremus Deus, etſi alii ipſi ſint ſubordinati, nec Apoſtolus, nec nos illas gentes hinc refutare poſſemus, quæ multos Deos ab uno tamen dependentes aſſerunt. Similiter falſum eſt, quòd Apoſtolus nihil aliud velit indicare per illa verba, *per eum ſunt omnia*, quàm Chriſtum eſſe mediam cauſam omnium eorum, quæ ad nos ſalutemq; noſtram ſpectant. Nam per eum quoque ſunt illa omnia, inter quæ multa ſunt, quæ nullam cauſam mediam admittunt: ut Angeli: & prima illa rerum cauſa per eum omnia gubernat ac diſpenſat, ut fatetur adverſarius. Ac in hâc univerſali gubernatione ac diſpenſatione multa fiunt, quæ cauſam inſtrumentalem non admittunt. Quæ quæſo poteſt fingi cauſa intermedia inter influxum Dei & conſervationem naturæ Angelicæ? Quod hîc dicit, nos per Chriſtum viciſſim debere Deum colere, non concedit magiſter ipſius Socinus. Quamvis enim largiatur, quòd hoc fieri jure poſſit, negat tamen hoc debere fieri, cùm docet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

docet, id non eſſe abſolutè neceſſarium. Dominii autem unitas malè ab ipſo defenditur, cùm alibi doceat, Chriſti dominium maximè in iis rebus exſeri, in quibus Pater nihil definiverit. Etſi autem concedamus aliter intelligenda eſſe verba, quando per Patrem aliqua dicuntur eſſe, aliter quando per Filium: hinc tamen clariſſimè cognoſcitur, quòd vi præpoſitionis *per* nulla cauſa inſtrumentalis per ſe inferri queat, ſed conſideranda ſit natura ejus cui adjungitur. Itaq; ex locis, in quibus de Chriſto vox *per* uſurpatur, nihil contra nos poſſunt probare adverſarii, donec aliunde oſtenderint ipſum non eſſe Deum. Specialiter tamen de Chriſto uſurpatur hic loquendi modus, quia coordinatum modum agendi, adeòque & ſubſiſtendi, cum Patre egregiè innuit. Modus enim agendi ſemper modo ſubſiſtendi congruit. Hæ itaque phraſes *ex Patre*, *per Chriſtum*, nobis ob oculos ponunt ſalutare illud myſterium, quòd Pater ſit prima & ſubſiſtendi & agendi in divinis origo; Filius verò individuè cum Patre & ſubſiſtat, & agat. Nam ſi illa omnia ſunt ex Patre, & per Filium, neceſſe eſt ut hi duo ſint unum & idem omnipotens agens, adeòque unus & idem Deus. His igitur verbis Apoſtolus innuit cauſam, quare hæc multitudo unitati tàm acriter defenſæ non obſtet. Nam hæc verba, *ex quo*, *& per quem*, præſertim ad Dei unitatem aſſerendam allata, mirabilem unitatis diverſitatem, & diverſitatis unitatem indicant. Præterea hæc attributa ſingulis ſunt propria, non ob inæqualitatem, ſed ob ſubſiſtendi, & agendi

omnibus communem, ſed populo ipſius propriam creationem; In novo ſanè Teſtamento jure negari poteſt, Deum uſpiam ob ſolam creationem primam, Patrem aut ſimpliciter, aut nominatim noſtrum dici: ſiquidem ubicunque ejus appellationis cauſſæ afferuntur, aliæ præter creationem primam afferuntur. Denique nuſpiam illi oſtendent, Chriſtum ſimpliciter Patrem appellari; ſed ſemel tantùm apud Eſaiam [a] Patrem ſeculi, *idque, ut* [a Eſa. 9. 6.] *Græca Latinaque interpretatio addit*, futuri. *Adde, quòd longè aliud eſt, Patris nomen alicubi de quopiam prædicari; aliud, cùm Patris nomen adhibetur ad certum aliquod ſubjectum denotandum quod Pater ſit, eum ipſum nominatim intelligi, aut unà cum aliis comprehendi. De Spiritu autem Sancto adeò frigidè illi probant, eum Patrem eſſe, ut ferè pigeat memorare, quæ afferunt. Præcipuum ac propè unicum eſt, quod per eum regeneremur, quòdque Chriſtus dicat* [b], [b Ioh. 3. 6.] Quod ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt. *Sed hoc pacto etiam aquam debebant Patrem facere, ſiquidem eam Chriſtus paulò antè* [c] *cum ſpiritu hac in re conjunxit, &* [c verſ. 5.] *ex ea & ſpiritu renaſci nos oportere dixit.* Niſi quis, *inquit*, renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, (ſancto *addit Vulgata Verſio*) non poteſt introire in regnum Dei. *Per aquam autem illi aquam elementarem, quæ in baptiſmo adhibetur,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

betur, intelligere ſolent; & quicquid tandem per eam intelligas, perſona non eſt. Sic & verbum Dei Patrem debebant facere, quia ſcriptum eſt à Petro a: nos eſſe renatos non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei vivi, vel potiùs vivum, & permanens in æternum. Eadem autem ratio valeret etiam in generatione propriè dicta. Itaque quoties ſcribitur, Chriſtum verbi gratia natum eſſe ex ſemine Davidis, ſemen Davidis Chriſti Pater ſtatueretur, & ſic in cæteris. Quòd ſi probare non poſſunt, Spiritum ſanctum Patrem eſſe, aut rectè ita appellari poſſe: quantò minùs probare poterunt, eum alicubi Patris nomine deſignari aut comprehendi, cùm Pater ad certum aliquod ſubjectum deſignandum, ut hoc loco ſit uſurpatur? Sed deinde, etiamſi hujuſmodi vocis hujus ſignificatio alicubi reperiretur, hîc tamen locum non haberet, ubi Pater à Chriſto manifeſtè diſcernitur, & ab eo certâ notâ diſtinguitur. Etenim Pater eſſentialiter, ut illi loquuntur, ſumtus, etiam Chriſtum, ex ipſorum mente, includit. Atqui is Patri hîc ea ratione, quam ſuprà expendimus, opponitur, & ab eo, ut loquuntur, contradiſtinguitur. Denique contradictio in hac ipſorum latet ſententia. Nam vel Pater ille, de quo hæc verba accipiunt, perſona eſt, vel non eſt. Si perſona eſt, cur eum Patri perſonaliter accepto opponunt? cur illam Patrem Chriſti eſſe non ſinunt? Vel enim una eſt perſona, vel plures. Si una; quæ alia hîc intelligi poterit, præter Chriſti Patrem? Si plures; non Pater, ſed Patres dicendi erunt. Si verò perſona non eſt, Pater non eſt. Pater enim omnis, utut metaphoricè ſic dictus, modò intellectu ſit præditus, perſona eſt. Nam pater ob actionem aliquam, & imprimis ob generationem, ſive propriè, ſive figuratè ſic dictam, ita vocatur. Actiones autem hujuſmodi non niſi ſuppoſitorum ſunt, hoc eſt, ſubſtantiarum

(a 1 Petr: 2.23.)

agendi ordinem. Chriſto quidem, quà Mediator eſt, dominium tribuitur: ſed hoc non excludit naturale dominium: cùm illi innitatur, & ſine illo ſit impoſſibile. Breviter: ſicut Pater non excluditur à dominio, licèt ſolus Chriſtus ſit unus Dominus per quem illa omnia: ſic nec Chriſtus excluditur à Deitate, licèt ſolus Pater ſit unus Deus ex quo illa omnia.

Quæ de duplici ſignificatu vocis *Dominus* per excellentiam ſic dictæ adverſarius diſſerit, ea prudens lector conferat cum ſuperioribus, quibus vocis *Deus* attributionem ſeu appropriationem refellere conabatur. Ergone ſemper propriè loquitur Apoſtolus, ſi vocem *Dominus* jam pro ſummo Monarchâ, jam pro ſubordinato, jam denique pro vulgariter dictis Dominis uſurpat? Manet igitur Apoſtoli doctrina & clara, & utilis; quamvis nomen *Deus* jam communiùs, jam verò ſpecialiùs ab eo uſurpetur. Altera reſponſio, quæ nobis quoque aliena videtur, ſalvâ veritate, ut nos quidem putamus, oppugnari poteſt.

tiarum primarum perfectarum, ut ſuo loco [a] *explicabimus. Suppoſitum verò omne, ſi intellectu ſit præditum, omnium conſenſu, perſona eſt. Neceſſe ergo eſt, Patrem hunc, de quo Paulus loquitur, perſonam, & quidem unam eſſe. Pater verò pro una perſona in divinis acceptus, adverſariorum etiam confeſſione, non niſi Chriſti Pater eſt. Vt fruſtrà ſint, qui ad hujus & ſimilium locorum aciem retundendam, novum iſtum vocis ſignificatum commenti ſunt.* [a] lib. 2. ſect. 1. cap. 4.

BISTERFELDII CAP. III.

Reſponſio ad argumentum tertium ex loco Pauli Epheſ. 4. 6. Vnus (*eſt*) Deus & Pater omnium, *qui eſt ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus vobis.*

Reſpondemus: Quamvis Deus & Pater omnium unum idemque ſubjectum hîc ſignificent, nullâtenus tamen ſequitur, vocem Deus *aliàs non patêre latiùs quàm vocem* Pater; *nec quenquam alium eſſe Deum illum ſummum, quàm Patrem Domini noſtri IeſuChriſti. Non enim dicitur, Vnus tantùm eſt, qui ſit Deus; ſed unus eſt qui eſt* Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus vobis. *ita ut hæc omnia ſimul juncta conſtituant ſubjectum*; unus, *prædicatum. Itaque hîc vox* Deus *& ab adjecto* Pater omnium, *cæteriſque epithetis, & ab ipſo contextu reſtringitur. Sic autem loquitur Apoſtolus, ut ſummam illam unitatem ejuſque primam radicem exprimat.*

CRELLII CAP. III.

Argumentum tertium ex loco Pauli. *Epheſ.* 4. 6. *Vnus (eſt) Deus & Pater omnium.*

Loco illi Pauli ad Corinthios, quem hucuſque: ad ſupremam Deitatem ſoli Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti aſſerendam urſimus, non abſimilis eſt ille ejuſdem Apoſtoli ad Epheſios: *Vnus (eſt) Deus & Pater omnium.* Iſtic enim *Deus* ille, qui unus eſſe dicitur, & *Pater*, unum idemque ſubjectum ſignificant, ac proinde alterum altero latiùs non patet, nec quiſquam alius eſt Deus ille unus, quàm PaterDomini noſtri Ieſu Chriſti.

Non arbitramur autem hoc loco neceſſe eſſe, ut multis demonſtremus, ſat familiare eſſe ſacris literis, ut de eadem re loquentes, eamque diverſis nominibus deſignantes, nomina illa particulâ copulativâ *&* inter ſe connectant; quemadmodum hoc loco voces *Dei* & *Patris* inter ſe connexa videmus. Notârunt enim id ſacrarum literarum interpretes, tum plurimis aliis in locis, tum nominatim etiam in iis, in quibus hæ eædem voces *Deus* & *Pater* conjunguntur. Ut cùm dicit idem Apoſtolus [b], Chriſtum aliquando traditurum regnum *Deo & Patri*; aut cùm unà cum Petro ita loquitur [c]: *Benedictus ſit Deus & Pater Domini noſtri*

[b] 1 Cor. 15. 24. [c] 2 Cor. 1. 3. Epheſ. 1. 3. 1 Petr. 1. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

[a] Rom. 15. 6 [b] 2 Cor. 11. 31. Gal. 14. Epheſ. 5. 20. Phil. 4. 20. Col. 1, 3. 2. 2 (in Græco) 3. 17. 1 Theſſ. 1 3: & alibi.

noſtri Ieſu Chriſti: aut cùm ait [a]: *ut unanimes, uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ut alia [b] non pauca hic ſimilia, quæ apud eundem Apoſtolum extant, loca nunc prætereain. Satis enim apparet, iſtis locis, diverſis nominibus idem ſubjectum deſcribi, ac perinde eſſe ac ſi dictum fuiſſet, *Deus qui Pater eſt*, vel *Deus, hoc eſt Pater*, vel alia ſimili ratione.

Hoc autem ad Epheſios loco omnino unum eundemque *Dei* & *Patris* nomine intelligi, primùm ex eo apparet, quòd junctim de hujus illiuſque unitate loquitur, non verò, ut in cæteris omnibus, quas commemoravit, rebus fecerat, diſtinctè. Dixerat Apoſtolus, demonſtraturus, Chriſtianos unitatem ſpiritualem, pacis inter ſe vinculo colligatos, tueri debere; & *Vnum*, inquit, *corpus, & unus ſpiritus, quemadmodum etiam vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ: unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium.* Cur non dixit ſimiliter, ut in cæteris, *unus Deus, unus Pater omnium*, ſi alium *Dei*, alium *Patris* nomine intelligebat? Idem deinde ex eo patet, quod Deum unum hoc loco diſtinxit & *à Domino uno*, & *à Spiritu uno*, & quidem ita, ut eos non tantùm diverſis vocibus deſignaret, diverſiſque orationis membris includeret, ſed alias etiam res iis interjiceret, ut tantò luculentiùs appareret, eos à ſe invicem diſcerni. Vidimus autem jam ſuperiori capite, per *unum Dominum*, nominatim Chriſtum intelligi. Quis ergo alius per *unum Deum*, tum ab *uno Spiritu*, tum ab *uno Domino* ſeu Chriſto diſtinctum, intelligeretur, quàm Pater Chriſti? præſertim cùm ipſum Patris nomen expreſſè fuerit ab ipſo Apoſtolo additum. Etenim ne totam Trinitatem *Dei* illius qui *unus* dicitur, nomine intelligas, obſtat primùm ratio jam dicta, quòd duæ, ut vulgò creditur, Trinitatis perſonæ jam fuerint commemoratæ, & ab *uno Deo* diſtinctæ. Deinde quàm abſurda foret illa oratio, *una eſt omnium Trinitas & Pater?* Nam ne illud nunc urgeam, Trinitatem *unum Deum* non eſſe, ſed tres, ut alibi [c] docebitur, & cuivis per ſe patet, modò vim intellectui ſuo ob præconceptæ opinionis amorem facere nolit; quid opus eſt, poſt totam Trinitatem Patrem nominatim addere, quaſi in ea non fuiſſet comprehenſus? Quod ſi explicandi cauſâ voluiſſet aliquid addere Apoſtolus, tres perſonas debuiſſet exprimere, non unam. Neque enim qui unius perſonæ facit mentionem, Trinitatem perſonarum explicat.

[c] lib. 2. ſect. 1. c. 1.

Defen-

Defenſio Reſponſionis.

NOs concedimus hoc in loco per Deum ac Patrem omnium ſolum intelligi Patrem: ſed quænam eſt conſequentia? Hîc per vocem *Deum* & ab ipſâ orationis ſerie, & à ſubjectâ materiâ, & ab attributis additis reſtrictam ſolus Pater intelligitur; ergo ſolus Pater eſt Deus. Pari, imò majori, ratione aliquis concluderet: Hîc per Spiritum ſimpliciter dictum ſolus intelligitur Spiritus Sanctus; ergo ſolus Spiritus Sanctus eſt Spiritus; &, ergo Pater non eſt Spiritus. Item hîc per Dominum ſimpliciter dictum ſolus intelligitur Ieſus Chriſtus; ergo ſolus Chriſtus eſt Dominus, & Pater non eſt Dominus. At, inquis, omnino admitto, quòd Pater non ſit ille Spiritus, nec ille Dominus, licet alio ſenſu ſit Spiritus, ſit Dominus. Rectè. Nam & nos concedimus, quòd nec Spiritus Sanctus, nec Chriſtus ſit eo ſignificatu Deus, quod Deus tantùm pro illo accipitur, qui eſt Pater omnium quique à Spiritu ac Domino diſtinguitur. Quare non contra nos, ſed pro nobis facit id, quod docet adverſarius, ſcilicet perinde eſſe ac ſi dictum fuiſſet, *Deus*, qui *Pater eſt*, vel *Deus*, hoc eſt, *Pater*. Neque enim Apoſtolus adæquatè vult explicare quis ſit Deus, ſed vult docere, quòd unus ſit Deus Pater: quam ob cauſam ad majorem unitatis demonſtrationem Deum & Patrem omnium per copulam *&* conjungit, ac pro uno ſubjecto ponit. Quare non ſequitur: Is qui eſt Deus Pater, eſt unus, ſeu eſt tantùm una perſona: ergo etiam is qui eſt Deus, tantùm

tùm

Defenſio Argumenti.

SEd *non deſunt, qui* Patris *nomine hoc etiam loco totam Trinitatem vel Deitatem indiſtinctè ſumtam velint intelligi. Quod quàm abſurdè faciant, quanquam ex ſuperioris argumenti defenſione poteſt intelligi; tamen hîc quoque ideo potiſſimum oſtendendum eſt, quòd præcipui ejus ſententiæ patroni eò progreſſi ſint, ut per* unum ſpiritum, unum Dominum, unum Deum & Patrem, *idem hoc loco intelligi, nec in re, ſed in verbis tantùm diſtinctionem eſſe dicant. Quàm audax, quamque abſurda ſit ea verborum* Pauli *explicatio, difficile eſt dicere. Sed ita neceſſe fuit illis facere, quibus conſtitutum fuit* θέσιν διαφυλάττειν, *& nihil non defendere, quod ſententia ſemel decreta poſtularet. Non urgebimus autem nunc, tres perſonas, quarum unaquælibet ſit ſpiritus, Dominus, Deus, Pater, unum Spiritum, Dominum, Deum, Patrem, ut illi pro conceſſo ſumunt, eſſe non poſſe. Illud quærimus, quo exemplo freti, vel Spiritûs, vel Patris nomen, ad tres perſonas extendant? De* Patris *nomine dictum eſt cap. præcedenti. Inde ea, quæ huc pertinent, petantur.* Spiritûs *nomen nunc ſimpliciter, nunc cum adjectione poſitum, pro Spiritu Sancto infinities poſitum legas; at pro Patre aut Chriſto nuſpiam. De Patre vox* Spiritus [a] *ſemel in ſac. literis prædicatur;*

[a] Ioh. 4. 24. vid. ſi placet, lib. de Deo cap. 15. pa. 107.

dicatur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

a 1 Cor. 15. 45. 2 Cor. 3. 17.

dicatur; *bis* a *diverſo ſenſu de Chriſto. at ſubjectivè poſita, ſeu certum ſubjectum, quod ſpiritus ſit, deſignans, nec de Chriſto, nec de Patre uſpiam intelligitur. Num fortè licebit ſignificationes vocum uſitatiſſimas, quas Paulum ſecutum hîc eſſe ſatis patet, repudiare, & eam, quæ nuſpiam extat, verbis affingere? Sed deinde, quæ cauſſa, cur ter potiùs eandem rem repetere maluerit Apoſtolus, quàm tria inter ſe diſtincta, quæ iiſdem vocabulis exprimi poſſent, quæque ad rem, quam agebat, ſingula plurimùm pertinerent, diſtinctè enumerare? Cur, inquam, maluit ter Deum indiſtinctè nominare, & verba tantùm cumulare, quàm nunc unitatem Spiritus Sancti, ſub nomine* unius Spiritus, *nunc Chriſti, ſub nomine* unius Domini, *nunc* Patris, *ſub hoc ipſo nomine commemorare? Præterea, cur aliis rebus interjectis tria hæc disjunxit Apoſtolus? cur ſaltem non conjunxit, & continua ſerie de illorum unitate loquutus eſt? Cætera, quæ junctim commemoravit, diverſa eſſe videmus: ea, quæ disjunctim commemoravit, eadem putabimus? Novimus quidem, interdum rem eandem commutatis referri: ſed cùm res inter ſe ſimiles ordine recenſentur, & cæterarum ſingulæ ſingulis membris aut commatibus abſolvuntur, non ſolet res eadem diverſis membris, cæterarum ſimilibus repeti: multò autem minùs, cæterarum rerum ſimi-*

tùm eſt unà perſona. Additur enim vox *Pater*, ut vox *Deus* communior reſtringatur. Æquipollet igitur hîc conjunctio & particulæ *ſcilicet*: ſeu phraſi, *hoc eſt*; ut ſit ſenſus, *Deus & Pater*; Deus, ſcilicet Pater; vel potiùs, Deus id eſt, Pater. Malè igitur attributum illud *unus* ſingulis applicatur ſeorſim, quod ipſis competit conjunctim. Atque hoc ipſum exempla ab auctore allata confirmant. In iis enim vel voci *Deus* præfigitur articulus, vel eo non præfixo vox *Pater* ſine copulâ additur. Quo ipſo ſatis indicatur, vocem *Deus* eſſe communem, & omnino indigere reſtrictione, cùm pro ſolo Patre uſurpatur. Nimirum gradatim hîc aſcendit Apoſtolus, & ſuaviſſimam unitatis catenam primamque ejus originem indicat. Nam in universâ ſacrâ Scripturâ tres divinorum operum cauſæ inculcantur, quæ tamen unam cauſam conſtituunt, ac pro diverſo reſpectu ſolitariæ vel ſociæ dici queunt. Poſſunt dici *ſolitariæ* ratione perfectionis & virium. Tantæ enim dignitatis & potentiæ ſunt ſingulæ, ut ſi per impoſſibile una ſine alterâ eſſe poſſet, poſſet quoque ſine illâ ad extra agere. Poſſunt autem dici *ſociæ* ratione ſummæ unionis ac communionis, quòd quia una non poteſt eſſe ſine alterâ, una quoque ſine alterâ agere nequeat. Prima, harum cauſarum poteſt vocari quaſi inchoans, ſecunda quaſi continuans, tertia quaſi conſummans: vel tertia poteſt vocari proxima, ſecunda media, (non ratione potentiæ ac poteſtatis, ut volunt adverſarii, ſed ratione modi & ordinis agendi) prima verò originalis. His præmiſſis faci-

faciliùs cognoſcitur mens ac ſcopus Apoſtoli: nimirum urget ſervandam eſſe unitatem ſpiritûs in vinculo pacis: quia una ſit cauſa, ut ita dicam, proxima, Spiritus: una ſit cauſa media, Dominus: una denique ſit cauſa ratione ordinis & origine prima, Pater: ita ut non tantùm ſit unus omnium Deus, ſed etiam unus Pater, qui eſt ſuper vos omnes, & per vos omnes per unum illum Dominum, & in vobis omnibus per unum illum Spiritum. Quemadmodum enim gradatim ad primum unitatis fontem aſcendit, ſic pulchrè quoque in Patris epithetis ordine retrogrado deſcendit: ut ita oſtendat non ſolum quòd ſit unum ſimpliciter primum principium, ſed etiam quare, & quomodo ſit unum. Præterea reſpicit ad caput præcedens, ut ex conjunctione rationali οὖν *igitur* *v.* 1. colligitur; præſertim ad illa verba, quæ à 14. *v. c.* 4 occurrunt, in quibus Patris, Chriſti, & Spiritûs Sancti diſertam mentionem fecerat, adeòque firmiſſimam hujus unitatis baſin indicârat. Recte autem judicat adverſarius, quòd non ſolùm hic, verùm etiam in aliis ab ipſo citatis locis conjunctio καὶ & ſit explicanda per, *hoc eſt*; Senſus enim Apoſtoli eſt hic, *Deus*, id eſt, *omnium pater*, qui *eſt ſupra omnes*, *per omnes*, *& in nobis omnibus*, *eſt unus*; ita ut vocem *Deus* aliâs vi ſuâ nativâ tribus, & quidem tantùm tribus, communem hæc omnia reſtringant. Hoc etiam innuit Syrus interpres qui copulam & omittens ſimpliciter dicit, וְחַד אֱלָהָא אַבָּא, *& unus Deus Pater.* Nimirum ſummam, ac ſimpliciter primam unitatis radicem in Patre oſtendit.

Tan-

ſimilium ac commatum interjectu, à ſe dirimi ac divelli. Nullum hujuſmodi exemplum, nec ex profanis, nec ex ſacris illi proferent. Accedit, quòd tum demum à ſacris ſcriptoribus res eadem ſolet ita ſignificanter, ut hîc fieret, repeti, cùm in ſingulis verbis aliqua peculiaris vis eſt, quæ hîc nulla foret. In voce ſanè Spiritus *nulla hîc foret, quemadmodum mox intelligetur. Quòd ſi vox* Domini unius *hîc idem ſignificaret, quod* unus Deus, *& ſic ſupremum omnium rerum monarcham deſignaret; ejus vis univerſa non modò* Dei unius *nomine fuiſset expreſſa, ſed ſtatim etiam clariùs explicata, cùm poſt Patris nomen additur,* eum eſſe ſuper omnes. *Significatur enim, eum unum omnibus ſummo cum imperio præeſſe, eos regere ac gubernare; ut inde intelligatur, Patrem meritò cum Deo illo uno ita fuiſſe conjunctum, ut idem eſſe intelligeretur, quaſi dixiſſet,* Unus eſt ſimul & Deus & Pater omnium, utpote qui eſt ſuper omnes. *Si enim Pater unus ille Deus non eſſet, non omnibus ſumma cum poteſtate præeſſet. Iam verò an non ſatis his verbis vis vocis* Domini *fuiſſet expreſſa? Sed in voce* ſpiritus *quæ vis foret? Nil enim ſignificaret aliud, quàm unam ſpiritualem eſſentiam. Nihil de eo nunc dicam, quòd non protinus Dei eſſentia ſignificaretur. Ponatur vel ſine ratione,* ſpiritu *ſeu* ſpirituali

eſſen-

eſſentiâ *commemoratâ*, *nomina tim Dei ſignificari ſubſtantiam. quid hoc ad unitatem Chriſtianam demonſtrandam facit? num propterea, quòd illi omnes eandem eſſe credant? At nec fidei ipſorum in hoc commate ſit mentio; & ejus unitas peculiariter commemoratur, dum dicitur,* una fides. *Quid ergo id ad rem pertinebat, unam eſſe ſpiritualem, adde, ſi lubet, Dei eſſentiam? Nihil. Intelligendum enim eſt, non ex eo ſimpliciter fidelium unitatem concludi, quòd rerum illarum, quæ enumerantur, quælibet in ſe una ſit; ſed quòd cùm in ſe una ſit, alia quidem ſpecie, alia numero, omnibus fidelibus ſit communis. Ex hac enim rerum tantarum communione, ſeu rerum Chriſtianis communium unitate, eorum unitas concluditur. Quare omnia, quæ enumerantur, vel bona ſunt in ipſis Chriſtianis exiſtentia, ſive ſigillatim, ut ſpes, fides, baptiſmus; quò & ſpiritum illum unum referre licet; ſive junctim, ut corpus illud myſticum: vel ſunt res, quæ extra ipſos quidem exiſtant, ſed manifeſtam tamen ad eos relationem habeant, & ad concordiam illos adigant: quales ſunt,* unus Dominus, *itemque* unus Deus, ac Pater *omnibus ille communis*, qui eſt ſuper omnes, *hoc eſt, ut antè diximus, qui omnibus ſummo cum imperio unus præeſt, omnes æquè regit ac gubernat: eſt etiam* per omnes, *hoc eſt, ſuâ providentiâ per omnes*

Tantum autem abeſt ut hâc doctrinâ ſolum Patrem Deum eſſe doceat, ut contrarium ex eâ neceſſariò colligatur. Nam ille Spiritus non poſſet eſſe unus, niſi eſſet ens omnipotens ac ubique præſens nec illum Spiritum dare poſſet Dominus, niſi eſſet Deus: nec eundem poſſet dare Spiritum Dominus, quem dat Pater, niſi eſſet unus cum eo Deus. Nam etſi Spiritus tantùm eſſet vis nuda, fidelibus inſpirata, ut adverſarii volunt, nullâ tamen ratione Chriſtus illius dator eſſe poteſt, multò minus eundem numero ſpiritum cum Patre producere, niſi ſit idem Deus. Siquidem ab omni recta ratione prorſus eſt alienum, eum, qui naturâ Deus non eſt, poſſe virtutem immediatè à Deo manantem producere, eamque dare: ita ut ex ſolius Spiritûs Sancti datione æterna ac independens Chriſti Deitas infallibiliter concludatur. Sed hâc de re alibi fuſiùs. Præterea ſi is eſſet ſenſus ac ſcopus Apoſtoli, quem adverſarius urget, facilè poſſet refutari argumentatio Apoſtolica. In promtu enim eſt objectio: Cùm tu doceas duos eſſe Dominos, item duos eſſe Deos Chriſtianorum, malè utique ex Dei unitate fidelium unitatem ac concordiam concludis. At juxta noſtram interpretationem argumentum Apoſtoli eſt longè efficaciſſimum.

Errat autem vehementer, cùm dicit nihil ad rem pertinere, unam eſſe Dei eſſentiam. Hæc enim unitas eſt omnis iſtius unitatis fons. Ac niſi una eſſet Dei eſſentia, nulla poſſet eſſe vel in ſubordinatis, vel in coordinatis unitas, cùm omnis mul-

multitudo harmonica neceſſario tandem ad primam aliquam unitatem revocetur. Obiter quoque hîc obſervet lector quòd dicat auctor: *Eandem ob cauſam multa in præcedentibus ejuſdem loci verbis de unitate ſpiritûs Apoſtolum diſſeruiſſe: ne ob tam diverſas, quas in diverſis Chriſtianis exſerebat, facultates, ſpiritûs diverſitatem, quo veluti animarentur; colligerent.* Hac enim ratione ſibi ipſi repugnat: tùm quòd in ſequentibus ſpiritûs partitionem hinc colligere conatur: tùm quia clarum eſt, Spiritum Sanctum non eſſe facultatem, ſi diverſas in diverſis exſerit facultates. Nam nec eadem numero facultas in diverſis eſſe poteſt, nec facultas poteſt dici facultates exſerere.

Appropriationem, non confictam, ſed in ſacris literis fundatam, hîc quoque locum habere, ex his, ut & capite præcedenti dictis, ſatis liquet. Itaque non eſt ut rem ſatis probatam, adverſario nihil novi adferente, prolixius urgeamus.

omnes ſeſe diffundit, omnia totius Chriſtiani corporis membra permeat, ad omnia bonitate ſua pertingit; vel quod eodem redit, inter omnes veluti verſatur, inque eorum eſt medio, ope nimirum, auxilio, providentiâ ſuâ: eſt denique in omnibus, *hoc eſt, in omnibus per ſpiritum ſuum habitat. Quibus enim hæc omnia ſunt communia, eos inter ſe maximè unitos eſſe oportet. At quæ relatio eſt inter ſpi*ritum *& Chriſtianos, ſi eo nomine ſpiritualem Dei eſſentiam intelligas? quomodo illa communis erit omnibus Chriſtianis? Neque enim ab illis poßidetur, ut res prioris generis à nobis enumeratæ. Non habet etiam relationem ad ipſos, ut vox* Domini, Dei, *&* Patris. *An non res ipſa oſtendit, ſi divinum per hanc vocem ſpiritum intelligere velis, omnino neceſſe eſſe intelligere Spiritum Sanctum, omnibus fidelibus communem, quo veluti animentur & gubernentur? Hic enim inter ea erit bona quæ divina benignitate ab illis obtinentur. Neque ſanè ejus mentio ulla ratione ommitti hîc debuit: partim quia inter bona Chriſtianis communia, quæ illos inter ſe uniant, vel inprimis elucet Spiritus Sanctus, qui eos ad ejuſdem felicitatis ſpem erigit atque obſignat. Vnde Apoſtolus de eadem re ad Corinthios agens, poſtquam dixiſſet, Chriſtum, ejùſve Eccleſiam, unum corpus eſſe ex variis veluti membris compactum, addit* [a]. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſive Judæi, ſive Græci, ſive ſervi, ſive liberi: & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. *Eandem ob cauſſam multa in præcedentibus* [b] *ejuſdem loci verbis de unitate ſpiritus diſſeruerat, ne ob tam diverſas, quas in diverſis Chriſtianis exſerebat facultates, alii alios pro alienis haberent, vel ſaltem minora dona adeptos præ ſe deſpicerent; ſed potiùs ſeſe invicem, pro diverſis quidem, ſed ejuſdem tamen corporis membris agnoſcerent, cùm eodem Dei ſpiritu veluti animarentur. Cur ergo hoc loco, ubi eandem rem tractat Apoſtolus, illam Spiritus Sancti,*

[a] 1. Cor. 12. 13.

[b] Ib. verſ. 4. 7. & ſeqq.

Sancti, quo Chriſtiani eſſent imbuti, unitatem expreſſe non commemoraret? Quò accedit, quòd Apoſtolus ſtatim in ſequentibus, quemadmodum & in illo ad Corinth. loco, de diverſitate donorum, ſeu effectuum divini Spiritus, Chriſtianis hominibus dati, diſſerit: ut nullum ſit dubium, eum priùs de unitate ipſius illius Spiritus, ut illic, fuiſſe loquutum. Vbinam autem eam commemoraſſe cenſendus eſt, niſi cùm de uno Spiritu *fuit loquutus? niſi fortè unius baptiſmi nomine eum velis comprehenſum; quod tamen iſti nolunt, qui de aquæ baptiſmo loqui Apoſtolum omnino contendunt; nec nos abnuimus. Et certè ſi de divino quodam ſpiritu hîc ſermo eſt, non de animo ac voluntate, cujus ratione fideles unus eſſe Spiritus debeant; non eſt quidquam dubitandum, de Spiritu Sancto loqui Apoſtolum. Quòd ſi verò per* Spiritum unum, *Spiritum Sanctum intelligas; nulla eſt cauſſa, cur per* unum Dominum *non intelligas Chriſtum, quemadmodum in loco ſuperiori* [a] *factum videmus: ac porrò per* Patrem, *quod cæteroquin etiam vox ipſa exigebat, Ieſu Chriſti Patrem.*

[a] 1 Cor. 8. 6.

Satis, ut arbitramur, oſtendimus, Patris *nomine in illo ad Epheſios loco non niſi Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti intelligi: ac porrò non niſi hunc, unum illum Deum à Paulo ſtatui. Quod ſi quis ad appropriationem ſeu attributionem à quibuſdam in hoc argumento confictam velit confugere, ei haud difficulter occurri poterit, ſi illa conſiderentur, quæ cap. præcedenti ea de re diximus, priorem reſponſionem ad argumentum noſtrum ex eo loco ductum examinantes. Quare non eſt, quod iis diutiùs immoremur.*

CRELLII.

CAP. IV.

Argumentum quartum ex verbis Chriſti. Matth. 24. 36. *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.* & Marci. 13. *De die autem illo, vel hora nemo ſcit: neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater.*

Antequam à locis abeamus, quæ Patris expreſſam faciunt mentionem, unum adhuc placet addere argumentum ex verbis Chriſti Matt. 24. & Mar. 13 petitum in quibus apertè aſſerit, *Solum Patrem*, aut, quod per-

BISTERFELDII

CAP. IV.

Reſponſio ad argumentum quartum ex verbis Chriſti Matth. 24. 36. De die autem illâ, & horâ, nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus meus Pater. *& Marci* 13. 32. De die autem illo vel horâ nemo ſcit: neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater.

Reſpondemus: Hæc dicta non eſſe ita intelligenda, quaſi Chriſtus ſimpliciter diem judicii ignorârit, ſed quòd eum non ſciverit quâ homo. Excluditur igitur non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Nam quâ Deus, unà cum Patre includitur. Nec demonſtrabit unquam auctor, Solum Patrem *perinde eſſe ac* neminem niſi Patrem ſcire de die illo vel horâ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

râ, *ultimi nimirum judicii, ſeu adventus Chriſti. Particula enim excluſiva* ſolus *non tam latè patet, quàm hæ duæ voces* nemo niſi. *Sed hæc infrà tractabuntur uberiùs.*

perinde eſt, *neminem niſi Patrem ſcire de die illo vel hora*, ultimi nimirum judicii, ſeu adventus ſui. Hinc enim ſententia noſtra clariſſimè demonſtratur.

Nam qui ſolus aliquando ſcivit diem horámve ultimi judicii, is ſolus eſt ſummus ille Deus. Atqui, teſte Chriſto, Pater ſolus aliquando diem horámve illam ſcivit. Quare is ſolus eſt ſummus ille Deus. Majoris, ut vocant, propoſitionis veritas facilè cuivis patet. Qui enim ſolus aliquando ſcivit omnia, ſolus etiam eſt ſummus ille Deus. Siquidem Deus ſummus ſemper ſcit, ſcivitque omnia. At qui ſolus aliquando ſcivit ultimi judicii diem, ſolus tunc ſcivit omnia. Qui enim eum diem neſcivit, non omnia prorſus ſcivit. Quare qui ſolus aliquando ſcivit ultimi judicii diem, ſolus etiam eſt ſummus ille Deus.

Si quid ad hujus argumenti defenſionem pertinet; quamquam tam clarum eſt, ac validum, ut eâ non egere videatur; id à nobis dicitur infrà [a], *ubi de Chriſto agemus.*

[a] h. lib. ſect. 2. c. 6.

Reſponſiones ad argumenta ex iis locis ducta, in quibus Patris quidem nomen non extat, de eo tamen, juxta adverſarium, reverâ ſermo eſt.

BISTERFELDII CAP. V.

Reſponſio ad argumentum quintum ex verbis Pauli 1 Cor. 12. 4, 5, 6. petitum. Diſtinctiones donorum ſunt, ſed idem Spiritus. Et diſtinctiones miniſteriorum ſunt, ſed idem Dominus. Et diſtinctiones operationum ſunt, ſed idem eſt Deus, qui operatur eas omnes in omnibus.

Reſpondemus: Hîc vox Deus *non ſumitur communiter, ſed ſtrictè pro Patre. Quamvis igitur diſtinguatur à Filio & Spiritu Sancto, hinc tamen minimè ſequitur, neminem alium præter Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe Deum ſummum. Per appropriationem autem hîc ſumi vocem* Deus, *tum ex oppoſitione Filii, & Spiritus*

Sequuntur nunc argumenta ex iis locis ducta, in quibus Patris quidem nomen non extat, de eo tamen revera ſermo eſt.

CRELLII CAP. V.

Argumentum quintum ex verbis Pauli 1 Cor. 12 4, 5, 6. petitum: *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem verò Deus, &c.*

In his, quæ adduximus, Apoſtoli verbis, ſatis, apparet, voces illas, *idem Deus* ſignificare unicum illum, omnibuſque Chriſtianis communem Deum. Iam verò cùm illum Apoſtolus, & *ab eodem ſpiritu*, & *ab eodem* Domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Domino, quem Chriſtum eſſe ex duobus ejuſdem Apoſtoli locis ſuprà a vidimus, diſtinguat; patet, Deum illum eſſe Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec quenquam præterea alium. Etenim quis alius cogitari poteſt, ab unico illo Spiritu, unicoque Chriſtianorum Domino, nempe Chriſto, diſtinctus, qui *Dei ejuſdem* nomine deſignetur, præter Chriſti Patrem? qua verò ratione ſub hoc ipſo *Dei ejuſdem* nomine, *ab eodem ſpiritu*, & *ab eodem Domino* diſtingueretur, ſi unicus ille ſpiritus, unicuſque Dominus, non minùs eſſent *idem* ille *Deus*, quàm Pater? Neque verò quiſquam de hac iſtius loci ſententia dubitabit, qui hæc cum illis conferre voluerit, quæ de duobus ejuſdem Apoſtoli locis 1 Cor. 8. 6. Epheſ. 4. 4, 5, 6. diximus.

a ſup. cap. 2. & 3.

ritus Sancti, tùm ex attributo, qui operatur eas omnes in omnibus, *patet. Non igitur Pater ſub Dei nomine propriè ſumto diſtinguitur à Filio & Spiritu ſancto, ſed ſynecdochicè ſeu per attributionem intellecto. Nimirum ut Dominus, ut Spiritus ſic quoque Deus, hîc accipitur. Eodem ergo jure Patrem Dominum ac Spiritum, quo Filio ac Spiritum Sanctum Deum eſſe negaveris. Hæc noſtra reſponſio clarior erit, ſi eam cum 2. & 3. capite contuleris.*

Defenſio Argumenti.

HIc *non admodum veremur, ne quis ex adverſariis hæc tria, nempe* eundem ſpiritum, eundem Dominum, eundem Deum, *ita accipiat, quemadmodum nonnullos ſimilia verba in loco* Epheſ. 4. *interpretari diximus; nempe ut aſſerat, iſta omnia toti Trinitati eſſe communia, nec diverſas ſingula perſonas aut res denotare, ſed eandem Trinitatem tribus diverſis modis deſcribi. Etenim ne ea nunc repetam quæ de loco ad Epheſios ſunt dicta, ubi vidimus, apertiſſimè* unum ſpiritum *ab* uno Domino, *& ab* uno Deo *diſtingui, & illorum nominum ſingula ſingulas perſonas aut res deſignare: unde facilè eſt colligere, idem in hoc quoque loco fieri, qui*

Defenſio Reſponſionis.

POrrò reſponſio hæc uberiori defenſione non indiget, cùm ſuperius ſatis confirmata fuerit; ac adverſarius nihil contra eam afferat. obſervationem ſolùm meretur, quòd fatetur dona manare à Spiritu Sancto, & quidem diverſiſſima ab eodem: unde haud obſcurè cognoſcitur, falſum eſſe, ipſum nihil eſſe aliud quàm donum. Captioſa quoque locutio eſt in his verbis; *Siquidem non de aliquo tantùm Deo ſummo, aut Domino Chriſtianorum inſignitè ſic dicto, ſermo eſt, ſed de eo, præter quem nullus eſt alius*. Nos enim non dicimus, quòd de aliquo tantùm Deo ſummo agatur (unum enim tantùm Deum ſummum agnoſcimus) ſed hoc volumus, quod jam ſatis ſuperque oſtendimus, hîc tantum de aliquo qui eſt Deus ſummns, non autem de omni eo qui eſt ille Deus ſummus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mus, in verbis objectis agi. Præterea ſi nullus alius eſt Dominus præter Chriſtum, aut Pater non eſt Dominus, aut tropus in voce *Dominus* agnoſcendus eſt: quem tropum ſi quoque voci *Deus* applicueris, argumento tuo ſatisfeceris.

qui illi ad Epheſios, partim verbis, partim argumenti ac ſcopi ratione eſt ſimillimus: accedit illud, quòd hoc pacto vox Spiritûs non Spiritum Sanctum à Patre & Filio diſtinctum ſignificaret, ſed pro Spirituali ſubſtantia ſumeretur; quemadmodum in illo ad Epheſ. loco à quibuſdam fieri vidimus. At præterquam quòd id alioquin eſt ineptum, & à mente Apoſtoli, ut illinc apparere poteſt, alienum; nec antecedentia, nec ſequentia verba iſtam interpretationem patiuntur. Etenim Apoſtolum nominatim loqui de Spiritu Sancto, quem infra [a] aliquoties ſimplici Spiritus nomine deſignat, omnia arguunt. Nam de donis Spiritualibus, ſeu à Spiritu Sancto manantibus, loqui cœperat [b] Apoſtolus, & regulam ſtatim ab initio propoſuerat, quâ Corinthii deberent Spiritum Sanctum ab impuro, afflatum divinum à diabolico, qui fortaſſe pro divino ſe venditaret, diſcernere. quam eandem Iohannes quoque aliis licèt verbis, in Epiſtola ſua prima [c] tradidit. Ita enim ait [d] Paulus Nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Ieſu (Gr. Ieſum;) & nemo poteſt dicere Dominus Ieſus (Gr: Dominum [eſſe] Ieſum) niſi in Spiritu Sancto. Hoc cum dixiſſet, addit: diviſiones autem gratiarum *ſeu* donorum ſunt, ſed idem Spiritus. Vbi nemo non videt, ad eum Spiritum reſpici, cujus proximè facta fuerat mentio. quaſi dicat, Omnibus quidem, qui Dei Spiritu impulſi loquuntur, hoc commune eſt, ut Chriſtum dicant Dominum: ſed alioqui diverſa admodum ſunt dona, ab eo Spiritu in homines, qui eo replentur, manantia, licèt is ipſe Spiritus ſit idem, non diverſus. Accedit, quòd poſtea verſic. 8. & ſeqq. prolixè varia illa Spiritus Sancti effecta enumerat, explicaturus id, quod priùs dixerat, diviſiones ſeu diſcrimina eſſe donorum, ſed eundem Spiritum. Hæc cum quivis facilè poſſit cernere; non eſt, ut diximus, admodum verendum, ne quis illâ rimâ elabi conetur. quamquam error omnes effugiendi vias quærere ſolet.

[a] v. 7. 8. 9. 11. 13.
[b] v. 1.
[c] 1. Ioh. 4. 2, 3.
[d] verſ. 3.

Verùm non deſunt, qui Spiritum Sanctum tribus iſtis modis deſignari dicant, & nunc Spiritum eundem, nunc eundem Dominum, nunc denique eundem Deum appellari contendant. Sed hanc interpretationem facilè refellit collatio hujus loci cum illo ad Epheſios [e], ubi idem argumentum tractans Apoſtolus, unum Spiritum, ut vidimus, & ab uno Domino, & ab uno Deo manifeſtè diſcernit, & ex ſingulorum unitate argumenta petit ſingula, quibus demonſtret, Chriſtianos unitatem Spiritualem inter ſe ſummo ſtudio tueri debere; non verò ob diverſitatem fortè donorum Spiritualium, rerúmve his ſimilium, à ſe invicem divelli. quod idem hoc quoque loco agere Apoſtolum, quivis facilè animadvertet, ſi caput hoc perlegerit. Quare hudquaquam conſentaneum eſt, Apoſtolum eos, quos alibi

[e] cap. 4. 4, 5, 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tam apertè, eandem rem tractans, diſtinxerat, hîc confundere; & cùm iiſdem verbis utens, tria planè diſtincta argumenta poſſet afferre, ſcopo ſuo aptiſſima, unum tantùm revera complecti maluiſſe, à ſolius Spiritus Sancti unitate ſeu identitate ductum. Adde, quod alias quoque nec res, nec locus hic patitur, ut Spiritus Sanctus intelligatur, cùm Dominum eundum, *aut* Deum eundum *eſſe Paulus ait. Siquidem non de aliquo tantùm Deo ſummo, aut Domino Chriſtianorum inſignitè ſic dicto, ſermo eſt, ſed de eo, præter quem nullus eſt alius. Non enim id dicere voluit Apoſtolus,* aliquem *Deum ſummum, aut aliquem Chriſtianorum Dominum inſignitè ſic dictum, eſſe eundem; ſed ſimpliciter Deum illum ſummum, Dominumque inſignitè ſic dictum, eſſe eundem. At nemo neſcit, præter Spiritum Sanctum Deum ſummum eſſe Patrem, cui innumeris locis* Dei *nomen tanquam proprium attribui, fatentur ipſi adverſarii; & hoc ipſo loco fit verſic. 2. ubi Spiritus Sanctus* Dei *Spiritus appellatur. Certè ipſum Spiritum iſtic* Dei *nomini non intelligi liquet. Similiter &* Dominum *inſignitè ita dictum, præter Spiritum Sanctum extare, innumeri ſac. literarum loci docent, in quibus* Domini *nomen Chriſto tanquam proprium, fatentibus ipſis adverſariis, tribuitur. quin & hoc ipſo loco, eodem verſic. ſecundo, Ieſum eſſe* Dominum *aſſeritur. Et quoties, quæſo, apud Apoſtolum* Dei *Patris, &* Domini *Ieſu Chriſti fit mentio? Quid ergo eſt, quòd hoc loco putemus, Spiritum Sanctum, jam ſemel nominatum, intelligi, cùm diſtinctè poſteà* Domini *&* Dei *fit mentio? Quin potiùs ſacrarum literarum conſuetudinem atque analogiam ſecuti, Deum Dominum, ac Spiritum à ſe invicem diſcernimus; quemadmodum fit ab eodem Apoſtolo in fine poſterioris ad eoſdem Corinthios Epiſtola, ubi ita inquit:* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus vobis.

CRELLII CAP. VI.	BISTERFELDII CAP. VI.
Argumentum ſextum ex verbis 1 Timoth. 2.5. *Vnus* (eſt) *Deus; unus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus*, quibus accedunt illa Rom. 3. 30. *Vnus eſt Deus, qui juſtificat circumciſionem ex fide, &c.*	*Reſponſio ad argumentum ſextum ex verbis 1 Timoth. 2. 5.* Vnus enim eſt Deus; & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. *Item ex Rom.* 3. 30. Siquidem unus eſt Deus, qui juſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.
Argumentum noſtrum ex illo 1 ad Tim. loco ejuſmodi eſt: Si ſolus Pater *unius Dei* nomine iſtic intelligitur, ſolus Pater eſt ſummus ille Deus. Nam ſi quiſ-	*Reſpondemus: Nulla eſt conſequentia: Si ſolus Pater* unius Dei *nomine iſthîc intelligitur, ſolus Pater eſt ſummus ille Deus: ſcilicet quem Scriptura aliàs prædicat. Ratio negationis eſt; quia nec in hoc loco vox* Deus *ſumitur com-*

communiter, ſed ſtrictè: ut ex collatione cùm Chriſto, & ex attributis additis patet. Etſi igitur Filius & Spiritus ſanctus ſint ſummus Deus: tamen hîc ſub Dei nomine immediatè comprehendi non debuêrunt; quia vox Deus *hîc ſpecialiter ſumitur. Cum igitur vox* Deus *ſumitur communiter, præter eum nullus eſt Deus alius. At ſi ſpecialiter accipiatur, ut hîc fit, etſi non ſit alius Deus præter illum Deum, tamen eſt alius præter illum, qui hîc dicitur Deus, qui etiam eſt Deus ſummus. Nimirum vocula* præter *vel reſpicit eſſentiam, vel perſonam divinam. Aliam, & quidem noſtram, ad priorem locum reſponſionem vide paulo poſt.*

Defenſio Reſponſionis.

VAriæ ſolent ac poſſunt ad hunc locum afferri reſponſiones. Alii enim vocem *Deus* hîc accipiunt eſſentialiter, & ſic negant adverſarii aſſumtionem. Alii eam intelligunt perſonaliter, quâtenus ponitur pro Patre: & hi negant adverſarii propoſitionem ſeu conſequentiam: quæ reſponſio, utpote facilior ac clarior, nobis præferenda videtu. Nititur enim hoc argumentum eâdem fallaciâ quâ ſuperiora, quæ ſpecialem vocis *Deus* ſignificationem cum communiore confundunt. Tota autem argumenti vis nititur hâc conſequentiâ: Si vox *Deus* hîc ſumitur pro ſolo Patre, ergo ſolus Pater eſt Deus. Verùm quàm infirma ſit hæc ſequela, non ſolùm Sacræ Scripturæ conſuetudo, ſed prima rhetoricæ fundamenta docent. Quis ferret ſic argumentantem? Hic vox *poëta* pro ſolo Homero, vox *orator* pro ſolo Cicerone, vox *homo* pro ſolo Adamo, vox *rex* pro ſolo Davide ſumitur; Ergo quiſquam alius præter Patrem eſſet Deus ſummus, *unius Dei* nomine comprehendi debuiſſet. Cùm unus Deus is ſit, præter quem nullus eſt alius. Iam verò ſolum Patrem iſtic *unius Dei* nomine intelligi, inde patet, quòd is tantùm eo nomine intelligatur, inter quem & homines Chriſtum Ieſum mediatorem eſſe dicit Apoſtolus, uti ex connexione verborum apparet. At is eſt ſolus Ieſu Chriſti Pater.

Vberior Confirmatio ac Defenſio Argumenti.

VT argumentum hoc penitùs confirmetur, illud probandum eſt, quod ultimo loco diximus, nempe ſolum Patrem eſſe illum Deum, inter quem & homines Chriſtum mediatorem eſſe ait Apoſtolus. Nam Chriſtum quidem inter Patrem & homines mediatorem eſſe nemo dubitat: ſed inter ſolum Patrem & homines eum mediatorem eſſe multi negant. Totius enim Trinitatis mediatorem eſſe Chriſtum ſtatuunt. Verùm ea ſententia conſiſtere non poteſt. Inde enim ſequeretur, Chriſtum, qui ſecunda Trinitatis illius perſona ſtatuitur, ſui ipſius mediatorem eſſe, ſeu inter ſe ipſum interveniſſe medium; id quod ſe ipſum evertit. Adde, quòd Chriſtus hoc loco apertiſſimè à Deo, cujus mediator eſſe dicitur, diſtinguatur. Di-

ces, Chriſtum ſecundùm humanam tantùm naturam eſſe Mediatorem. Nihil autem in eo eſſe abſurdi, ſi ſtatuatur, Chriſtum ſecundùm humanam naturam conſideratum, ſui ipſius ſecundùm divinam naturam ſpectati mediatorem eſſe, & à Deo uno rectè diſtingui. Verùm hanc reſponſionem non modò non afferunt, ſed etiam penitus repudiant multi ex ipſis adverſariis. Alii enim omnino contendunt, Chriſtum ſecundùm utramque naturam eſſe mediatorem. alii verò, etſi ita loqui verentur, re tamen ipſa idem dicunt. Nam revera ad totam Chriſti perſonam, quanta quanta eſt, ſeu ad Chriſtum, quà Deus ſimul & homo eſt, munus id referunt. Quod ad cæteros attinet, qui Chriſtum ſecundùm humanam naturam Mediatorem eſſe volunt; nec illi hac diſtinctione difficultatem effugiunt. Alii enim ſunt, aut fuerint qui ipſam humanam Chriſti naturam revera Mediatorem eſſe voluerint, & hominis Jeſu Chriſti *nomine apud Paulum intelligi contenderunt. Hi, ut cæteri adverſarii animadverterunt, omnino fateri coguntur, humanam Chriſti naturam perſonam eſſe. Nam & officia, quale eſt mediatorem eſſe, non niſi perſonarum ſunt; & nomen* hominis, *itemque* Jeſu Chriſti, *perſonæ nomen eſt. Quòd ſi humana Chriſti natura perſona eſt, Chriſtus ſecunda ſupremæ divinitatis perſona eſſe nequit. Forent enim*

Ergo ſolus Homerus eſt poëta; ſolus Cicero eſt orator, ſolus Adam eſt homo; ſolus denique David eſt rex. Sed magis evaneſcit robur argumenti, ſi conſideremus, quòd vox Deus hîc ab ipſo contextu reſtringatur. Nam cùm à Chriſto diſtinguatur, relativam oppoſitionem, adeoque perſonalem ſignificationem, Apoſtolus author ſatis indicat: præterea cùm ipſi attribuatur, quòd ſit is inter quem & homines Chriſtus ſit mediator; quod attributum, ſaltem juxta Scripturæ conſuetudinem, nos Patris proprium eſſe putamus. Sed ſcopus Apoſtoli reſponſionem noſtram maximè confirmat. Scopus Apoſtoli hoc in loco non eſt docere quis ſit Deus, (ſecus ſaltem Patris juxta adverſarios mentionem facere debuiſſet) ſed quòd omnium hominum, præſertim electorum, unus ſit Deus: hoc eſt, quòd is, qui promiſit ſe fore Abrahami ſimiliumque hominum Deum, ſit unus, ita ut idem ſit & Iudæorum, & gentium Deus futurus. Non, inquam, vult dicere, quòd is qui eſt Deus, ſimpliciter ſit unus tantùm, ſed quòd non ſit alius Deus horum, alius iſtorum hominum: quod, ſalvâ noſtrâ ſententiâ, veriſſimum eſt. Atq; hunc ſenſum poſtea ipſemet adverſarius urget. Hanc unitatem ut quàm efficaciſſimè oſtendat, de ſolo Patre agit, quò ita primam unitatis radicem indicet, atque commodè ad unum mediatorem deſcendat. Duplicem autem hanc vocum uſurpationem, quâ eadem vox jam generaliter, jam ſpecialiter ſumitur, non eſſe inauditam in Scripturâ, vel hic locus manifeſtè docet. Nam hîc vox *homo*, primò omnibus

bus hominibus, tùm hominibus ſine ſigno poſitis opponitur: cùm dicitur, *qui vult omnes homines ſalvos fieri*: item *unus eſt Mediator Dei & hominum*, homo Chriſtus Ieſus: quod nullâ ratione fieri poſſet, niſi vox *homo* jam generaliùs, jam verò ſpecialius pro uno individuo ſumeretur. Clarum quoque eſt, quòd Chriſtus nec ſub omnibus iſtis ſalvandis, nec ſub his qui Mediatorem habent contineatur, ſed iis opponatur. Patet igitur quòd eadem vox in diversâ ſignificatione ſibi ipſi opponatur. Quare ut non licet concludere: Hîc vox *homo* pro ſolo Chriſto ponitur, ergo ipſe ſolus eſt homo; ſic nec licet colligere; Hic vox *Deus* ſumitur pro ſolo Patre: ergo ipſe ſolus eſt Deus. Nos autem hunc locum jure retorquemus in adverſarios. Etenim ſi Chriſtus non eſt idem Deus qui Pater, aut planè non eſt Deus hominum (quod Scriptura ac ipſimet adverſarii negant) aut argumentum Apoſtoli nullum eſt. Sic enim argumentatur: Si unus eſt omnium hominum Deus, ergo pro omnibus hominibus debemus orare. At unus eſt omnium hominum Deus. Ergo pro omnibus hominibus debemus orare. Hîc, ſi adverſariorum ſententia obtineat, rectè poterat negari aſſumtio, & dici: Non eſt unus omnium Deus. Nam nos Chriſtiani præter Patrem habemus adhuc alium Deum, ſcilicet Ieſum Chriſtum, quem cùm multi homines non agnoſcant, neque pro iis orare debebimus. Deinde ſi unicus eſt mediator Dei & hominum, & Chriſtus eſt unicus ille mediator: aut homines Vet. Teſt. non habuêrunt mediatorem, adeo-

enim in eo duæ perſonæ, humana & divina; divina, inquam, per eſſentiam. At duas in Chriſto perſonas eſſe, omnes tanquam Neſtorianum, & ſacris literis adverſum, meritò rejiciunt, & abſurdiſsimum eſſe judicant.

Verùm alii ſunt, & longè quidem plures, qui ut hunc ſcopulum evitent, ſubtiliùs agunt. Etenim non ipſam humanam Chriſti naturam, ſed ipſius, ut loquuntur, ſuppoſitum perſonámve; propriè mediatorem eſſe ajunt: naturam autem humanam dicunt eſſe principium formale ejus, ut ita dicam, mediationis, hoc eſt, eam ſubjecti partem, quæ propriam actionis cauſam in ſe contineat. Hoc quia obſcurius eſt, exemplo declarandum eſt. Docent Philoſophi, hominem propriè intelligere, amare, odiſſe; itemque edere, bibere, currere; non ipſam animam, aut corpus: ſed intelligere quidem illum, amare, atque odiſſe, ſecundùm animam; edere autem ac bibere ſecundùm corpus. Quare principium formale quarundam hominis actionum eſt anima, quarundam corpus. Eodem ergo modo dicunt adverſarii, Chriſti ſuppoſitum ſeu perſonam, hoc eſt, ipſum Chriſtum totum, propriè eſſe mediatorem, ac porrò ea facere, quæ mediatoris ſunt, ſed ſecundùm humanam naturam. Et rationem quoque hanc addunt, quia, niſi ipſa Chriſti perſona mediator eſſet, actiones, quas ut mediator præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

præſtat, vim infinitam non haberent, nec Deo pro peccatis hominum, infinitam pœnam merentium, ſatisfacerent; id quod illi Chriſti mediatoris proprium eſſe cenſent officium. At nunc, quia perſona ipſius, quæ ſit ipſe Deus infinitus, actiones has, licet ſecundùm humanam naturam, propriè exſerat; ideo eas infinitam vim ac dignitatem habere. Sed dum ita diſputant, elabendi rimam, quam diſtinctione naturarum ſibi videbantur aperuiſſe iterum occludunt. Etenim ſi ipſa Chriſti perſona divina mediator eſt, & actiones obit mediatoris proprias; etiam divinam naturam eaſdem obire neceſſe eſt; & ſic Chriſtum ſecundùm divinam quoque naturam mediatorem eſſe. Nam ut ipſi fatentur adverſarii, divina perſona à natura divina re ipſa non differt, nec quicquam naturæ addit, niſi ſubſiſtentiam. Subſiſtentia autem per ſe vim agendi nullam habet: ſed vis agendi omnis in natura reſidet. ſubſiſtentia tantùm conditio quædam eſt, ſine qua non agit natura. Quare quicquid divina Chriſti perſona agit, natura ipſius divina, ſubſiſtentiâ prædita, agit. Ex quo intelligi poteſt primùm, non rectè dici, ipſum Chriſti, ut loquuntur, ſuppoſitum ſeu perſonam ſecundùm humanam naturam aliquid agere, quandoquidem Chriſti perſona, ſi vim ſententiæ adverſariorum ſequamur ipſa natura divina eſt, ſubſiſtentiam ſuam

adeoque nulli ex illis fuêrunt ſalvati: aut Chriſtus fuit in Vet. Teſt. adeòque aliam naturam præter humanam habuit: quod evertit doctrinam adverſariorum.

Alteram reſponſionem quod attinet, non eſt tam abſurda ut ſibi perſuadet adverſarius. Fieri enim poteſt, ut is qui eſt alicujus ſocietatis membrum, ſui ipſius mediatorem agat: quâtenus nimirum ejus mediationis effectus ad ipſum quoque redundat. Sic ſi univerſum regnum crimen læſæ majeſtatis committat in regem, poteſt ſe interponere Regis filius, ac mediatorem ita agere, ut & patris majeſtati, & ſubditorum ſaluti conſulatur: quâ ratione ſuî quoque mediator per conſequentiam fuerit: cùm ad ipſum & injuria patri illata, & ſatisfactio oblata redundet. Similiter unus ex optimatibus poteſt eſſe mediator, ut ii, qui in univerſum collegium aliquid commiſerant, ſatisfactione præſtitâ, toti corpori, adeoque & ipſi, reconcilientur. Sic Chriſtus pro peccatis, quæ contra Patrem, ſe ipſum, ac Spiritum S. homines commiſerant, ſatis fecit, adeòque ſatis factionem ſibi ipſi procuravit: cùm omnia, quæ Patris ſunt, etiam ipſius ſint, omniſque gloria Patris ad ipſum redundet. Illorum autem ſententia, qui perſonæ Chriſti mediationem ſecundùm diverſa principia formalia attribuunt, veritati omnino eſt conſentanea. Fatemur quoque quòd Chriſtus ſit mediator ſecundùm naturam divinam: quodque divina natura mediatoris actiones obeat: verùm non ſimpliciter quâ divina natura eſt, ſed quatenus ſic ſubſiſtit, & talis perſonæ eſt natura.

Etſi

Etſi autem de ſubſiſtentiâ creatâ dici forſan queat, quòd per ſe vim nullam agendi habeat, illud tamen falſum eſt de ſubſiſtentiâ divinâ, cùm longè altioris ſit ordinis, & rationis. Rectè tamen dicitur, ipſam Chriſti perſonam ſecundùm humanam naturam aliquid agere. Quamvis enim Chriſti perſona ſit ipſa natura divina ſuam ſubſiſtentiam habens;tamen poſt aſſumptionem humanæ naturæ hoc non eſt tantùm. Quare dupliciter conſideranda eſt perſona Chriſti: primò ante carnis aſſumtionem: ſic nihil erat aliud quàm natura divina certo modo ſubſiſtens: deinde poſt aſſumtionem: ſic in ſe & divinam, & humanam naturam complectitur. Licet autem natura humana non ſit pars naturæ divinæ: eſt tamen pars perſonæ divinæ, & pars, divinæ naturæ counita: unde non malè dicitur, divinam naturam agere per humanam, quamvis non dicatur accuratè agere ſecundum ipſam. Rectè tamen dicitur, perſonam Chriſti agere aliquid ſecundùm naturam humanam. Sic rectè dicimus, Anima rationalis agit per corpus; licet non accurate dicamus, Anima rationalis agit ſecundum corpus: iterum rectè dicimus, Homo agit hoc vel illud ſecundum corpus. Aliter tamen eſt interpretanda vocula *per*, ſi quis velit dicere, Naturam divinam agere per humanam, quàm ſi dicatur, Pater & Spiritus Sanctus agit per humanam Chriſti naturam: quia ipſis non eſt perſonali unione unita, ut eſt counita naturæ divinæ in Chriſto. Quâ ratione divina natura in Chriſto poſſit eſſe mediatrix inter ſe ipſam, & homines, paulò *ſuam habens. Non rectè autem dicitur, naturam divinam ſubſiſtentem ſecundùm humanam naturam aliquid agere. cùm humana natura naturæ divinæ pars non ſit. vox autem* ſecundùm, *ut ab adverſariis uſurpatur, etiam partis reſpectum omnino includit. Quòd ſi perinde eam locutionem accipias, ac ſi dictum eſſet,* per humanam naturam; *jam & Pater, & Spiritus Sanctus poſſet aliquid ſecundùm humanam Chriſti naturam agere, quamquam fortè Pater non ut proxima cauſſa, ſeu immediatè humanam naturam movens: at Spiritus Sanctus in illa habitans, etiam ut proxima cauſſa, atque immediatè naturam illam movens. Deinde & iſtud ex dictis intelligitur, diſtinctione illa naturarum effici non poſſe, ut rectè dici queat, Chriſtum ſui ipſius Mediatorem eſſe; non tantùm quia rectè dici nequeat, ejus perſonam ſecundùm humanam naturam quicquam agere, ſi perſona illa ipſe Deus ſupremus eſt; verùm etiam, quia ex iſta adverſariorum ſententia ſequatur, ipſam naturam Chriſti divinam primò ac propriè mediatoris officio fungi, utut fortè humanæ naturæ operâ hac in parte utatur. Neceſſe enim foret, ut eadem natura divina inter ſe ipſam & homines interveniret media; id quod nemo non videt eſſe abſurdum. Intelligitur denique, hanc diſtinctionem naturarum non efficere, ut Chriſtus mediator*

 à Deo

à Deo diſtingui poſſit, ſi Chriſtus eſt ipſe ille Deus. Quò accedit, quòd non niſi ea ſimpliciter à ſeinvicem diſtinguuntur, de quibus ſimpliciter aſſeri poteſt, eorum unum non eſſe alterum. Hoc autem loco Deus & Chriſtus, qui illius Mediator eſſe dicitur, ſimpliciter à ſe invicem diſtinguuntur. Quare nec Deus ille Chriſtus, nec Chriſtus Deus ille eſt. Diſtinctio nempe naturam efficere non poteſt, ut quippiam de ſubjecto aliquo ſimpliciter negetur, quod ob alteram naturam de eo ſimpliciter aſſerendum eſt, ut fuſiùs docebimus capite 3. ſectionis ſequentis. Quare nec efficere poteſt, ut quippiam ſimpliciter ab eo diſtinguatur, quod de illo ſimpliciter prædicandum eſt. quandoquidem hujuſmodi diſtinctio, ut vidimus, tacite ſimplicem alterius de altero negationem involvit.

Non eſt autem, quòd quis dicat, ideo rectè Chriſtum in verbis Apoſtolicis à Deo diſtingui, & ſic tacitè negari, eum eſſe Deum illum; quia Dei *aut* Dei unius *nomine tota Trinitas intelligatur, Chriſtus autem non ſit tota Trinitas. Etenim hoc pacto dici poſſet, ne Patrem quidem eſſe Deum, aut Deum illum unum; quia Pater non ſit tota Trinitas. At quis ferret ita loquentem? Sacris certè literis apertè contradiceret, qui ita loqui auderet. Adde, quòd ne ipſi quidem adverſarii nomen* Dei, *aut* Dei unius, *collectivum eſſe putent,*

paulò ante attigimus. Ea verò planè ſophiſtica ſunt, quæ de ſimplici à ſe invicem diſtinctione, & de ſe invicem aſſertione diſſerit. Nemo negat, quòd eorum unum, quæ ſimpliciter à ſe invicem diſtinguuntur, non ſit alterum: item fieri non poſſe, ut quippiam de ſubjecto aliquo ſimpliciter negetur, quod ob alteram naturam de eo ſimpliciter aſſerendum eſt. Hæc, inquam, nemo negat. Sed negamus, quòd Deus eſſentialiter ſumtus ſimpliciter à Chriſto diſtinguatur. Deus perſonaliter pro Patre ſumtus ita diſtinguitur à Chriſto, ut Chriſtus non ſit illa perſona quæ eſt Pater: ſit tamen idem Deus qui Pater eſt. Non igitur ſimpliciter, ſeu omni modo, ab eo diſtinguitur, ſed tantùm ſecundùm quid. Ergo quouſque ſe extendit diſtinctio, eouſque etiam ſe extendit unius de altero negatio. Si eſt omnimoda diſtinctio, locum quoque habet omnimoda unius de altero negatio: ſi eſt diſtinctio ſecundùm quid, etiam negatio ſecundum quid eſt intelligenda ac inſtituenda. Nimirum prout duorum diſtinctio eſt adæquata, vel inadæquata; ita etiam eorum de ſe invicem negatio eſt adæquata vel inadæquata. Sed ad hæc revertemur inferius.

Qui per Deum omnes tres perſonas ſeu Trinitatem intelligunt, jure negant, quòd hoc ſenſu Pater ſit ille unus Deus. Nec hoc ipſo ſacris literis contradicunt: verùm diverſam vocis *Deus* ſignificationem exprimunt. Neque enim Scriptura dicit, quòd Pater ſit Filius, vel Spiritus ſanctus. Rectiſſimè tamen & frequentiſſimè Pater dicitur unus ille Deus. Nimirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rum vox *Deus* in Scripturis aliquando ſumitur collectivè, & ſic tres perſonas junctim ſignificat, nec de unâ ſeorſim prædicatur: aliquando ſumitur præciſè pro divinâ eſſentiâ, & ſic de ſingulis rectiſſimè dicitur.

Nec abſonum eſt, Chriſtum per conſequentiam eſſe Spiritûs ſanctiMediatorem, quatenus nimirum mediationis effectus ad eum quoque redundat. Nos tamen concedimus, immediatè ac accuratè loquendo Chriſtum ſolius Patris mediatorem eſſe.

Quàm violenta ſit Caſtellionis interpretatio, vel hinc patet, quòd nuſquàm legatur, SpiritumDei unà cumProphetâ miſſum fuiſſe, quod Spiritui ſancto prophetarum ac Apoſtolorum miſſio diſertè inScripturâ tribuatur. Etſi verò nobis illorum ſententia non diſpliceat, qui Eſ. 48. v. 16. Prophetam de ſe ipſo loqui exiſtimant, alibi tamen, Deo dante, firmiſſimè demonſtrabimus, Solum Chriſtum eſſe illum, qui ab initio capitis uſque ad v. 14. loqui introducitur.

Admittimus juxta hanc noſtram reſponſionem quòd in hoc loco Deus unus & Pater pro eodem habeantur. Hinc verò non ſequitur, in aliis locis idem fieri. Verba ſunt intelligenda ſecundùm ſubjectam materiam. *Deum autem eodem modo erga omnes eſſe affectum; eâtenus nimirum, quatenus omnes cupiat ſervari, & ad agnitionem veritatis pervenire; non verò hos quidem ſervari, cæteros verò perire*: eſt dogma, quod non ſolùm ſacris literis, verùm etiam rectæ rationi manifeſtè repugnat. Etenim ſi Deus omnes æquè ſervari cupit, cur non *putent, quod nimirum tres perſonas junctim ita ſignificet, ut de ſingulis ſeorſim prædicari nequeat. Nam in prædicando id nomen univerſalis naturam habere volunt, ita ut ſigillatim de unaquaque perſona dici queat, hoc nempe pacto; Pater eſt ille unus Deus, Filius eſt unus ille Deus, Spiritus Sanctus eſt unus ille Deus. Quare non ideo Chriſtus ab uno Deo diſtinctus fuit, & ſit tacitè negatum, eum eſſe illum unum Deum, quia tota Trinitas non ſit; ſed quia ſimpliciter Deus ille unus non ſit.*

Dicet fortè quiſpiam, quemadmodum non ſequitur; Chriſtum non eſſe hominem, quia ſit Mediator hominum; cum potiùs ideo ſit homo, quia hominum eſt mediator: unde Apoſtolus expreſſè dicat, Mediatorem illum unicum Dei & hominum, eſſe hominem *Ieſum Chriſtum: ita nec ex eo, quòd Chriſtus dicatur eſſe Mediator* Dei, *Dei, inquam, ſupremi atque unici, conſequi, eum non eſſe Deum ſupremum atque unicum. Hoc quamquam ad ſecundam hujus libri ſectionem magis pertinet, breviter tamen refutabimus; præſertim quia res longiori diſputatione non eget. Quis enim non animadvertit, cùm Chriſtus dicitur eſſe mediator hominum,* hominum *nomine alios homines intelligi, qui ſunt præter Chriſtum, qui à Deo vel penitus erant alienati, vel non ita conjuncti, quin novo fœdere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

re per mediatorem Deo conjungi poſſent. Ex eorum autem numero Chriſtus profectò non fuit. Quare hoc argumentum retorquere potiùs in adverſarios poſſumus. Quemadmodum enim Chriſtus ex eorum hominum numero nequaquam eſt, quorum mediator fuit, nec ſub illis in loco Paulino comprehenditur: ita idem Chriſtus nec Deus ille eſt, aut Dei illius nomine comprehenditur, cujus mediator dicitur.

Denique ſi tota Trinitas Dei illius nomine comprehenderetur, cujus mediator eſt Chriſtus; Chriſtus etiam Spiritus Sancti mediator foret. At id nequaquam verò eſt conſentaneum. Ejus enim rei in tabulis fœderis, cujus mediator fuit Chriſtus, aperta extarent teſtimonia. At quænam illa? Non poſtulamus ejuſmodi ſcripturæ loca, in quibus expreſſè dicatur, Chriſtum Spiritûs Sancti fuiſſe Mediatorem; ſed è quibus liquidò appareat, ita Chriſtum inter Spiritum Sanctum & nos interveniſſe medium, ut mediatori inter eos, qui fœdere ſunt jungendi, intervenire eſt neceſſe, & partes illius muneris proprias inter ipſum & nos obiiſſe. Noſtrâ ſententiâ, quam ne adverſarii quidem doctiores falſam exſtimant, utut imperfectam eſſe dicant, Mediatoris inter Deum & homines officium eſt, Dei ad homines internuncium eſſe, & fœdus inter utroſque percutere; ac porrò efficere, ut homines voluntatis divinæ cogni-

non æqualia media omnibus adminiſtrat? cur non omnes ad veritatis cognitionem deduxit? cur plurimis Mediatoris cognitionem negavit? cur denique in Vet. Teſt. ut falsò volunt adverſarii nec vitam æternam, nec Mediatorem revelavit? Profectò abſurdum eſt ſtatuere, eum in diverſis hominibus ad eundem ſcopum collimare, qui planè contraria ſcopo media in quibuſdam adhibet; quique aliis pluſquàm neceſſaria media ſuppeditat, aliis ſimpliciter neceſſaria negat. Hic verò locus craſſo huic errori nullâtenus patrocinatur: cùm cœcus quoque videat, voculam *omnes* non de ſingulis generum, ſed de generibus ſingulorum eſſe intelligendam. Ac ne quis tàm alienam hujus voculæ interpretationem afferret, ſtudio videtur caviſſe Apoſtolus, dum in toto hoc capite, eam nunquam, quamvis ſæpiſſimè adhibeat, de ſingulis generum uſurpet.

Eadem eſt reſponſio ad locum *Rom.* 3. *v.* 30. nimirum hîc vocem *Deus* ſtrictè accipi pro Patre; ut juſtificatio, quæ ipſi in Scripturâ peculiariter aſcribitur, ſatis indicat. Si quis tamen aliter ſentiat, & de Deo eſſentialiter ſumto intelligat, non multum repugnabimus. Nec enim invictum eſt adverſarii argumentum: vox *Deus* pro ſolo Patre accipitur *v.* 25. ergo & hîc: cùm & in eodem verſu diverſimodè accipi ſoleat; & ibi actio Patris magis propria, quàm juſtificatio addatur. Vtut ſit, ipſius contra nos argumentum utraque reſponſione planè ſolvitur. Nam nec hîc vult dicere Apoſtolus, quòd is qui Deus eſt, tantùm ſit una perſona, ſed quod unus idem-

idemque ſit & gentium, & Iudæorum Deus, non alius horum, alius illorum. Vnde efficaciter refutantur adverſarii. Nam ſi non eſt alius Deus gentium quàm Judæorum; aut Chriſtus planè non eſt Deus; quod conſtat eſſe falſum; aut etiam fuit Deus Judæorum; quod Socinianiſmum funditus everit. Vno verbo; nec in hoc, nec in præcedenti loco agitur de unitate Dei, quam liceat vocare abſolutam, quaſi una tantùm eſſet perſona divina; ſed agitur de unitate reſpectiva, id eſt, de identitate; nimirum quòd non ſit alius Deus Iudæorum, alius gentium. At hæc identitas manet, licet tres perſonæ ſint ille Deus. Sic rectè dico; Ante Rechabeamum unus & idem erat Rex Iſraëlis & Iudæ, quamvis non una perſona, ſed tres fuerint. Cæterùm quamvis hæc reſponſio adverſarii argumento ſatisfaciat, attamen aliam addemus, quam nobis paulò diligentior inſignis hujus loci conſideratio ſuggeſſit. Deprehendimus enim longè alium eſſe horum verborum ſenſum, quàm vel à nobis, vel ab aliis, quod ſciam, hactenus obſervatum ſit. Verba enim Apoſtoli ita ſunt collocanda ac intelligenda; *Vnus enim Deus unus & Mediator Dei & hominum*, eſt *Homo Chriſtus Ieſus*: ita ut ſenſus genuinus hic ſit; Homo Chriſtus Ieſus eſt unus Deus, & unus mediator Dei & hominum: adeóque per *unus Deus* nullâtenus intelligatur Pater, ſed ſolus Ieſus Chriſtus. Is enim eſt totius copulatæ propoſitionis ſubjectum; nec, ut hâctenus creditum fuit, hæc propoſitio copulata conſtat duobus ſubjectis, *nitione inſtructi, ad Deum colendum accedant. Adverſarii autem vulgò exiſtimant, Chriſti mediatoris proprium eſſe munus, pœnas omnium peccatorum noſtrorum pleniſſimè perſolvendo, Dei iram adverſus homines accenſam placare, & pro illis apud Deum (quod nos ſacerdotis eſſe cenſemus) interpellare. At ubinam in ſac. literis docetur, Chriſtum Spiritus Sancti ad homines fuiſſe internuncium, fœdus inter eum & homines percuſſiſſe, & homines voluntatis ipſius cognitione imbutos, ad eum colendum adduxiſſe? De Patre clariſſima extant ſac. literarum teſtimonia, quorum nonnulla ſequenti ſectione adducemus* [a] *Certè Chriſtus, nomine* Patris *non expreſſo*, *eum ita nonnunquam* [b] *deſcribit*, Is qui me miſit, *& hanc deſcriptionem cum* Patris *nomine commutat. Vnum tantùm, quantùm meminiſſe poſſum, ex ſac. lit. locum proferre ſolent adverſarii, quo probent, Chriſtum à Spiritu Sancto miſſum, qui quidem extat apud Eſaiam c.48.v.16. ubi ita Propheta, ſecundùm Vulgatam interpretationem, loquitur:* Et nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus ejus. *Sed præterquam quòd ibi Propheta revera de ſe ipſo loquitur, ut etiam ab adverſariis quibuſdam eſt animadverſum; & ſi quis neget, ea de Chriſto eſſe intelligenda, nihil habituri ſunt adverſarii, quo id probent: notandum eſt, ita quoque*

[a] vid. ſect. 2. c.4.5.15.

[b] vide inter alia non pauca, Ioh. 8. 26, 27, 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

que verba illa ex Hebræo rectè verti poſſe, ut à recentioribus quibuſdam interpretibus factum eſt, [a] Et nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritum ſuum. *Adde, quòd retentâ etiam vulgata interpretatione, neceſſe foret ſtatuere, aliter Spiritum Sanctum miſiſſe Chriſtum, aliter ipſum Dominum Deum, à quo Spiritus Sanctus illic apertè diſtinguitur. At hîc de ea ratione agitur, quâ Spiritus Sancti legatus atque internuncius fuerit Chriſtus, quæ Dei ſit propria. Similiter autem nec de fœdere inter Spiritum Sanctum & homines percuſſo, ut cetera nunc omittam, quicquam legitur. Quæ verò loca proferunt adverſarii, in quibus putant ſcriptum eſſe, Chriſtum nobis placaſſe Deum; ea de Patre ipſimet ſolent interpretari, non de Spiritu Sancto, de quo nullum producunt teſtimonium. Neque aſſerere iidem ſolent, Chriſtum pro nobis interpellare apud Spiritum Sanctum; ſed apud Deum Patrem. Vnde Iohannes* [b] *ait:* nos habere advocatum apud Patrem, Jeſum Chriſtum, illum juſtum, qui ſit propitiatio pro peccatis noſtris. *Reſtat ergo, ut non tota Trinitas, ſed ſolus Pater nomine* Dei, *in loco noſtro intelligatur; atque ita Deus ille unus, & Pater, pro eodem habeantur. Sed quid multis opus? ipſa ſimilitudo hujus loci cum iis, quos ſuperiùs excuſſimus, in quibus* unius Dei *nomine*

[a] Caſtellio.

[b] 1 Ioh. 2. 2.

ctis, & duobus prædicatis, ſed omnia quæ hîc prædicantur de ſolo Chriſto prædicantur. Nimirum eſt inverſa propoſitio, in quâ duplex prædicatum ſuum ſubjectum præcedit. Quam ſententiam veram ac genuinam eſſe, licet forſan planè ſit inaudita, ſequentia nobis perſuadent. Primò accurata Apoſtoli Pauli argumentatio. Etenim tàm efficacibus ſolet uti argumentis, ut concluſiones clariſſimè ex iis ſequantur. At ſi vulgaris ſententia obtineat, nec noſtra admittatur, non ſolùm contortum ac elumbe, ſed prorſus nullum eſt ipſius argumentum. Quilibet enim videt, præſertim ex capite præcedenti, & hujus verſ. 1. 2. 3. 8. quòd ſcopus Apoſtoli ſit demonſtrare, Eccleſiam Dei non contineri ampliùs intra Iudaici populi carceres, nec ejus cultum certo loco ampliùs eſſe adſtringendum, ſed jam myſterium illud toties apud prophetas inculcatum ſumere initium, quo gentes æquè ac Iudæi ad Deum convertantur. Demonſtrat itaque rem quæ planè non invenit locum in Vet. Teſt. ſed quæ demum poſt Euangelii prædicationem fieri debebat. At quæ quæſo conſequentia? *Deus eſt unus*, (ſive Deus perſonaliter pro Patre, ſive eſſentialiter pro tribus perſonis accipiatur) *ergo vult omnes homines*, id eſt, omnes gentes, *ſalvos fieri, ac ad veritatis cognitionem pervenire.* Vel; *unus eſt Deus, & unus eſt Mediator Dei & hominum. Ergo vult omnes gentes*, ſeu omnis generis homines, *ſalvos fieri, ac ad veritatis cognitionem pervenire.* Si hæc ratio firma eſt, utique omni tempore conſequens locum haberet, cùm Deus ſemper unus, ſem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſemper unus Dei & hominis Mediator fuerit. At planè Apoſtoli ſcopo, ac univerſæ Scripturæ repugnat, quòd Deus omni tempore voluerit omnes homines ſalvos fieri, ac ad veritatis cognitionem pervenire. Vnde manifeſtum eſt, quòd hæc verba ita ſint explicanda, ut is de quo dicitur quod ſit unus, ita dicatur eſſe unus, ut certo tempore, & quidem Apoſtolorum, unus eſſe inceperit. Deinde noſtram ſententiam oſtendunt modi loquendi quibus utitur Apoſtolus. Nam hic ſi hic eſſet ſenſus, *Deus eſt unus*, tùm vox Θεὸς eſſet ſubjectum iſtius propoſitionis. At hoc verum non eſt. Caret enim articulo. Conſtat autem ex Nov. Teſt. conſuetudine, quòd articulus ſubjecto præfigi ſoleat: præſertim in hâc phraſi, ſi verbum ſubſtantivum *eſt* omittatur; imò etiamſi adſit. Confer Matth. 19. 17. & 23. 8. 9, 10. Marc. 2. 7. & 10. 18. Rom. 3. 30. 1 Cor. 8. 6. Iac. 4. 12 Præterea ſi vox Θεὸς hîc acciperetur ſubjectivè, tùm omnino per ſequens Θεοῦ *Dei*, eadem perſona intelligeretur quæ per antecedentem Nominativum Θεὸς *Deus*. At hoc non fieri, denùo oſtendit omiſſio articuli ante Θεοῦ. Neq; enim dicitur τοῦ Θεοῦ, ſed ſimpliciter Θεοῦ. Nam ſatis notum eſt, quòd contra linguæ Græcæ conſuetudinem foret articulum omitti ſi de eâdem perſonâ ageretur. Atque hæc articulorum omiſſio admodum inſolens eſſet, ſi tantùm duo nomina occurrerent: verùm cùm hîc plurima concurrant, quorum ne uni quidem articulus præfigatur, clariſſimum eſt quòd hæc omnia de uno ſubjecto prædicentur. Illud autem aliud eſſe nequit *ne Pater intelligitur, aut* unus *ille* Deus *Pater eſſe dicitur, eundem hîc quoque intelligi, ſatis unumquemque, qui veritati pertinaciam opponere nolit, docet. Quo accedit, quòd, ut in locis* 1 *Corinth.* 12. *& Epheſ.* 4. *oſtendere voluit Paulus, eundem eſſe Deum omnium Chriſtianorum, non alium horum, alium illorum: ita hîc docere vult, eundem eſſe omnium omnino hominum Deum; qui proinde eodem modo erga omnes ſit affectus; eatenus nimirum, quatenus omnes cupiat ſervari, & ad agnitionem veritatis pervenire; non verò hos quidem ſervari, cæteros verò perire. Vnde etiam unum ad homines Mediatorem miſit, qui cum omnibus, ipſius nomine, idem fœdus percuteret, ac ſanguine ſuo ſanciret; & ſic omnes ex ſervitute peccati ad mortis veluti pretio dato, eximeret, omnibuſque ſummam illam Dei erga ipſos benevolentiam teſtatam faceret.*

[a] *Hic autem locus illius etiam nos admonet, qui extat apud eundem Apoſtolum Rom.* 3. 30. *ubi oſtenſurus, Deum omnes homines, Iudæos ſimul ac Gentes, peræquè ex fide juſtificaturum, ita ait:* quandoquidem unus [eſt] Deus, qui juſtificabit circumciſionem (*hoc eſt, circumciſos ſeu Iudæos*) ex fide, & præputium (*hoc eſt, præputiatos, ſeu gentiles* per fidem. *Loquitur autem de illo Deo, de quo eò uſque multa dixerat, & cui juſtificandi*

[a] De loco Rom. 3. 30.

candi actionem adſcripſerat. quem quidem à Chriſto aliquoties apertiſſimè diſtinguit, de eo inter alia aſſerens a, quòd Chriſtum conſtituerit propitiatorium. Hunc autem non niſi Chriſti Patrem eſſe, omnes agnoſcere videntur. Certè nec totam Trinitatem eſſe, nec ipſum Chriſtum, nec Spiritum Sanctum, partim iiſdem, partim ſimilibus rationibus oſtendi poteſt, quibus in proximo loco ſumus uſi, quemadmodum cordatus lector per ſe ipſum intelliget. Quare diutiùs immorari hîc nolumus: præſertim quia hunc locum mantiſſam tantùm prioris eſſe volumus.

a verſ.25.

quit quàm Ieſus Chriſtus. Licet enim voci ἄνθρωπ⸗ non præfigatur articulus, ejus tamen defectus per nomina Propria *Ieſus Chriſtus* abundè compenſatur. Quò accedit, quòd copula καὶ, *&*, cùm poſtponitur, majorem conjunctionem ac ſubjecti unitatem indicare ſoleat. Aliud enim exprimit εἷς καὶ quàm καὶ εἷς, ut diligentiùs obſervanti patet. Nec leve hujus ſensûs ſignum eſt, quòd Apoſtolus dicat, Homo Chriſtus Ieſus. Cùm enim hîc de excellentiſſimo Chriſti officio agat, veriſimile non eſt, eum illum tantum titulum addidiſſe, qui & vulgatiſſimus erat, & ſublimius ipſius nomen, Dei ſcilicet, quaſi tacitè negare videtur. Nec ſufficit doctorum quorundam reſponſum: id ideò factum quia Apoſtolus delectatus fuerit polyptoto. Neque enim Spiritus Sanctus ornatui, & quidem ſatis tenui, ita ſtudet, ut non ſolùm rerum majeſtatem obſcuret, verùm etiam periculoſorum errorum occaſionem ſuppeditet: quam hinc adverſarios arripere docet experientia. Neque de nihilo eſt, quòd ante vocem μεσίτης *mediator* nullus ſit articulus: cùm hîc de Mediatore per excellentiam ſic dicto agatur. Sed non ſolùm modi loquendi, verùm etiam tertiò res ipſa ſententiam noſtram confirmat. Nam Scriptura paſſim, inprimis Gal. 3. 28. Coloſſ. 1. v. 21. & ſeqq. Epheſ. 2. v. 11. & ſeqq. teſtatur, quòd Chriſtus, ſit Deus ille uniens, & Mediator ille uniens: quo ſenſu hæc verba accipienda eſſe mox patebit. Quod perſpicuè etiam docet Paulus, cùm oſtendit & quare, & quomodo, ſit Deus ille uniens, & mediator ille uniens: ſcilicet, quia ſe redemtionis pretium dedit pro multis, teſtimonium autem propriis temporibus, id eſt, occaſionibus propriis ac accommodatiſſimis. Nam ut obiter hoc dicam, καιρὸς non ſignificat propriè quodlibet tempus, ſed tempus accommodatiſſimum, & ad res gerendas aptiſſimum. Quo obſervato facilè intelliguntur loca Matth. 21. 19. Marci 11. 13. Non enim vult dicere Marcus, quòd nondum fuerit tempus quo ficus naturaliter eſſe poterant ac debebant, ſed quòd eo anno tempeſtas ficuum productioni non faverit. Singularis autem emphaſis in eo latet, quòd Apoſtolus non dicat, καιρῷ ἰδίῳ, in ſingulari,

lari, ſed καιροῖς ἰδίοις in plurali. Hoc ipſo enim innuit, quòd diſtinctas periodos curſus Euangelii ſit habiturus, quodque Sol Iuſtitiæ, Chriſtus, univerſo orbi gradatim ſit oriturus, tandemque in ipſo Meridiei culmine ſubſtiturus, cùm ipſum omnes totius orbis nationes ſimul pro Rege ſuo agnoſcent, ut ex prophetis, eorumque (ut reliquorum divinorum librorum) diviniſſimo compendio, ac luculentiſſimo commentario, Apocalypſi Iohannis, clariſſimè videre eſt. Quartò interpretationem noſtram probat locus Zachariæ 14. 9. qui nos ad veram horum verborum intelligentiam manu duxit: ubi ſic legimus; *Et erit Iehovah in Regem ſuper omnem terram. In die illâ erit Iehovah unus, & nomen ejus unum.* Ex his verbis manifeſtiſſimum eſt, quòd vox *unus* non ſemper accipiatur pro unitate eſſentia & quaſi theoreticâ, ſed pro unitate beneficentiæ, ut ita loquar, & quaſi practicâ: ſeu, quod hîc per *unus* metonymicè intelligatur uniens, qui omnes populos unit, & ad quem omnes populi unientur: quod ſcitè indicat Chaldæus paraphraſtes dum ſic vertit: *Et revelabitur regnum Domini ſuper omnes habitatores terræ; in tempore illo ſervient coram Domino humero uno.* Vno verbo; qui ſit unus operationibus, & cultu. Etenim certum tempus prædicitur, in quo id ſit futurum. Quo ipſo indicat, non ſemper id habiturum locum. Hoc ipſum cauſa hujus unitatis oſtendit: quæ eſt quòd Iehovah ſit futurus in Regem ſuper omnem terram. Quemadmodum igitur illud regnum ſumet incrementum, ſic etiam hæc unitas. Iam verò ex ſtylo ſcripturæ haud obſcurum eſt, Chriſtum eſſe illum Regem. Nec adverſarii hoc poſſunt ire inficias. Nullum enim eſt dubium, quin hic agatur de regno Chriſti. At ipſi hoc regnum ita proprium vendicant Chriſto, ut Patrem fermè excludant. Idem evidenter oſtendit univerſus contextus. Agitur enim de converſione Iudæorum, & poſt eam de converſione omnium gentium: cujus præcipuum ac proximum authorem Chriſtum fore qui negat, is eo ipſo teſtatur, ſe nihil unquam in ſcriptis propheticis intellexiſſe. Nihil jam dico de eo, quòd hîc ſermo ſit de Iehovah Zebaoth: quem ſolum Chriſtum eſſe, ſuo tempore firmiſſimè oſtendemus. Sufficiat hâc vice Pſal. 24. Ad hunc autem locum Apoſtolum reſpexiſſe, ſola hujus prophetiæ cum Apoſtoli epiſtola collatio apertiſſimè docet. Præterquam enim quòd ſcriptores Nov. Teſt. nihil unquam dicant, quin ipſorum ſententia vel diſertis vel æquipollentibus verbis in Vet. Teſt. occurrat, ut paulò diligentiùs attendenti perſpicuum fiet, adeò verba Apoſtoli, verbis Prophetæ reſpondent, ut ſola locorum comparatio omnem dubitationem tollat. Nam quod Zacharias dicit, *In die illa erit Iehovah unus*, id Paulus iiſdem verbis repetit: quod verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

propheta addit, *Et nomen ejus unum*, id Apoſtolus pulcherrimè explicat his verbis: *Vnus eſt Mediator Dei & hominum.* Quod enim per *nomen*, officium ac beneficium intelligatur, ſuâ luce claret. Atque hoc etiam Syrus interpres animadvertiſſe videtur, dum bis addit articulum *Hic:* quaſi dicere vellet, ille Deus unus, & ille mediator unus à Prophetis, maximè Zachariâ, prædictus, eſt Ieſus Chriſtus. Denique hæc omnia univerſæ Epiſtolæ ſcopus, œconomia, ac analyſis evincunt. Primus enim Apoſtoli ſcopus eſt refutare eos, qui gratiam Euangelicam Iudaicæ genti, ejusque ceremoniis alligare conabantur: ut patet ex cap. 1. v. 4, 5, 6, 7, 8, 11, 12, 16. & hujus capitis v. 1. 2. & ſeqq. & cap. ultimo. Inprimis hoc cernitur ex c. 3. 15, 16 ubi cùm univerſum pietatis myſterium ἐμφαλικωτάτως repetat Apoſtolus, non videtur dubitandum, quin ejus partes ſeorſim, ac gradatim præmiſerit. Et profectò hic verſus nihil eſt aliud quàm pleniſſimus ac lucidiſſimus prophetæ Zachariæ commentarius.

Invenimus igitur ſenſum cùm Apoſtoli ſcopo, verbis, argumentationi, tùm rebus ipſis, ac univerſæ Scripturæ analogiæ convenientiſſimum: quod ut luce meridianâ clarius evadat, breviſſimam paraphraſin ſubjiciemus. *Adhortor igitur*, cùm oſtenderim myſterium Evangelii omnibus gentibus eſſe patefaciendum, *ante omnia, ut fiant deprecationes*, quò Deus, ipſorum in tenebris adhuc verſantium, miſereatur, *preces*, ut ipſis ſuam det gratiam, *poſtulationes ſeu interceſſiones*, ut vos qui miſericordiam adepti eſtis precibus veſtris ipſorum ſalutem promoveatis, *& gratiarum actiones*, quia Deus jam lumen Euangelii magis magiſque ſpargit, *pro quibuſvis hominibus*, id eſt, pro omnis generis omniumque nationum hominibus. Imò non ſolùm pro plebeiis, qui non adeò ab Euangelio alieni videntur, ſed etiam pro ipſis *regibus & quibuſvis in eminentiâ conſtitutis*, quorum licet plerique acerrimi veritatis ſint hoſtes, tamen ſuo tempore tales erunt, ut meritò pro iis Deo gratiæ agantur. *Hoc enim*, ſcilicet pro quibuſvis orare, *bonum eſt & acceptum coram Servatore noſtro Deo, qui quoſvis homines*, id eſt, omnis generis omniumque nationum homines, *vult*, id eſt decrevit, *ſervari*, hoc eſt ad vitam æternam re ipſâ deduci. Si enim *Homo Chriſtus Ieſus eſt unus ille Deus & unus ille Mediator* Dei, ſcilicet Patris, *& hominum*, de quo Scriptura, & nominatim Zacharias, vaticinatur, *qui ſeſe dedit redemtionis pretium pro quibuſvis*, id eſt, tàm pro gentibus quàm pro Iudæis, *& Teſtimonium ſuis temporibus propriis, cujus*, ſcilicet teſtimonii, *ego jam conſtitutus ſum præco & Apoſtolus*, hoc eſt, primus ille promulgator, *(quod verum eſſe Deum teſtor) ita ut ſim gentium doctor in fide & veritate*, utique vult Deus omnium nationum homines ſalvos fieri ac ad veritatis cognitio-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nem pervenire; adeòque veſtrûm erit pro quibuſvis orare; non verò, ut in Vet. Teſt. fieri ſolebat, pro ſolo populo Iudaïco. At verum primum. Ergo & ſecundum. Conſequentia eſt evidentiſſima: præſertim ſi in memoriam revocentur Prophetæ, in primis Zacharias. Aſſumtionem autem probat tùm ipſa experientia, quòd Ieſus venerit, tùm ipſorum vaticiniorum conſideratio, tùm denique duplex illa ratio, quòd ſe ἀντίλυτρον, *redemtionis pretium* dederit, & teſtimonium jam promulgârit: quam Apoſtoli aſſeveratio juramento affinis confirmat.

Quibus ita demonſtratis nullâ opus eſt reſponſione ad argumentum adverſarii: cùm à genuino ſenſu ac ſcopo Apoſtoli longiſſimè aberret: & ex his verbis plurima ac invicta pro ſupremâ ac æternâ Chriſti Deitate argumenta ſponte pullulent. Quod autem Pelagianam horum verborum interpretationem attinet, quaſi hîc diceretur, Deum velle omnes omnino homines ſalvos fieri, adeòque nullum decreto reprobationis præteriiſſe, ea tàm inſulſa eſt, ut mirer hominibus acutis ac ingenioſis tale quid potuiſſe venire in mentem. Conſulatur contextus, & res erit liquida. Nec eſt quòd hîc aliena immiſceamus, cum non ſit quæſtio hujus loci; eamque ſuo tempore, Deo benedicente, quàm pleniſſimè alibi tractaturi ſimus. Vt tamen paucis eam attingamus, ſi verba v. 1. *pro omnibus hominibus* omnes & ſingulos homines ſignificant: ergo falſum eſt quod dicit Apoſtolus Iohannes 1 Ep. 5. 17, nimirum non eſſe orandum pro iis qui peccant ad mortem; ergo nullum eſt diſcrimen inter orantes, & eos pro quibus orare debent; ergo fideles tempore Apoſtoli, & nos omnes debemus orare pro hominibus jam dudum mortuis, imò jam ante ſecula aliquot damnatis; ergo pro omnibus & ſingulis hominibus gratiæ Deo agendæ ſunt, adeòque pro Iudâ proditore, ipſoque Antichriſto. Iterum ſi verba v. 2. *pro omnibus in eminentiâ conſtitutis*, ſignificant omnes & ſingulos magiſtratus; ergo fideles tùm temporis debebant inſtituere deprecationes, preces, poſtulationes, gratiarum actiones, ut quietam ac tranquillam vitam degerent, pro omnibus magiſtratibus, qui unquam in mundo fuerant; verbi gratia pro Nimrodo; tum erant; verbi gratia pro Rege quodam Americano; quique futuri erant, verbi gratia pro hodierno Tartarorum Chamo. Denique ſi verba v. 4 *omnes homines*, ſignificant omnes & ſingulos homines, ſequitur quòd Deus plurimos velit ſalvari: qui jam ante aliquot millenos annos erant in inferno: neque enim dicit Apoſtolus *voluit ſervare* ſed *vult ſervari*; quòd in iis æqualiter velit finem, quorum plurimis vel planè de nullis, vel ſaltem de non æqualibus, aut æquipollentibus mediis vult proſpicere: quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

omnes omnino homines, id eſt, non ſolùm eos ad quos nunquam pervenit Euangelium, ſed etiam infantes omnes primo ætatis anno defunctos, vélit ad agnitionem veritatis pervenire; quòd nullum planè inter Vet. & Nov. Teſt. ratione amplioris vocationis ſit diſcrimen, ſed quòd æquè in Vet. atque in Nov. Teſt. omnes gentes ad Chriſtum vocatæ fuerint; quòd injuſtiſſimus ſit Deus Pater qui à Filio ſufficientiſſimum pro omnibus ac ſingulis hominibus ἀντίλυτρον acceperit, paucos tamen ex iiſdem ſervet; tandem quòd Chriſtus teſtimonium Euangelii non *ſuis* certiſque *temporibus*, ut diſertè dicit Apoſtolus, ſed omni omnino tempore, omnibus in locis, ab initio mundi dederit, atque ad finem uſque daturus ſit. Quæ conſequentia omnia cùm longè abſurdiſſima ſint, denuò mirari cogor, inſulſam illam interpretationem adeò viris quibuſdam doctis arridêre, ut noſtram inſcitiæ, ſtupiditatis, crudelitatis, ac neſcio quorum errorum, ridiculè inſimulent.

CRELLII

CAP. VII.

Septimum argumentum ex iis locis ductum, in quibus nomine *ſolius Dei*, aut *ſolius ſapientis Dei*, aut *ſolius heri Dei*, ſolus Jeſu Chriſti Pater deſignatur.

Quanquam ex ſingulis iſtorum locorum, in quibus hujuſmodi ratione ſolus Jeſu Chriſti Pater deſignatur, argumenta ducere poſſemus: tamen quia argumenta ſunt inter ſe ſimilia, ea pro uno cenſebimus. Ita verò concludere licet: Si per *ſolum Deum*, aut *ſolum ſapientem Deum*, aut *ſolum herum Deum*, ſolus Pater alicubi intelligitur, (intelligi autem poſtea docebimus) neceſſe eſt ſolum Patrem eſſe Deum illum, nempe ſummum, ſapientem, herum. Neceſſe enim eſt, ut ſimpliciter dicere poſſim,

BISTERFELDII

CAP. VII.

Reſponſio ad argumentum ſeptimum ex iis locis ductum, in quibus nomine ſolius Dei, *aut* ſolius ſapientis Dei, *aut* ſolius heri Dei, *ſolus Ieſu Chriſti Pater, juxta adverſarium, deſignatur.*

Quia loca allegata ſunt diſſimilia, diſtinctè eſt reſpondendum ad objectionem. Quam ſic proponit: Si per ſolum Deum, *aut* ſolum ſapientem Deum, *aut* ſolum herum, Deum *ſolus Pater alicubi intelligitur, neceſſe eſt Solum Patrem eſſe Deum illum, nempe ſummum, ſapientem, herum. At verum prius. Ergo & poſterius. In hoc ſyllogiſmo falſa veris miſcentur: itaque à ſe invicem ſunt diſcernenda. Dico igitur, ſi ſyllogiſmus ita inſtituatur; Si per* ſolum ſapientem Deum *Pater alicubi intelligatur, neceſſe eſt ſolum Patrem eſſe illum ſapientem Deum; tum nego conſequentiam: partim quòd vox* Deus *reſtrictè accipiatur, ac à contextu determinetur; partim quia vocula* ſolus *determinat vocem* ſapiens; *non* Deus; par-

partim denique quia particula excluſiva non excludit incluſa. Cùm itaque rei natura Filium, ac Spiritum Sanctum neceſſariò cum Patre conjungat, fruſtrà vis particulæ excluſivæ contra naturam urgetur. Hanc noſtram reſponſionem efficaciter probamus, tertiam argumenti partem in adverſarium ſic retorquendo: Si ideo ſolus Pater eſt herus Deus, quia alicubi per ſolum herum Deum intelligitur; ergo ſolus quoque Chriſtus eſt ille herus Deus: quia ipſe ſolus in loco Iudæ intelligitur; ut mox oſtendemus: At falſum eſt conſequens: Ergo & antecedens. Admittimus quidem hanc propoſitionem tanquam veram & naturalem: Pater eſt ſolus ſapiens Deus. ſed negamus hunc eſſe illius ſenſum: Solus Pater eſt ille ſapiens Deus. Nec vera eſt adverſarii regula: perinde eſſe, cùm quiſpiam dicitur eſſe is cui ſoli aliquid conveniat, ac ſi diceretur, idem attributum illi, qui primò nominatur, ſoli convenire. Invenit quidem locum in atributis propriis, ac reciprocis, ſed fallit in communibus: ut ſupra probavimus. Sed illam propoſitionem, Solus ille ſapiens Deus eſt Pater, *agnoſcimus eſſe non naturalem ſeu anomalam, cùm anguſtius de latiori ſimpliciter enuntietur.*

ſim, *ſolus Deus*, aut *ſolus ſapiens Deus*, aut *ſolus herus Deus* eſt Pater: & vice verſa, Pater eſt *ſolus Deus*, Pater eſt *ſolus ſapiens Deus*, aut *ſolus herus Deus.* Alioquin hæc non ponerentur pro Patre tanquam æquipollentia; ſeu non ſolum Patrem ſignificarent, ſed quempiam etiam alium. Vtram autem ex his enunciationibus ſumſeris, noſtra ſententia ſtabilietur. Si priorem; dici abſolutè ac ſimpliciter non poteſt, ſolum Deum, aut ſolum ſapientem, aut ſolum herum Deum eſſe Patrem, ſi latiùs patet nomen *ſolius Dei*, &c. quàm Pater, ſeu ſi quiſpiam alius etiam, præter Patrem, eſt ſolus Deus, aut ſolus ſapiens Deus, aut ſolus herus Deus. Neque enim anguſtius de latiori ſimpliciter enunciatur; ſed contrà. Si poſteriorem enunciationem ſumas, oſtenſum eſt ſuprà in defenſione primi argumenti, id perinde eſſe ac ſi diceres, ſolus Pater eſt Deus, ſolus Pater eſt ſapiens ille Deus; aut herus Deus. Cùm enim quiſpiam dicitur eſſe is, cui ſoli aliquid conveniat; perinde eſt ac ſi diceres, idem attributum illi qui primò nominatur, ſoli convenire. ut ſi dicam: Deus eſt ſpiritus ille, qui ſolus ab omni æternitate extitit; perinde eſt, ac ſi dicerem, ſolus Deus eſt ſpiritus ille, qui ab omni æternitate extitit; & ſic in cæteris.

Confirmatio ac Defenſio Reſponſionis.

IAm ſingula loca ſeorſim conſideremus. Locus Rom. 16. 27. integer ſic ſe habet.

Confirmatio ac Defenſio argumenti.

VT *autem oſtendamus, iſtiuſmodi ratione Patrem ſolum* ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

alicubi deſignari, incipiemus ab eo loco, in quo ſolius ſapientis Dei ſit mentio, utpotè valdè claro, & ad id, quod probandum eſt, aptiſſimo. Is verò extat ſub ipſum Epiſtolæ ad Romanos finem, ubi [a] ait Apoſtolus: Soli ſapienti Deo, per Jeſum Chriſtum, cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Hoc loco ſolius ſapientis Dei nomine nullum intelligi alium, quàm Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, haud difficulter intelligi poteſt. Clarum enim eſt, eo nomine nec Chriſtum intelligi; cùm à ſolo ſapiente Deo apertiſſimè diſtinguatur; idque tanquam media gloriæ atque honoris cauſſa, ab ultimo ejuſdem ſcopo atque objecto. neque etiam totam, quæ ab adverſariis ſtatuitur, Trinitatem. aliàs Chriſto, qui in ea Trinitate contineretur, per ſe ipſum, tanquam per mediam cauſam, gloria tribuitur. Nam quod ad effugium duarum naturarum attinet; id non magis hîc, quàm in ſuperiori teſtimonio locum habet: cùm hîc Chriſtus conſideretur ratione habita officii, quod ſuſtinet; cujus reſpectu media eſt cultûs divini cauſſa. Vnde adverſarii ipſi vulgò ſtatuunt, cùm per Chriſtum dicimur Deum colere ac venerari, Chriſtum tanquam Mediatorem conſiderari. Mediatoris autem, ut & cætera officia, non niſi perſonæ quà talis eſt, conveniunt. Quare vel humanam Chriſti naturam perſonam eſſe, & Ieſu Chriſti

[a] I. locus. Rom. 16. 27.

habet. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis, Amen. Ei verò qui poteſt vos ſtabilire, ſecundum Euangelium meum, & præconium Ieſu Chriſti, ex revelatione myſterii quod à temporibus ſecularibus tacitum fuit: nunc verò factum eſt manifeſtum, & per Scripturas propheticas, ex imperio æterni Dei, ad obedientiam fidei inter omnes gentes declaratum; Soli*, inquam, *ſapienti Deo* ſit *gloria per Ieſum Chriſtum in ſecula, Amen.* Ad argumentum ex hoc loco formatum reſpondemus negando conſequentiam: quia loci circumſtantiæ nobis perſuadent, hîc per ſolum ſapientem Deum intelligi ſolum Patrem: Nam additio verborum *per Ieſum Chriſtum* videtur innuere tantùm de Patre hîc agi. Quam infirma autem ſit adverſarii ſequela, & ex ſuperioribus, & ex paulò ante dictis patet, imò textus ipſe ſatis indicat. Cùm enim Apoſtolus gratiam Domini noſtri IeſuChriſti omnibus precetur, quivis veritatis ſtudioſus facilè intelligit, quod gloria quæ Patri tribuitur, ipſi quoque debeatur. Nam qui beneficium idem confert, eandem quoque gratiarum actionem, ac gloriam meretur. Quò accedit, longè aliud eſſe, Patrem dici ſolum ſapientem Deum; aliud, ſolum ſapientem Deum poni pro Patre. Poſterior enim modus loquendi non exprimit ſententiam quandam, ſed tantùm propoſitionis ſubjectum, & quidem ſynecdochicè: unde non ſequitur quòd ei ſoli, quem hæc verba exprimant, illa attributa competant. Illorum tamen ſententia, qui vocem *Deus* hîc accipiunt eſſentialiter, adeoque adverſarii aſſumtionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nem negant, non eſt improbabilis. Neque enim Chriſtus ab eo apertiſſimè diſtinguitur; cùm nihil impediat quo minùs ipſe Patrem, ſe, ac Spiritum ſanctum glorificet, ſuæque gloriæ medium eſſe queat. Nec ideo dicendum eſt, quòd Chriſtus hîc tantùm ſecundùm naturam humanam conſideretur. Nam etiam, quâtenus perſona, poteſt hîc intelligi. Nihil quippe repugnat, unam perſonam trium, quarum cauſa eſt communis, & ſub quibus ipſa comprehenditur, gloriam procurare ac promovere. Præſertim cùm ex Scripturis notiſſimum ſit, omnem Patris gloriam in IeſumChriſtum tanquam unigenitum Filium redundare. Falſiſſimum autem eſt, hinc ſequi, quòd perſona Chriſto ſuperior intelligatur. Quaſi verò æqualis ſui æqualis, imò major minoris gloriam quærere, & promovere nequeat! Multò minùs Chriſtus, licèt gloriam Patris tanquâm ultimi ſcopi (ſcilicet ratione ordinis, non verò ratione dignitatis: quâ ratione, non verò adverſarii ſenſu, Chriſtum cauſam mediam eſſe concedimus) quærat, ipſo eſt inferior: cùm gloria Patris in ipſum, utpote Filium ac imaginem, ſicut gloria Solis in radium reciprocè reflectatur. Præterea obſervandum eſt, aliud ſignificare, *Deo, ſcilicet, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, ſit gloria per Ieſum Chriſtum*: aliud, *Deus*, ſcilicet, *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, colatur per Ieſum Chriſtum.* Quæ cùm ſine ratione adverſarius pro æquipollentibus hîc ſumat, varia adfert de Spiritu ſancto non ſolùm falſa, ſed etiam aliena. Falſum enim eſt, Spiritum ſanctum ne perſonam qui-

Chriſti nomine intelligendam, dicere oportet; vel ſtatuendum, Chriſtum etiam ſecundùm divinam naturam hîc conſiderari; aut hanc primò ac directè Ieſu Chriſti nomine hîc intelligi, quemadmodum præcedenti capite eſt oſtenſum. Reſtat ergo, ut nomine ſolius ſapientis Dei certa quædam perſona divina, & quidem Chriſto ſuperior, intelligatur. Dignior enim eſt is, cui tanquam ultimo ſcopo gloria tribuitur, causâ mediâ, per quam ei cultus exhibetur. Talis verò perſona nulla eſt præter Patrem. De Spiritu Sancto fruſtra hîc cogitaveris. Nam, ne illud nunc urgeam, quòd ne perſonam quidem Spiritum Sanctum eſſe conſtet; illud certum eſt, Spiritum Sanctum non eſſe perſonam perſonâ Chriſti digniorem. Talem autem eam eſſe docuimus, cui per Chriſtum gloria tribuitur. Præterea Patrem quidem per Chriſtum coli, tum ex ſacris literis [a], tum omnium confeſſione manifeſtum eſt. At Spiritum Sanctum per Chriſtum coli, quis ſacrarum literarum locus, non dico aſſerit, ſed indicat? Imò tantum abeſt, ut per Chriſtum colendus dicatur, ut ne ſimpliciter quidem gloria illi, eo præſertim pacto, quo hîc intelligitur, tribuenda eſſe dicatur, vel ab aliquo ſaltem homine tributa legatur, de quo infrà ſuo loco [b] plura. Nec ſanè ulla eſt cauſſa, cur, ſi certa hîc perſona ſit intelligenda, Patre præterito Spiritum San-

[a] vid. inter alia Eph. 5. 20. Col. 3. 17.

[b] ſect. 3. cap. 2.

Sanctum intelligi velimus: cum Deo hoc loco gloria tribuatur tanquam primo ſalutis, rerumque ad eam pertinentium auctori. Patri autem omnia iſta, tanquam primo auctori, ſi non ſoli, ſaltem potiſſimùm adſcribi ſolere, adverſarii non diffitentur, & ex illo Pauli loco apertiſſimum eſt, ubi Patrem eum eſſe dicit [a], ex quo omnia. *Vnde etiam eum ultimum cultûs & honoris, qui à nobis proficiſcatur, finem conſtituit. Idem enim eſt ille, ex quo omnia, & in* [b] *quem omnia.*

a 1 Cor. 8. 6.

b Rom. 11. ult.

Secundus ex tribus iſtis locis extat apud Iohannem, ubi ita inter alia Iudæos alloquitur Chriſtus [c]: Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis: & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? *Quo in loco Patrem nomine ſolius illius Dei intelligi, primùm totus contextus oſtendit, in quo Chriſtus nunc Deum, nunc Patrem ſuum promiſcuè commemorat, nec ulla vel minima eſt cauſſa, cur ſuſpicemur, Chriſtum ab una perſona ad aliam in eadem ratione tranſiiſſe: cum omnia, quæ Deo illi tribuuntur, Patri rectiſſimè adſcribi, nemo negare queat. vide verſic. præced. & ſeqq. imò totum illud cum Iudæis colloquium, initio facto à verſic.* 17. *Deinde Chriſtus de eo loquitur Deo, quem Iudæi pro Deo agnoſcebant, & de quo inter eos conſtabat, gloriam ab eo proficiſcentem quæ-*

c II. locus. Ioh. 5. 44.

quidem eſſe; nuſquam dici ei gloriam eſſe tribuendam; nuſquam legi eam ipſi ab aliquo ſaltem homine fuiſſe tributam: quæ omnia ſuo loco examinabimus. Aliena autem ſunt, quæ de cultu Spiritus ſancti per Chriſtum nobis objicit. Neque enim ſequitur, Spiritus ſanctus, juxta phraſin Scripturæ, per Chriſtum non colitur; ergo nec gloria Spiritui ſancto per Chriſtum accedit, ſeu tribuitur. Gloriam autem Patri, tanquam primo auctori, adſcribi ſolere non diffitemur.

Argumentum ex ſecundo loco, putà Ioh. 5. 44. planè eſt infirmum. Sic autem ſe habet. Si per ſolum Deum intelligitur Pater, neceſſe eſt ſolum Patrem eſſe illum Deum; ſcilicet ſummum. Verum antecedens. Ergo & conſequens. At hujus ſyllogiſmi tàm propoſitio, quàm aſſumtio jure negatur. *Propoſitio:* tùm quia particula excluſiva non excludit incluſa; tùm quia particula *ſolus* hic non ſignificat, quòd ille, à quo gloria illa proficiſcatur, ſit ſolus; & quidem is cui vox illa *ſolus* adjungitur, ſcilicet Deus, ſed quòd aliunde non proficiſcatur niſi ab illo. Sic cùm dicitur; A ſolo Imperatore creantur Principes Imperii; etſi per Imperatorem certa perſona indicetur, non tamen ſenſus eſt, quòd ſola illa perſona ſit Imperator: ſed quod à nullo niſi qui ſit Imperator, Principes Imperii creari queant. *Aſſumtio* autem non ſine ratione negatur. Nam non ſolùm vis verborum eſt generalis, ſed præterea clarum eſt ex Scripturâ, quòd etiam à Ieſu Chriſto vera gloria proficiſcatur. Fruſtra autem con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

contextum allegat: quia non eſt novum, in eodem textu nunc de Patre, nunc de Deo eſſentialiter ſumto agi. Nec hâc ratione ab unâ perſonâ ad aliam fit tranſitus: cùm Pater quoque ſub Deo compræhendatur. Quin etiam Patri hæc rectiſſimè adſcribantur, nullum eſt dubium. Sed quæritur, num ipſi ſoli ita ſint adſcribenda ut de Filio, ac Spiritu Sancto, ſint neganda. Manifeſtum eſt, quòd hæc gloria, de quâ Chriſtus agit, vitam æternam ſub ſe complectatur. At vitam æternam quærebant Judæi in Scripturis, quæ de Chriſto teſtantur, *v.* 35, quòd ipſe ſit vita æterna, quodque ad eum venire debeat qui illam habere vult. Cui interpretationi favet antitheſis: *qui gloriam alii ab aliis captetis.* Si enim, ut vult adverſarius, hîc excluditur Chriſtus, gloria quæ à Chriſto proficiſcitur, æquè vana pronunciaretur ac illa quam alii ab aliis captabant. Nec loquitur Chriſtus de Deo, quem Iudæi agnoſcebant, ſed quem agnoſcere debebant. Nam illi nec verum Deum, nec Patrem agnoſcebant: ut ipſis objicit Chriſtus Ioh. 8. 19. *Neque me noſtis, neque Patrem meum: ſi me noſſetis, Patrem quoque meum noſſetis.* Quod itaque adverſarii Judæos hâc in parte ſocios habeant, quòd nec Trinitatem, nec Filium, nec Spiritum Sanctum pro Deo agnoverint, ipſorum cauſæ parùm prodeſt, noſtræ nihil obeſt. Etenim notum eſt, quàm in cognitione veri Dei, & Meſſiæ, ipſi Phariſæi vel malitioſi, vel ſtupidi fuerint. Dicit quidem Chriſtus *Ioh.* 8. 54, ipſos dicere, quòd Pater ſuus Deus ipſorum eſſet; ſed eum neque noverant, neque ipſo- *quærendam eſſe, utut eam quærere negligerent. Loquitur enim de re, qui fidem in ipſum (nempe Chriſtum) antecedere debeat; quâ quia carebant Iudæi, ideo ad fidem in Chriſto collocandam, ab ipſomet hîc inepti pronunciantur. Atqui nullum alium, præter eum, quem Chriſtus Patrem ſuum appellabat, pro Deo, tunc agnoſcebant Iudæi. Quòd enim illi vel Trinitatem pro Deo habuerint, vel Filium, aut Spiritum ſanctum, nemo arbiror eſt, qui aſſerere auſit. At de Patre Chriſtus id affirmat infrà cap.* 8. 54. *ubi ait:* eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quòd Deus veſter ſit. *Conſtat ergo hoc loco, ſolum Deum eundem eſſe cum Patre, nec latiùs illum, quam hunc patere.*

Tertius locus extat apud Iudam [a], *qui ſi Græca ipſius verba inſpicias, ait, falſos doctores, jam tum in Eccleſiam ſubingreſſos,* ſolum herum Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negare. *Docuimus enim jam alibi* [b], *per* ſolum *illum* herum Deum, *non Chriſtum, ut multi ex adverſariis exiſtimant, ſed quempiam alium intelligi. Nam primùm ſi Chriſtum intellexiſſet, nil fuiſſet opus, poſtquam eum appellaſſet* ſolum herum Deum, *eundem nominare* Dominum noſtrum; *præſertim cum vox* heri *vim omnem vocis* Domini *complectatur. Deinde non*

a III. locus. Iud. v. 4.

b lib. de Deo, cap. 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

poteſt Chriſtus ſolus herus Deus *appellari; cùm Pater ipſius ita Herus ſit ac dicatur* [a], *ut hoc ipſo nomine deſignatus, à Chriſto diſtinguatur. Neque verò uſpiam Chriſtus in toto Novo Teſtamento* herus *dicitur; ſed Pater ita appellatus reperitur. Nec mirum, quia in magna illa Dei domo, Chriſtus non pater eſt, ſed filius patrisfamiliâs; & caput habet Deum, ut ſuo loco dicetur. Paterfamiliâs autem caput aliud in domo non habet, ſed in ea ſupremus dominus eſt ac rector. Quòd verò quidam articuli unitatem urgent, qui verbis,* ſolum herum Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *ſit præfixus, nihil agunt. Vnitas enim articuli pluribus nominibus præfixi, non protinus identitatem rei arguit, ſed ſæpe aliquam tantùm rerum diverſarum affinitatem aut conjunctionem, qualis v. g. eorum eſt, quæ ad eandem actionem concurrunt, aut circa quæ eadem actio verſatur. Vide Matt.* 3.7: 16. 1,6: 17.1, 27: 27.56. *Eph.* 2.20; 3.5: 4.11. 1. *Theſſ.* 1.8. *Heb.* 9. 19. *Viri ſanè quidam inter adverſarios eruditiſſimi, cùm in hoc argumento articuli unitatem urſiſſent, alibi rationem inde petitam parùm firmam eſſe pronunciant* [b]. *Conſtat ergo Chriſtum illic* ſolius heri Dei *nomine non intelligi.*

Porrò autem nec Trinitatem, quæ ſtatuitur, totam eo nomine intelli-

[a] vid. Luc. 2. 29. & deinc. Act. 4. conf. verſ. 24. cum 27. & 30.

[b] confer annotat. Bezæ ad verba Eph. 4. 11. *Paſtores & Doctores*; & illa cap. 5. 5. *Dei & Chriſti.*

ipſorum Deus erat. Agit Chriſtus de illo Deo, quem Iudæi in Vet. Teſt. revelatum credebant, quemque pro Deo Iſraëlis habebant. At non ſolùm Pater, verùm etiam Filius, ac Spiritus ſanctus eſt verus ille Iſraëlis Deus: ut ſuo loco demonſtrabitur.

Tertius locus non noſtram ſententiam, ſed adverſarii, omniaque ejus argumenta hâctenus allata funditùs evertit. Si enim demonſtremus, hæc de Chriſto, non de Patre eſſe intelligenda, quilibet videt, quòd Chriſtus ſit ſummus ille Deus, quòdque argumenta adverſarii à particulis excluſivis ſumta, nullius ſint roboris. Etenim de Chriſto ſermonem eſſe, primò oſtendit vis articuli, qui ſi ad determinandum uſurpetur, ac pluribus nominibus, quorum vel nulla, vel non omnia ſint propria, adeòque manifeſtiſſimè, ac citra ullum dubium diverſa non ſignificent præponatur, ſemper rem eandem indicat, ac prædicata conjungit. Hoc & recta ratio, & Sacræ Scripturæ conſuetudo demonſtrat. Etenim cùm in hoc caſu articulus ad certam rem determinandum, adeòque diſcernendum adhibeatur, non ſolùm periculoſè, verùm etiam fruſtrà adhiberetur, ſi etiam voces non proprias à ſe invicem ſepararet. Quamvis enim & voces per ſe conjungi poſſent, & eas articulus conjungere deberet, non tamen conjungeret. Vſus verò Sacræ Scripturæ id ipſum confirmat. Nam exempla ab adverſario objecta ſunt diſſimilia. Etenim in tribus prioribus locis ſunt nomina propria vel ſectarum, vel diſcipulorum, quæ ſuo ſigni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſignificatu apertiſſimè diſtinguuntur: unde etiam articulus vim reſtringentem non ita exercet ut in communibus. Nomina enim propria per ſe ſatis ſunt reſtricta. Locus verò *Matt.* 27. 56. præterquam quòd de propriis agat planè eſt alienus; cùm ibi articulus non vocibus primò poſitis, nec primas deſcribentibus, ſed ſoli ultimæ voci præponatur. At nos agimus de vi articuli omnes voces præcedentis. *Epheſ.* 2. 20. & 3. 5. hanc vim, quam probamus, exercet. Nam planè iidem hìc ſunt Apoſtoli, & Prophetæ. Non enim intelligi veteres Prophetas, clariſſimè docet locus ſecundus: de iis enim dici minimè poterat, quòd tùm temporis ipſis illud myſterium revelatum fuerit, cum jamdudum obierint. Senſus igitur genuinus horum locorum eſt: Superſtructi ſuper fundamento Apoſtolorum, qui ſunt Prophetæ, quatenus veteres Prophetas clarè ac dextrè interpretantur: Item, *Vt nunc revelatum eſt ſanctis ejus Apoſtolis, ac Prophetis*, id eſt, qui ſunt veri Prophetarum interpretes. Nam in veteribus Prophetis ſæpiſſimè indicatur hoc myſterium, verùm à pauciſſimis, vel forſan nullis, ſequiori ſcilicet ſeculo invaleſcente, ante id tempus intellectum fuit. Ac licet in primo loco *Epheſ.* 2. 20. per Prophetas Prophetæ veteres eſſent intelligendi, tamen nihil hinc obtineret adverſarius: quia vox *Prophetæ* eſſet loco nominis proprii. Beza *Eph.* 5. 11. rectè pronuntiavit, quòd Hieronymi & Auguſtini ratio parum firma ſit: quæ erat, quòd copula abſque articulo ſit interjecta: tantùm debuiſſet addere *hoc in loco*. Neque enim *telligere poſſumus. alioquin quid opus fuiſſet, poſtquam dictum eſſet, eos Trinitatem totam, hoc eſt, & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum negare, addere nominatim, eos Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negare? quaſi non ſatis id dictum fuiſſet, cùm aſſertum fuit, eos totam Trinitatem negare. Dices, totam Trinitatem non niſi confusè, ac proinde obſcurè, appellatione* ſolius heri Dei *ſignificari. quare explicationis cauſſâ aliquid fuiſſe addendum diſtinctius. Reſpondemus, ſi ratio iſta aliquid haberet momenti, non tantùm Domini Ieſu Chriſti, ſed & Patris & Spiritus Sancti expreſſam mentionem fuiſſe faciendam; cùm illi non minùs indiſtinctè ac confusè, ſi iſtorum ſententia vera eſt, nomine* ſolius heri Dei *ſignificentur, quàm Chriſtus. Vt taceam, ſi Chriſtus à ſolo illo hero diſtinctus eſt; conſentaneum eſſe, perſonam perſonæ conjungi, non verò tribus perſonis confusè ſumtis, unam perſonam, & quidem ex trium iſtarum numero, ſubjici. Porrò, ſi certa aliqua perſona intelligenda eſt; quis eſt, qui Spiritum Sanctum, (ut eum nunc perſonam eſſe largiamur) Patre præterito, cum Chriſto, tanquam eum qui imperet, conjunctum eſſe, eique non modo verborum ordine, ſed etiam tituli dignitate præpoſitum, aſſerere audeat? Sacræ enim literæ Patrem, tanquam ſummum monarcham, cum Chriſto plurimis in locis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

locis, nulla Spiritus Sancti facta mentione, conjungunt, eumque Chriſto, & verborum ordine, & tituli dignitate præponunt: Spiritum Sanctum, Patre præterito, cum Chriſto, tanquam dominum ac principem nunquam conjungunt, & ne aliâs quidem, niſi fortè rariſſimè; nedum ut eum verborum ordine aut tituli dignitate Chriſto præponant. Vt taceam Patrem expreſſe Herum appellari, Spiritum Sanctum nuſpiam; nedum ut ſolius heri *nomine fuerit inſignitus. quin nec* Dei *nomen ullibi ei tributum legitur. qua de re ſuo loco.*

a Inf. hoc lib. ſect. 3. cap. 1.

enim hoc univerſaliter intellectum voluit: ſecùs alibi non urſiſſet: ſed hîc: ubi articulus non determinativè, ſed partitivè ſumitur. In partitione autem non identitatem, ſed diverſitatem neceſſariò ſignificat. Locus quoque 1 *Theſſ.* 1. 8. adverſarium nihil juvat: tùm quòd ſint nomina propria: tùm quòd præcedenti verſu articulus repetatur; ideòque nullum erat periculum, ne quis Achaiam putaret eſſe Macedoniam: tùm denique quia Biblia regia articulum addunt. Deinde Chriſtum hîc intelligi, docent duo graviſſimi codices, Complutenſis ſcilicet, teſte Bezâ, & Biblia regia, in quibus legitur, καὶ τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι: quâ lectione nihil potuiſſet ad ſententiæ noſtræ confirmationem occurrere efficacius. Etenim ſi adverſariorem interpretatio vera eſſet, hæc lectio longè graviſſimum in religione errorem, Chriſtum nimirum, qui purus ſit homo, eſſe ſummum illum Deum, ſtabiliret. Si autem tàm enormis graviſſimorum codicum contrarietas admittatur, quis non videt, eo ipſo Nov. Teſt. adeòque univerſæ Chriſtianæ religionis certitudinem in dubium vocari, imò negari? Quilibet igitur pietatis ſtudioſus facilè intelligit, horum duorum codicum lectionem eſſe genuinam præcedentis, quam Robertus Stephanus ſequitur, interpretationem. Tertiò hoc ipſum probant alia Scripturæ loca, quæ Chriſtum & Deum, & herum eſſe docent. Chriſtum vocari Deum in Scripturâ, adverſarii non negant, nec negare poſſunt. Ipſum autem vocari *herum*, patet ex 2. *Petri* 2. 1. ubi de Chriſto ſermonem eſſe, ſolum verbum *mercatus* præter textûs circumſtantias ſatis arguit. Nam prima ratio adverſarii, quâ negat Chriſtum vocari *herum*, nimis eſt infirma: *quòd nimirum nihil fuiſſet opus, poſtquam eum appellaſſet* ſolum herum Deum, eundem nominare Dominum noſtrum: *cùm vox* heri *vim omnem vocis Domini complectatur*. Nam etſi complecteretur, tamen rectè potuiſſet nomen ſpecialius ſubjungi. Sed nec complectitur. *Herus* enim ſignificat dominium illud commune, quod ſolâ poteſtate nititur, ac tàm in improbos quàm probos exercetur; & quaſi durius eſt: *Dominus* autem *noſter* ſignificat dominium illud, quod ſimul nititur beneficiis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ficiis, ac propter ſuam ſuavitatem ſummum noſtrum eſt ſolatium. Mens igitur Apoſtoli hæc eſt: Iſti homines ſunt tam mali, ut & illum qui verus Deus eſt, & dominum illum, cujus ſunt mancipia, & denique dominum illum, cujus ſummis beneficiis frui, cujusque per fidem fratres eſſe potuiſſent, abnegent: ita ut his verbis Iudas, & perſonæ, & officii Chriſti dignitatem, ad improbitatem eorum exaggerandum, complectatur. Eâdem autem operâ adverſarius Spiritum Sanctum, quâ noſtram ſententiam, tautologiæ convicerit. Is enim 1 *Tim.* 6. 16. eundem Regem regum, & Dominum dominantium vocat, quem anteà *ſolum herum* dixerat. Altera autem ratio falſa eſt: quòd ſcilicet *Pater hoc ipſo nomine à Chriſto diſtinguatur.* Pater quidem hoc nomine deſignatus *Luc.* 2. 29. & *Actor.* 4. 24. à Chriſto diſtinguitur; ſed non vi hujus nominis, verùm vi circumſtantiarum, aliorumque verborum additorum: ut cuilibet loca conſideranti patet. Apud Lucam enim, & propter Chriſtum miſſum gratiæ aguntur, & Patris ſalutare vocatur, & miſſio ſeu præparatio ei, quem herum vocat, adſcribitur: quæ Patris eſt propria. In Actis verò diſertè illi hero Filius, Ieſus Chriſtus, opponitur. Etſi autem Chriſtus ſit filius paterfamiliâs, tamen ejus quoque eſt dominus. Nam & unigenitus eſt Patris Filius: & illam domum exſtruxit, *Heb.* 3. 4. & in universâ Scripturâ *Dominus* per excellentiam dicitur. Licèt igitur Patris ſit filius, domûs tamen omniumque domeſticorum, eſt ſupremum caput. Cùm itaque ſingula hæc *heri* ac *Dei* nomina Chriſto alibi in ſcriptura tribuantur, quæ quæſo eſt pertinacia, quòd adverſarii huic loco, adeòque veritati vim facere conentur? Præſertim cùm quartò tautologiæ vitium jure in adverſariorum ſententiam retorqueamus. Etenim ſi per ſolum herum Deum Pater intelligatur, quid attinebat addere, *& Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum?* Suntne unquam inventi homines, vel poſſuntne unquam tàm ſtulti inveniri, qui Patre negato in Chriſtum credant, eumque non negent? Accedit quintò, quòd hi homines ex Iudæis fuerint: ut doctiſſimi viri ex collatione hujus epiſtolæ cum epiſtolis Petri rectè colligunt: vel ſaltem non fuerint apertè ethnici; At illi non Patrem, ſed Chriſtum verbis, factiſque negare ſolebant. Denique quilibet in Sacris literis aliquantum verſatus videt, quòd, ſi adverſariorum ſenſus eſſet genuinus, per voces τȣ̃ Θεȣ̃ in eodem verſu præcedente Pater proculdubio intelligeretur, & Apoſtolus ſic locutus fuiſſet: καὶ αὐτὸν τὸ μόνον δεσπότlω. Θεόν. Duriſſimus enim foret uſus articuli τὸν, ſi eundem, quem anteà nominârat Apoſtolus, repræſentaret: præſertim cùm poſt copulam non repetatur. Quæ obſervatio vim articuli copulativam uberiùs confirmat. Ex his igitur

liquet, Jeſum Chriſtum hîc vocari ſolum herum Deum: adeòque non ſolum hoc, ſed omnia præcedentia adverſarii argumenta nullius eſſe momenti.

Verborum ordinem Chriſti dignitati nihil præſcribere ſatis docet, quòd non rarò Chriſtus Patri quoque præponatur. Tituli autem dignitate Patrem Chriſto, quâ Deus eſt, præponi, probetur. Nunquam quoque Spiritum Sanctum, tanquam dominum conjungi cum Patre, falſum eſt. Sed de his & ſimilibus alibi erit agendum.

CRELLII

CAP. VIII.

Argumentum octavum ex viſionibus, apud Danielem, & in Apocalypſi Iohannes extantibus, ductum.

Locis hucuſque allatis addendæ ſunt viſiones duæ, inter ſe admodùm ſimiles, ex quibus unam tantùm Dei altiſſimi perſonam eſſe apparet. Vnde protinus etiam intelligitur, Deum illum ſummum nullum eſſe alium, præter Patrem Jeſu Chriſti. Quandoquidem hic, omnium confeſſione, divina perſona eſt; & cæteræ, quæ itidem ſupremæ Divinitatis perſonæ eſſe creduntur, eſſe non poſſunt, niſi ille divina perſona ſit: ſiquidem is ceterarum fons ac principium eſt, & quicquid in illis Divinitatis eſt, id ab ipſo eſt. Quare ſi una tantùm divinitatis ſupremæ perſona eſt, ſolus Pater perſona eſt ſupremam Divinitatem habens. ut taceam, ex illis ipſis, quas adducemus, viſionibus, ſi cum aliis ſcripturæ locis

BISTERFELDII

CAP. VIII.

Reſponſio ad argumentum octavum ex viſionibus, apud Danïelem, & in Apocalypſi Iohannis extantibus, ductum.

Reſp. ad locum Dan. 7. 9. *Etſi per* antiquum dierum *ſolus Pater, per eum verò qui ſicut filius hominis venit, Chriſtus intelligeretur: hinc tamen minimè ſequitur, Chriſtum non eſſe perſonam ſupremæ Deitatis: ſed tantùm ipſum non eſſe eandem perſonam cum Patre. Quid enim obſtat, quò minus duæ perſonæ ejuſdem eſſentiæ diverſis viſionis partibus repræſententur? præſertim cùm hîc non tàm Chriſti natura, & regnum naturale, quàm ejus officium, & regnum œconomicum ob oculos ponatur, ſi modò Chriſtus intelligatur. Hoc ipſum verò debuiſſet probare adverſarius. Nos enim, non exiguis rationibus moti, negamus, per eum, qui ſicut filius hominis venit, intelligi Chriſtum: ſed contrà aſſerimus, per antiquum dierum intelligi Chriſtum; adeoque argumentum in adverſarium retorquemus. Præterea nec ex hâc nec ex aliis viſionibus unquam probabit adverſarius, Deum illum, qui ſe quomadmodo conſpiciendum præbuit, nonniſi Patrem eſſe. Nam ſi apparitiones Vet. Teſt. reſpiciamus, Pater ſe rariùs (ſi unquam) quàm Filius con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

conſpiciendùm præbuit: juxta illud Iohannis: Deum, *ſcilicet Patrem*, nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ille enarravit.

Apoc. 5. *concedimus, quòd per illum in throno ſedentem intelligatur Pater; quodque Chriſtus non tantùm quâ homo, ſed quâ Deus & homo repræſentetur: maximè tamen innuitur hîc ejus officium mediatorium. Hinc autem nullâtenus concludi poteſt: Ergo ipſe non eſt ſupremæ Deitatis perſona: tùm quia perſonarum diſtinctio eſſentiæ diſtinctionem non infert; tùm quia & ex hoc & ex aliis Scripturæ locis ſatis conſtat, quòd ipſe Chriſtus quoque in in throno illo ſedeat.*

locis conferantur, ſatis intelligi, Deum illum, qui ſe quodammodo conſpiciendum præbuit, non niſi Patrem eſſe. Earum verò viſionum prior extat apud Danielem cap. 7. 9. & d. ubi dicitur, Antiquum dierum, hoc eſt, Deum illum, qui ab omni æternitate extitit, ſediſſe, ad eumque cum nubibus cœli veniſſe quaſi filium hominis, & ab eo poteſtatem, & honorem, & regnum accepiſſe. Poſterior verò extat Apoc. 4. & 5. cap. ubi itidem deſcribitur, quomodo Deus ille omnipotens & æternus, creator omnium, in throno ſederit, & poſtmodum ad eum venerit Agnus, atque ab eo acceperit librum, quem nemo alius aperire atque inſpicere dignus fuerit, librum, inquam, arcanorum Dei de rebus futuris decretorum. Vtrobique autem Deus ille ſummus atque æternus, qui per ſedentem in throno intelligitur, tanquam una perſona depingitur, & à Chriſto apertiſſimè diſtinguitur, idque etiam tum, cùm divinus Chriſto honor tribuitur, aut tribuendus eſſe dicitur. Nam & apud Danielem dicitur, ei, qui quaſi filius hominis ad Antiquum dierum acceſſerit, ab eo datum eſſe honorem; & omnes populos, tribus, & linguas ipſi ſervituras. ubi ſanè non de civili honore aut ſervitute Chriſto præſtanda, ſed de religioſa ac divina ſermo eſt. & in Apocalypſi[a] ſcribit Iohannes: *Omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo omnes (Gr. in iis omnia,) audivi dicentes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.* quin etiam antea[b] à quatuor animalibus, & viginti quatuor Senioribus, itemque ab angelis, Agno ſeparatim laudes fuerunt dictæ; quemadmodum ſuperùs ſeparatim ſedenti in throno cap. 4. 8. & d. Atqui ſi plures eſſent Dei altiſſimi perſonæ, & inter eas nominatim Chriſtus; plures etiam, tanquam in throno ſedentes, fuiſſent exhibitæ; nec Chriſtus ita fuiſſet à ſedente in throno, ſeu Deo illo æterno atque omnipotente, diſtinctus, quin appareret, ipſum quoque in throno ſedere, & Deum illum omnipotentem atque æternum eſſe.

[a] cap. 5. 13.

[b] ib. verſ. 8. & d

Deſin-

Defenſio Argumenti.

QVòd ſi quis dicat, eſſentiam tantùm divinam, quæ una ſit numero, ſub imagine ſedentis in throno fuiſſe exhibitam, non perſonam aliquam; is non parùm fallitur. Nam præterquam quòd ipſa imago ſedentis in throno, perſonæ imago revera eſt, & perſonæ quidem unius; actiones, quæ ſedenti in throno tribuuntur, eum omnino ſuppoſitum, ut vocant, intelligens, hoc eſt, perſonam eſſe demonſtrant. cum actiones non niſi ſuppoſitorum eſſe vulgò in ſcholis dicantur: actiones autem illæ, quæ ſedenti in throno tribuuntur, non niſi intelligenti naturæ convenire poſſint. Vt taceam, quàm plurima ſac. literarum teſtimonia, de quibus infrà [a] *dicendi locus erit, cum his collata, ſatis docere, Patrem Ieſu Chriſti per eum, qui in throno ſedeat, intelligi. Hunc enim Chriſto poteſtatem, honorem, regnum, cæteraque omnia dediſſe, manifeſtè aſſerunt: alium quempiam Chriſto ea omnia dediſſe nuſpiam dicunt.*

[a] ſect. 2. c. 18.

Non eſt autem, quòd quis ad diſtinctionem Chriſti & ſedentis in throno dicat, illum tantummodo ſecundùm humanam naturam ab hoc diſtingui: at ſecundùm divinam cum ipſo eundem eſſe. Nam primùm, ſi Chriſtus ſecundùm naturam potiorem, ſecundùm quam ſolam perſona eſſe creditur, idem cum ſeden-

Defenſio Reſponſionis.

QVia ſententia noſtra, quâ negagamus, per eum qui ſicut filius hominis *Dan.* 7. 9. venit, intelligi Chriſtum, multis forſan nova videbitur, neceſſe eſt ut eam rationibus aliquot ſtabiliamus, quibus primùm in eam deducti fuimus, poſtmodùm incidimus in quorundam piorum, ac in prophetis verſatiſſimorum virorum commentarios, quorum conſenſus nos in eâ confirmavit. Rogamus autem omnes pios & doctos, ut amicè eam cenſeant, nec importunæ ac periculoſæ cujuſdam novitatis inſimulent; præſertim cùm minimè patrocinetur adverſariis, ſed iis apertiſſimè & quaſi è diametro refragetur. Ne tamen illi triumphare videantur, ſi forſan noſtra interpretatio minùs probaretur, oſtendemus, quòd nulla ſit ipſorum conſequentia, etſi vulgaris explicatio admittatur. Prima igitur ratio quare non credamus, Chriſtum intelligi per eum qui ſicut Filius hominis venit, eſt, quòd illi, de quo hîc agitur, regnum non tradatur niſi beſtiis deletis, ipſarumque thronis ita deſtructis, ut ſemper poſtea imperturbatè regnet populus Sanctorum. At hoc non fiet niſi Romanâ Monarchiâ eversâ. Nam non ſolùm res ipſa docet, quod hîc de quatuor vulgò dictis monarchiis agatur; verùm etiam, ſi quorundam paucorum interpretum aliter ſentientium opinio admitteretur, clarum plane eſt, quòd hoc regnum omnium ultimum in his terris eſſe debeat. At quis ignorat, Chriſto regnum in aſcenſione traditum eſſe: quod-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quodque ipſius regnum in hâc vitâ potiſſimam partem in medio hoſtium vigere debeat? Non igitur agitur hîc de poteſtate Chriſto à Patre jam olim datâ, ſed de regno adhuc in his terris futuro, quo omnibus externis Eccleſiæ hoſtibus triumphatis pii in hoc mundo, quamdiu Deo viſum fuerit, ſunt regnaturi. Altera ratio eſt quòd is, de quo hîc agitur, ad Antiquum dierum veniat: imò, quòd longè magis eſt perpendendum, quòd ad ipſum à quibuſdam non nominatis deducatur, & coram Antiquo dierum ſiſtatur. At hæc in Chriſtum minimè quadrant; cùm ipſe nunquam ad Patrem in Scripturâ venire dicatur, quin priùs ab eo veniſſe ſignificetur: adeòque non tàm venire quàm redire indicetur. Apertè autem ejus tùm perſonæ tùm officio repugnat, quòd ab aliis ad Antiquum dierum adduci dicatur: cùm ipſe ſit unigenitus Patris Filius, & unicus mediator. Tertiò quòd regnum hoc non tàm uni perſonæ quàm populo Sanctorum detur: ut patet ex *v.* 21.26,27. Unde colligitur quòd is, qui per Filium hominis hîc intelligitur, nihil ſit aliud quàm primus quidam Rex, quo Chriſtus in hoſtibus Eccleſiæ exſtirpandis, eâque mirabiliter liberandâ utetur. Ideò etiam iſtius certæ perſonæ *v.*26,27. non fit mentio ſed tantùm populi: quem ille unus in viſione repræſentabat. Quartò quòd modus tradendi repugnet majeſtati Chriſti. Hoc enim regnum tradetur populo Dei, poſtquam ipſi judicium datum fuerit, hoc eſt, poſtquam beſtiarum iniquitas, piorum verò innocentia judicialiter demonſtrata fuerit. At tantum

ſedente in throno eſſet; non poſſet ab eo ſimpliciter diſtingui. Id enim perinde eſſet, ac ſi ſimpliciter negaretur eſſe ſedens in throno. At de toto ſimpliciter non poteſt negari id, quod de eodem ſimpliciter, ob alteram naturam aut partem, aſſerendum eſt, etiamſi ei ſecundùm alteram naturam, præſertim minùs præſtantem, non inſit; ut ex iis intelligetur, quæ infrà ſect. 2. cap. 3. dicentur. Qui, quæſo, fieri potuiſſet, ut in tota viſionis utriuſque deſcriptione, ne minimum quidem extaret indicium, unde appareret, Chriſtum cum ſedente in throno eundem eſſe; & diverſitas quidem naturarum eſſet apertiſſimè expreſſa, unitas autem, in cujus cognitione non minus eſſet ſitum, nullo modo? Deinde cùm Chriſto, quatenus à ſedente in throno diſtinguitur, actiones ſuppoſitorum intelligentium ſeu perſonarum propriæ tribuantur, ut ex ipſis viſionibus, præſertim poſteriore, manifeſtum eſt; apparet, eum, quà perſona eſt, conſiderari, atque à ſedente in throno diſtingui. At perſona Chriſti adverſariis eſt illa ipſa, quam ſecundam Trinitatis faciunt; quæ eſt ipſa natura divina ſubſiſtentiam ſuam habens. Quare hanc quoque, ſi ſibi conſentanea loqui velint adverſarii, à ſedente in throno diſtinctam eſſe, illis fatendum eſt: vel, ſi hoc fateri nolint, nobiſcum aſſerendum, Chriſti perſonam non eſſe ſecundum Trinitatis ab ipſis aſſertæ. Præterea quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

credat, cùm Chriſto fuit divinus honor tributus, eum tantùm ſecùndum naturam minùs præſtantem fuiſſe conſideratum, & non potiùs totum, aut ſecundùm naturam illo honore maximè dignam? Atqui cùm ei honor ille tribuitur, apertiſſimè conſideratur, ut à ſedente in throno diſtinctus. Quare Chriſtum totum, etiam ejus ſive naturæ, ſive partis reſpectu, quæ in ipſo eſſet præſtantiſſima, à ſedente in throno diſtinctum eſſe oportet. Denique ſi Chriſtus ſecundùm divinam naturam unus idemque cum ſedente in throno eſſet; vel plures perſonæ in throno ſedentes, Patris nempe, & Filii, (ne de Spiritu Sancto nunc quicquam dicam) exprimendæ fuiſſent; vel ſtatuendum eſſet, Patrem & Filium non tantùm eſſentiâ, ſed & perſonâ eundem eſſe, quandoquidem dubium eſſe non poteſt, Patris perſonam per ſedentem in throno expreſſam eſſe. Atqui eandem eſſe Patris & Filii perſonam, omnes tanquam Sabellianum rejiciunt, & meritò damnant.

tum abeſt ut hic modus accipiendi regnum Chriſto conveniat, ut ipſe ab univerſâ Scripturâ omnium judex, ac præmiorum diribitor ſtatuatur. Quintò quia Antiquus dierum eſt Chriſtus ipſe. Nam ſi originem vocis עַתִּיק ſpectemus, non tam videtur ſignificare eum qui multos dies durat, quàm illum qui dies ordinat, conſervat, qui eſt diſpenſator, ac, ut ita dicam, ſtator dierum. Neque enim hic eſt עָתִיק cum Kametz & ſine Dageſch, quod eſt intra nſitivum, & verti poteſt *ſtabile, durabile, antiquum*; ſed eſt עַתִּיק cum Patach & Dageſch, quod habet vim & ſenſum tranſitivum. Nec dies hîc videntur ſumi pro tempore, ſed pro certis regnorum periodis vel potiùs pro temporum œconomiâ, ut loquitur Paulus *Eph.* 1. 10. Nam apud prophetas dies frequentiſſimè pro certo temporum ac negotiorum ſyſtemate accipiuntur. Nec Dei æterni duratio in Scripturis diebus, ſed dierum negatione deſcribi ſolet. Cumque de imperiorum mutatione hoc in loco agatur, veriſimile eſt, quòd hoc attributum Dei potiùs providentiam quâm durationem ſignificet. Hæc autem dierum gubernatio Chriſto peculiariter adſcribitur, juxta illud Heb. 1. 3. *Qui omnia fert verbo potentiæ ſuæ.* Deinde quia Antiquo dierum hîc aſcribitur figura humana, deſcribitur ipſius caput, & capilli, qualem figuram aliâs de Patre Scriptura negat. Facit quidem certorum colorum mentionem, cùm in viſionibus etiam Patrem deſcribit, ſed figuræ, quod ſciam, non meminit. Accedit tertiò, quòd in Apocalypſi, præſertim *Apoc.* 1. 14, hæc lineamenta Chriſto diſertè tribuantur. Quæ in contrarium ab hujus regni excellentiâ, diuturnitate, ac amplitudine petita argumenta adferri ſolent, fàcilè ſolvuntur, ſi conſideretur quòd hîc revera deſcribatur regnum Chriſti: verùm non quâtenus ipſius eſt proprium, ſed quâtenus ipſe Sanctis ſuis regnum in his terris concedit.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Nec hîc nomen, quod Chriſto attribui ſolet, occurrit. Non enim is de quo hîc agitur vocatur *Ben Adam*, aut *Bar Naſch*, ſed *Kebar Enaſch*, *ſicut filius hominis*. Per nubes autem, ſtylo Prophetico, intelliguntur triumphantes piorum exercitus.

Adhæc quamvis per Antiquum dierum Deus Pater, per illum filium hominis Chriſtus intelligeretur, non tamen hinc ſequeretur, ipſum non eſſe Deum ſummum. Concedimus, quòd Chriſtus regnum illud, quod in eccleſiâ exercet, à Deo Patre acceperit: ſed talis tantique regni capax non fuiſſet, niſi Deus fuiſſet. Ieſum quoque in throno ſupremæ Deitatis ſedere, patet ex *Eſ.* 6 collato cum *Ioh.* 12. 41, & *Ezech.* 1. collato cum Apocalypſi. Ex *Apoc.* 4. & 5. nihil plùs obtinet adverſarius. Ibi enim repræſentatur Chriſti θεανθρώπου exinanitio & exaltatio; cùm ut agnus mactatus exhibeatur, & honore verè divino afficiatur. Ac vel ex ſolo cultu ipſi *c.* 5. 13. exhibito ſatis cognoſcitur, ipſum eſſe Deum ſummum: cùm idem honor ipſi, qui Deo Patri, ab omni omninò creaturâ, exhibeatur. Niſi autem à Patre fuiſſet diſtinctus, in viſione hic actus oſtendi non potuiſſet. Imò ſæpe eadem perſona varias in eâdem viſione perſonas induit. Et quamvis *cap.* 5. agnus ab illo, qui cum articulo ὁ καθήμενος dicitur, diſtinguatur, non tamen diſtinguitur ab illo, qui *cap.* 4. 3. ſimpliciter dicitur καθήμενος. Niſi enim Chriſtus unà cum Patre in throno ſedere indicaretur, non fuiſſet deſcriptus triplex color: nimirum jaſpidis, qui Patris; ſardii, qui Filii; & iridis, qui Spiritus Sancti egregium eſt hieroglyphicum. Porro aliis, iiſque plurimis, Scripturæ locis clariſſimum eſt Chriſtum in eodem cum Patre throno ſedere. Inſpiciat judicioſus lector *Apoc.* c. 3. 21. & 22. 1, 3. Inprimis obſervet, quòd *Apoc.* 21. 5. per ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, *ſedens in throno* ſolus intelligatur Chriſtus. Nam nec contextus, nec epitheta, nec univerſa Apocalypſeos ratio permittit, ut ibi introducatur loquens Pater. Vt enim alia taceam, titulus ille, Ergo ſum α & ω, item primus & ultimus, eſt Chriſti proprius; ut patet ex *cap.* 1. 8, 17. & 2. 8. & 22. 13. inprimis ex *v.* 6. *c.* 21. ubi Biblia regia veriùs, ac contextui accommodatiùs legunt, γέγονα τὸ α καὶ τὸ ω, ἀρχὴ καὶ τέλος; quod accuratè vertitur; *Factus ſum α & ω, primus & ultimus.* Hic enim titulus non immediatè divinam eſſentiam, ſed proximè divinæ perſonæ, & quidem ſecundæ, officium ac beneficium naturæ divinæ innixum ſignificat, adeòque Patri juxta ſtylum Scripturæ non rectè tribuitur. Sed hâc de re alibi fuſius agendum erit. Confer quoque *Apoc.* 7. 15, 16. *Matth.* 19. 28. & 25. 31. cum *Apoc.* 20. 21. Item *Actor.* 2. 30. *Heb.* 1. 8. & 4. 16. & 8. 1. & 12. 3: Ex quibus locis omnibus liquidò patet, & quòd Chriſtus in eodem cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patre throno ſedeat; & quomodo hæc viſio ſit intelligenda; nimirum quòd hîc deſcribatur actus Chriſti ſacerdotalis, quo durante mortis triduo functus eſt; quemque ſeſſio ad dextram Patris, juxta Scripturas, fuit ſecuta. Quis præterea credat; Chriſto omnem in hâc ampliſſimâ viſione thronum fuiſſe negatum, cùm viginti quatuor ſeniores in thronis ſedere dicantur? Diſertè quoque dicitur *c.* 4. 3., quòd ex throno fuerint egreſſa fulgura, voces, & tonitrua, itemque ſeptem lampades, quæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei, ſteterint ante thronum. Quæ omnia cum à Chriſto proficiſcantur, *cap.* 2. 1. *&* 5. 7. oportet ut ipſe quoque fuerit in throno. Denique cùm ipſe alios Reges fecerit, cumque eodem honore, quo Pater, ab omnibus afficiatur, ſatis docetur, quòd ipſe quoque in throno ſederit: ſicut diſertè dicitur fuiſſe in medio throni: *c.* 7. 16. Vnde colligitur quòd τὸ ἦλθε, *venit*, non de acceſſu ad thronum in quo nunquam fuerit, ſed de motu quodam acceptionem libri præcedente ſit intelligendum: nimirum quòd antea de throno deſcenderit, qui deſcenſus ejus exinanitionem indicat. Non enim eſt veriſimile, quòd in tam illuſtri omnium cœleſtium, ipſi divinos honores exhibentium, panegyri, throno caruerit. Etſi igitur dum in exinanitionis ſtatu officio mediatoris fungeretur, in throno ſedens non repræſentetur; attamen facilè colligitur, quòd poſtea in eum ſe collocaverit, cùm librum ex manu in throno ſedentis acceperit, nec illinc diſceſſiſſe vel deſcendiſſe dicatur: & ex plurimis Scripturæ locis conſtet, quòd ad dextram majeſtatis conſederit.

Itaque non minima tantùm indicia, ſed maxima quoque extant argumenta, Chriſtum cum ſedente in throno eſſentiâ eſſe eundem: quamvis ab illo, ex cujus dextrâ librum accepit, diſtinguatur. Pater quidem Ieſu Chriſti per illum, qui *c.* 4. in throno ſedet, omninò intelligitur, ſed non ubique tantum. Quamvis autem non tantùm humana Chriſti natura, ſed tota perſona ſpectanda exhibeatur, non tamen ſimpliciter à Patre diſtinguitur. Satis enim & ex hoc, & ex aliis Scripturæ locis conſtat, quouſque diſtinctio hæc ſit extendenda. Ita enim ejus attributa temperantur, ut eum & Deum, & hominem eſſe pateat. Non igitur ad certam aliquam naturam hanc viſionem reſtringimus: ſed ipſum, qua Deum & hominem, item quâ mediatorem, prophetam, pontificem, ac regem conſiderari docemus. Quæ omnia ut ingenioſo lectori evadant clariora, non præter rem fuerit obſervare, quòd univerſa Scripturæ analogia indicat, Cherubinos arcæ propitiatoriæ impoſitos haud obſcurè hujus, de quo toties in Scriptura fit mentio, throni fuiſſe typum. Quod hîc ſufficiat innuiſſe; quia plena ejus explicatio, ac congrua applicatio, longam & laborioſam plurimorum locorum Scripturæ collationem poſtulat.

Tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Tandem etſi nec Filii, nec Spiritus Sancti perſona in throno *ſedere* exprimeretur: tamen ideò nec eſſentiâ à Patre dividerentur, nec perſonis confunderentur. Nam ut conjuncta aliquando in viſionibus diſtingui, ſic quoque diſtincta conjungi poſſunt. Sic ſolus Chriſtus apparet in throno. *Ezech.* 1. 26, 27. *& Eſ.* 6. 1, 3.

Cæterùm auctor vehementer aberrat à genuino harum viſionum ſenſu, cùm eas ſibi ſimiles, & vix non eandem, eſſe, perſuadet. Plurimum enim à ſe invicem diſcrepant. Nam viſio Iohannis agit de officio Chriſti, quo potiſſimum functus eſt illo triduo quo corpus ipſius in ſepulchro jacuit; at viſio Danielis agit de illo Chriſti beneficio, quo Antichriſto funditùs exſtirpato, Iudæiſque miraculosè ad ſe converſis, Eccleſiam ab externorum hoſtium tyrannide liberatam, & ex univerſi orbis populis, ne Americanis quidem exceptis, collectam ſartam tectam in hoc mundo conſervabit; donec eam ad ſe in cœlum, æternum illud regnum, traducat.

BISTERFELDII CAP. IX.

Breviter ſolvuntur tria argumenta, quibus oſtendere conatur adverſarius, ſolum Patrem Jeſu Chriſti eſſe Deum ſupremum.

QVia auctor hæc argumenta tantùm breviter recenſet, alibi verò urget ac deducit, nos quoque reſponſiones hîc tantùm indicabimus, eaſque ſuis in locis confirmabimus.

Ad nonum argumentum *dicimus; Etſi nomen* Deus, *aut* Dominus, *cùm pro voce* Iehovah, *aut* Adonai *uſurpatur, pro ſolo Patre plurimis in locis accipiatur, malè tamen hinc concludi, ſolum Patrem eſſe ſupremum illum Deum: tum quia non vi harum appellationum, ut fingit adverſarius, ſed vi contextûs à Filio ac Spiritu Sancto diſtinguitur: tum quia ſæpiſſimè quoque vox* Iehovah *pro ſolo Filio, non rarò etiam pro ſolo Spiritu ſancto in Scripturis*

CRELLII CAP. IX.

Breviter indicantur plura argumenta, quibus oſtenditur, ſolum Patrem Ieſu Chriſti eſſe Deum ſupremum.

PRæter argumenta hucuſque allata, non pauca poſſunt afferri alia; ſed quia cum illis ferè ſunt conjuncta, quæ ſecunda & tertia ſectione à nobis producentur; ideo breviter tantùm à nobis hoc loco indicabuntur; nec omnia tamen, ſed ſolùm potiora.

Nonum ergo ſententiæ noſtræ argumentum conſtitui poteſt, quòd nomen *Dei*, aut *Domini*, cùm pro voce *Iehova* aut *Adonai* uſurpatur, innumeris ſcripturæ locis tanquam Patris proprium ſumatur, ita nimirum, 9 Argumentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rum, ut is ſolus eo nomine, ſive ſimpliciter poſito, ſive cum epitheto aliquo, ut *veri*, *vivi*, *omnipotentis*, & quæ ſunt his ſimilia, elato intelligatur, & hac ipſa appellatione deſignatus, à Chriſto aut Spiritu Sancto, aut ab utroque ſimul diſtinguatur. Id enim non fieret, ſi non Pater tantùm eſſet ſupremus ille Deus, ſed etiam Filius ac Spiritus Sanctus. Qua de re vide, quæ dicturi ſumus infrà ſect. 2. c 1. & ſect. 3 .cap. 5. & ſi libet, etiam cap. 9. 10, 11, 12. libri noſtri de Deo & ejus attributis.

Decimum argumentum conſtitui poteſt, quòd ſolus Ieſu Chriſti Pater à ſeipſo ſit, nec à quopiam alio vel naturam, vel quicquam divini acceperit, id quod Dei ſupremi eſt proprium. Cùm quo illud conjungi poteſt, quòd ſolus Pater ſit, ut vulgò loquuntur, fons divinitatis. Ab eo enim ipſe quoque Filius Divinitatem ſuam habet, ut tum res ipſa loquitur, tum adverſarii vulgò fatentur. Ab eodem etiam procedit Spiritus Sanctus. Et licet Latinæ Eccleſiæ ſtatuant, Spiritum ſanctum à Patre & filio ſimul procedere, quod ſi rectè intelligatur, concedi non tantùm poteſt, ſed etiam debet: illud tamen partim ex ſacris literis, partim ex ipſorum adverſariorum ſen-

pturis ponitur. Ita autem ſe res habet ſive nomina illa epithetis amplificentur, ſive ſola ponantur. Verùm quia hæc res prolixâ demonſtratione indiget, eam reſervabimus in librum quem vocamus Myſterium pietatis oſtenſum. *Mirum autem eſt, quod adverſarii hæc nomina Filio ac Spiritui Sancto tribui, tam pertinaciter, quamvis falsò, negent, cùm ea etiam à nudis Angelis frequentiſſimè uſurpata fuiſſe contendant.*

Decimum argumentum *multis falſis propoſitionibus nititur. Falſum enim eſt, Dei ſupremi eſſe proprium, eſſe à ſe ipſo & nihil quicquam divini accipere, ſi utrumque de ſubſiſtentiâ intelligatur. Nam ut Deo ſupremo non repugnat, quòd ſe ob infinitam perfectionem neceſſariò infinito modo communicet, ita nec ejus perfectioni repugnat, quòd ſit aliquis, qui per infinitam illam communicationem ſubſiſtentiam ſuam accipiat, adeòque ab aliâ perſonâ ſit. Pater Deitatis fons dici poteſt: ſi hâc phraſi productarum perſonarum perfectio, non autem imperfectio exprimatur. Sed adverſarii ex impropriiſſimis phraſibus varia abſurda malè colligunt. Si quoque dextrè explicetur, admittimus, Patrem eſſe primam Spiritus Sancti originem, Filium ſecundam: nimirum ſi ſubſiſtendi ordo his vocibus exprimatur, non verò aliqua dependentia. Accuratè enim loquendo non eſt duplex Spiritus Sancti origo, ſed una, Pater ſcilicet & Filius. In eo autem, quòd Filius Spiritum Sanctum mittat, atque in fideles ſuos effundat,* reverâ quidem continetur, *id eſt, rectiſſimè ex eo colligitur, Spiritum Sanctum etiam à Filio procedere: non tamen ea ſunt unum & idem. Miſſio Spiritus Sancti ejus à Filio proceſſionem arguit, ſicut conſequens arguit antecedens, vel effectus cauſam. Niſi enim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

enim Spiritus Sanctus intrinſecè à Filio procederet, extrinſecè ab eo mitti non poſſet. Nec *ſolus Deus ſupremus eſt is,* ex quo ſunt omnia, *ſed ſolus Pater: quia vocula* ex *à Scripturâ ſpecialiſſimè ſumitur, & ſemper vel expreſſe vel tacitè ad phraſin,* per Chriſtum ſunt omnia, *refertur.*

Vndecimum argumentum *tam latè patet, ut ſequentes libri circa illud potiſſimùm verſentur. Ex iis igitur diſtincta ſolutio ſumenda eſt. Summa reſponſionis hæc eſt. In hoc argumento multa accumulantur, quæ reverâ non ſunt prærogativæ: multa, quæ ſunt. Nullam prærogativam indicant ea, quæ reſpectu ordinis perſonalis vel Patri, vel Filio attribuuntur: vel quæ de Chriſto ad removendum aliquam imperfectionem dicuntur. Quæ autem aliquam Patris prærogativam inferunt, ea reſpiciunt vel officium Chriſti, quòd ſe exinaniens ſuſcepit ac geſſit, vel humanam ejus naturam. Malè igitur concluditur: Reſpectu quorundam tertiorum Pater eſt major Filio: ergo reſpectu omnium: vel, ergo reſpectu aliorum, præſertim Divinitatis, non eſt æqualis. Quamvis enim illa epitheta, quæ Patris vel ſimpliciter, vel certo modo propria ſunt, nec Filio, nec Spiritui Sancto tribuantur, tribuuntur tamen alia æquipollentia: ex quibus non minùs quàm ex Patris epithetis ſuprema ac æterna Deitas infallibiliter concluditur. Patri quidem ratione ordinis creatio peculiariter adſcribitur, ita tamen ut & diſertè, & æquipollenter Filio & Spiritui Sancto in Scripturis tribuatur. Tam vera ſunt quæ de divino cultu diſſerit, quàm quæ de creatione. licèt enim ad Patrem pleræque orationes per Chriſtum dirigantur: non tamen ideò Chriſtus aut Spiritus Sanctus à cultu divino excluduntur, ſed potiùs manifeſtè includuntur: tum quia*

ſententia patet, non poſſe Filium eſſe primam Spiritus Sancti originem, quam fontis nomine hîc intelligimus, ſed à priori alia profectam. Qui enim ipſemet aliunde fluit, ac divinitatem ſuam accipit, is non poteſt eſſe prima divinitatis alienæ ſcaturigo. Et ſanè quicquid in ſac. literis dicitur, quod eò pertineat, ut intelligamus, Spiritum Sanctum etiam à Filio procedere, id in eo revera continetur, quòd Filius Spiritum Sanctum mittat, atque in fideles ſuos effundat. Atqui Filius Spiritum Sanctum mittit à Patre, ut ipſemet expreſſè aſſeruit Joh. 15. 26. & rogaturum ſe aliquando dixit Patrem, eumque alium Paracletum diſcipulis miſſurum, Joh. 14. 16. & promiſſione Spiritus Sancti accepta à Patre effudit in fideles tam præſtans donum, ut teſtatur Petrus Act. 2. 33. confer etiam Luc. 24. 49. & Ioh. 7. 39. Itaque Græcæ Eccleſiæ, licèt alioqui de Spiritus Sancti perſona cum Latinis conſentiant, ab iis tamen ea in parte diſcedunt, quòd Spiritum Sanctum non à Patre & Filio, ſed à Patre per Filium, aut procedere, aut mitti dative dicunt. quæ loquendi ratio ad veram ſententiam exprimendam eſt accommodatior. Patet ergo, ſolum Ieſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Ieſu Chriſti Patrem eſſe divinitatis fontem, ſeu primam originem, ac porrò ſolum ex quo ſint omnia, id quod ſupremi Dei proprium eſt. Nam ut ſolus Deus ſupremus eſt is, ex quo ſunt omnia: ita is ſolus, ex quo ſunt omnia, Deus ſupremus eſt. Plura ad hoc argumentum pertinentia vid. infrà ſect. 2. cap. 2. & 3. ſect. 3. c. 11.

11. Argumentum.

Vndecimum argumentum patet latiſſimè, & in multa diſtingui poteſt. Omnia enim Sacræ Scripturæ loca huc pertinent, in quibus aliqua Patri præ Chriſto prærogativa tribuitur. Huc ſpectant primùm ea ſac. literarum teſtimonia, in quibus Pater aut expreſsè [a] major Chriſto, aut [b] Chriſti caput, aut [c] Deus Chriſti appellatur: quin & illa, [d] quibus Pater Chriſto mandata dediſſe, Chriſtumque ejus ſervum ac miniſtrum fuiſſe, ejus mandatis paruiſſe, & [e] ejus voluntati ſuam ſubjeciſſe dicitur. itemque illa, ubi Chriſtus dicitur [f] eſſe Dei, [g] eſſe Dei mediator, [h] Dei ſacerdos, [i] miſſus à Patre; [k] veniſſe ut Patris voluntatem, non ſuam faceret. Pertinent huc & illa, quibus Chriſtus profitetur, [l] non ſe, ſed Patrem primum operum admirandorum, quæ ederet, autorem eſſe; [m] ſuam doctrinam non ſuam,

[a] vide ſect. 2. cap. 14.
[b] ibid. c. 24.
[c] ibid. c. 23.
[d] ibid. c. 16.
[e] ibid. c. 12.
[f] ibid. c. 25.
[g] ibid. c. 27.
[h] ibid. c. 28.
[i] ibid. c. 5. & 15.
[k] ibid. c 16.
[l] ibid. c. 3. & 19.
[m] ibid. c. 4.

quia Chriſti officium ac Spiritu Sancti beneficium eſt planè divinum; tum quia omnis gloria Patris ad utrumque neceſſariò redundat. Nulla autem apparent indicia, ſolum Patrem eſſe eum ex quo omnia, per quem omnia, & in quem omnia: *ſed clariſſimè ex hoc loco* Rom. 11. 36. *patet, quòd Deus ſit prima omnium rerum efficiens originalis, perfectiſſima exemplaris, ac intima proximaque finalis cauſa. Quæ ſi profundè conſiderentur, ac diligenter cum modis loquendi Sacræ Scripturæ conferantur, unica ac ſumma Patris, Filii, ac Spiritus Sancti Deitas pio ac accurato lectori non erit dubia.*

Argumentum duodecimum *quod attinet, nullum alium Deum quàm illum qui fuit Deus Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, agnoſcimus. Nam idem eſt Deus in Novo qui fuit in Veteri fœdere. At ſolum Patrem fuiſſe Iſraëlitarum Deum, falſiſſimum eſt. Vel ſolum* Exod. 3. *caput cum* Act. 7. *collatum demonſtrat, Chriſtum fuiſſe Deum illum Abrahami. Itaque verba Calvini cum grano ſalis ſunt accipienda: non verò ſimpliciter intelligenda. In multis locis Deus Abrahami ſtrictè accipitur, non ſecus ac vox Deus. Sic* Act. 3. 13. *ab ipſo contextu, & voce* filius, *perſpicuè reſtringitur: ut &* Hebr. 1. *Mens igitur Calvini eſt, quòd is qui per ſynecdochen in Vet. Teſt. Deus Abrahæ, ac Patrum vocabatur, in Nov. Teſt. proprio elogio vocetur Pater Chriſti. Verùm eodem modo ſæpè Iehovah pro ſolo Filio ſynecdochicè ponitur. Illum autem planè vel in Scripturâ Vet. Teſt. hoſpitem, vel veſpertilionem eſſe oportet, qui, ſi diligenter ac judicioſè tam V. Teſt. cum ſe ipſo quàm cum Novo contulerit, tâm Filium ac Spiritum Sanctũ quàm Patrem à fidelibus patribus pro ſummo Deo habitum ac cultum fuiſſe, non animadvertit.*

ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſed Patris [a]; eſſe qui in ſe credat, non in ſe credere, ſed in eum, qui ſe miſerit, nempe Patrem. Quibus & illa ſunt ſimilia, quæ docent, [b] Patrem per Chriſtum coli, & ad Patris gloriam, tanquam ad ultimum ſcopum referri ea, quæ Chriſtus vel habet divina, vel præſtat, vel viciſſim à nobis illi præſtantur: [c] Chriſtum preces ad Patrem fudiſſe: [d] Patrem reſuſcitationis Chriſti verum eſſe auctorem; [e] Patrem exaltaſſe ac glorificaſſe Chriſtum, atque adeò omnia ei largitum eſſe: [f] Patri Chriſtum traditurum aliquando eſſe regnum, eique ſubjectum futurum [g]: Patrem per Chriſtum omnia feciſſe aut facere. Docebimus autem ſuis locis, dum iſta, quæ enumeravimus, Patri adſcribuntur, prærogativam ei præ Chriſto toto, non verò ſecundùm alteram tantùm naturam conſiderato, tribui; ac porrò etiam Spiritu ſancto eum eſſe majorem. Quod vel inde perſpici poteſt, quòd ea, quæ enumeravimus & Patri abſolutè ſoleant adſcribi, & nuſpiam Chriſto, reſpectu nimirum naturæ alicujus potioris, nuſpiam Spiritu ſancto adſcribantur. Adde his & alia, quæ ab ipſis adverſariis ex parte ſunt obſervata; ut [h] quòd Pater, non Chriſtus, non Spiritus ſanctus, homines prædeſtinaſſe, & vel ante conditum mundum, vel à jactis mundi fundamentis quippiam cuiquam decreviſſe legitur. Omnis gloria, omnis felicitas, ſive Chriſto, ſive ejus fidelibus deſtinata, à Patre primùm decreta parataque eſt. Omnis ab illo ſalutis noſtræ ratio pendet. Quid verò de creatione cœli & terræ dicam? Hanc utut adverſarii etiam Chriſto ac Spiritui ſancto aſſerere conentur; ipſi tamen dicere ſolent, eam Patri peculiari ratione, non ſecùs ac ſi ipſius propria eſſet, adſcribi ſolere; quo pacto Filio tribuatur Redemtio, Spiritui ſancto Sanctificatio: qua de re nonnihil dicemus infrà ſect. 3. [i]. Hinc & in Symbolo, Apoſtolico dicto, nec Chriſto, nec Spiritui ſancto Creatio cœli & terræ adſcribitur, ſed Patri tantùm. Ita enim dicimus: *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Filium ejus unigenitum*, &c. non ipſum Chriſtum creatorem, ſed creatoris filium unigenitum confitentes. Neque verò ſac. Literæ uſpiam Chriſto creationem cæli ac terræ adſcribunt, &, cùm creationem ei tribuunt, non modò de creatione nova, ſeu certa quadam reformatione rerum loquuntur, verùm etiam nuſpiam dicunt, ipſum Filium creaſſe omnia, ſed per ipſum, aut in ipſo eſſe creata omnia. Denique cùm vel de religione ac cultu divino univerſo, vel de certis illius partibus loquuntur ſac. Literæ, ita Patrem commemorare ſolent, ut ſatis appareat, hunc eſſe eum, cui omnibus ſeculis ab omnibus hominibus cultus fuerit exhibendus, & à piis omnibus exhibitus, & in quem ſolum omnis honor ultimò ſit referendus. Vnde

[a] vide ſect. 2. cap. 8.
[b] ibid. c. 16.
[c] ibid. c. 17.
[d] ibid. c. 29.
[e] ibid. c. 18.
[f] ibid. c. 24.
[g] ibid. c. 19.
[h] ibid. c. 10. vide Matth. 20. 23: 22. 1. & d. 25. 34. Rom. 8. 29. & d. Gal. 1. 15 19. Eph. 1 3. & ſequ. uſque ad v. 13.
[i] cap. 7.

etiam poſt exaltatum Chriſtum, is tamen mos in Eccleſiis Chriſtianis obtinuit, ut preces publicæ pleræque ad Patrem dirigerentur, paucæ ad Filium, rariſſime, præſertim ſi preces ab hymnis diſtinguas, ad Spiritum Sanctum; qua de re [a] alibi nonnihil dicemus. Vnde preces Eccleſiaſticæ ut plurimùm ita finiri ſolent, *per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, nonnunquam & Filii nomine præfixo, per quem nimirum ut mediatorem, & ſacerdotem, ad ipſum Patrem preces funduntur; licèt nos alioqui non modò libenter fateamur, ad Chriſtum ipſum preces fundi poſſe, ſed ſæpe etiam debere, contendamus; & in Eccleſiis noſtris id creberrimè ipſi faciamus. Sed tamen iſta, quæ in univerſo Chriſtiano orbe per tot ſecula duravit, conſuetudo, quam ne dogma quidem illud vulgare de tribus ſupremi Dei perſonis tollere potuit, teſtimonium præbet noſtræ de uno Deo Patre ſententiæ. Hujuſmodi enim Patris præ Filio & Spiritu ſancto prærogativa, illum ſolum ſupremum eſſe Deum evincit. Ipſa nempe veritas ſeſe animis hominum etiam ſibi reluctantium, inſinuavit, & ſuæ claritatis radios iis immiſit, nec ſe penitus errorum nebulis obſcurari paſſa eſt. Nam undique apparent indicia atque argumenta, ex quibus patet, ſolum Patrem eſſe eum, *ex quo omnia, & per quem omnia, & in quem omnia*, ut de Deo ſummo Paulus [b] loquitur, hoc eſt, cujus conſilio ac decreto omnia primùm conſtituantur; cujus efficaci providentia ac virtute omnia perficiantur; in quem denique tanquam ultimum finem omnia tendant. Facilè id obſervabit paulò diligentior ſac. literarum lector, præſertim ita monitus, ſi & rerum, quæ Patri, Filio, ac Spiritui ſancto tribuuntur, & rationis, qua eæ illis tribuuntur, ac portò modorum loquendi, qui de iis uſurpantur, diverſitatem attenderit.

[a] inf. ſect. 3. c. 2.

[b] Rom. 11. 36.

12. Argumentum.

Addi poſtremò & illud poteſt, quòd nullus alius eſt ſupremus ille Deus, quàm qui olim dictus fuit Deus Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, Deus Iſraëlitarum. Hic autem nullus eſt alius, quàm Pater Ieſu Chriſti. Vnde nonnulli ex doctioribus adverſariis [c] ſcripſerunt, eum qui olim Deus Abrahæ & Patrum appellari voluit, nunc proprio elogio vocari Patrem Chriſti. titulus nimirum ſeu deſcriptio mutata fuit, perſonâ manente eâdem. Hinc Deus ille Abrahami, Iſaaci, & Iacobi Deus Patrum, ſimpliciter ita appellatus, pro ſolo Patre manifeſtè ponitur Act. 3. 13. Ita enim inquit Petrus: *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorum, glorificavit Filium ſuum Ieſum.* Si non Pater ſolus, ſed & Filius, & Spiritus Sanctus, erat ille Deus Patrum; cur Deus ille Patrum, ſimpliciter ſic appellatus, dicitur reſuſcitaſſe *Filium ſuum?* Num fortè Chriſtus eſt ſui ipſius, ut & Spiritûs Sancti, Filius? Cur etiam D. Auctor ad

[c] Calvin. ad Act. 22. 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ad Hebræos, ut alios nunc prætercam, *Deum* illum, qui *multifariam multiſque modis olim loquutus eſt Patribus in Prophetis*, qui nimirum ſubinde Deus Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, aut Deus Iſraëlitarum appellatur; cur, inquam, hunc ſimpliciter ita appellatum pro Patre poſuit? Addit enim, eum *noviſſimè diebus iſtis loquutum eſſe nobis in Filio*. An non indicavit, eundem eſſe Deum illum, qui in toto Vet. Teſtamento loquens introducitur, quique Deus Patrum appellatur, & Patrem Chriſti, nec latiùs illam, quàm hanc appellationem patere? Certè plus quam lynceum eſſe neceſſe eſt, qui Chriſtum, ne (de Spiritu Sancto nunc quicquam dicam) ſub Vet. Fœd. pro Deo ſummo habitum ac cultum fuiſſe, in ejus Fœderis ſcriptis deprehendere velit: adeò magnum ea de re ſilentium illic eſt. Sed de his hactenus.

BISTERFELDII

SECTIO II.

In quâ reſpondetur ad argumenta adverſarii, quibus putat oſtendi, Chriſtum non eſſe Deum illum ſupremum, ut intelligatur, ſolum Patrem Deum illum ſummum eſſe.

Quàm ſolida præcedentis ſectionis argumenta fuerint, vidimus: nunc ſequentia examinemus. Non eſt autem quòd adverſarius adeò de victoriâ glorietur, cùm omnes ipſius rationes hoc ſyllogiſmo nitantur. Qui ab *uno Deo* in omnibus illis locis diſtinguitur, is non eſt unus ille Deus. Atqui Chriſtus ab uno Deo in omnibus illis locis diſtinguitur. Ergo Chriſtus non eſt unus ille Deus. At propoſitio ambiguitate ludit. Nam *unus Deus* nunc ſpecialiter pro Patre, nunc communiter, ac eſſentialiter ſumitur. Etſi igitur ab illo, nimirum Patre, diſtinguatur; attamen unus ille Deus, quem illi ſummum vocant, eſt & manet. Aſſumtio quoque multis in locis falſa deprehenſa fuit.

Hæc

CRELLII

SECTIO II.

In qua oſtenditur, Chriſtum non eſſe Deum illum ſupremum, ut intelligatur, ſolum Patrem Deum illum ſummum eſſe.

In præcedenti ſectione ea produximus loca, quæ inprimis oſtendunt, & quidem directè, Patrem ſolum eſſe ſupremum illum Deum: interim tamen iſtud quoque ſimul probant, Chriſtum non eſſe eundem illum Deum; id quod ſecundo loco nobis probandum ſumſimus, cùm ad prioris demonſtrationem pertineat. Si enim Chriſtus, quod idem de Spiritu Sancto ſtatuendum eſſe poſtea docebitur, non eſt ille unus ſupremuſque Deus; relinquitur, ſolum Patrem Deum illum eſſe: cum nemo reſtet alius, de quo id vel ſuſpicari homo Chriſtianus poſſit. Oſtendimus autem, Chriſtum in omnibus

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bus illis locis à Deo uno *diſtingui, ac proinde Deum illum unum non eſſe. Idem enim à ſeipſo diſtingueretur. Et ne quis diſtinctione naturarum ſe hîc effugere poſſe exiſtimet; in plæriſque, ex quibus etiam de cæteris judicium fieri facilè poteſt, demonſtravimus, Chriſtum ibi non conſiderari ſecundùm aliquàm naturam, quæ perſona non ſit, ſed habita ratione ipſius perſonæ ſuæ, qua ex adverſariorum ſententia Deus ille unus eſt, & ſecunda, ut illi loquuntur, Trinitatis perſona.*

Verùm iſtis rationibus plures adhuc addere placet, non quòd iſtæ per ſe cuivis cordato ſufficere non poſſent ant deberent: ſed ut appareat, quot quantisque divinarum literarum præſidiis noſtra de uno

Hæc ſcilicet eſt invicta illa lux, quæ nobis perſuadere debet; ut non ſolùm omnem Scripturæ lucem, verùm etiam ipſum juſtitiæ Solem abnegemus: ut tra omnem rationem, ac verbi divini teſtimonium duos Deos admittamus: ut univerſam religionem plus quàm Cimmeriis novorum figmentorum tenebris obruamus: ut denique omnem Vet. & Nov. Teſt. collationem, quæ unica Scripturæ eſt clavis, repudiemus, ac pleriſque ejus dictis mutila planéque ſophiſticâ interpretatione vim faciamus.

Cùm igitur fucata hæc ratio nobis oculos nondum aperiat, experiamur, num ſequentes, quæ partim à Patris prærogativâ, partim à Chriſti imperfectione petuntur, feliciùs id quod adverſarius pollicetur, præſtent.

Deo Patre ſententia ſit communita. Ita enim ſpes eſt fore, ut non modò omnes cordati ab omni impietatis ac temeritatis crimine nos liberent, qui à recepta per tot ſecula ſententia diſceſſerimus; ſed etiam mirari incipiant, ſe in tanto veritatis undique collucentis, & ſeſe ultrò omnium oculis inferentis ſplendore caligâſſe; ſeque impiè contumaces fore intelligant, ſi ad tantam ejus lucem oculos datâ operâ claudere, & veram, quam defendimus, ſententiam repudiare audeant.

Primùm igitur ea adducemus ſacrarum literarum teſtimonia, & ex iis petita argumenta, quæ potiſſimùm oſtendant, Chriſtum non eſſe illum unum ſupremùmve Deum; interim tamen ſimul Patri præ Chriſto prærogativam tribuant, & quidem ſoli, ex qua ſtatim conſtare poſſit, Patrem ſolum Deum illum ſupremum eſſe. Deinde ea ſubnectemus, quibus illud tantùm directè demonſtretur, Chriſtum Deum illum ſupremum non eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

BISTERFELDII
CAP. I.

Reſponſio ad argumentum primum, inde ductum, quòd Chriſtus creberrimè à Deo diſtinguatur.

Reſpondemus: Falſum eſt quòd Chriſtus à Deo ſimpliciter intellecto, ullo in loco apertè diſtinguatur. Quamvis enim vox Deus *ſimpliciter ponatur: tamen à ſubjectâ materiâ, textûſque circumſtantiis reſtringitur, ac pro Patre ponitur. Ludit igitur adverſarius ambiguitate: quâ phraſin* ſimpliciter poſito *jam de voce, jam de ſenſu interpretatur. Quam fallaciam ipſa Scripturæ loca ab adverſario allata detegunt. Nam in omnibus illis talia ac tanta epitheta Chriſto attribuuntur, ut clariſſimè pateat, eum non ratione ſummæ Deitatis, ſed ratione perſonæ, vel officii, vel humanæ naturæ, vel duorum triumve ſimul diſtingui.*

CRELLII
CAP. I.

Argumentum primum inde ductum, quòd Chriſtus à Deo creberrimè diſtinguatur.

Quod ergo ad prioris generis teſtimonia atque argumenta inde petita attinet; initium faciemus ab iis, quæ patent latiſſimè, & ad nomina, Chriſto, vel aliqua ratione negata, vel tributa, referri poſſe videntur: quorum quidem duo tantùm hoc loco à nobis afferentur. Prius eſt, quòd Chriſtum à *Deo* ſimpliciter poſito innumeris locis apertè diſtinguatur. Atque ut ex tanta exemplorum copia pauca proferamus, quæ de cæteris lectorem admoneant; quoties Chriſtum Dei filium [a] appellatum legimus? Alibi eum Dei Verbum ſeu Sermonem [b], Dei imaginem [c] vocatum videmus: alibi eum in principio apud Deum fuiſſe [d], à Deo miſſum, [e], à Deo egreſſum [f], panem Dei eſſe, qui è celo deſcenderit, in Dei forma [g], Deoque æqualem fuiſſe; ad dextram Dei [h], aut potentæ [i] Dei conſediſſe, à Deo Dominum & Chriſtum factum [k], à Deo judicem [l] conſtitutum eſſe, ſcriptum cernimus. Certum autem eſt, *Dei* nomine in iſtiuſmodi locis Deum ſummum intelligi. Quomodò ergo Chriſtus ipſe, Deus ille ſummus eſſe poteſt? Neceſſe enim eſſet, vel duos eſſe Deos ſummos, eum nimirum, qui *Dei* nomine ſignificaretur, & Chriſtum; vel Chriſtum à ſeipſo diſtingui, quod abſurdum eſſe omnes intelligunt.

a Ioh. 3. 18.
b Apoc. 19. 13
c 2 Cor. 4. 4. Coloſ. 1. 15.
d Ioh. 1. 1, 2.
e Ioh. 3. 17, 34: 8. 23: 14. 24: 16. 27. 30.
f Ioh. 6. 33.
g Phil. 2. 8.
h Marc. 16. 19.
i Luc. 22. 69.
k Act. 10. 36.
l Act. 10. 42.

Defenſio Reſponſionis.

ETſi adverſarius argumentum ſuprà toties inculcatum repetat, operæ tamen pretium fuerit pauca quædam addere:

Defenſio Argumenti.

V*Erùm ad hoc argumentum duo reſponderi ſolent. Primùm,* Dei *nomine in iſtiuſmodi locis Patrem*

trem denotari. Cùm verò Chriſtus perſona ſit à Patre diverſa; non mirum eſſe, Chriſtum à Deo diſtingui. Deinde, Chriſtum ratione humanæ naturæ à Deo diſtingui, non ratione divinæ.

Prior exceptio duas potiſſimùm ob cauſſas nullius eſt momenti. Vna eſt, quòd inde ſequatur, vel duos eſſe Deos ſummos, nempe Patrem, & Chriſtum; vel hos duos, licet perſonis diſtinctos, unum tamen Deum conſtituere. Prius ne adverſarii quidem concedunt. Poſterius itidem conſiſtere non poteſt, quia Dei *nomen, perſonæ nomen eſt. Significat enim eum, qui aliis imperet; & quidem, cùm ſummum Deum denotat, eum deſignat, qui ſummo imperio omnia moderetur. Hoc autem non niſi perſonæ eſt, ſeu, ut in ſcholis loquuntur, ſuppoſiti intellectu præditi, quæ perſonæ definitio eſt. Quare qui unum Deum dicit ſummum, unam perſona dicit, ſummo imperio omnia temperantem: qui plures perſonas ejuſmodi dicit, plures Deos ſummos dicit. qua de re libro ſecundo [a] plura. Altera cauſa eſt, quia ſi nomen* Dei *pro Deo ſummo acceptum, Chriſto cum Patre commune eſt; nulla eſt ratio, cur pro Patre peculiariter ſumatur, & ſic Chriſtus à Deo diſtinguatur. Quomodo enim vox Patri & Filio communis, unum ab altero diſtinguet? Num rectè loqui ex illorum ſententia cenſeretur, qui Patrem à Deo*

[a] ſect. 1. c. 1.

dere: præſertim quia novam quandam rationem adfert. Quàm infirma autem ſit ipſius conſequentia, quilibet, qui vim ſynecdoches novit, intelligit. Omne enim illius robur in hâc abſurdâ propoſitione fundatur: Si Chriſtus ab eo, qui per nomen *Deus* ſtrictè per ſynecdochen ſumtum intelligitur, diſtinguitur, ergo ipſi, nec nomen, nec ejus nominis commune ſignificatum competit. Pari ratione ſic diſputaveris: quia alii homines ab eo qui per nomen *homo*, item ab eo qui per nomen *Filius hominis* ſtrictè per ſynecdochen ſumptum ſignificatur, diſtinguuntur; Ergo aliis hominibus nec hominis, nec Filii hominis nomen, nec eorum ſignificata competunt. Quidni eâdem facundiâ concluſerit adverſarius, quia Pater ab illo, qui per nomen *Elohim*, ὁ Θεός, ſimpliciter poſitum intelligitur *Pſal.* 45. 7. & *Hebr.* 1. 8, apertè diſtinguitur; ergo Pater non eſt Elohim, non eſt ὁ Θεός. Vel adhuc ſubtiliùs juxta propria ſua myſteria: Quia plurimis in locis Scripturæ, Pentateuchi præſertim, Pater à Iehovâ ſimpliciter poſito apertè diſtinguitur, (cùm juxta adverſariorum acumen tàm illi qui vocantur à piis Iehovah, quàm illi qui ſe vocant Iehovah, ſæpiſſimè ſint creati Angeli) ergo ſoli creati Angeli ſunt Iehovah, Pater autem non eſt Iehovah. Ne autem hunc paralogiſmum admitteremus, Spiritus Sanctus ſtudio caviſſe videtur. In omnibus enim locis ab adverſario citatis talia Chriſto attribuit, ut eum vel inſigni pertinaciâ, vel ſupinâ incogitantiâ laborare oporteat, qui non videt, quòd licet Chriſtus non ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſit is, qui ibi intelligitur, ſit tamen idem Deus, qui Deus eſt illa perſona à quâ diſtinguitur. *Ioh.* 1. *v.* 1 dicitur fuiſſe apud illum Deum: diſtinguitur igitur ab eo. At in eodem verſu diſertiſſimè vocatur Deus; dicitur fuiſſe in principio; & quidem apud Deum; omnia per ipſum dicuntur facta; dicitur illa lux ac vita illa omnium hominum. Quàm inſulſas autem horum ſimiliumque attributorum interpretationes adverſarii fingant, alibi oſtendendum erit. Inviſibilis Dei imago vocatur, 2 *Cor.* 4. 4. & *Col.* 1, 15. ſed talis, cujus ſplendor ac gloria in univerſo Euangelio radiat: quæ univerſi Vet. Teſt. ſcopus ac objectum fuit, 2 *Cor.* 3. 17. collato cum *Rom.* 10. *v.* 4: per quam, & in quam omnia condita ſunt: quæ eſt ante omnia, & per quam omnia conſiſtunt: quæ primas tenet inter omnes, & in quâ omnis plenitudo inhabitat. Itaque Chriſtus non niſi illis ob nomen imaginis *ſummus Deus* non videbitur, quibus impoſitum manet velamen Moſis, quique cum calliditate incedunt, ac ſermonem Dei falſant: & quorum mentes Deus hujus ſeculi excæcavit; ne per velamen, carnem Ieſu Chriſti, æternam ejus Deitatem tranſparentem videant. Reliqua ab ipſo citata loca lector attentus ipſemet perpendat: nos in ſequentibus ea denuò attingemus. Quamvis igitur *Dei* nomine, in iſtis locis Deus ſummus intelligatur, non tamen omnis ille, qui Deus ſummus eſt, intelligitur: adeòque neceſſe non eſt, ut vel duos Deos ſummos, vel Chriſtum à ſe ipſo diſtingui fingamus.

Verùm

Deo ſimpliciter poſito diſtingueret? Quis unquam, verbi gratiâ, legit, Pater Dei, Pater miſit Deum, Pater dedit Deum, Deus exivit à Patre, ſi in Patrem creditis, etiam in Deum credite; *quemadmodum legimus, Chriſtum eſſe Dei Filium, Deum miſiſſe filium ſuum, Chriſtum exiiſſe à Deo; & ipſe* [a] *pronunciat*: Si creditis in Deum, & in me credite. *An non ipſæ aures priores illos loquendi modos, tanquam à ſacrarum literarum, imò & eorum, cum quibus nobis res eſt, conſuetudine abhorrentes reſpuunt? Quòd ſi dicas, ideò vocem communem peculiariter attribui Patri, quia is ſit fons ac principium divinitatis: ſiquidem Filius & Spiritus Sanctus ſuam ab eo Deitatem habeant: oſtendimus jam ſuprà* [b], *eos qui ita reſpondent, vel ſibi contradicere, ſuumque dogma de Trinitate perſonarum in una Dei ſubſtantia evertere, vel nihil dicere, & inania nobis verba obtrudere. Quare eò lectorem remittimus.*

Ad poſteriorem exceptionem quod attinet, quæ eſt, Chriſtum ſecundùm humanam naturam, non ſecundùm divinam, à Deo abſolutè poſito diſtingui; ea itidem conſiſtere non poteſt. Nam primùm docuimus jam ſupra [c], *non poſſe Chriſtum ſimpliciter à Deo diſtingui, ſi ipſemet Deus ſupremus eſt, etiamſi tandem ſecundùm alterutram naturam non ſit. Deinde ex adverſariorum*

rum

[a] Ioh. 3. 16, 17: 13. 3. 14. 1.

[b] ſect. 1. cap. 1.

[c] ſect. 1. c. 6. & 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rum ſententia, in multis locorum à nobis adductorum, iiſve ſimilium, Chriſtus ſecundum divinam naturam ſpectatur; ut cùm appellatur Dei Filius, aut Filius Dei unigenitus; itemque cùm in principio apud Deum extitiſſe, à Deo in mundum miſſus fuiſſe, è cælo deſcendiſſe, à Deo exiiſſe; Deo æqualis eſſe aut fuiſſe dicitur. Plærique etiam illa huc referunt, quòd Dei imago, Dei Verbum aut Sermo appellatur, quodque in forma Dei fuiſſe perhibetur. Quare neceſſe eſt dicere, Chriſtum in ejuſmodi locis totum, quantus quantus eſt, à Deo diſtingui, non verò unius tantùm naturæ reſpectu. Ex hujuſmodi autem locis facilè de cæteris judicium fieri poteſt. Cur enim diſtinctionis ratio diverſa quæratur, ubi de eadem perſona ſermo eſt, cùm eadem ubique ratio locum habere poſſit? Quò accedit, quòd eodem modo & Spiritum Sanctum à Deo ſimpliciter poſito diſtingui infrà[a] docebimus, quo Chriſtum ab eo diſtingui vidimus. Quòd ſi diſtinctio eadem eſt, cur non & diſtinctionis ratio: præſertim ſi eadem utrobique locum habere queat, ut adverſarii vel fatentur, vel fateri coguntur. Quam enim in Spiritu Sancto, tertiâ, ut illi volunt, Trinitatis perſona, ſtatuunt, eandem & Chriſto accommodari poſſe, fatendum illis eſt: At ſi ad diſtinctionem naturarum confugias; longè diverſa erit diſtinctionis utriuſque ratio

[a] ſect. 3. c 5.

Verùm hanc noſtram reſponſionem duabus rationibus oppugnat adverſarius. Primò *quòd Dei nomen, perſonæ nomen ſit: itaque qui unum Deum dicat, illum unam perſonam dicere, ſummo imperio omnia temperantem: qui plures perſonas ejuſmodi dicat, illum plures ſummos Deos dicere.* Vt hoc adverſarii argumentum eò clariùs ſolvatur, obſervandum eſt, parùm in eo ſitum eſſe, quid vox *Deus* primò ac propriè apud Latinos ſignificet, ſed accuratiſſime inquirendum eſſe, quid proximè vox Hebræa אֱלֹהִים, cujus loco Θεὸς & Deus à Scripturâ uſurpatur, exprimat. Hæc enim vox vel ab ipſo Deo, vel ab Adamo in intergritate adhuc conſtituto proculdubio profecta, ac ſingulari ſapientiâ rei, quam ſignificat, impoſita fuit. Licèt autem adverſarius cum doctiſſimis viris ſtatuat *Elohim* ſignificare eum qui imperet: ideoque cùm ſummum Deum denotat, deſignare eum, qui ſummo imperio omnia moderetur: nobis tamen rem paulò altiùs ſcrutantibus hæc ſententia minimè ſatisfacit, Sive enim ipſarum, ex quibus conſtat, literarum vim; ſive ipſius radicem; ſive alias cognatas voces; ſive denique ejus flexionem ac ſyntaxin perpendamus, apparet quòd nomen אֱלֹהִים proximè ac propriiſſimè ſignificet, ut ita dicam, *unitiſſimos, ordinatiſſimos*, ſeu eos qui *ordinatiſſimè ſunt unum*; ita ut in intrinſeco ſuo conceptu intrinſecas relationes, ac in ſimpliciſſimâ unitâte perfectiſſimam multitudinem, quæ ternario nec minor nec major eſſe poteſt, exprimat. Nam primò quod literas radicales hujus vocis אלהים attinet, ingenioſis ac ſedu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſedulis ſanctæ linguæ ſcrutatoribus, qui nimirum diviniſſimæ hujus linguæ veros fontes, fundamenta, ac ſublimitatem inveſtigare ſatagunt, non eſt obſcurum, quòd tres hæ literæ אלה & ſigillatim, & vi hujus ordinatiſſimæ combinationis ſummam perfectionem indicent. Etenim ſi per omnes Hebraicas voces prudens inſtituatur inductio, quæ nimirum vim literarum eſſentialem ac per ſe à vi

ratio. Ea enim in in Spiritu ſancto locum non habet. Quare non in hac, ſed in alia re diſtinctionis Inter Deum & Chriſtum ratio collocanda eſt. Nullam autem aliam excogitari poſſe docuimus, quàm ut ſolus Pater ſupremus ille Deus agnoſcatur. Et hæc de primo argumento dicta ſufficiant.

earum extrinſecâ & per accidens diſtinguit, deprehendetur, quòd א ſignificet inchoationem, ſeu principium primum; ל continationem aut conjunctionem, ſeu principium medium, ordineque ſecundum; ה verò conſummationem ſeu principium proximum, ordineque tertium & ultimum. Deinde quod radicem concernit, ea non eſt adeò, ut videtur, difficilis inventu, ſi unicum, idque haud exigui in vero linguæ ſanctæ uſu ac ſacrarum literarum ſenſu cognoſcendo momenti, principium obſervemus; Nimirum omnes illos malè mereri de Hebrææ linguæ dignitate ac profunditate qui varias vocum ambiguitates, quæ ad unum fontem revocari nequeant, fingunt. Contrà accuratè tenendum eſt, quòd nulla, Logicè loquendo, ſit vocum appellativarum in hâc linguâ ambiguitas; ſed quod omnia derivata in uno reali, generali tamen, conceptu fundentur, atque ex eo modo & rerum naturæ, & rectæ rationi congruentiſſimo deducantur. Iam ſi omnes voces huic affines perpendamus, eaſque inter ſe conferamus, deprehendemus, veram radicem eſſe verbum אָלָה, quod nativâ ſuâ vi ſignificat *ordinatè unire*, juxta uſum verò Scripturæ *jurare*, *adjurare*, *jurando exſecrari*. Inprimis enim notandum eſt, radicum Hebraicarum vim non ex ſolo earum in Scripturâ uſu, ſed plerumque ex derivatorum ſignificatione venandam eſſe. Hanc noſtram de radice vocis Elohim ſententiam tùm rerum ſignificatarum convenientia, tum grammatica analogia nos docuit, aliiſque, ut confidimus, ſaltem probabilem reddet. Si enim hanc radicis אָלָה primigeniam ſignificationem ſtatuamus, omnia derivata non minùs ratione ſignificationis quàm literarum inter ſe cohærebunt. Cum enim אלה ſignificet *ordinatè unire*, vocula אֵל ſignificabit ordinatam unionem metaphyſicam, & quidem pronomen relativum aut demonſtrativum: vocula vero אֶל ſimiliter unionem quandam metaphyſicam ſeu generaliſſimam; & quidem præpoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tionem *ad, apud, juxta, erga, verſus*. Iterum אֱיָל maximè ordinatam unionem; adeoque *fortitudinem, virtutem*; unde אֵיל & אֵלוֹן planities, quæ nihil eſt aliud quàm ordinatior linearum unio geometrica. Ab אֱיָל verò venit אֵל *facultas, poteſtas, fortis*; & κατ᾽ ἐξοχὴν *Deus*, ens & ordinatiſſimè unitum, & potentiſſimum. Porro radix אָלָה in Scripturis ſignificat unionem in humanâ ſocietate & valdè neceſſariam, & frequentiſſimam, & firmiſſimam; uno verbo, *unionem valdè ordinativam.*. Hinc oritur אֱלוֹהַּ *ens ordinatiſſimè unitum*; unde plur. אֱלֹהִים, ordinatiſſimi inter ſe ita, ut ſint ens unum, id eſt, Deus qui eſt Iehovah. Analogia autem grammatica reſpondet partim nominibus verbalibus quieſcentiùm tertiâ ה, ut שְׁבוּ à שָׁבָה, חָאוּ à חָאָה; partim non quieſcentium, ut גָּבַהּ altus, unde גְּבֹהִים. Illinc eſt ſcheva & vau; hinc eſt he radicale cum mappick. Cæterum ut אֱלוֹהַּ ſignificat ſubſtantiam ſpiritualem ordinatiſſimam, id eſt, Deum; ſic אֵלָה ſignificat arborem & bene unitam ſeu compactam, & bene ordinatam ſeu expanſam & ramoſam, ut eſt quercus, inprimis ilex; אַיִל animal cujus temperamentum eſt firmum & bene compactum, & cornua bene expanſa, quale eſt aries; qui etiam gregem congregare, adeoque unire & ordinare ſolet; ſimiliter אַיָּל cervus ob humorum ac membrorum & firmam unionem, & ordinatam expanſionem. Denique אַלְיָה cauda, & quidem ovis aut arietis tantùm juxta Eliam; quia in cauda, illorum præſertim animalium, eſt inſignis ac ordinatus nervorum, arteriarum, ac venarum, itemque oſſium concurſus; quippe cùm ſit extremitas ſpinæ dorſi, quæ eſt univerſi corporis quaſi baſis: unde etiam inſignis illa caudæ cum capite per ductum ſpinæ dorſi ſympathia. Verùm hæc hoc loco ſufficiant; de μυστηριώδει vocis *Elohim* flexione ac ſyntaxi alibi agemus ex profeſſo. Sicuti autem nomen יְהוָֹה primò *Eſſentiam*, tùm ſecundo *Eſſentiatorem*, eum ſcilicet à quo omnia, per quem omnia, & in quem omnia ſunt, ſignificat: ſic nomen *Elohim* primò *unitiſſimos* ſeu *ordinatiſſimos*, tùm *ſummè unitivos* ſeu *ordinativos*, & ad quos omnia ordinari, & cum quibus omnia uniri debent, exprimit. Et hâc ratione paulò antè allata interpretatio aliquantum admitti ac excuſari poteſt: quia imperare eſt ordinare. Verùm prior ac principalior eſt ſignificatio unionis, congruentiæ, ſeu ordinis: quia ordo omnis potentiæ, poteſtatis, ac imperii radix eſt. Hinc quoque Iudices aliquando *Elohim* vocantur: quia ſunt ἐξουσίαι τεταγμέναι. Sed hâc de re alibi agemus accuratiùs. Iam ut ad inſtitutum noſtrum revertamur, dicimus: Nomen *Elohim* in ſuo primigenio proprio,

prio, ac adæquato ſignificatu exprimere ordinatiſſimos, adeoque non unum, ſed tres: nec eſſe nomen perſonæ unius, ſed nomen perſonarum trium: ita ut *Iehovah Elohim* ſignificet Ens unitiſſimè ordinatum, vel ordinatiſſimè unitum: ſeu Ens ſummum in quo tres ſunt unitiſſimè ac ordinatiſſimè. At ſi ſynecdochicè uſurpetur, accipitur pro unâ perſonâ: quam circumſtantiæ textûs determinare ſolent. Sic cum *Geneſ.* 1. *v.* 26. legimus, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים, *& dixit Elohim*, ſenſus eſt: Et dixit unus ex iis qui ſunt ens ordinatiſſimum, nimirum Pater. Ex his clariſſimè patet, cur ille, qui unum Deum dicit, non dicat unam perſonam, curque is qui plures ejusmodi perſonas dicit, non dicat plures Deos: quia nimirum tàm intrinſecum ac reciprocum perſonarum ordinem nomen *Elohim* ſignificat, ut diſtinctè una concipi nequeat, quin altera ſimul quoque concipiatur. Hinc quoque fluit frequentiſſima illa vocis *Elohim* ſynecoche, quia nullum ſubeſt periculum, ut is qui ejus vim conſiderat, ita unam perſonam credat eſſe Iehovam, ut aliam excluſam putet. Neque enim ſequitur, ſi hic eſt *Elohim*, ergo quidam alius non eſt *Elohim*: ſed contrarium prorſus: nimirum ſi hic eſt *Elohim*, ergo alius quoque erit Elohim: cùm non poſſit eſſe quis *Elohim*, niſi quidam alius unà cum ipſo ſit *Elohim*. Hanc ejus ſignificationem nos docuit nobiliſſimus jugique meditatione digniſſimus locus Deut. 6. 4. *Audi Iſraël, Iehova Elohenu Iehova unus eſt.* Ex quibus verbis manifeſtiſſimum eſt, Iehovah eſſe nomen, quod ſignificet rem naturâ ſuâ pluribus communicabilem. Etenim ſi ſignificaret naturam uni perſonæ propriam, ridicula eſſet propoſitio hæc: quemadmodum prorſus inſulſæ hæ propoſitiones forent: David Rex noſter David unus eſt: Abraham pater noſter Abraham unus eſt. Nam ſenſus communis dictat, quòd voci prorſus incommunicabili ſuperfluè hæc determinatio addatur: præſertim cum ejuſmodi otioſâ repetitione. Frigida enim, ne dicam inepta, eſt eorum expoſitio, qui hæc verba ſic interpretantur, *Iehova eſt Deus noſter, Iehova eſt unus.* Quod enim ſit unica ſimplex propoſitio, cujus ſubjectum ſit *Iehovah Elohenu*, prædicatum *Iehova unus*, tùm ex Vet. Teſtam. conſuetudine, quæ *Elohenu* per appoſitionem voci *Iehovah* conjungit, ita ut ſenſus ſit, Iehova qui eſt Deus noſter; tum ex Chriſti interpretatione *Marc.* 12. 29. clariſſimè patet. Textus enim Græcus ſic habet: Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν Κύριος εἷς ἐστι: *Audi Iſraël, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt*: ubi juxta horum verſionem debuiſſet dicere: *Dominus eſt Deus noſter, Dominus eſt unus.* Cùm autem *Iehovah* ſignificet eſſentiam pluribus communicabilem, neceſſe eſt ut ſint plures quibus communicetur. Præterea cùm diſertiſſimè dicatur,

Iehovam nonniſi unum eſſe, neceſſariò ſequitur, Divinam eſſentiam unam numero communicari pluribus inter ſe diſtinctis. En admirandum Sacroſanctæ Trinitatis myſterium, non duris ac diſtortis conſequentiis deductum, ſed ex ſimpliciſſimâ verborum conſideratione ſponte fluens: & quidem ex eo loco, quem tam adverſarii quàm Iudæi tanquam clypeum Ajacis orthodoxæ ſententiæ objiciunt. Hanc ſimpliciſſimam multitudinem manifeſtiùs adhuc videbimus, ſi vim vocis *Elohenu* cum voce *Iehovah* collatæ penſitaverimus. Pergit auctor, & dicit: *Nullam eſſe rationem, cur nomen Dei pro Patre peculiariter ſumatur, ſi pro Deo ſummo acceptum Chriſto cum Patre commune ſit. Quomodo enim*, inquit, *vox Patri & Filio communis unum ab altero diſtinguet?* At fingis tu, quòd vi hujus vocis Pater à Filio diſtinguatur. Non vi hujus vocis, ſed vi contextus ac attributorum diſtinguitur. Aliud eſt, per hanc vocem à contextu reſtrictam ſolum intelligi Patrem: aliud, ejus vi illam diſtingui à Filio. Sic ſæpiſſime per vocem *Dominus* ſolus intelligitur Filius: nec tamen ideò ab eo vi hujus vocis diſtinguitur: cùm ipſe Pater non raró Dominus vocetur. Quod autem pro Patre plerumque peculiariter ſumatur, perſonarum origo, ac ordo eſt in causâ. Non raró tamen pro ſolo Filio quoque ſumi, alibi manifeſtè oſtendetur. Phraſes ab auctore propoſitas non ſolùm Scripturæ conſuetudo, ſed ordinis quoque ac officii ratio reſpuit. Quæ de divinitatis fonte repetit, ea ſuperiùs fuerunt diſcuſſa, ac inferiùs prorſus evertentur.

Etſi autem Chriſtus non tantùm ſecundùm naturam humanam à Patre diſtinguatur, tamen falſum eſt quòd à Deo ſimpliciter diſtinguatur. Nullâtenus à Deo diſtinguitur: multò minùs ſimpliciter. Diſtinguitur quidem à Patre per vocem *Deus*, ſignificato, ſed non ſimpliciter; quia licèt perſona ab eo ſit diverſa, eſt tamen una cum eo eſſentia: Totus quantus quantus eſt ratione perſonæ, omnino diſtinguitur ab eo qui per vocem *Deus* in iſtis locis intelligitur: ſcilicet à Patre: ſed non totus quantus quantus eſt ratione eſſentiæ. Cùm enim Deus ſit *Iehovah Elohim*, unus illorum qui ſunt *Elohim* non poteſt eſſe alter, ſecus Deus non eſſet *Elohim*: nec tamen poteſt eſſe alius *Iehovah*: ſecùs Deus non eſſet *Iehovah* unus. Porro ſi, ut dicit adverſarius, Spiritus ſanctus eodem modo à Deo ſimpliciter poſito, quo Chriſtus diſtinguitur, eum perſonam eſſe oportet: quod tamen ſtrenuè negat. Non enim poteſt dici, quòd qualitas eodem modo diſtinguatur à Deo, quo perſona ab eo diverſa.

BISTER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

BISTERFELDII
CAP. II.

Reſponſio ad argumentum ſecundum ex nomine *Filii Dei* ductum.

Reſpondemus : Vniverſaliter falſum eſſe, quòd is major ſit ac excellentior, qui eſſentiam ſuam & quicquid omnino habet, à ſe ipſo habet, quam is qui ab alio & eſſentiam habet, & omnia quæ eſſentiam conſequuntur, & ſine illa haberi non poſſunt. Verum eſt de eo, qui contingenter, & in tempore aliam eſſentiam accipit quàm communicans habeat: falſum autem eſt de eo, cui neceſſariò, & ab æterno eadem numero eſſentia communicatur quam habet communicans. Cum enim communicans iſte ſit infinitæ perfectionis, ac intrinſecè & neceſſariò ad ejus perfectionem ejuſmodi productio requiratur, fieri non poteſt, ut is productus ſit minoris perfectionis quam producens. Nam non minùs facit ad intrinſecam perfectionem ſic ſe communicantis quòd ſe communicet, quàm facit ad intrinſecam perfectionem ejus cui communicatur. Deinde cùm habeant eandem numero eſſentiam, habebunt quoque eandem excellentiam. Præterea is qui communicat, non eſſet infinitæ perfectionis; quia neceſſarium ordinem diceret ad imperfectius. At quòd ſine imperfecto non poteſt eſſe perfectum, non poteſt eſſe perfectiſſimum. Talis autem eſt Filius Dei, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Neque enim libere, ſed neceſſariò; non in tempore, ſed ab æterno, Pater ipſi communicat eſſentiam: & quidem non aliam, ſed ſuam. Frequentiùs autem in Nov. Teſt. dicitur Filius Dei quàm Deus, non ut ab independente divinitate excludatur, ſed ut æterna ejus generatio oſtendatur: ut nimirum

CRELLII
CAP. II.

Argumentum ſecundum ex nomine Filii Dei *ductum.*

Secundum argumentum ex eo peti poteſt, quòd Chriſtus toties in ſacris literis Dei Filius dicitur. Filius enim Dei ſupremùs ille Deus eſſe non poteſt. Hoc autem ut probemus, non repetemus nunc id, quod capite præcedenti urſimus, hac ipſa appellatione Filium à Deo ſimpliciter dicto diſtingui. Non etiam illud urgebimus, quòd neceſſe ſit aliam Patris, aliam Filii ſubſtantiam eſſe: quia alioqui Pater Filius foret, & Filius Pater: cùm quiſque cum ſua ſubſtantia ſive eſſentia re ipſa idem ſit. Quòd ſi verò alia eſt Filii ſubſtantia, alia Patris; Filius Deus ſummus eſſe non poteſt; niſi duos Deos ſummos ſtatuas. Non denique illud hîc urgebimus, quòd ut rudiſſimi quique intelligunt, Filius Patre ſit poſterior tempore: Deus autem ſupremus, tempore nemine poſſit eſſe poſterior; cùm ab omni æternitate extiterit. Hæc, inquam, nunc non urgebimus, alibi [a] urgenda: ſed illud tantùm, quòd ex hac appellatione ſequatur, Patrem Filio excellentiorem eſſe. Deo au-

[a] *a* lib. 2. ſect. 2. c. 1. & ſeq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

autem ſupremo nemo ulla ratione excellentior eſt. Quicquid enim excellentiæ eſt, quod in ſupremam divinitatem cadere poſſit, id ab eo abeſſe non poteſt qui Deus ſupremus eſt.

rum tàm ſubſiſtentia ejus quàm natura exprimatur. Ratione dignitatis nulla eſt prærogativa Patris reſpectu Filii quâ Deus eſt; licèt aliqua ſit, ut cum vulgo loquar, prærogativa ordinis. Reliqua ſuo loco refutabuntur

Aliàs defectu aliquo laboraret. At talis excellentia eſt, à ſe ipſo eſſe. Excellentior enim ac major is eſt, qui eſſentiam ſuam, & quicquid omnino habet, à ſe ipſo habet, quàm is, qui ab alio & eſſentiam habet, & omnia, quæ eſſentiam conſequuntur, & ſine illa haberi non poſſunt. Iam verò Deum Patrem eſſentiam ſuam, & cætera omnia, quæ habet, à ſe ipſo habere, apud omnes conſtat; & niſi haberet, ipſe quoque alterius Filius, aut creatura quædam, non Deus ſummus foret. At Filius ob id ipſum, quia Filius eſt, eſſentiam ſuam, ac porrò etiam quicquid eſſentiam conſequitur, & ſine illa haberi non poteſt, à Patre habet. Quæ cauſa eſt, (ut hoc obiter notemus) cur Chriſtus longè ſæpiùs *Dei Filius*, quàm *Deus* in ſacris literis dicatur: nempe quia prior appellatio ita Chriſti divinitatem exprimit, ut ſimul à ſuprema illa atque independente divinitate, quæ Patris eſt, eandem diſcernat: id quod vox *Dei* non præſtat. Patet ergo Patrem Filio excellentiorem eſſe; ac porrò Filium ſupremum Deum eſſe non poſſe. Certè & ipſi adverſarii, ut [a] non ſemel jam monuimus, prærogativam quandam Patris præ Filio & Spiritu Sancto agnoſcunt, quòd is ſit fons divinitatis. Vnde complures ex Veteribus Eccleſiæ doctoribus, illud Chriſti Joh. 14, *Pater major me eſt*, de eo ſecundùm divinitatem acceperunt, ut ſuo loco [b] videbimus.

[a] vid. ſect. 1. c. 1. & 2. & c. præced. hujus ſect.

[b] inf. c. 14. hujus ſect.

Defenſio Argumenti.

SEd non deerunt, qui dicant, Chriſtum quidem, quà Filius eſt, ſeu habita ratione perſonæ ſuæ, à Patre eſſe; non verò, quà Deus eſt, ſeu habita ratione naturæ divinæ. Hujus enim reſpectu eum non minùs, quàm Patrem, eſſe à ſe ipſo, &, ut loquuntur, αὐτόθεον. Unde conſequatur, Patri præ Filio, quà Filius eſt, non quà Deus, ὑπεροχὴν *ſeu prærogativam atque excellen-*

Defenſio Reſponſionis.

QVâ ratione Chriſtus dicatur αὐτόθεος, infrà videbimus. Fatemur quod Deo ſupremo, intrinſecè, nihil poſſit eſſe excellentius: ſed dicimus quòd tanta ſit perfectio in divinis generari quàm generare. Craſſa autem eſt petitio principii, quòd Deus ſupremus nec ratione naturæ ſuæ, nec ratione perſonæ ab alio ſit. Craſſior verò eſt ipſius probatio, quòd, quidquid, hoc ſenſu, ab alio ſit, id à causâ efficiente pendeat. Omne dependens habet eſſen-

tiam

tiam ab illo à quo dependet diverſam. At in noſtro myſterio generatus prorſus eandem habet eſſentiam cum generante. Non poteſt igitur propriè ab ipſo dependêre. Præterea omnis dependentia dicit aliquam dependentis imperfectionem; at generatio Filii Dei nullam prorſus imperfectionem admittit: quia neceſſariò ex intimâ Patris perfectione reſultat, ita ut Pater ne Deus quidem eſſet, niſi ſic generaret. Quid autem propriè ſit perſona divina, & quomodo ſubſiſtentia à natura diſtinguatur, in ſecundo libro diſtinctè erit conſiderandum. Qui perſonam vocant τρόπον ὑπάρξεως, hoc eſt, modum ſubſiſtendi, non exiſtendi, illi non intelligunt modum nudum, ſed ſubſtantialem ac entitativum, ut Scholaſtici loquuntur. Et Chriſtum eâtenus jure dici Deum, quâtenus eſt Dei Filius, rectiſſimè pronuntiat auctor. Sed genuinam loci interpretationem ſequentia docebunt. Quomodo Chriſtus naturam ſuam divinam à Patre acceperit, infra explicabitur. Nam hæc & ſimilia ſuo loco urgebit auctor: hîc tantum ea inſperſit, ut lectoris judicium eò magis diſtraheret ac turbaret.

lentiam quandam competere. Hanc verò non prohibere, quominus Chriſtus Deus ſupremus ſit. Verùm hac reſponſione nihil proficiunt. Nam illud ipſum, quod fatentur, ſufficit nobis ad probandum id, quod non fatentur. Primò enim docuimus, Deo ſupremo neminem ulla ratione poſſe eſſe excellentiorem. At illi fatentur, faterique coguntur, Patrem Filio, quà Filius eſt, ſeu habita ratione perſonæ, excellentiorem eſſe. Adde, quòd Deus ſupremus nullatenus, hoc eſt, nec ratione naturæ ſuæ, nec ratione perſonæ, (ut nunc iſta cum adverſariis ita diſtinguamus) ab alio eſt. Quicquid enim ab alio eſt, id à cauſſa efficiente pendet. At Deus ſupremus nullatenus à cauſſa efficiente pendet. Quare ſi Chriſtus ratione perſonæ à Patre eſt: Deus ſupremus eſſe non poteſt. Præterea malè illi perſonam Chriſti à natura ipſius divina ita diſtinguunt, ut dicant, illam à Patre eſſe, hanc non eſſe. Siquidem perſona divina nil eſt aliud, quàm ipſa natura divina ſubſiſtens, ut libro ſecundo docebimus, & multi ex adverſariis fatentur. Nam quòd iſti, cum quibus nunc nobis res eſt, ajunt, perſonam, quà talis eſt, nihil eſſe aliud, quàm τρόπον ὑπάρξεως, hoc eſt, modum exiſtendi, quem alii ſubſiſtentiam vocant; in eo mirum in modum falluntur. Poterant id vel inde diſcere, quòd perſona Patris generat, Filii generatur. At modus exiſtentiæ, ſeu ſubſiſtentiæ, nec generat, nec per ſe generatur, ſed ipſa natura ſubſiſtens. Accedit, quòd tum ex aliis, tum inprimis ex Ioh. 10. 34: & ſeqq. ſatis apparet, Chriſtum eatenus jure dici poſſe Deum, quatenus eſt Dei Filius. Docet enim ibi Chriſtus exemplo eorum, quos Deus ipſe olim Deos appellavit, ſe, quem Pater ſanctificaverit, & in mundum miſerit, multò magis appellari poſſe Filium Dei. Vbi eandem ob rationem concludere poterat, ſe multò magis appellari poſſe Deum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Deum. Quanquam non concluſit, ut hac ipſa ratione oſtenderet, ſe ſibi divinitatem ſupremam haud ſumſiſſe, ſed eo ipſo, quòd Deum Patrem ſuum appellaſſet, & ſe Filium ipſius hoc pacto aſſeruiſſet, à ſupremo Deo ſeſe diſtinxiſſe, ut alibi [a] *eſt à nobis explicatum. Certè illi ipſi quoque, quos in exemplum adduxit Chriſtus, eandem ob cauſſam & Dei & Filii Dei in eo ſcripturæ loco* [b]*, cujus patrem Chriſtus adducit, fuerunt appellati. Id tantùm diſcriminis appellationes illæ habent, quòd prior perſonas illas à Deo ſupremo per ſe non diſtinguit, poſterior diſtinguit: illa dependentiam divinitatis à ſupremo numine non exprimit, utut divinitatem illam, quæ à ſupremo numine dependet, exprimat: hæc etiam dependentiam illam exprimit. Ex quibus intelligitur, ſi Chriſtus, quà Filius à Dei, Patre eſt, & ſic Pater ipſo eſt excellentior; Chriſtum etiam quà Deus eſt, à Patre eſſe, & ſic Patrem ipſo eſſe excellentiorem. Poſtremò, ſi Chriſtus naturam ſuam non accepit à Patre, non fuit propriè generatus. Quiſquis enim ab altero propriè generatur, naturam ſuam ab altero accipit. Atqui illi, uti & cæteri adverſarii, omnino volunt atque urgent, Filium propriè à Patre generatum eſſe, & niſi id ſtatuatur, Chriſtum unigenitum Dei Filium non fore. Quare ſua vineta cædunt, dum naturam ſuam divinam Chriſtum à Patre accepiſſe negant, ſed perſonam tantùm ab eo habere aſſerunt. Quamquam nec in eo ſatis ſibi ſemper conſtant, ut ab aliis adverſariis eſt animadverſum.*

Ad diſtinctionem naturarum in Chriſto, quia nemo hîc confugit, aut confugere poteſt; ideo eam non attingimus.

a In libro de Deo & ejus attributis c. 13.
b Pſal. 82. 6.

CRELLII
CAP. III.

Argumentis, quæ in ſequentibus afferenda ſunt, diſtributis, tertium proponitur ex verbis Chriſti apud Iohannem c. 5. 19. Non poteſt filius à ſe facere quidquam, &c.

Iam ut relictis nominibus ad alia veniamus ſententiæ noſtræ argumenta; ea nobis procudenda ſunt ſacrarum literarum teſtimonia, in quibus aliquid vel de Chriſto negatur, quod de eo negari, vel contra tribuitur, quod ei tribui non poſſet, ſi Deus ille ſummus eſſet. Animadvertendum enim eſt, quædam prædicato quæſtionis noſtræ, hoc eſt, Deo

BISTERFELDII
CAP. III.

Reſponſio ad argumentum ex verbis Chriſti apud Iohannem cap. 5. 19, *Non poteſt filius à ſe facere quicquam*; id eſt, *niſi viderit Patrem facientem*; vel, *ſed ſi viderit*; deductum.

Quàm vana ſit adverſarii gloriatio, quòd nimirum nemo orthodoxam ſententiam pluribus atque evidentioribus argumentis convulſerit quàm Iohannes, non ſolùm ex reſponſionibus noſtris, ſed etiam alibi ex firmiſſimis demonſtrationibus patebit. Nam & nomina, & attributa planè divina, eaque plurima, ipſi hinc inde in toto libro adſcribit: taliaque de eo negat, quæ de eo negari non poſ-

poſſent, niſi verus Deus ſummus eſſet. Quamvis autem adverſarius neget, Iohannis ſcopum fuiſſe, independentem Chriſti divinitatem oſtendere, gratum tamen nobis eſt, quòd veritas ipſum fateri cogatur, ſcopum ipſius fuiſſe *Divinitatem Chriſti oſtendere.* Nam ſi hoc, tanquam univerſæ interpretationis menſurâ, utamur, facillimè abſurdas adverſariorum corruptelas refutabimus. *Hæc*, inquit Iohannes cap. 20. v. 21, *ſcripta ſunt, ut credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus* ille *Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.* Quibus duobus nominibus tantum abeſt, ut à Deo ſupremo manifeſtè diſtinguatur, & ab eo totus, quantus quantus eſt, pendere, eòque inferior eſſe oſtendatur, ut hinc tam in Vet. quàm in Nov. Teſt. clariſſimè demonſtretur, eum eſſe ſupremum illum Deum, à quo tanquam creatore ac gubernatore omnia in universâ naturâ pendeant. Sed examinemus argumentum authoris.

Reſpondemus diſtinguendo: Deus ille ſummus à ſe ipſo omnia facere poteſt; ſi à ſe ipſo facere, *ſignificet, propriâ & nativâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate operari. At Chriſtus à ſemet ipſo nihil facere poteſt; non eo, quem diximus, ſenſu: ſed quâtenus* à ſe ipſo facere *ſignificat aliquid contra ac citra Patris conſilium, voluntatem, an auctoritatem facere: uno verbo, Patri Patriſque mandatis repugnare. Major itaque propoſitio non eſt per ſe manifeſta, ſed planè ſophiſtica. Concedimus aliâs, quod* niſi *hîc rectè explicetur per* ſed ſi: *vel per* id eſt: *quia à ſe ipſo quidquam facere, & facere aliquid ſi Patrem viderit facientem, hîc opponuntur.*

Deo ſummo, ineſſe, quæ ſubjecto ejuſdem, nempe Chriſto, non inſunt; quædam contrà ſubjecto ineſſe, quæ prædicato non inſunt, hoc eſt, quædam Chriſto convenire, quæ Deo ſummo non conveniant. Quare nos ex utriuſque generis rebus argumenta ducemus. Et quia inter cæteros ſcriptores plurima tum hujus, tum illius generis teſtimonia nobis ſuppeditat Iohannes, qui vulgò creditur hunc ſibi in Euangelica hiſtoria ſcopum præfixiſſe, ut Chriſtum ſupremum illum, atque ab omni æternitate exiſtentem Deum eſſe demonſtraret; ideo ab eo faciemus initium, docebimuſque, tantum abeſſe, ut id, quod vulgò creditur, defendere ſibi propoſuerit, ut nemo eam ſententiam pluribus atque evidentioribus argumentis convulſerit. Nam ſcopus quidem ipſius fuit, Divinitatem Chriſti oſtendere, ſed eam, quæ tota à ſupremo illo Deo dependeat. Hæc *enim, inquit*[a], ſcripta ſunt, ut credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. *Eo ipſo autem, quod Ieſus ſit Chriſtus, hoc eſt unctus ille, Deique Filius, à Deo ſupremo manifeſtè diſtinguitur, & ab eo totus, quantus quantus eſt, pendere, eoque inferior eſſe oſtenditur.*

Eorum autem, quæ ex hoc ſcriptore peti poſſunt, teſtimoniorum, in quibus aliquid de Chriſto negatur, quod de ipſo, ſi is

[a] Ioh. 20. 31.

ſi is ſupremus ille Deus eſſet, negari non poſſet, primum conſtituemus illud, quod extat capite 5. 19. *Non poteſt Filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem.* Quod ex parte infrà repetitur v. 30. ubi ait: *Non poſſum à me ipſo facere quidquam.* In prioribus autem verbis, ut doctiſſimi quidam [a] ex adverſariis noſtris docuerunt, vocula *niſi* ponitur pro *ſed ſi*, ut alibi quoque, tum apud eundem Iohannem [b], tum apud alios ſcriptores ſacros [c] contingit, apud quos nonnunquam ſimpliciter pro *ſed* ponitur. Nam alioqui, ſi particula illa vim ſuam retineret, ſequeretur, Chriſtum indicare voluiſſe, ſe aliquid à ſemet ipſo facere poſſe, nempe ſi Patrem aliquid facientem viderit: cum tamen hæc duo inter ſe opponantur, *à ſe ipſo quicquam facere*, & *facere aliquid tum, ubi Patrem id facientem viderit*; ita ut Chriſtus dicere voluerit, ſe nihil à ſemet ipſo facere poſſe, ſed tum demum, ubi Patrem id facientem, & ſibi ea in re veluti præeuntem viderit: quemadmodum quivis per ſe facilè poterit animadvertere, & verba verſiculo 30. repetita oſtendunt. Ex hoc autem loco ita argumentamur: Deus ille ſummus à ſe ipſo omnia facere poteſt. Chriſtus à ſemet ipſo nihil facere poteſt. Ergo Chriſtus non eſt Deus ille ſupremus. Propoſitio major, ut in ſcholis appellant, per ſe manifeſta eſt. Deus enim ſupremus prima atque ſuprema omnium rerum cauſa eſt; ac porrò quicquid facere poteſt, à ſe ipſo poteſt, non ab alio: alioquin ipſe prima ac ſuprema cauſa non eſſet; ſed is potiùs, à quo haberet, ut facere aliquid poſſet. Aſſumtio autem, ſeu minor, ipſius Chriſti eſt.

[a] Ioh. Maldonatus. [b] Ioh 15. 4. [c] Matth. 12.4. 1 Cor. 7. 17. Gal. 2. 16. Apoc. 9. 4: 2. 1. 27.

Defenſio Argumenti.

AD *hoc argumentum duplex afferri conſuevit reſponſio, neutra quidem prorſus directa; ſed quarum tamen altera majorem propoſitionem labefactare videtur; altera præmiſſas ſive diſtinguendo, ſive limitando, totum argumentum invalidum reddere. Alii enim reſpondent, Chriſtum ideo dicere, ſe nihil à ſe ipſo facere poſſe, quia operandi potentiam non à ſe ipſo habeat; ſed eam à Patre, per æternam illam ex eſſentia ejus generationem, acceperit. Itaque fatentur illi, Chriſtum hîc*

Defenſio Reſponſionis.

VT hoc adverſarii ſophiſma pleniùs refutetur, & reſponſio noſtra evadat planior; inſtituenda eſt brevis textûs analyſis. Scopus Chriſti *v.* 17. erat, ſe ab odio & accuſatione Iudæorum defendere, quâ calumniabantur ipſum, quòd contra Dei mandatum ſabbathum violârit. Itaque reſpondet eis: *Pater meus uſque adhuc operatur & ego etiam operor.* Tacitè igitur ſic concludit: Si uſque adhuc Pater meus, quem Deum veſtrum eſſe dicitis, operatur, & ego unà cum ipſo operor, ſequitur quòd hoc meo opere ego mandatum ipſius de Sabbatho non viola-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

violaverim. Quæ propoſitio ſatis eſt manifeſta; cùm clarum ſit, quòd, ſi unà cum Patre operetur, Patris mandato operando non reſiſtat. Docet itaque Sabbathi ſanctificationem, Dei, ſuiſque operibus minimè tolli. Nec hanc propoſitionem negabant Iudæi: ſed minorem. At Pater meus uſque adhuc operatur, & ego etiam operor. Licèt enim dubio procul crediderint, quòd is, quem Chriſtus Patrem ſuum vocabat, uſque adhuc operaretur; pro abſurdiſſimo tamen habebant, quòd Chriſtus unà cum Patre uſque adhuc operaretur, quodque eum ita Patrem ſuum appellaret, ut apertè indicaret, ſe Patri æqualem eſſe, ſibique eum tanquam proprium ac naturalem Patrem vendicaret. Itaque magis ad interfectionem Chriſti fuêrunt inflammati: quippe qui non ſolùm factis ſuis Dei mandato de Sabbatho repugnaret: verùm etiam blaſphemam doctrinam de ſuâ Deitate proponeret: adeòque apertus falſus Propheta, & divinæ legis per Moſen traditæ hoſtis eſſet. Nimirum, qui non Dei nomine veniſſet, nec juxta ejus voluntatem ageret, nec ejus gloriam quæreret: ſed ſe Dei Legatum contra ipſius voluntatem ac in ejus ignominiam ex malitiâ & ambitione mentiretur. Igitur hoc *verſu* 19. Chriſtus hanc ultimam calumniam retundit, & quidem ita ut primam ſimul refutet. *Reſpondit ergo* (ſcilicet quia hoc ſuo dicto ipſos irritaverat) *Ieſus, & dixit eis: Amen amen dico vobis, non poteſt Filius à ſe ipſo quidquam facere, ſed ſi viderit Patrem facientem:* Id eſt, Tantùm abeſt ut ego factis meis Patri repugnem, & me Patri æquan-

hîc de ſe ſecundùm divinitatem, atque adeò quatenus Deus ille ſummus ſit, loqui; negant autem, inter ſe pugnare, Deum ſummum eſſe, & non à ſe ipſo, ſed ab alio acceptâ potentiâ omnia facere. Alii verò reſpondent, Chriſtum hîc ſecundum humanam naturam de ſe loqui, non ſecundùm divinam. Quare ex hoc argumento nihil ſequuturum aliud, quàm Chriſtum ſecundùm humanam naturam non eſſe Deum ſupremum; id quod ipſi ultrò agnoſcant.

Quod ad priorem reſponſionem attinet; ea duas præcipuè ob cauſſas conſiſtere nequit. Prior eſt, quod contradictionem non uno modo involvit. Primùm enim eundem ſimul & ſupremum Deum, & non ſupremum facit: ſupremum quidem expreſſè; non ſupremum autem, quatenus eum potentiâ ab alio acceptâ omnia facere aſſerit. Dum enim ita ſtatuit, eum primam omnium rerum cauſſam, & ſic ſupremum Deum eſſe negat, ut ex antè dictis conſtat. Deinde dum Chriſtum ab omni æternitate generatum fuiſſe dicit, ſimul & æternum dicit, & non æternum: æternum expreſſè, non æternum tacitè, dum generatum aſſerit. Præterea cùm ex eſſentia quidem Patris genitum perhibet, ſed ita, ut eandem numero eſſentiam habeat; eundem Chriſtum ex ſe ipſo genitum dicit: cum quiſque, ut antè monuimus, idem ſit cum eſſentia ſua; & fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

teantur adverſarii, perſonas divinas cum eſſentia re idem eſſe, licet inter ſe ipſas re differre velint.

Altera cauſſa, ob quam prior ille reſponſio conſiſtere nequit, eſt, quòd iſtiuſmodi verborum Chriſti explicatio contextui repugnat, & maximè verbis ſequentis verſiculi, in quibus Chriſtus, dicti ſui rationem explicaturis, ita ait [a]: Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtat ei, quæ ipſe facit: & majora his demonſtrabit ei opera, ut vos miremini. *Vt autem res tota fiat planior, quædam hîc priùs animadvertenda ſunt. Primùm, hæc duo, ut ſupra jam monuimus, inter ſe opponi,* ex ſe ipſo aliquid facere, *&* aliquid facere, ſi Patrem facientem viderit; *& ideo Chriſtum prius illud de ſe negare, quia hoc poſterius de ſe aſſerat. Deinde* ex ſe ipſo aliquid facere, *eſſe, propriâ, & non aliunde acceptâ potentiâ, ſapientiâ, auctoritate, operari. Vnde conſequitur,* Aliquid facere, ſi Patrem facientem viderit, *eſſe, non propriâ, ſed à Patre acceptâ potentiâ, ſapientiâ, auctoritate id facere. Comparat nempe hoc loco Chriſtus Patrem artifici cuipiam, qui filio ſuo præeat exemplo, &, quid faciendum ſit, fideliſſimè oſtendat, eaque ratione, ut is quoque idem facere poſſit, efficiat: ſe verò ipſum hujuſmodi filio aſſimilat, qui à Patre ſibi commonſtrata ſpectet, diſcat,*

a v. 20.

æquando peccem, falſuſque Propheta ſim, ut fieri prorſus nequeat, ut Filius Patri ſit rebellis, vel aliquid contra ipſius conſilium, voluntatem, ac authoritatem faciat: imò tanta eſt utriuſque unio ac conſenſus, ut Filius nonniſi ea faciat quæ perfectiſſimè ſcit & à Patre fieri, & à ſe fieri debere; & omnia illa faciat quæ Pater facit. Hæc jam probat his verbis: *Quæcunque enim ille,* ſcilicet Pater, *facit, hæc etiam Filius ſimiliter facit:* ubi omiſſa propoſitio hæc eſt: Si Filius omnia facit, quæcunque Pater facit, & quidem ὁμοίως, *ſimiliter*; ſequitur quòd Filius non poſſit aliquid facere contra Patrem. Quo ipſo docet primò: quòd omnia, quæ Pater facit, faciat: deinde quòd omnia, quæ facit, ſimiliter, ſeu congruè faciat: quòd ſcilicet cum Patre in omnibus amiciſſimè conſpiret, nullâtenus verò ei repugnet. Nam ut vox *quæcunque* indicat objectum, ſic ὁμοίως, *ſimiliter*, indicat modum faciendi. Sic igitur & Iudæorum calumnias repellit, & omnia ſua præcedentia dicta ſtabilit. Pergit jam, & hoc ipſum, quòd nimirum Filius omnia quæcunqne Pater facit, & faciat, & ſimiliter faciat, tribus argumentis *v.* 20. confirmat: & ſic diſputat. Primò, Si Pater diligit Filium, neceſſariò Filius omnia ſimiliter facit. Nam ſi Filius diſſimiliter vel aliter faceret quàm Pater vellet & faceret, Filium ſanè non diligeret, utpote ſibi repugnantem. At Pater diligit Filium: id eſt; Pater miraculosâ ſuâ cooperatione, ac hoc ipſo, vobis quoque præſentiſſimo, miraculo abundè teſtatur, quòd me amet, mecumque amicitiam ac ſocietatem

tem intimam colat. Deinde argumentatur Chriſtus hoc modo. Si Pater omnia quæ ipſe facit, Filio monſtrat, ſequitur, quòd Filius omnia, quæ Pater facit, & faciat, & ſimiliter faciat. Vt hujus conſeqentiæ robur eò illuſtriùs appareat, accuratè eſt inveſtiganda vis vocis δεικνύειν *monſtrare*: cùm nimirum ſibi habet additum & accuſativum rei monſtratæ, & dativum perſonæ cui monſtratur; & reſpicit vocem correlativam βλέπειν, denique practicè accipitur. Nam ſi vel ſolùm cum accuſativo ponatur: ut 1 *Timoth.* 9. *v.* 15. vel addatur quidem dativus, ſed non ſumatur practicè, reſpectu ejus cui oſtenditur: ut *Matth.* 8. 4. longè aliud ſignificat. Quid autem hîc ſignificet, cùm ex vocis ſignificatu, tùm ex contextu eſt inquirendum. Δεικνύειν, *monſtrare*, propriè eſt alicujus viſui aliquid objicere ſeu repræſentare. Itaque monſtratio in ſe complectitur notificationem; ſive is, cui monſtratur, anteà eam viderit aut videat, ſive non viderit. Notificatio autem in ſe includit communicationem quandam. Hæc eſt vis hujus vocis, cùm tantùm theoreticè ſeu ſpeculativè pro nuda oſtenſione accipitur. At quòd hîc non tantùm theoreticè pro nudâ aut ſolâ notificatione accipiatur, ex textu liquet. Quæ enim foret conſequentia: Pater omnia quæ ipſe facit ſignificat Filio; ergo quæcunque Pater facit, ea & facit Filius, & ſimiliter facit. Deinde ſi tantùm pro notificatione ſumeretur, non dixiſſet Chriſtus; *& opera iſtis majora monſtrabit ei.* Cùm enim indicet, qualia opera ipſe facturus ſit, utique jam noverat: nec notificatione opus erat. Sumi-

diſcat, atque imitetur: nempe quia illam, quam diximus, potentiam, ſapientiam, atque auctoritatem ab eo acceperit. Hanc ergo dando, demonſtrat Pater; eandem accipiendo, videt Filius. Vnde ita argumentamur: Si ideo Chriſtus negaret, ſe à ſemetipſo quicquam facere poſſe, quia à Patre, per æternam illam generationem, potentiam omnia faciendi acceperit; ſequuturum, Patrem ei per generationem iſtam omnia demonſtrâſſe. Atqui id falſum eſſe, non uno modo apparet. Primò quia inde ſequeretur, Chriſto omnia abſolutè, nulla re excepta, jam ab æterno fuiſſe demonſtrata, nec quicquam ei demonſtrari ampliùs, nedum aliquid majus, potuiſſe: Siquidem per æternam illam ex eſſentia Dei generationem, Filius eſſentiam ipſius Dei, ac porrò etiam omnipotentiam, omneſque naturales ipſius proprietates, uti ſanè credunt adverſarii, accepiſſet. Has autem qui habet, ei nihil demonſtrari poteſt ampliùs, ſeu nullius rei efficiendi facultas ei ampliùs dari poteſt, non magis, quàm ipſi Patri. Atqui Chriſtus, ut vidimus, manifeſtè aſſerit [a], Patrem ſibi adhuc majora a d. v. 20.
iis, quæ jam demonſtraverat, demonſtraturum, hoc eſt, majorum operum patrandorum facultatem daturum. Ex quo apparet, nondum omnia abſolutè ipſi demonſtrata fuiſſe. Quò accedit, quòd majora illa opera, quæ ſibi demonſtraturus ſit Pater,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Pater, explicaturus Chriſtus, duo commemorat, quorum alterum alteri veluti ſubſervit, nempe facultatem mortuos vivificandi, & judicandi poteſtatem, v. 21. & 22. Atqui ea ſibi ideo data eſſe, hoc eſt, certò datum iri, infra Chriſtus aſſerit, quia filius hominis ſit. v. 27. *Vnde conſequeretur, Chriſto, quia filius hominis ſit, majora fuiſſe demonſtrata à Patre opera, quam per æternam illam ex Dei eſſentia generationem, per quam habeat, ut Deus ſupremus ſit: id quod ſe ipſum tollit. Præterea ſi Pater per æternam illam ex eſſentia ſua generationem, iſtam operandi facultatem Filio dediſſet, non ex libera valuntate, ſed neceſſariò dediſſet. Nam ea ipſa generatio ab adverſariis prorſus neceſſaria ſtatuitur, & porrò omnia, quæ in illa neceſſariò continentur, aut cum ea neceſſariò ſunt connexa. Et ita ſane illos ſtatuere neceſſe eſt. Aliàs enim generatio illa æterna non eſſet. Quicquid enim ſimpliciter ab æterno eſt, ſimpliciter etiam neceſſarium eſt. Quod à libera Dei voluntate pendet, id æternum eſſe non poteſt: quia liber voluntatis actus, tempore rem illam præcedit. Iam verò Chriſtus ipſe in verbis v. 20. à nobis adductis oſtendit, ex libera voluntate, non neceſſariò Patrem ſibi facultatem iſtam dediſſe, ſeu, ut ipſe loquitur, omnia demonſtrâſſe. Ait enim:* Pater diligit Filium, & omnia demonſtrat ei, quæ

Sumitur igitur practicè: ſed quo ſenſu, loci circumſtantiæ aperient. Diſputabat Chriſtus cum Iudæis, qui ipſum accuſabant, quòd doctrinæ Moſaicæ contrariaretur. Proculdubio igitur tam perſonarum, contra quas agebat, quàm rei demonſtrandæ rationem habuit: adeòque non ſolùm argumenta ſua contra eos ex Vet. Teſt. petiit, ſed ea quoque veteris fœderis phraſibus expreſſit. Reſpexit igitur Exod. 25. 40. *Et vide, & fac ſecundùm exemplar illorum, quod tu videre factus es in hoc monte,* quod Apoſtolus interpretatur, Heb. 8. 5, *vide ut facias omnia ad exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte.* Chriſtus ergo hoc innuit: ſicut Deus Moſi doctori veſtro priùs omnia facienda in monte oſtendit, tum verbis præſcripſit, ſic quoque Pater cum Filio omnia ſua opera communicavit; eaque in lege Moſis indicavit: ita ut, ſi ejus facta & doctrinam cum doctrinâ Moſis contuleritis, certò cogerituri ſitis, quòd Pater nihil faciat quod Filio non oſtendat; quòdque Filius nihil aliter faciat quàm eum facturum Deus in Lege Moſis revelaverat. Verùm nondum omnem vocis δεικνύειν emphaſin evolvimus. Licèt enim ad prædicta loca Chriſtus reſpiciat, tamen tantum inter monſtrationem Moſi & ipſi factam diſcrimen ſtatuendum eſt, quantum & vox Filii clariſſimè indicat: & Apoſtolus *Heb.* 3. 2, 3, 4: & 8. 6, paulo antè citato, docet. Accedit quòd, ut paulò antè vidimus, hæc monſtratio præter notificationem actualem, operationem quoque includat. Quare hæc omnia erunt comprehendenda: nimirum con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

conſilii communicatio, ejuſdem communicationis revelatio, ac actualis cooperatio: ſeu conſilii, voluntatis, facultatis ac operationis in Vet. Teſt. prædicta conjunctio. Monſtratio igitur hîc nihil eſt aliud, quàm Patris, ut ſocii æqualis, ordine tamen primi, cooperatio, & quidem in Scripturis prædicta. Viſio autem eſt Filii, ut ſocii æqualis, ordine tamen ſecundi, cooperatio, itidem in Scripturis prædicta ac præfigurata. Pater enim ratione originis, ac modi agendi in Scripturâ ut proponens, Filius ut Conſiliarius deſcribitur. Hujus monſtrationis ac viſionis nobiliſſimum exemplum habemus Geneſ. 1. 26. ubi Pater introducitur loquens: *Poſtea dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem noſtram, ſecundùm ſimilitudinem noſtram.* Addimus autem in *Scripturis prædicta*: quia ſecùs obſcurum per æquè obſcurum probâſſet Chriſtus. At diligens diſputationum Chriſti analyſis oſtendit, quòd ſemper argumentis re demonſtrandâ notioribus utatur. Itaque ſecundi argumenti propoſitio hæc eſt: Si Pater in omnibus, quæ ipſe facit, cum Filio cooperatur, ut ex Scripturis, ſi eas ſcrutemini, diſcere poteſtis, ſequitur, quòd omnia quæ Pater facit, Filius faciat: & quidem ſimiliter. Si enim monſtrat Filio, monſtrat ut faciat: iterum ſi ea monſtrat Filio, Filius ipſi non repugnat faciendo. Tertium Chriſti argumentum eſt: Si majora his, quæ ego jam facio operibus, Pater monſtrabit Filio, & quidem tantò majora, ut vos, pertinaciſſimi mei adverſarii, ea ſitis admiraturi, ſequitur, quòd quæcunque facit Pater ea quoque Filius quæ ipſe facit, *quaſi dicas, & ideò, quia nimirum diligit Filium, omnia, quæ ipſe facit, demonſtrat ei, ut quivis per ſe ipſum cernit. Quicquid autem ex ſua erga quempiam dilectione facit Deus, id ex voluntate libera facit: quod neceſſariò facit, ita ut non poſſit non facere, non ex dilectione facit. Denique cùm Pater dicitur omnia demonſtrare Filio, & quidem ex ſua erga ipſum dilectione; apparet tum, cùm demonſtravit, Filium jam extitiſſe, eumque ſpectatum, tanquam jam genitum, non tanquam eum, qui eo ipſo demum actu generetur. Atqui in iſta generatione, non ſpectatur Chriſtus tanquam jam genitus; (aliàs non generaretur:) ſed tanquam is, qui eo ipſo demum actu producatur. Quare iſta demonſtratio per generationem illam facta non eſt.*

Quod ad poſteriorem reſponſionem attinet, quæ diſtinctione naturarum in Chriſto, vim argumenti noſtri effugere conatur; quia eâ creberrimè utuntur adverſarii, ideo ſemel aliquantò diligentiùs eſt examinanda, ut lector in cæteris, ubi eadem occurrerit reſponſio, huc remitti poſſit. Quia verò adverſarii vulgò cenſent, ſe diſtinctionis illius, ac porrò etiam reſponſionis ſuæ auctores habere Apoſtolos, qui nonnulla Chriſto ſecundùm carnem *competere dicunt, ideo primùm, quantopere in eo fallantur adverſarii, oſtendemus. Deinde docebimus,* [Diſtinctio naturarum in Chriſto examinatur.]

mus, diſtinctionem illam ad argumentum noſtrum, ex loco Ioh. 5. 19. *petitum, aliaque ſimilia diſſolvenda, nullum afferre momentum. & denique hoc ipſum, quòd Chriſto ſecundùm humanam naturam alia competere, alia non competere vulgò dicantur, adverſariorum de Chriſto ſententiam evertere demonſtrabimus.*

*Vt ergo id, quod primo loco propoſuimus, expediamus; locorum, in quibus adverſarii vulgò exiſtimant, ſuæ ſe diſtinctionis exemplum habère, primus extat Act.*2.30. *ubi Petrus ait, Deum juraſſe Davidi, ſe* de fructu lumbi ejus ſecundùm carnem (*ſic enim habent codices Græci*) ſuſcitaturum eſſe Chriſtum. *Secundus locus extat Rom.* 1. 3. *ubi ait Paulus, Filium Dei* eſſe factum ex ſemine Davidis ſecundùm carnem. *Tertius eſt cap.*9. *ejuſdem epiſtolæ v.*5. *ubi dicitur, Chriſtum* eſſe ex Patribus ſecundùm carnem. *Cenſent autem adverſarii* ſecundùm carnem *eſſe* ſecundùm humanam naturam, *& huic diſtinctionis membro tacitè opponi illud,* ſecundùm divinam naturam: *præſertim quia Paulus, poſtquam in loco iſto Rom.*9. *dixiſſet, Chriſtum eſſe ex Patribus ſecundùm carnem, hæc apponit verba,* qui eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula; *ubi non obſcurè ſuppeditare videtur alterum diſtinctionis iſtius membrum, nempe* ſecundùm divinam

Filius faciat, & quidem ſimiliter. Conſequentia eſt optima: tum quia præſentia opera erant planè divina; tum quia ſequentia illa opera ſunt ſummum divinæ ſapientiæ, potentiæ, clementiæ, ac juſtitiæ ſpecimen. Minorem iterum probat in verſibus ſequentibus: quorum analyſi ob nimiam prolixitatem hîc ſuperſedemus. Breviter: Chriſtus ita rationes ſuas continuo ductu ac quaſi catenatim connectit, ut illæ & proximas, & medias, & denique primò propoſitas theſes mirificè explicent, probent, ac amplificent. Redeamus jam ad argumentum adverſarii; & oſtendamus, quàm aliena ſit ipſius interpretatio, noſtra verò quàm conſentanea. *Ex ſe ipſo aliquid facere*, inquit, *eſt, propriâ, & non aliunde acceptâ potentiâ, ſapientiâ, auctoritate operari. Vnde conſequitur, Aliquid facere ſi Patrem facientem viderit, eſſe non propriâ, ſed à Patre accepta potentiâ, ſapientiâ, auctoritate id facere.* Antequam hanc explicationem refutemus, diligenter obſervandum eſt, malè adverſarium ſapientiam propriam opponere ſapientiæ à Patre acceptæ. Ac primò ſi vera eſt interpretatio adverſarii, Chriſtus plane nihil ad rem dixit. Quæ, quæſo, inter hæc duo convenientia: Pater meus uſque adhuc operatur, & ego etiam operor: Ego ſum proprius Patris Filius: Ego jure me facio æqualem Deo: Et; Amen Amen dico vobis, Filius non poteſt propriâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate aliquid facere. Sanè ſi hic fuit ſenſus Chriſti, non reſpondit Iudæorum furori, ſed ſuum de perfectione ſuâ teſtimonium, prorſus negavit, atque reſorbuit. Deinde ineptè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ineptè ſe defendit Chriſtus? Quid enim? Putabantne Iudæi quòd ipſe propriâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate illa miracula faceret? Nonne credebant, imò apertè ipſi objiciebant, quòd Beelzebubis auxilio ea ederet? Quid igitur tantâ aſſeveratione ejus rei opus erat, quam adverſarii urgebant, quæque theſin probandam evertebat. Tertiò ineptiùs hanc ſuam doctrinam probat Chriſtus. Quæ enim ſequela? Si omnia quæ Pater facit, Filius etiam ſimiliter facit: ergo filius nihil facit propriâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate. An Rex non facit propriâ potentiâ ac poteſtate regiam, cujus ideam ab architecto vidit? Quartò longè pejus congruunt ſequentia: Pater amat Filium: ergo Filius nihil facit propriâ potentiâ, ſapientiâ ac auctoritate: ſicut Pater excitat mortuos & vivificat, ita & Filius quos vult vivificat: Pater omne judicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium ſicut honorant Patrem: Filius habet vitam in ſe ipſo. Quomodo, inquam, hæc cum gloſsâ tuâ cohærent? Quintò ſi non fallit nos adverſarius, mentitus fuit Chriſtus, quando Ioh. 10. 18. dixit: *Nemo tollit eam*, animam, *à me: ſed ego depono eam à me ipſo* ἀπ' ἐμαυτοῦ. Si nihil facere potuit propriâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate, quomodo hoc ſummæ libertatis ſpecimen à ſe ipſo edidit? Sextò optimum hujus phraſeos interpretē audiamus Chriſtum: v. 30. *Non poſſum ego*, inquit, *à me ipſo facere quidquam*. Quare? *Prout audio, judico: & judicium meum juſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit, me, Patris*. Clarius Ioh. 7. 17. *Si*

nam naturam. *Sed quantoperè adverſarii in diſtinctionis illius, quâ utuntur Apoſtoli, ſenſu fallantur, ex eo apparet, quòd cùm in ſacris literis non rarò verba illa* ſecundùm carnem *occurrant, nuſpiam tamen opponantur illis* ſecundùm divinam naturam; *ſed ſemper illis* ſecundùm ſpiritum, *quæ longè alium habent ſenſum. Sic Paulus, (ut ea tantùm percurramus loca, quæ ad rem noſtram propriùs accedunt,) in eadem ad Roman. epiſtola c. 4. 1. ait:* Quid ergo dicemus inveniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundùm carnem? *Sic enim rectè, ſi ſententiam ſpectes, Vetus interpres verba ordinavit. Vbi vides, Paulum dicere, Abrahamum eſſe ſuum, uti & cæterorum Iudæorum,* patrem ſecundùm carnem: *id quòd nemo non videt eſſe ſimile illi, quòd Chriſtus* ſecundùm carnem *ex fructu lumbi Davidis ſuſcitatus, aut ex ſemine Davidis factus, aut ex patribus eſſe dicitur. Vocat autem Paulus Abrahamum ſuum cæterorumque Iudæorum patrem* ſecundùm carnem [a], *ut indicet, ſe eum hîc non conſiderare ut patrem ſpiritualem. Etſi enim Abrahamus ſpiritualis quoque pater erat Apoſtoli, non tamen cæterorum generatim Iudæorum, cum quibus ſe hoc loco conjungit Apoſtolus. Docet enim tum eodē cap. infra, tum* [b] *alibi, atque adeo etiā* [c] *c. 9. hujus epiſtolæ, Abrahamum credentium tantùm*

[a] v. 11.
[b] Gal 1. 7.
[c] v. 7. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

verum eſſe patrem, & hos demùm verum eſſe Abrahami ſemen, ad quod ſpirituales Dei promiſſiones ſpectent. Eodem *pacto* [a], *cap.* 9. *Roman. ubi Chriſtus dicitur eſſe* ex patribus ſecundùm carnem, *paulò antè v.* 3. *vocat Apoſtolus Iudæos* cognatos *ſuos* ſecundùm carnem, *opponens illos tacitè cognatis ſpiritualibus, ſeu ſecundùm Spiritum. ſic & 1 Cor.* 10. 18, *jubet videre* Iſraëlem, *hoc eſt, Iſraëliticum populum* ſecundùm carnem, *itidem cum Iſraëli ſecundùm Spiritum, hoc eſt, populo Chriſtiano, opponens. Populus enim Chriſti eſt verus ac Spiritualis Dei Iſraël, Roman.* 9. 6. *Gal.* 6. 16. *Sic in 2 Cor.* 5. 16. *ait, ſe nunc* neminem noſſe *(hoc eſt, æſtimare ac probare)* ſecundùm carnem, *& ſi noverit aliquando* ſecundùm carnem Chriſtum, *nunc jam non ampliùs noſſe. ubi itidem* ſecundùm carnem, *tacitè opponitur ei, quod eſt* ſecundùm ſpiritum, *& vel in Chriſto, vel in iis, qui ſunt in Chriſto, ſpectandum eſt. Illuſtris etiam eſt locus Gal.* 4. *ubi unus Abrahami filius, nempe Iſmaël, dicitur* natus ſecundùm carnem, *v.* 23. 29. *alter verò, nempe Iſaacus,* ſecundùm ſpiritum, *v.* 20. *non certè ſecundum divinam naturam; ſed divina virtute, quæ ob promiſſionem divinam antegreſſam, ad nativitatem ejus perficiendam intervenit. confer v.* 23, 28. *& Rom.* 9. *v.* 8, 9. *licèt*

a v. 3.

Si quis voluerit ejus voluntatem exſe qui, cognoſcet de doctrinâ, utrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Qui à ſemet ipſo loquitur, gloriam propriam quærit. & Ioh. 8. 18. *Tunc cognoſcetis me eum eſſe, & à me ipſo nihil facere, ſed prout docuit me Pater hæc loqui.* Ex quibus ac ſimilibus locis totoque contextu clariſſimum evadit, phraſin *à ſemet ipſo aliquid facere* hîc non ſignificare, propriâ & non aliunde acceptâ, potentiâ, ſapientiâ, auctoritate operari: ſed pſeudoprophetam ac mendacem legatum agere: aliter nuntiare quàm audiverit, id eſt, legans velit: non legantis voluntati obſequi, ſed contra eam ſuæ indulgere: non legantis honorem, ſed cum ejus ignominiâ ſuum quærere: non ex Deo loqui, ſed falſa ex proprio cerebro fingere: denique non ſalutarem Moſis doctrinam explicare ac implere, ſed eam funditus evertere. Quod Syrus interpres bene innuit, cum vertit, ἀφ' ἑαυτοῦ, מִן צְבוּת נַפְשֵׁהּ, *ex voluntate animæ ſuæ*; ſcilicet prout Iudæi id exiſtimabant; id eſt ex petulanti ac impiâ contra Deum libidine. *Facere* autem *ſicut viderit Patrem facientem*, nihil aliud eſſe quàm intimè ac inſeparabiliter unà cum Patre operari, in conſiliis, voluntate, factis, ac ſcopo ad amuſſim cum ipſo convenire ac concordare: uno verbo, in nullo planè ab ipſo diſſentire.

Nunc aliorum reſponſiones ab adverſarii injuriis vindicemus. Prima quidem reſponſio, quòd Filius operandi potentiam à Patre per æternam generationem acceperit, vera eſt; ſed non genuina in hoc loco. Nam Chriſtus calumniam Iudæorum hîc à ſe removet. Deinde nec diſpu-

diſputationis circumſtantiis, nec Chriſti argumentis hæc explicatio quadrat. Rectiſſimè tamen ex iis loquendi modis, qui de Chriſto hîc uſurpantur, colligitur: cùm illorum ſit fons, & radix. Contradictionem autem nullam involvit. Licèt enim Filius à Patre potentiam accipiat, manet tamen ſupremus Deus, & prima cauſa: quia eam ſine omni imperfectione accipit. Æternam autem generationem qui contradictionis arguit, quid æternitas & duratio permanens ſit ignorat. Nec ideo Chriſtus à ſe ipſo genitus eſt: quia non quoad eſſentiam, ſed quoad perſonam genitus eſt.

Fatemur quòd hæc prima explicatio contextui non congruat. Hinc tamen minimè ſequitur, adverſarii interpretationem eſſe veram: cùm paulò antè oſtenderimus, *à ſe ipſo aliquid facere*, eſſe, Patri contraria facere. Nec comparat hîc Chriſtus Patrem artifici cuidam, qui oſtendendo efficiat, ut Filius idem facere poſſit: vel dando demonſtret: aut demonſtrando det: nec ſe ipſum Filio, qui Patris opera propriè imitetur; quique videndo potentiam, ſapientiam ac auctoritatem recipiat. Nam qui alium imitatur, non operatur cum illo quem imitatur, ſed operatur poſt illum: neque facit planè eadem opera, ſed alia ſimilia faciendo priora quaſi repetit; alia nimirum, vel quoad totum, vel quoad partem. At utrumque ſibi attribuit Chriſtus; nimirum quòd ipſe uſque adhuc unà cum Patre operetur, *v.* 18. quodque eadem quæ Pater facit ipſe faciat, *v.* 19. Et, ſi Pater demonſtrando Chriſto operandi

idem Iſaacus; *ſi generatio ejus cum ſpirituali Chriſtianorum generatione, non cum Iſmaëlis ortu conferatur*, *jure* ſecundùm carnem *facta dici queat. Sic &* domini ſecundùm carnem, *ſunt domini* carnales, *ut vetus habet interpres, Col.* 3. 22. *hoc eſt, tales qui in rebus ad carnem tantùm & terrenam hanc vitam ſpectantibus, imperandi jus habent, in rebus ſpiritualibus haudquaquam. Et ne quis effugii pateat locus, ille ipſe locus Rom.* 1. 3, *quem adverſarii pro ſe militare putant, ſententiam noſtram confirmat. Ita enim ait Apoſtolus:* qui (*Filius Dei*) factus eſt (*vulgata addit* ei) ex ſemine David ſecundùm carnem; qui prædeſtinatus (*Gr.* definitus *ſeu* conſtitutus eſt) Filius Dei virtute ſecundùm Spiritum Sanctificationis, ex reſurrectione mortuorum. *Vides, verbis illis* ſecundùm carnem, *opponi illa,* ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, *hoc eſt, quo ſanctificatus fuit Chriſtus; eſſeque ſermonem de ratione, quâ Chriſtus fuerit Dei Filius definitus* ex reſurrectione mortuorum. *qua de re plura dicemus infrà cap.* 31. Secundùm Spiritum *autem nuſpiā ſignificat* ſecundùm divinā naturam; *nec uſpiam* ſpiritus *vox ſubjectivè poſita, ſive ſola, ſive cum adjectione aliqua, naturam ſeu eſſentiam divinam denotat: & vel ſola* Sanctificationis *vox, ei hoc loco*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

loco appoſita, quemvis monere poteſt, de Spiritu potius Sancto, virtuteque divina, quâ & reſuſcitatus fuit Chriſtus, & in Regem populi divini cœleſtem unctus, adeòque Filius Dei κατ᾽ ἐξοχὴν *conſtitutus, ſermonem eſſe. Videbimus enim infrà cap.* 31, *in ſac. literis ſæpe pro eodem ſumi, eſſe Chriſtum, ſeu Regem illum à Deo unctum, & eſſe Dei Filium. Ex quo intelligi poteſt & alter in eadem epiſtola locus cap.* 9. 5. *Quo enim pacto Chriſtus eſt Dei Filius perfectiſſima ratione ſic dictus, eâdem & Deus eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.* Conſtitutus *autem* eſt, *ut vidimus*, Dei Filius in virtute ſecundùm Spriritum Sanctificationis, ex reſurrectione mortuorū. *Quare & Deus ſuper omnia benedictus in ſecula. Et ſanè cùm verba* ſecundùm carnem, *præcedentibus annexa, omnino poſtulare videantur, ut tacitè alterum diſtinctionis membrum in ſequenti membro ſubintelligatur; non eſt difficilè videre, potiùs id eſſe ſubaudiendum, quod nos volumus, quàm quod ex adverſariorum ſententia eſſet apponendum. Ineptè enim ſubaudirentur verba* ſecundùm divinam naturam. *Ita namque cenſendus eſſet Apoſtolus dicere:* qui ſecundùm divinam naturam eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula. *Atqui cùm divinam naturam ſive eſſentiam commemoraſti, jam reyera commemora-*

randi facultatem dat, non monſtrabit ipſi majora. Nam & potentiam, & ſapientiam, & auctoritatem majora iſta opera faciendi jam tum dederat: ut liquet ex *v.* 21, 25, 26, 27. Si jam tunc erat hora, in quâ Filius quoſdam vivificabat: vivificatio autem erat inter majora illa opera, utique jam tum, cùm adhuc monſtraturus, erat, pleniſſimam facultatem ei dederat. Præterea ex bellâ hâc explicatione ſequitur, Chriſtum agere antequam potentiam agendi accipiat; vel ſaltem eo ipſo, quo agit, eum accipere agendi potentiam. Etenim operando Pater ipſi monſtrat: id eſt juxta mentem adverſarii, dat, vel, ut is quoque idem facere poſſit efficit. At idem opus facit, quod videt Patrem facientem. Ergo neceſſariò quoque agit tum, cùm Pater agit. Ergo eo ipſo, quo agit, potentiam agendi accipit. Confert autem Chriſtus ſe ipſum cum Filio, qui eſt Patris ſocius, ac Legatus, cum quo Pater omnia conſilia, omnia facta, omnemque gloriam perfectè communicat: & quidem eo fine, ut eodem honore quo ipſe etiam Filius afficiatur: adeòque Pater Filium, & viciſſim Filius Patrem glorificat: qui Filius ſuis ſapientiſſimis operibus eandē, quam Pater habet ſapientiam, potentiam, ac majeſtatem exprimit, ac exercet. Omnes enim phraſes hîc uſurpatas practicè intelligendas eſſe res ipſa docet. Sed argumentum, quo adverſarius oſtendit hanc demonſtrationem non fieri per æternam generationem putamus eſſe firmum. Nec videmus quare Chriſtus propoſitum ſuum per rem æquè obſcuram, ſi non obſcurio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

riorem, demonſtrare voluiſſet. Falſum autem eſt, quòd Chriſtus aſſerat, Patrem ſibi majorum operum patrandorum facultatem adhuc daturum. Eam jam pleniſſimè poſſidebat: licet eâ non in omnibus pro divinâ ſuâ ſapientiâ adhuc uteretur. Audax enim eſt ſophiſma, quo *data eſſe* hîc per *datum iri* contra univerſum contextum, aliaque diſerta Scripturæ loca, interpretatur. Nihilo melior eſt verborum ὅτι ὑιὸς ἀνθρώπȣ ἐςὶ, per, *quia Filius hominis eſt*, verſio. Nam ſi ideò Pater poteſtatem judicium exercendi Chriſto dedit, quia Filius hominis eſt, ſequitur quòd omni filio hominis hæc poteſtas competat. Cui enim competit cauſa, eidem etiam effectus competit. Non igitur hîc poteſtatis cauſa, ſed ſubjectum indicatur, & rectè ὅτι per *quatenus* vertitur. Quod & omiſſio articuli ante verba *Filius hominis*, & copula καὶ confirmat. Verùm diſplicet hæc verſio adverſario; quia duas naturas in Chriſto clariſſimè evincit. Si enim nullam aliam quàm humanam naturam habuiſſet Chriſtus, planè inſipida fuiſſet propoſitio. Cæteroqui Pater omninò neceſſariò operandi facultatem dedit Filio: ſed accuratè obſervandum eſt; hoc eſſe intelligendum de facultate operandi naturali, & quidem in ſe ſpectatâ, non verò de facultate œconomica, vel etiam naturali, ratione quorundam objectorum, quæ liberè ab illâ naturali facultate producuntur. Sicut enim Pater neceſſariò & ab æterno facultatem creandi habuit, liberrimè tamen creavit; ſic quoque Filio neceſſariò & ab æterno eandem facultatem communi-*moraſti id, quod adjicitur. At ceſſat abſurditas, ſi id ſubaudias, quod Apoſtolum cap.* 1. *ejuſdem epiſtolæ expreſſiſſe vidimus, nempe* ſecundùm Spiritum Sanctificationis. *Taceo, quòd nec Petrus in tota illa oratione ſua, in qua aſſerit, Deum juraſſe Davidi, ſe de fructu lumbi ejus ſuſcitaturum Chriſtum ſecundùm carnem, quicquam huic reſpectui* ſecundùm carnem *opponat, quod divinam in Chriſto eſſentiam arguat; ſed reſurrectionem atque exaltationem Chriſti divina virtute perfectam, quâ Dei filius perfectiſſima ratione evaſit, uti ex parte jam vidimus, & pleniùs ſuo loco docebimus. Quare nihil eſt in illis locis, quod diſtinctionem illam adverſariorum ſtabiliat. Quòd ſi in illis nihil eſt, quod eam ſtabiliat, licet inter cætera eam vel maximè videantur confirmare; jure concludi poteſt, nec alibi quicquam eſſe in ſacris literis, quod eam ſtabiliat: ac porrò eam non debere adhiberi ad tot ſacrarũ lit. loca, de Chriſto ſimpliciter loquentia, reſtringẽda, & à ſimplicitate ſententiæ deflectenda.*

Sed jam ad id accedendum eſt, quod ſecundo loco nobis probandum ſumſimus, nempe diſtinctionem illam ad argumentum noſtrum ex loco Ioh. 5.19. *ductum, aliave ſimilia infringenda, nullum afferre momentum. Nam primùm conſuetudo loquendi nequaquam fert, ut quod de toto aliquo ſimpliciter dici poſſit*

ac debeat, de eodem ſimpliciter negetur, etiamſi ea res toti illi ſecundùm unam tantùm partem inſit, ſecundùm alteram non inſit. Quis enim verbi gratiâ hominem ſimpliciter neget edere, bibere, aut carneum, craſſum, procerum, aut humili ſtatura eſſe, quia anima ejus, aut ipſe ſecundùm animam, non edat, non bibat, carneus, craſſus, procerus, aut contrà brevis ſtaturæ non ſit? licet anima potior hominis pars ſit; illa autem homini ſecundùm corpus tantùm competant. At ſi Chriſtus Deus ille ſupremus eſt, de eo ſimpliciter aſſerendum eſt, eum omnia à ſe ipſo facere poſſe, uti anteà eſt oſtenſum; nec adverſarii, qui verba illa Chriſti, de quibus agimus, de eo ſecundùm humanam tantùm naturam intelligenda eſſe dicunt, diffitentur, imò urgent potius. Neque enim minùs ſimpliciter ſolent de Chriſto id affirmare, quod ei ſecundùm naturam multò potiorem ineſt, quàm negare, quod ei ſecundùm inferiorem non ineſt. Quare ſi Chriſtus ſupremus Deus eſſet, non poſſet de eo ſimpliciter, ſeu nulla addita limitatione, certæque naturæ reſpectu expreſſa, negari, eum quicquam à ſe facere poſſe. Cum ergo negetur; apparet, eum Deum illum ſupremum non eſſe. Quò accedit, quòd hoc loco Chriſtus Filii nomine deſcribatur, idque reſpectu Dei. Hanc autem deſcriptionem adverſarii plærique ad ſolam divinam Chri-

municavit: is tamen eâ utitur cùm libet. Porrò abſurdiſſimus eſt error, adverſarius quòd exiſtimat, nihil quod à liberâ Dei voluntate pendet, æternum eſſe poſſe. Hinc enim ſequitur, Deum ab æterno fuiſſe vel incogitantem, vel ignorantem; Deum ab æterno nihil potuiſſe decernere: adeòque & plurimas, & maximas perfectiones in tempore, Deo intrinſecè acceſſiſſe. Quæ omnia adeò rectæ rationi adverſantur, ut notitias humanæ menti inſitas penitùs evertant: ſicut alibi perſpicuè oſtendetur. Patrem Filio liberè hæc demonſtrâſſe concedimus: ſed facultatem dare, & demonſtrare unum idemque eſſe, negamus. Liberè extra ſe agit Pater, ſed ſi agat naturæ neceſſitate, cùm Filio agit. Falſum quoque eſt, quòd id quod neceſſariò facit, ita ut non poſſit non facere, non ex dilectione faciat. Eſt enim, ut notiſſimum eſt, quidam in Deo amor naturalis ac neceſſarius. Exiſtimamus tamen, quòd hîc Chriſtus non tàm de æterno illo amore, quàm de ejus externâ demonſtratione agat: ut ſuprà in analyſi vidimus. Verum quoque eſt, quòd in iſtâ demonſtratione Filius ſpectetur ut genitus: ſed hinc malè concluditur, quòd actu non generetur adhuc. Admodùm ſanè imperita eſt hæc de æternitate diſſertatio: nec videtur intelligere adverſarium quid ſit æternus & indiviſibilis actus. Etſi igitur iſta demonſtratio per æternam generationem facta non ſit, tamen ſine illâ fieri nec potuiſſet, nec debuiſſet.

Aggreditur jam diſtinctionem naturarum in Chriſto, quâ everſâ funditùs ruit uni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

univerſum pietatis myſterium; conaturque probare primò, diſtinctionem illam nullum in Scripturis habere fundamentum: deinde illâ diſtinctione præſens argumentum non ſolvi: denique hanc ipſam diſtinctionem orthodoxam de Chriſto ſententiam evertere. Videamus ſingula.

Toties autem & tàm clarè duarum in Chriſto naturarum diſtinctio in ſacris literis indicatur, ut innumera Scripturæ loca nec intelligi, nec inter ſe ullâ ratione ſine eâ conciliari queant: ut mirari non debeamus, adverſarios adeò in veteris & novi fœderis explicatione cæcutire, cùm hâc ſcientiæ clave deſtituantur. Nobis hâc vice ſufficiet, citata loca à corruptelis vindicare, alibi eam rem pro merito vel potius pro virili noſtrâ tractaturis. Nam accuratè notandum eſt, nós non præcisè his phraſibus *ſecundùm carnem*, vel *ſecundùm ſpiritum*, ſed potiùs contextu, locorumque circumſtantiis niti. Etenim particulæ limitantes nunc ſubjectum ſeu partem antecedentem, nunc prædicatum ſeu partem conſequentem propoſitionis reſpiciunt. Iterum vel verbis generalibus concipiuntur, ita ut aliis quoque rebus eædem applicari queant: vel ſpecialibus, quæ ex ſpeciali rerum naturâ, puta cauſis, adjunctis, vel partibus ſumuntur. Illæ ſemper afficiunt prædicatum: hæ aliquando ſubjectum, aliquando prædicatum. Cùm autem phraſes *ſecundùm carnem*, & *ſecundùm ſpiritum*, admodùm ſint ambiguæ; & jam cauſam, jam adjuncta, jam verò partes indicent; & aliquando ſubjectum, aliquando prædica-

Chriſti naturam, omnes ad eam præcipuè referunt. Quare tantò minùs eſt credibile, de eo hîc ſimpliciter negatũ eſſe, quod ei ſecundùm divinam naturam inſit, ac porrò de Filio Dei ſimpliciter dici & poſſit, & debeat. Certe id perinde foret, ac ſi diceres, Hominem, aut ſubſtantiã mente præditam, non poſſe intelligere, ratiocinari, meminiſſe, quia ſecundùm corpus iſta non poſſit.

Verùm adverſus id, quod diximus, nonnulli ex adverſariis afferre illud ſolent, hominem ſecundùm animam eſſe immortalem vel incorruptibilem, & tamen ſimpliciter negari, eum eſſe immortalem vel incorruptibilem. Sed animadvertendum eſt, nos de illis loqui attributis, quæ & poſſint, & ſoleant, vel etiam debeant, de toto ſubjecto ſimpliciter, ac ſine limitatione efferri, licèt uni tantùm ejus parti primò & per ſe inſint, toti autem non niſi conſequenter. At immortale vel incorruptibile eſſe, ut ipſi adverſarii unà nobiſcum fatentur, non effertur de toto homine ſimpliciter & abſque limitatione: nempe quia totum hominis compoſitum diſſolvi, & ſic mori & corrumpi videmus, utut Spiritus ſuperſtes maneat. At iidem adverſari contendunt, ut omnia, quæ humanitati Chriſti competunt, attributa, de Chriſto ſimpliciter, ac ſine limitatione ſolent efferri, verbi gratia, quòd ſit conceptus, ex virgine natus, paſſus, mortuus, ſepultus, reſu-

reſuſcitatus, & quæ ſunt his ſimilia: ita enim omnia divinæ naturæ attributa. Itaque ut Deum ſimpliciter eſſe aſſerunt, ita eundem ab æterno extitiſſe omnipotentem, omniſcium, immenſum, creatorem cæli & terræ eſſe, ſimpliciter & abſque limitatione aſſernnt, &, ſi ſibi conſentire velint, aſſerere coguntur. Nonnulli illud Pauli[a] *aſſerunt, ubi aſſerit, ea, quæ operetur, mala, non ſe operari, ſed peccatum, quod in ipſo habitet: ubi putant, id, quod de toto ſimpliciter enuncieter, de eodem ſimpliciter negari, quia alteri parti non inſit. Itaque diſtinctione partium, contradictionem, quæ prima fronte in verbis illis apparert, tollendam eſſe. Sed non parum falluntur. Neque enim iſtic à Paulo diverſarum in eodem ſubjecto partium habetur ratio, quaſi ſecundùm unam partem ſubjecto res tribuatur, ſecundùm alteram eidem adimatur.*

[a] Rom. 7. 17.

Non iſtud, inquam, ibi fit: ſed attributum idem per elegantem antanaclaſin, nunc laxius, nunc ſtrictiùs nempe per quandã ἐξοχὴν, ſumitur; & laxiùs quidem ſumtum, ſubjecto tribuitur; ſtrictiùs autem acceptum, de eodem toto, quantum quantum eſt, negatur, & non alteri ſubjecti ejuſdem parti, ſed alteri ſubjecto tribuitur, ut locus ipſe oſtendit. Homo enim à Paulo, ſub ipſius perſona deſcriptus, mala illa operari dicitur. propriè ac laxe ſumto operandi *verbo: idem autem*

dicatum propoſitionis afficiant; neceſſe eſt, ut inſtantiæ ſimiles, non verò diſſimiles, ab adverſario adferantur: ſecùs nihil contra nos concludet. At quàm longè diſſimilia & nihil planè ad rem pertinentia loca adducat, ipſorum collatio manifeſtè docet. Primus locus Actor. 2. 30, 31. ſic ſe habet. *Propheta igitur cùm eſſet, & ſciret, Deum jurejurando ſibi juràſſe, fore, ut ex fructu lumbi ipſius, quod ad carnem attinet, Chriſtum excitaret, quem collocaret ſuper ejus throno: præſcius locutus eſt de reſurrectione Chriſti, non derelictam eſſe in ſepulchro animam ejus, neque carnem ejus vidiſſe corruptionem.* Hîc primò manifeſtè apparet, quòd *ſecundùm carnem* non afficiat prædicatum *excitare*: tùm quod articulus τὸ, tùm quod ipſa rei natura, tùm denique quòd tàm antecedentia quàm conſequentia repugnet. Articulum enim τὸ vim relativam hîc exercere nemini poteſt eſſe obſcurum. Rei quoque naturam non ferre, ut ad prædicatum pertineat, patet: quia aliâs ſenſus eſſet hic: fore, ut ex fructu lumbi ipſius Chriſtum carnaliter excitaret: vel fore ut ex fructu lumbi ipſius vi carnis Chriſtum excitaret. Nam cùm ejuſmodi limitationes prædicatum modificant; vel cauſas ejus, vel modum exprimunt, ut exponenti, ac inductionem facienti conſtare poteſt. At uterque ſenſus Scripturæ apertè refragatur. Ipſa enim diſertè teſtatur, quòd non naturaliter, ſed vi Spiritus ſancti miraculoſâ Chriſtus ex Mariâ virgine natus fuerit. *Matth.* 1. 18, 20. *Luc.* 1. 35. Antecedentia denique & conſequentia has interpretationes planè repudiant: cum eas nec cau-

cauſa materialis expreſſè poſita, *ex fructu lumbi ipſius:* nec ſubjectum *Chriſtus*, nec vox *excitare* admittant. Quam inſulſa enim ſunt hæc omnia? *Deus ex fructu lumborum Davidis, vi carnis, excitavit Chriſtum:* vel, *Deus ex fructu lumborum Davidis, carnaliter excitavit Chriſtum.* Relinquitur igitur, quòd τὸ κατὰ σάρκα, *quod carnem attinet*, determinet ſubjectum, ſcilicet τὸν Χριστὸν, *Chriſtum.* At ſi ſubjectum reſpicit neceſſariò partem aliquam determinat. Nam ſi vel cauſam, vel adjunctum ſeu modum reſpiciat, ſemper refertur ad prædicatum. Videamus jam qualis ſit illa pars. Vel eſt ſubſtantialis, vel accidentalis: tertium non datur. Accidentalis non eſt: partim quia admodum incongruus inde oritur ſenſus, nimirum hic: *Deus ex fructu lumborum Davidis ſecundùm infirmitatem vel fragilitatem Chriſtum excitavit:* partim quia, ſecundùm infirmitatem vel fragilitatem nunquam excitari aliquid dicitur, & quidem à Deo: partim denique quia in eodem verſiculo ἡ σὰρξ, *caro*, ſubſtantialiter, & quidem ita ut corruptio de eâ negetur, accipitur. Planè autem incongruum eſſe præcedentis propoſitionis, & quidem hoc in loco, ſenſum, vel hinc liquet: quòd primariâ & ſubſtantiali parte, quam Chriſtus à Davide habuit, neglectâ, de accidente quodam egiſſet: quod figmentum 2 *Sam.* 7, ubi hæc promiſſio fusè deſcribitur, clariſſimè refutat. Hoc ipſum confirmat conſuetudo Scripturæ, quæ, etſi aliquis ſecundùm ſpiritum accidentaliter ſumtum à Deo generatur, tamen eum ita quoque ex ſuis parentibus natum eſſe pronuntiat: ut videre eſt *Gal.* 4. 24. *Ro.* 9. 8. At cum

tem negatur ea operari, quatenus operandi *verbum ſignificat, primam ac principem operationis cauſam eſſe. Hanc enim non ſe, ſed* peccatum *eſſe, ait. Eodem modo alibi dicit, ſe plus cæteris Apoſtolis* [a] *laboráſſe, non autem ſe, ſed gratiam Dei, quæ ſibi adfuerit. Se laboraſſe affirmat, propriè loquendo: negat idem, quia non fuerit prima & princeps ejus laboris cauſa, ſed Dei gratia, quæ ipſi præſens adfuit. Sic & Chriſtus ait:* [b] Doctrina mea non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. [c] Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. *Etenim doctrina Chriſti, ipſius erat, quia ab eo promulgabatur: non erat, quia ipſe non erat primus illius auctor, ſed is qui ipſum miſerat. In ipſum creditur, quia objectũ eſt fidei: non in ipſum, quia princeps fidei objectum, ultimuſque ſcopus non eſt. hic enim is eſt, qui Chriſtum miſit.*

Quare ut ad locum noſtrum revertamur, neceſſe eſt, ut Chriſtus, cùm ſimpliciter negavit, ſe ex ſe ipſo quicquam facere poſſe, de ſe ipſo toto, quantus quantus eſt, non verò de una tantùm ſui parte, vel de ſe ſecundùm unam tantùm partem, fuerit loquutus. Quod ut adhuc evidentiùs appareat, & regula à nobis antea conſtituta tantò magis confirmetur, illud addendum eſt: Si id, quod de toto abſolutè aſſeri poteſt ac ſolet, de eodẽ toto itidem ſimpliciter & abſ-

[a] 1 Cor. 15. 10.
[b] Ioh. 7. 16.
[c] c. 12. 44.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

abſque ulla limitatione negari poteſt, quia nimirum id ei ſecundùm aliquam partem, utut inferiorem, non inſit; licebit de Chriſto ſimpliciter id, quod nos volumus, nempe eum non eſſe Deum altiſſimum, non extitiſſe ab æterno, non creâſſe mundum; Filium Dei non eſſe incarnatum, aut hominem factum; non fuiſſe antequam ex virgine naſceretur, in cælo; quia nihil horum ei ſecundùm humanam naturam competit. Quin etiam dici poterit, Filium Dei non eſſe Filium Dei, præſertim illum unigenitum, ſi eatenus talis eſſe ſtatuatur, quatenus ex eſſentia Patris ſit genitus, quod ei ſecundùm humanam naturam non convenit. Dicere denique licebit, eum nec conceptum ex Spiritu Sancto, nec natum ex Maria, nec creviſſe, nec ediſſe, nec bibiſſe, nec fleviſſe, non mortuum, non reſuſcitatum, non aſcendiſſe in cælos, non venturum ad judicium, & alia innumera; quia ei nihil horum ſecundùm divinam naturam competat. At prima illa adverſarii non ferunt, cætera nullius Chriſtiani hominis aures ferre poſſunt. Quis ferat ejuſmodi Theologiam, quæ permittit, ut poſſis, Ieſum Filium Dei eſſe, eundemve aliquando mortuum eſſe, & reſurrexiſſe, ſimpliciter negare? Quare ſi hæc & inaudita ſunt, & intolerabilia, cogitandum illis eſt, æque intolerabilem eſſe ipſorum interpretationem, quâ, cùm Chriſtus ſimpliciter

cum hîc diſertè Scriptura reſtringat ſecundùm quid Chriſtus ex fructu lumborum Davids excitatus ſit, neceſſariò ſequitur, eam tacitè negare, quòd ſecundum partem carni oppoſitam ex eo ſit excitatus. Reſtat igitur quod per carnem pars Chriſti eſſentialis intelligatur, quæ nulla alia fingi poteſt quàm humana ejus natura: quæ per carnem ſynecdochicè exprimitur. Non enim ſolum corpus hîc ſignificari, nec ad animæ originem hîc reſpici, ſatis docet, quòd ſecus hæc reſtrictio omnibus ex Adamo natis competeret. Ex quibus omnibus neceſſariò ſequitur, illam quoque partem, quæ carni opponitur, eſſe ſubſtantialem. Cùm enim particularum limitantium officium ſit, ut rem certam determinent, neceſſe eſt ut ubi illæ locum habent, ſit aliqua rerum diverſitas, quæ in illo genere, circa quod limitatio verſatur, conveniant. Cùm igitur hîc determinetur pars ſubſtantialis, *natura humana*, utique ei opponetur altera pars ſubſtantialis, ſcilicet *natura divina*. Oportet enim eam eſſe naturam intelligentem: At non eſt Angelica: nec humana, quia jam illa in oppoſitâ parte continetur. Eſt igitur divina, quæ licet non diſertè hoc in loco ponatur, ſatis tamen perſpicuè innuitur à toto contextu: dum lectorem ad promiſſionem Davidi à Deo factam remittit, dum ipſum Chriſtum vocat, dum ipſum ad dextram Dei collocat: quæ nudæ creaturæ nullâ ratione convenire poſſunt.

Sequitur locus ſecundus, qui clariùs exceptiones adverſariorum refellit: nempe *Rom.* 1.2,3,4. *Quod antè promiſerat per pro-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis. De Filio ſuo (qui ortus eſt ex ſemine Davidis ſecundùm carnem. Declaratus autem Filius Dei potenter ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, per reſurrectionem à mortuis) de Ieſu Chriſto, inquam, *Domino noſtro.* Quibus verbis ſi paulò ante à nobis allata argumenta applicentur, clariſſimum evadet, quòd verba κατὰ σάρκα *ſecundùm carnem*, non prædicatum, ſed ſubjectum, nempe *Filium ejus*, limitent. Accedit quod hîc uſurpetur vox γενόμενος, quam de ſubſtantiali ortu omninò intelligendam eſſe Scripturæ phraſis ſatis indicat. Præterea ponitur hîc apertè alterum diſtinctionis membrum: nimirum *ſecundùm ſpiritum ſanctificationis*: quod non de causâ declarationis, ſed de altera Filii Dei eſſentiali parte accipiendum eſſe, non ſolùm ipſa antitheſis, verùm etiam univerſus contextus docet. Admodum enim à rectâ diſſerendi ratione abhorrêret, ſi primum diſtinctionis membrum de eſſentiali parte Chriſti, alterum de re ab eo planè diverſâ ageret: præſertim cùm repetita præpoſitio κατὰ, *ſecundum*, certiſſimus ſit limitationis index. Quilibet etiam videt, quod ut voci γενομένου, *orti*, vox ὁρισθέντος, *declarati*, ſic verbis ἐκ σπέρματος *ex ſemine*, verba ἐξ ἀναστάσεως, *per reſurrectionem*, adeoque τῷ κατὰ σάρκα, *ſecundum carnem*, τὸ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, *ſecundùm ſpiritum ſanctificationis*, opponatur. *Secundum ſpiritum* autem nuſpiam ſignificare ſecundùm divinam naturam: nec uſpiam *ſpiritûs* vocem ſubjectivè poſitam, ſive ſolam, ſive cum adjectione aliquâ, naturam ſeu eſſentiam divinam denotare, audax quidem eſt, ſed falſum enun-*citer ait, Filium nihil à ſe ipſo facere poſſe, dicunt, eum ſecundùm humanam tantùm naturam de ſe loquutum eſſe; ſecundùm autem divinam naturam eum omnia à ſe ipſo poſſe; unde conſequitur, abſolutè de eo dici poſſe, eum omnia à ſe ipſo facere poſſe non minùs, quàm abſolutè Deus ille ſummus eſſe aſſeritur.*

Deinde vel fatentur ii, cum quibus hîc nobis res eſt, de natura Chriſti divina ſimpliciter, ſeu nulla addita limitatione dici poſſe, eam à ſe ipſa nihil facere poſſe, vel non fatentur. Si fatentur; cur inter humanam & divinam naturam hîc diſtinguunt? cur verba Chriſti, de quibus agimus, non ſecundùm divinam, ſed ſecundùm humanam, de ipſo intelligenda dicunt? Num fortè & divinam naturam ſecundùm humanam nihil à ſe facere poſſe dicent? At quis non videt hujuſmodi loquendi ac limitandi rationem ineptam eſſe? Num tu dixeris, animam hominis ſecundùm corpus vim cogitandi, intelligendi, ratiocinandi in ſe non habere? aut corpus non eſſe carneum, craſſum, procerum aut humile, ſecundùm animam? Et eſto liceat hujuſmodi limitatione expreſsè addita, de anima negare ea, quæ illi revera inſunt, corpori non inſunt; & contrà de corpore, quæ illi inſunt, animæ non inſunt; num protinus ſimpliciter ac ſine ulla limitatione idem facere licebit? Quis

 fando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſando audivit, uni totius alicujus parti ſimpliciter adimi id, quod illi revera ineſt, quia alteri ejuſdem totius parti non inſit? Quomodo ergo divinæ naturæ ſimpliciter adimi poſſet id, quod illi ineſt, nempe à ſe omnia facere poſſe, quia id humanæ naturæ non competat? Iam verò ſi non fatentur adverſarii, poſſe de natura Chriſti divina ſimpliciter dici, eam à ſe ipſa nihil facere poſſe; concidit ipſoſorum de perſona Chriſti ſententia. Etenim ſi Filius Dei eſt perſona ſupremam Divinitatē habens; neceſſe eſt, ut quicquid de ipſo ſimpliciter vel negatur, vel affirmatur, idem quoque de divina ipſius natura ſimpliciter vel negari, vel affirmari queat. Quandoquidem perſona ſupremam Deitatem habens, nil eſt aliud, quàm ipſa natura divina ſubſiſtens, ut non pauci ex adverſa-
a ſect. 1. c. 4. *riis fatentur, & nos libro ſecundo* [a] *docebimus. Cùm ergò de Filio Dei ſimpliciter negetur, eum à ſe ipſo quicquam facere poſſe, idem autem de natura divina ſimpliciter negari nequeat; fatendum erit, Filium Dei perſonam ſupremæ Deitatis non eſſe. Neque verò hujus argumenti vim effugere poſſunt ii, qui perſonam divinam volunt eſſe non naturam divinam, ſed naturæ divinæ ſubſiſtentiam. Nam primùm ex hoc ipſo Iohannis loco evincitur, vel falſam eſſe ipſorum de perſona divina ſententiam, vel Filium Dei perſonam ſuprema divinitate præditam non*

enuntiatum. Aliud loca ſequentia diligenter conſiderata docent, *Marci* 2. 8. 1 *Tim.* 3. 16. *Hebr.* 9. 14. 1 *Pet.* 3. 19. Nos rectiùs pronuntiamus, phraſim πνεῦμα ἁγιωσύνης, præſertim articulo deſtitutam, nuſpiam poni pro Spiritu Sancto: nullâ autem ratione hîc poni poſſe. Etenim ſi Spiritus Sanctificationis hîc pro Spiritu Sancto accipitur, ac proxima declarationis cauſa ſtatuitur, cur opponitur ortui ex ſemine Davidis: cùm notiſſimum ſit, ejus proximum auctorem Spiritum Sanctum fuiſſe. Ingrata quoque hinc orire-tur redundantia: cùm Spiritus Sancti vis non ſolùm in voce δυνάμει, *potentiâ*, verùm etiam in reſurrectione mortuorum ſatis indicetur. Spiritus itaque ſanctificationis nihil eſt aliud quàm divina Chriſti natura, quæ & ſemen Davidis, & omnes pios ſanctificat. Nimirum illius naturam exprimit, qui eſt Sanctus Iſraëlis: quique & à Patre eſt ſanctificatus, & ſe pro alii ſanctificando omnia ſua membra ſanctificat: ut ita Spiritus ſanctificationis hîc non tantum ſignificet eum Spiritum quo Chriſtus ad prorſus divinum officium fuit ſanctificatus, ſed etiam quo alios ſanctificat. Innuitur enim in his verbis occulta quædam relatio tùm ad carnem Chriſti, tùm ad ejus corpus, ſcilicet Eccleſiam cujus ipſe eſt ſanctificatio, 1 *Cor.* 1. 30. Quàm longè autem à veritate abſint ea quæ de conſtitutione Filii Dei per reſurrectionem diſſerit infra c. 31, videbimus. Et licet hîc ſit ſermo de ratione quâ Chriſtus fuerit Dei Filius definitus, id eſt, clariſſimè ac efficaciſſimè demonſtratus: non tamen ſequitur*, per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

per Spiritum ſanctificationis intelligendum eſſe Spiritum ſanctum, qui hujus demonſtrationis cauſa fuerit: cùm illa ratio longè pleniùs exponatur, ſi primò proximum ejus declarationis ſubjectum, nempe *natura divina*: tùm ejus clariſſimum argumentum ac indicium, *reſurrectio ex mortuis*, & quidem talis; tandem ejus modus ac gradus, *in virtute*, oſtendatur.

Pergamus jam ad locum tertium Roman. 9.5. *Quorum ſunt Patres, & ex quibus eſt Chriſtus, quod carnem attinct, qui eſt ſupra omnes Deus laudandus in ſecula, Amen.* Si hîc quoque repetantur argumenta in primo loco allata, liquidò patebit, quòd τὸ κτ̀ σάρκα, *quod carnem attinet*, non determinet prædicatum, ſed ſubjectum; ejuſque partem eſſentialem ſignificet. Quod etiam omiſſio prædicati, ſcilicet vocis *eſt*, confirmat. Rectè itaque facit adverſarius, quod fatetur, verba *ſecundùm carnem* omninò poſtulare, ut tacitè alterum diſtinctionis membrum in ſequenti membro ſubintelligatur: ſed ineptè ſubintelligi verba *ſecundùm naturam divinam*, quâ ratione probat? Quis neſcit, in limitationibus ejuſmodi ſermones non eſſe abſurdos? ut ſi dicam: Homo quâ rationalis, intelligit: homo, quâ animal, ſentit: licèt eo ipſo, quo rationale dico, τὸ, intelligere, & quo animal dico, τὸ ſentire exprimam. Nec tamen diſertè hanc partem expreſſit Apoſtolus, ſed attento lectori ſubaudiendam reliquit: & quidem haud obſcurè: cùm cuivis, etiam rudiſſimo, conſtet, neminem Deum eſſe poſſe niſi divinam naturam ſeu eſſentiam habeat. Neque enim res ſine ſuâ naturâ eſſe poteſt. *non eſſe. Etenim Subſiſtentia nihil operatur, neque à ſe ipſa, neque alio demonſtrante. Natura enim ipſa ſubſiſtens omnia operatur, vel ſuâ, vel aliunde accepta facultate. Subſiſtentia nullam ipſa facultatem habet, nec à ſe, nec ab alio acceptam. Atqui Filius Dei Patre demonſtrante omnia operatur. Quare ſubſiſtentia non eſt. Si Filius Dei ſubſiſtentia non eſt, vel perſona divinitatis ſupremæ non erit ſubſiſtentia, vel Filius Dei perſona ſupremæ Divinitatis non erit. Deinde ſi ſubſtſtentia aliquid operaretur, eo modo operaretur, qui naturæ illi conveniens eſt, cui ineſt, & cum qua re ipſa idem eſt. At natura divina, cui ſubſiſtentia divina ineſt, & cum qua, ut docent adverſarii, re idem eſt, à ſe ipſa operatur, non verò alio demum demonſtrante. Quare & ſubſiſtentia divina ad eum modum operari dicenda eſſet; nec magis ſimpliciter negari poſſet, eam à ſe ipſa operari, quàm de natura divina id queat negari. Adde, quòd non minus ineptè atque abſurdè diceretur, ſubſiſtentiam divinam* ſecundùm humanam naturam *nihil à ſe ipſa facere poſſe, quàm naturam divinam ſecundùm humanam nihil à ſe ipſa poſſe facere.*

Præterea, ſi modo verba Chriſti eſſent reſtringenda, ut volunt adverſarii; Chriſtus ad rem loquutus non eſſet. Apparet enim ex ipſo loco, fatenturque omnes, Chriſtum ad Iudæo-

Iudæorum objectionem reſpondere, & verba illa ſua, Pater meus hucuſque operatur, & ego operor, *ab omni blaſphemiæ atque arrogantiæ crimine defendere velle. Graviſſimi namque criminis loco id ipſi à Iudæis ducebatur: quia hujuſmodi verbis* Patrem proprium diceret Deum, æqualem ſe ipſum faciens Deo, *ut verſ. 18. legitur. Ita enim ratiocinabantur: Qui ſe æqualem Deo facit, is morte piandum admittit ſcelus. At Chriſtus ſe ipſum æqualem Deo facit: quandoquidem Deum proprium dicit Patrem, ſeque in operando ei æquat. In qua argumentatione de Chriſto toto agitur, non de una tantùm ejus natura, præſertim indigniore. Nam nec Chriſtus, cùm aſſeruit*, Pater operatur, & ego operor, *de una tantùm ſui parte, & quidem indigniore, loquutus eſt, ſed de ſe, quâ Filius Dei, atque adeò Deus erat, ut ipſi adverſarii urgent, qui illa etiam v. 18. verba nobis objicere ſolent, ut inde probent, Chriſtum naturâ eſſe Deum; quia & proprium Deum Patrem dixerit, & Deo ſe æqualem conſtituerit: quorum neutrum ei convenire poſſit, qui non ſit naturâ Deus. Ad illud autem Iudæorum argumentum reſpondet Chriſtus*: Amen amen dico vobis, non poteſt, Filius facere quicquam à ſemet ipſo &c. *Quid verò ad rem faceret hæc reſponſio, ſi Chriſtus hîc de ſe ſecundùm*

poteſt. Si verò ſubaudias, *ſecundùm ſpiritum ſanctificationis*, idem quidem intellexeris, quod per naturam divinam: nam paulò ante oſtendimus quod Spiritus ſanctificationis nihil ſit aliud quàm divina Chriſti natura: verùm nec tam clare, nec tam appoſitè. Spiritus enim ſanctificationis ſic dicitur ob ſingularem efficientiam, quam exprimit: unde in ſecundo loco accommodatiſſimè adhibetur: quoniam ibi de demonſtrationis opere ſermo eſt.

Perpendamus jam loca ab adverſario objecta, &, quam vim contra nos habeant, diſpiciamus. Primò obijcit locum *Rom. 4. 1. Quid ergo dicemus, Abrahamum patrem noſtrum inveniſſe ſecundùm carnem?* dicitque, eum primo noſtro loco planè eſſe ſimilem. At multis nominibus hîc fallitur. Nam ſi *patrem ſecundùm carnem* eſſet ſimile illi, quòd Chriſtus *ſecundùm carnem* ex fructu lumbi Davidis ſuſcitatus, aut ex ſemine Davidis factus, aut ex patribus eſſe dicitur, ſequeretur utique, hanc limitationem non eſſe Chriſto peculiarem, ſed omnibus credentibus communem: ſimilique planè modo ejus oppoſitum *ſecundùm ſpiritum* iiſdem convenire. At illud Scripturæ conſuetudo evidenter refutat: hoc verò abſurdum eſſe per ſe ſatis claret. Licèt igitur concederemus, verba *ſecundùm carnem* immediatè eſſe jungenda cum Abrahamo, quivis tamen facilè perſpicit longè alio ſenſu de Chriſto quàm de Abrahamo eſſe accipienda. Verùm non ſolum hæc verborum trajectio eſt violenta, ſed etiam ejus interpretatio planè contorta. Nam primò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mò falſum eſt, quod Abrahamus nihil ullâ ratione invenerit ſeu nactus fuerit: imò contrarium his ipſis capitibus Apoſtolus fuſè demonſtrat. Et planè impertinens fuiſſet Abrahami exemplum, niſi & veram Dei juſtitiam nactus, & tanquam talis hoc loco adductus fuiſſet. Deinde quis foret horum verborum cum præcedentibus & conſequentibus nexus? Docuerat immediatè antè Apoſtolus, quòd Deus circumciſionem ex fide, & præputium per fidem juſtificet: quodque hâc doctrinâ lex non aboleatur ſed ſtabiliatur: quam bellè hinc jam concludit: *Quid igitur dicemus Abrahamum patrem noſtrum ſecundùm carnem inveniſſe?* Sed multo minùs quadrant ſequentia. Eſt enim evidentiſſimum, quod ἐξ ἔργων, *ex operibus*, ponatur pro τῷ κατὰ σάρκα, *ſecundum carnem*: ſecus nulla prorſus eſſet verborum vel ſensûs Apoſtolici cohærentia. Harum autem phraſium æquipollentiam in aliquot locis Scriptura docet: ut *Rom.* 2. 28, 29. Sumitur enim hîc *ſecundùm carnem* pro ſecundum externum & legalem cultum ac ritum: ita ut ſit ſenſus: Quid igitur dicemus Abrahamum patrem noſtrum ex externis propriiſque legis operibus inveniſſe? Nam apertè textui repugnat quod dicit adverſarius: *Paulum ideò vocare Abrahamum ſuum cæterorumque Iudæorum patrem* ſecundùm carnem, *ut indicet, ſe eum hîc non conſiderare ut patrem ſpiritualem.* Quod enim ita ipſum conſideret, patet ex *v.* 10, 11, 12. Et, ſi eum non conſiderat hîc ut patrem ſpiritualem, quomodo eum conſiderat ut juſtificatum? Rectè quoque dici poterit, quòd

dùm humanam tantùm naturam loqueretur; cum de ipſo vel toto, quantus quantus eſt, vel ſecundùm divinam naturam, ut adverſariorum fert ſententia, quæreretur? quomodo is ſua verba, in quibus de ſe toto, aut de ſe ipſo, ut Deo ſummo, fuerat loquutus, defendiſſet? Objicitur illi: æqualem te facis Deo, nempe quà Filium Dei te facis, tibique divinam (ut adverſariis placet) naturam eo pacto arrogas. Reſpondet Chriſtus, ex ipſorum ſententia: Filius ſecundùm humanam naturam nil poteſt à ſe ipſo facere, atque eatenus Patri eſt inæqualis. Quid hoc ad rhombum? Quòd ſi nobiſcum ſtatuas, Chriſtum de ſe ipſo toto, quantus quantus erat, loquutum, maximè ad rem loquutum, & ſolidiſſimè crimen ſibi objectum diluiſſe deprehendes. Reſpondet enim: ſe non ſimpliciter & abſolutè Deo ſe æqualem facere, etiamſi ratione operationis ſe Deo comparet: quia, utut omnia faciat, quæ Pater; nihil tamen à ſe ipſo facere queat, ſed ea tantùm, quorum faciendorum facultatem ſibi Pater dederit. Itaque ratione ipſius operationis ſeſe Patri æqualem: ratione modi operationis inæqualem eſſe. Patrem enim à ſe ipſo operari: ſe, non niſi demonſtrante Patre, ſeu potentiam, ſapientiam, auctoritatem ſibi dante. In eo verò nihil eſſe blaſphemiæ, nihil arrogantiæ, crimen nullum. Adde, quòd ne illa quidem, quæ in ipſis operibus

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

per ſe ſpectatis cernatur, æqualitas, prorſus abſoluta ſit. Siquidem adhuc majora ſibi Pater ſit oſtenſurus, ac porrò æqualitati illi aliquid adhuc poſſit adjici.

Denique ſi Chriſtus de ſe ratione humanæ tantùm naturæ dixiſſet, ſe nihil à ſe ipſo facere poſſe, & interim intelligi voluiſſet, ſe ratione divinæ naturæ omnia à ſe ipſo facere poſſe; non Patrem, præſertim ſolum, ſibi ea in re oppoſuiſſet, aut opponere debuiſſet, ſed ſe ipſum ſecundùm divinam naturam conſideratum, ſibi ſecundùm humanam ſpectato. At qui non hoc, ſed illud facit Chriſtus, dum ſubjicit: niſi quid viderit Patrem facientem. *Item:* Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & majora his demonſtrabit ei opera. *Nam præterquam quòd oppoſitionis ratio rectiùs conſtet, ſi natura Chriſti una naturæ alteri, cujus diverſa ſit in eo, de quo agitur, ratio, opponatur, quàm ſi eadem opponatur perſonæ alienæ; nulla etiã cauſa juſta excogitari poteſt, cur Chriſtus, cum ratione unius naturæ negâſſet, Filium à ſe ipſo quicquam facere poſſe, ratione alterius naturæ non apertè de eodem Filio affirmârit, eum omnia à ſeipſo facere poſſe. cùm non major illud negandi, quàm hoc aſſerendi cauſa eſſet: ne dicam, majorem fuiſſe cauſam hoc aſſerendi, quàm illud negandi; ſiquidem de æqualitate Filii cum Patre, & qui-*

quòd Abrahamus, quâ pater ſpiritualis, ex operibus juſtificatus fuerit: gloriationem apud Deum habuerit: quæ omnia Apoſtoli ſcopo è diametro adverſantur. Tametſi autem Abrahamus generatim omnium Iudæorum pater ſpiritualis non erat, erat tamen illorum, cum quibus ſe hîc conjungit Apoſtolus, quoſque alloquitur: ut patet ex *c.* 1. *v.* 7. Itaque phraſis *ſecundùm carnem* non reſpicit verba *patrem noſtrum*, ſed vocem *inveniſſe*: quod etiam Syrus vidit, qui verba *patrem noſtrum* omittit, proque iis ſubſtituit *principem patrum* ſeu *patriarcham*, & voces *in carne* verbo *inveniſſe* rectè poſtpoſuit. adeòque prorſus impertinenter in præſenti negotio allegatur. Aperta quoque eſt diſſimilitudo loci *Rom.* 9. 3. Neque enim dubium eſſe poteſt, quin ibi κτ̀ σάρκα, *ſecundùm carnem*, ſignificet carnales; ita ut ſenſus ſit cognati mei carnales: afficiaturque hâc limitatione non vox *fratres*, ſed *cognati*. Longè verò aliud ſignificant ejuſmodi limitationes, ſi vocibus relationem aliquam ſignificantibus ut ſunt *cognatus* & *frater* addantur; quàm ſi adjungantur vocibus perſonam denotantibus, ut eſt vox Chriſti: At ſubſtitue in locis noſtris adjectivum *carnalis*, ac protinùs videbis quàm abſurdus inde ſenſus oriatur. Idem judicium eſto de loco 1 *Cor.* 10. 18. *Videte Iſraëlem ſecundùm carnem.* Etenim ſive *ſecundùm carnem* jungatur cum nomine *Iſraëlem*, ita ut ſenſus ſit, videte Iſraëlem carnalem: ſive conjungatur cum verbo *conſiderate*, ita ut idem ſibi velit ac, conſiderate Iſraëlem ſecundùm carnalem ſeu externum cultum, (quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

(quæ interpretatio videtur eſſe magis genuina) neutrum tamen locis de Chriſto agentibus ullâ ratione accommodari poteſt. Etenim ſi referatur ad Iſraëlem, non conſtituet aliquam limitationem, ſed primarium aliquod Iſraëlis prædicatum; & ſic nihil ad rem faciet. Nullâ quoque ſpecie citatur 2 *Cor.* 5. 16, cùm primo loci aſpectu pateat, cognoſcere aliquem ſecundùm carnem, eſſe aliquem æſtimare ex externis accidentibus: ſed quid hæc ſignificatio facit ad præſentium locorum explicationem? Locus verò *Gal.* 4. 23, 29, quem illuſtrem vocat, ipſum evidenter refutat. Etenim & ex oppoſito *per promiſſionem*, & ex re ipsâ, cùm Iſaacus quoque quoad carnem ex Abrahamo natus ſit, nullaque alia nativitas in Iſmaëlem competat, clariſſimum eſt; quòd *ſecundùm carnem*, ibi non ſubjectum, *Iſmaëlem*, ſed verbum *natus* determinet. Senſus enim eſt: Et is quidem, qui ex ancilla naturaliter ac ordinariè natus eſt: is autem qui ex liberâ, per promiſſionem, ſeu miraculosâ Dei virtute. Verba denique *Col.* 3. 22, ipſemet explicat, cùm *Domini ſecundùm carnem* interpretatur *Domini carnales.* Ex quibus omnibus evidentiſſimum eſt, alieniſſimè planè omnia hæc loca ab adverſario adducta fuiſſe: cùm phraſis *ſecundùm carnem* in omnibus vel adjectivè, *carnalis*, vel adverbialiter, *carnaliter*, neceſſariò explicanda: neutra autem interpretatio locis de Chriſto agentibus vel ullo probabilitatis colore applicari queat. Hîc itaque nobis licet adverſariorum artificium, quo in Sacræ Scripturæ dictis corrumpendis utuntur, ani-

quidem quia Filius eſt, agebatur. Adde, quòd natura Chriſti divina propior magiſque propria cauſſa fuiſſet iſtius, quàm ſecundùm humanam naturam accepiſſet, facultatis edendorum miraculorum, quàm Pater. niſi fortè divinam in ipſo naturam otioſam fuiſſe velis. Itaque huic potiùs, quàm Patri, ea vis fuiſſet adſcribenda. Quòd verò nonnulli, Patri potiùs, quàm divinæ ſuæ naturæ, Chriſtum opera ſua tribuiſſe aſſerunt, ut quandam Patri præ ſe prærogativam tribueret; id ipſum ſententiam ipſorum evertit, noſtram autem ſtabilit; cum præſertim prærogativam illam in eo conſiſtere ſit neceſſe, ut Pater à ſe ipſo, Filius non niſi potentiâ à Patre acceptâ, omnia facere ſtatuatur. Etenim eo ipſo Chriſtus ſupremus ille Deus eſſe negatur, dum alius agnoſcitur, cui aliqua præ ipſo prærogativa competat; dumque aſſeritur, eum ab alio, quacunque tandem ratione, acceptâ potentiâ omnia facere. Pater verò ſolus ſupremus ille Deus ſtatuitur, dum ei ſoli, tanquam primæ cauſſæ opera Chriſti adſcribuntur, eique præ Chriſto prærogativa tribuitur.

Reliquum nunc eſt id, quod tertio loco nobis demonſtrandum ſumſimus, nempe, hanc ipſam diſtinctionem, quâ utuntur adverſarii, dum alia ſecundùm divinam, alia ſecundùm humanam naturã, Chriſto ſeu Dei Filio competere, vel non competere dicunt, ipſorũ de Chriſto ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſententiam evertere. Etenim ex eo ipſo ſequitur, Dei Filium non eſſe perſonam ſupremæ Divinitatis. Rationem hujus rei jam ſuprà alicubi attigimus. Nam dum ita diſtinguunt adverſarii, oſtendunt, humanam naturam eſſe perſonæ Chriſti partem, & ad eam conſtituendam pertinere. At humana natura perſonæ ſupremam divinitatem habentis pars eſſe nequit, nec ad eam conſtituendam concurrere poteſt. Etenim ſive perſonam divinam velis eſſe naturam divinam ſubſiſtentiâ præditam, ſive ipſam illam naturæ divinæ ſubſiſtentiam; neutro modo humana natura illius pars eſſe poteſt. Nam nec naturæ divinæ pars eſt, nec ſubſiſtentiæ; cum neutra ex partibus diverſis ſit conſtituta, & utraque ab omni æternitate extiterit integra; ac porrò neutram humana natura conſtituere poteſt. Certè vel duas in Chriſto perſonas ſtatuere neceſſe eſt; unam ſimplicem, quæ ab omni æternitate extiterit; alteram ex humana & divina natura compoſitam, (quamquã hoc pacto divina perſona pars alterius effecta fuiſſet, & ſic perſona eſſe deſiiſſet) vel illi diſtinctioni naturarũ valedicendũ eſt. Sed hac de re ſuo loco plura[a].

[a] lib. 2. ſect. 2. cap. 6.

Fuſiùs aliquantò de hoc Iohannis loco egimus, partim quia ut quiſque locus evidentiùs adverſariorum ſententiã evertit, (eſt autem hic inter evidentiſſimos unus) ita ferè plus in eo obſcurando, & à genuino

animadvertere: nimirum cùm ipſis clariſſima loca objiciuntur, protinus alia quædam in quibuſdam vocibus ac phraſibus convenientia, nullâ vel ſubjectæ materiæ, vel contextûs habita ratione objiciunt: ut ea evidentibus inſtantiis refutâſſe videantur; atque hâc ratione ſimpliciorum, ac Logicæ imperitorum oculos perſtringant. Cùm igitur duarum in Chriſto naturarum diſtinctio non ſolùm in his, ſed etiam in innumeris aliis Scripturæ locis ſit teſtatiſſima, jure meritòque eam in variis locis, verbotenus quidem ſimpliciter loquentibus, ſenſu tamen reſtrictis, interpretandis adhibemus.

Iam alteram inſtituti ſui partem aggreditur; probatque, diſtinctionem illam ad argumentum ex loco *Ioh. 5. 19.* ductum, aliave ſimilia infringenda, nullum afferre momentum. Quod de præſenti loco dicit, concedimus. (Agitur enim hîc de Chriſto ſecundùm utramque naturam) ſed de aliis quibuſdam locis id negamus. Ad utrumque autem probandum utitur argumento planè ſophiſtico, dum ait: *Nam primùm conſuetudo loquendi nequaquam fert, ut quod de toto aliquo ſimpliciter dici poſſit ac debeat, de eodem ſimpliciter negetur, etiamſi ea res toti illi ſecundum unam tantùm partem inſit, ſecundùm alteram non inſit.* Hæc, inquam, ratio & univerſa ſequens exaggeratio futili vocis *ſimpliciter* ambiguitate nititur. Vel enim per *ſimpliciter de toto aliquo dici*, ac *ſimpliciter de toto aliquo negari*, intelligit ratione verborum, ut illud ſimpliciter enuntiari dicatur, quod particulam limitantem non habet adje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

adjectum: vel ſimul intelligit tàm ratione verborum quàm ratione ſenſûs. Si poſteriori modo ſumit, quis unquam ſanæ mentis homo ivit inficias, quòd illud de aliquo ſimpliciter affirmari nequeat, quod de ipſo ſimpliciter rectè negatur? Qui ita reſpondent, non tàm bonam cauſam, quàm ſuam inſcitiam produnt.

genuino ſenſu detorquendo laboratum eſt; partim verò, quia non pauca, quæ de eo dicta ſunt, in ſequentibus etiam locis ſunt profutura, utpote ad quos, vel utroque illo, quem excuſſimus, modo, vel alterutro reſponderi conſuevit.

Si verò priori modo accipit, nimis apertè ſophiſticum ingenium ac pertinaciam oſtendit. Quis enim adeò in Sacris literis eſt hoſpes, qui neſciat, innumeras in illis propoſitiones ſimpliciter quidem ratione verborum efferri, quæ tamen nonniſi abſurdè ſine limitatione intelligi poſſint? Conſtat enim, propoſitiones limitatas alias eſſe tales diſertè, ac ut loquuntur, explicitè: alias occultè, vel implicitè. Propoſitiones *explicitè* limitatæ ſunt, quæ particulas limitatas habent adjectas: *implicitè* verò, quæ ſine particularum illarum adjectione limitatè ſunt intelligendæ. Agnoſcitur autem illa implicita limitatio vel ex ſubjecti, vel ex prædicati, aliorumque additorum naturâ: aut ex contextûs circumſtantiis: non rarò etiam ex aliorum locorum collatione: quæ nullâ ratione conciliari queunt, niſi alteruter vel uterque limitatè accipiatur. His accuratè cognitis, dextréque applicatis, omnis adverſarii eloquentia abit in fumum. Tantum autem abeſt ut de Deo ſupremo, eo, quo, in loco objecto, accipitur ſenſu, ſimpliciter aſſerendum ſit, eum omnia à ſe ipſo facere poſſe, ut plaſphemum ſit id vel de ipſo cogitare; cùm ſummam imperfectionem hîc ſignificet. Quæris igitur, num de Deo Patre dici queat, quòd nihil à ſe ipſo poſſit facere? Reſpondeo; Non poteſt. Quamvis enim à ſe ipſo facere hîc imperfectionem, pravam nempe contrarietatem, ſignificet, ordini tamen divino repugnat, ut de Patre enuntietur: ſed accuratiſſimè de eo dicitur qui ſubſiſtendi ordine aliquem ſe priorem agnoſcit, quique ab aliquo miſſus eſt. Repugnat itaque Patri tùm ratione ſignificati, tùm ratione modi ſignificandi. Rectè autem de Patre dici poſſet: Pater nihil poteſt facere ſine Filio, vel nihil poteſt à Patre fieri ſine Filio: item Pater nihil poteſt facere contra Filium. Cùm Scriptura teſtetur, nihil in universâ naturâ eſſe tàm magnum, nihil quoque tàm parvum, quidquid factum eſt, quin per Filium ſit factum.

Aliâs obſervatu dignum eſt, duplicia poſſe & ſolere eſſe totius attributa. Alia enim ei competunt quâ totum eſt: ut, *Homo conſtat corpore & animâ*: alia reſpectu certæ partis: ut *Homo intelligit: Homo palpatur*. Sic quoque

partibus quædam conveniunt, quâ partes ſunt, quæ toti communicant: ut, *Anima intelligit*: alia quæ ipſis per ſe ſpectatis competunt, quæque toti vi unionis non communicant: ut, *Anima eſt ſpiritualis*, *inviſibilis*. Quod priora totorum attributa attinet, ea ſimpliciter ſine limitatione de iis aſſeruntur: ideòque de iis nec abſque limitatione, nec cum limitatione negari poſſunt. Poſteriora verò etſi non ſimpliciter ſeu omni modo ipſis inſint, non tamen ſimpliciter de iis negari queunt: quia ſic nullâtenus ineſſe intelligerentur. At ſi totum non ſimpliciter ponatur, ſed per certam partem vel expreſsè vel implicitè reſtringatur, poſſunt omninò poſteriora attributa ipſi juxta unam partem convenientia de eo per oppoſitam partem reſtricto negari: ut, *Homo quoad corpus vel ſecundùm corpus non intelligit*: *Homo non palpatur ſecundum animam*. Miror autem vehementer, quòd adverſarius noſtris affingere audeat, quòd attributa, *conceptus*, *ex virgine natus*, *paſſus*, *mortuus*, *ſepultus*, *reſuſcitatus*, & quæ his ſunt ſimilia, ſine limitatione de Chriſto enuntient: quodque eundem ab æterno extitiſſe, omnipotentem, omniſcium, immenſum, creatorem cæli & terræ eſſe abſque limitatione aſſerant: cùm optimè nôrit, orthodoxam noſtram de perſonâ Chriſti doctrinam nullâtenus ferre, ut hæc talia, quæ ipſi ſecundùm alterutram naturam conveniunt, abſque limitatione, expreſsâ vel ſubintellectâ, de eo, Chriſto ſcilicet, enuntientur. Occurit autem implicita limitatio non tantùm reſpectu certi temporis, loci, ac modi, verùm etiam reſpectu certarum ſubjecti partium: unde licèt locus *Rom*.7.17.juxta opinionem adverſarii eſſet explicandus, oſtenderet tamen limitationem aliquando eſſe ſubintelligendam, etſi aliquid ſimpliciter negari Videatur. Nihil tamen obſtat, quominus Paulus juxta duas ſui accidentales partes, carnem ſcilicet & ſpiritum, idem de ſe ipſo & affirmet & neget.

Quamvis autem de toto Chriſto hîc negetur quòd aliquid à ſe ipſo facere poſſit, hoc tamen non ſequitur vi argumentorum ab adverſario allatorum: ſed quia tanta imperfectio Chriſti perfectioni repugnat.

Deducit jam conſectaria ex principio à nemine unquam cogitato, multò minùs probato. A quo unquam auditum fuit, quòd id quod de toto abſolutè aſſeri poteſt ac ſolet, de eodem toto itidem ſimpliciter, & abſque ullâ limitatione negari poſſit? Nemo ſanæ mentis hoc dixerit. At tam recta ratio quàm bonorum auctorum, præſertim Scripturæ, analyſis docet, quòd ea quæ ſecundùmquid de aliquo dicuntur, de eodem ſecundùm quid ſæpius negentur: & quidem particulis limitantibus omiſſis: ita ut lectoris attentioni, ac judicio tacita limitatio relinquatur. Illa

itaque

itaque quæ fingit abſurda, non ex noſtrâ intolerabili interpretatione, ſed ex iniquo ipſius ſophiſmate proficiſcuntur. Quando *à ſe ipſo aliquid facere* ſignificat nativâ ac ab alio independente potentia ac poteſtate aliquid facere, rectiſſimè omnino Chriſto, quâ Deus eſt, attribuitur.

Sed jam mirabilem nectit conſequentiam: *Si*, inquit, *Filius Dei eſt perſona ſupremam Divinitatem habens, neceſſe eſt, ut, quicquid de ipſo ſimpliciter vel negatur, vel affirmatur, idem quoque de divinâ ipſius naturâ ſimpliciter negari, vel affirmari queat?* Quo quæſo vinculo, quâ machinâ hæc connectuntur? *quia*, inquit, *perſona ſupremam Deitatem habens, nil eſt aliud, quàm ipſa natura divina ſubſiſtens.* At omnibus cordatis conſtat, quòd perſona divina ſit quaſi concretum: natura verò divina ſit quaſi abſtractum. Itaque non ſine maximâ confuſione omnia illa naturæ tribuantur, quæ perſonæ competunt. Quis non videt aliud eſſe, ſi quis loquatur de naturâ divinâ in ſe ſpectatâ, aliud ſi de eâ loquatur quatenus conſideratur ut ſubſiſtens? Accedit, quòd perſona Chriſti poſt aſſumtionem carnis non tantum ſit natura divina ſubſiſtens, ſed ſit perſona ex duabus naturis, divinâ ſciliciet & humanâ, conſtans. Taceo ambiguitatem maximam, quæ in voce *ſubſiſtens* latet. Etenim ſi ſubſiſtentia pro illâ ſubſtantiali ſubſiſtentiâ ſumatur, quæ ſuppoſitum conſtituit, negamus, rigidè loquendo, naturam divinam ſubſiſtere: quamvis perfectiſſimè ſubſiſtat, quâtenus ſubſiſtentia cuilibet ſubſtantiæ tam communicabili quàm incommunicabili competit. Quare eâdem Logicâ dixerit adverſarius: Quicquid de toto ſimpliciter vel negatur vel affirmatur, idem quoque de parte ſimpliciter vel negari, vel affirmari poteſt. Nam natura reſpectu perſonæ in concreto ſumtæ, ſe habet inſtar partis. Verùm de his ſimilibuſque in ſecundo libro agetur pleniùs. Illorum autem ſententia eſt accuratiſſima, qui perſonam divinam dicunt naturæ divinæ ſubſiſtentiam. Divinam autem ſubſiſtentiam nihil operari, falſum eſt. Eam autem, etſi operetur, alio demum demonſtrante, juxta phraſin Scripturæ, non operari, vero nihilo magis eſt conſentaneum. Si quis verò dicat, ſubſiſtentiam divinam *ſecundum humanam naturam* nihil à ſe ipsâ facere poſſe, eum, per nos licet, refutet adverſarius. Is enim dicendi modus nobis non arridet.

Cæterùm etſi reſponſio per diſtinctionem naturarum huic loco non adeò congruat, multò tamen minùs ei quadrat adverſarii interpretatio. Quod enim Chriſtus paulò ante diſertis verbis affirmâſſet, id jam ridiculè negaret. Patris opera ſibi vendicando ſe ipſi æqualem fecerat. Iam juxta adverſarium conceptis ac juratis verbis id negat: Amen amen dico vobis, Filius non poteſt aliquid propriâ potentiâ, ſapientiâ, ac auctoritate ope-

rari, ſed quæcunque; facit, ea Pater ipſi oſtendit, ac oſtendendo ut idem quoque facere poſſit efficit: Iiſque, ſcilicet, Filius, diſcendo operandi potentiam accipit. Hoccine eſt defendere, ſe eſſe Patri æqualem? Hisne conſentiunt argumenta, quibus ſuam impotentiam, forſan à Iudæis negatam, aſtruat? Hiſce ne conveniunt ea quæ poſtea adjungit? Iudæi ex jugi ac continuâ cum Patre cooperatione, aſſentiente Johanne & Chriſto, inferebant, quòd Deo æqualem, adeòque proprium ejus Filium, ſe faceret. Nunc ubi longè majora opera ſe editurum aſſeverat, hoc agit, ut omnem planè æqualitatem, quam antea ultrò inculcaverat, funditùs evertat. Vult quidem Chriſtus ſe ab omni blaſphemiæ atque arrogantiæ crimine defendere, & defendit ſe quàm accuratiſſimè: verùm non ea, quæ paulò antè vel diſertè, vel per bonam conſequentiam aſſeruerat, negando: ſed ſolidiſſimè oſtendendo, quòd ſummo jure ſibi illam æqualitatem adſcripſerit ac vendicarit. Ita enim in ultimis reſpondet, ut præcedentia omnia ſimul explicet, probet, atque illuſtret. Fictitiæ diſtinctiunculæ æqualitatis, *in abſolutam & ſecundùm quid*, nullum in univerſo contextu apparet veſtigium. Et quî hic aliquod ejus ocurreret veſtigium, cùm ejus fundamentum, quod ipſi ſubſtruit adverſarius, ſe ipſum evertat; nempe, Ratione operationis ſeſe Patri æqualem; ratione modi operationis inæqualem eſſe. Etenim ſi tanta eſt in modo operandi, quantam ipſe fingit, diſparitas, quâ ſpecie ulla in operatione æqualitas defenditur? Nonne modus operationis operationem quàm proximè ac clariſſimè indicat? Alius quidem operandi modus Patri, alius Filio hîc & alibi in Scripturis tribuitur: ſed illa diverſitas eſt talis, ut ſummam operationis æqualitatem, imò identitatem, inferat. Sed jam corrigit ſe adverſarius, & ipſius quoque operationis æqualitatem prorſus abſolutam negat: ſiquidem adhuc majora ſibi Pater ſit oſtenſurus. At infelix eſt hæc correctio: infelicior autem eſt ejus ratio: Chriſtus ex operibus minoribus, ipſis quoque ſtupidis Judæis ac hoſtibus concludentibus, ſibi cum Patre æqualitatem tribuerat: jam cùm majora ſibi adſcribit, eam negat. Imò fortiùs eam aſſerit. Si enim ex minoribus operibus ejus cum Patre æqualitas firmiter colligebatur, quid ni ex majoribus?

Quas rationes contra prædictam reſponſionem adfert, eæ nobis videntur firmæ: niſi quòd Chriſtus hîc ſibi Patrem non tàm opponat, quàm ſe cum illo componat. De prærogativâ alibi dictum.

Tandem conatur oſtendere, quòd duarum in Chriſto naturarum aſſertio orthodoxam de eo ſententiam evertat. Hinc enim ſequi, Dei Filium non eſſe perſonam ſupremæ Divinitatis: cùm humana natura perſonæ

ſonæ Chriſti pars eſſe nequeat. Neque enim vel naturæ, vel ſubſiſtentiæ divinæ partem eſſe poſſe: ſiquidem utraque ab æterno fuerit integra. Reſpondemus: Humana Chriſti natura nec naturæ nec ſubſiſtentiæ divinæ pars eſt; ſed perſonæ Chriſti, quæ poſt aſſumtionem carnis ex divinâ & humanâ naturâ quaſi componitur. At, inquit, hinc ſequitur, duplicem eſſe Chriſti perſonam, unam ſimplicem, alteram compoſitam: item divinam perſonam deſiiſſe eſſe perſonam, cùm pars alterius facta ſit. Verùm neutrum ſequitur. Concedimus quidem perſonam Chriſti dupliciter eſſe conſiderandam: primò ut nudam, deinde ut aſſumentem naturam humanam: ſed negamus, ideo eſſe duas perſonas, cùm eadem perſona tantùm alio modo ſe habeat. Nec ideo perſona eſſe deſinit: quia humana natura non eſt pars perficiens, aut complens, ſed perfecta & completa. Sed de his unà cum auctore alibi.

Vel ex hoc unico argumento pius ac prudens lector cognoſcere poterit, quantum invictis, ut jactat, adverſarii rationibus tribuendum ſit: cùm hunc locum unum ex evidentiſſimis ipſemet appellet. At evidentiſſimum fuit, quòd contra omnem rectam rationem ac clariſſimam Scripturæ phraſin putido ſophiſmate univerſa ipſius ſtructura nitatur: ut qui pro ſummi Dei proprietate id obtruſerit, quod infallibile eſt pſeudo-prophetæ indicium & argumentum. Quantum quoque reliqua in ſequentibus ipſi ſint profutura, res ipſa docebit.

Bisterfeldii Cap. IV.

Reſponſio ad argumentum quartum, ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus adverſarius putat negari, *Chriſtum doctrinæ ſuæ primum eſſe auctorem.*

Reſpondemus: Hoc argumentum niti ſimili fallaciâ cum ſuperiori. Omne enim ejus robur ferè conſiſtit in amphibologia. Nam Iohan. *c.* 7.16, 17, 18, Doctrina non eſt mea, *non ſignificat, quòd doctrina illa non ſit doctrina Chriſti, ſed quòd non ſit falſo ab eo excogitata contra Patrem. Sic à* ſe ipſo loqui: *non eſt non loqui ex propriâ ſcientiâ ac auctoritate, ſed ex ſe ipſo falſa fingere. Hæc noſtra in-*

ter-

Crellii Cap. IV.

Quartum argumentum ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus negatur, Chriſtum doctrinæ ſuæ primum eſſe auctorem.

Porrò ut ad alios apud Iohannem locos pergamus, in quibus aliquid de Chriſto negatur, quod de ipſo negari, ſi Deus ille ſupremus eſſet, non poſſet; affines ei, quem præcedenti cap. examinavimus, illi ſunt, in quibus Chriſtus negat, ſe primum doctrinæ illius,

quam

quam promulget, auctorem eſſe. qui quidem loci ſunt non pauci; in eorumque nonnullis operum quoque fit mentio, quorum auctorem primum; non ſe, ſed Patrem, non minùs, quàm in præcedenti teſtimonio, facit. Nam cap. 7. 16, 17, 18, cùm mirarentur Iudæi, quomodo is literas ſciret, cùm non didiciſſet; reſpondit eis Ieſus, & dixit: *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina, utrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Qui à ſemet ipſo loquitur, gloriam propriam quærit. qui autem gloriam quærit ejus, qui miſit eum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt.* & c. 8. 28: *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quòd ego ſum, & à me ipſo facio nihil, ſed, ſicut docuit me Pater, hæc loquor.* & c. 12. 49, 50: *Ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar: & ſcio, quòd mandatum ejus vita æterna eſt. Quæ ergo loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.* & cap. 14. 10: *Verba, quæ ego loquor, à me ipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera.* Ubi quidem *operum* nomine, verba quoque ipſius includenda eſſe, ipſa docet oppoſitio. & infrà eodem capite v. 24: *Sermonem quem audiſtis,*

terpretatio apertiſſimè confirmatur primò ex occaſione hujus dicti: nempe quod Iudæi exiſtimarent eum adferre doctrinam novam, ac à Deo nimine approbatam, eò quòd literas non didicerit. Deinde, quòd Chriſtus eam disertè vocet doctrinam ſuam: Mea doctrina non eſt mea: *ſcilicet ut vos putatis. Ideo addit: ſi quis velit* τὸ θέλημα αὐτοῦ, voluntatem ejus *ſcilicet qui me miſit, facere: hoc eſt, ſi quis illam Dei voluntatem, quam in veteri fœdere expoſuit, ſincero pectore amet, & facere ſtudeat; cognoſcet de doctrinâ illâ: id eſt, cognoſcet hanc meam doctrinam non repugnare legi Moſis, adeòque nec Patri, ſed eſſe ipſi maximè conſentaneam; ut pote ipſius explicationem ac perfectionem. Ideò ſubjungit:* Nonne Moſes dedit vobis legem? & tamen nemo ex nobis præſtat legem. *Quaſi diceret: Vos ſemper crepatis legem, meque rejicitis; cùm tamen univerſæ legis Moſaicæ nucleus ſit illa doctrina quam ego vobis inculco, ego prorſus nihil doceam quod in Moſe fundatum non ſit. Tertiò quia* τῷ eſſe ex Deo *opponit* τὸ à ſe ipſo loqui: *unde luce meridianâ clarius eſt,* à ſe ipſo loqui, *non eſſe perfectionem aliquam, ſed ſcelus. Quartò, quia is à ſe ipſo loquitur qui gloriam ſuam quærit: nempe ambitiosè, & cum patris ignominiâ. Quintò quia is qui à ſe ipſo loquitur, non eſt verax, & injuſtitia eſt in illo. Abſurdiſſima igitur eſt adverſarii illatio, ut pote quæ ex alicujus criminis negatione Chriſti Deitatem neget. Planè eandem vim habent* cap. 8, 28, *verba,* à me ipſo facio nihil: *id eſt, ego non introduco falſam doctrinã, nec mentior legationem aliquam à Deo, ſed ſicut docuit me Pater, ita loquor. Itaque ex verbis,* à me ipſo nihil facio, *tantum lucratur adverſarius, quantum ex prioribus. Si verò urgeat verba,* ſicut, docuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cuit me Pater: *quòd nimirum is qui eſt ſupremus Deus, nihil doceri queat, facilis eſt reſponſio: & quidem duplex. Vel quòd* docere *hîc non ſumatur propriè pro* incognitam doctrinam alicui communicare: *ſed impropriè, pro* conferre cum aliquo de doctrinâ ipſi notiſſimâ, aliis tamen exponendâ: *vel quòd propriè ſumatur vox* doceri, *& competat Chriſto ut Legato, & quidem ſecundùm naturam humanam. Idem judicium eſto* c. 12. 49, 50, *de verbis*; Ego non ſum locutus à me ipſo: *ſcilicet quòd Chriſtus nec alia, nec alio modo locutus fuerit, quàm quæ & quomodo Pater ipſum loqui volebat. Datum autem fuit ipſi mandatum quâtenus conſideratur ut Legatus, qui etiam ſit homo. Nam totum* c. 14, *occaſio, ſcopus, & contextus, verſum* 10, *ſicut & reliquos, perſpicuè explicat*. Verba quæ ego loquor, non à me ipſo loquor: *hoc eſt, non ex me, & de me ſolo fingo, ſed ſimul tam meam & Patris naturam explicant, quàm utriuſque gloriam amplificant. Sed* Pater qui in me manet, ipſe facit illa hæc opera: *Id eſt, Pater, qui eſt in me, eſt in quo ſum ego, & cum quo ſum unus: is unà mecum facit omnia hæc opera, unde qui me meaque opera cognoſcit, is eo ipſo Patrem ejuſque opera ſimul cognoſcit. Sic v.* 24. Sermonem quem audiſtis, non eſt meus: *id eſt, nec à me falsò eſt excogitatus, nec tantùm eſt meus*: ſed eſt ejus qui miſit me Patris: *hoc eſt, ſed etiam à Patre eſt ortus, ac approbatus: eumque ſimul ex illo cognoſcitis, ac cum eo unimini per illum. Hoc ipſum pulcherrimè probant loca reliqua: quorum pleraque ex ſtylo Prophetico ſunt deſumpta: ut c.* 8. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: *Id eſt, non falsò, nec ea, quæ Patrem non concernant vel ei diſpliceant, ſed vera & Patri gratiſſima vobis expono. Hic quoque v.* 40, Hominem qui veritatem illam locutus ſum vobis, quam audivi à Deo: *id eſt, qui veritatem illam vobis annuntio, quæ & Patri eſt probatiſſima, & piis enuntianda. Idem eſt ſenſus c.* 15. 15. *& c.* 17. 8. 14. Illa verba quæ mihi dediſti, *id eſt, quæ voluiſti ut ipſis annuntiarē, ca an-*

diſtis, non eſt meus: ſed ejus, qui miſit me, Patris. Quò pertinent & alia complura, quæ apud eundem ſcriptorem extant, cap. 8. 38, 40. & 15. 15. & 17. 8. 14. quin & cap. 3. 11, 32, 34. in quibus Chriſtum ea, quæ loquutus eſt, apud Patrem vidiſſe, à Deo vel Patre audiviſſe, eáque illi à Patre data, & Dei ſeu Patris verba ſermonemque fuiſſe legimus. Ex his autem patet, Chriſtum ſupremum illum Deum non eſſe. Deus enim ſupremus prima etiam ſupremaque omnium cauſſa eſt, nec de eo ullo pacto dici poteſt, doctrinam ipſius, non eſſe ipſius, ſed alterius alicujus perſonæ; eumque à ſemetipſo non loqui; quemadmodum ex probatione majoris propoſitionis argumenti ſuperioris patet. At de Chriſto illa toties tamque manifeſtè dici, eumque non primam, ſed ſecundam mediamque doctrinæ ſuæ cauſſam conſtitui cernimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ea annuntiavi quæ omnia breviter comprehenduntur cap. 3. 11. *Vbi Chriſtus de ſe, ſuoque præcurſore ac diſcipulis loquitur,* Ea quæ novimus loquimur, & quæ vidimus teſtamur: *Id eſt, divina ea, de quorum veritate ſumus certiſſimi, & quæ novimus quòd planè divina ſint, teſtamur. Vno verbo: Hæc & ſimilia non indicant Chriſti ignorantiam, inpotentiam, vel indignitatem: ſed ejus accuratiſſimum cum Patre adeoque V. T. conſenſum. Semper enim ipſi objiciebant Iudæi, quòd à ſe ipſo veniret, faceret, loqueretur: id eſt, quod non à Deo miſſus eſſet, nec cum eo conſentiret, ſed ipſi ipſiuſque legi contrariaretur. Hinc quædam ex his phraſibus uſurpatur de Spiritu Sancto* Joh. 16. 13. *Omnes igitur hi modi loquendi competunt Chriſto, quatenus Legatum agit, oſtenduntque, quod non ſolus, nec Patri contraria doceat: quidam vero ipſi conveniunt quatenus eſt Legatus, qui ſit homo. Sumuntur autem hæ phraſes à veteribus prophetis, præſertim Moſe, qui, ea quæ pro divinis promulgabant, ſe vidiſſe, vel audiviſſe aſſerebant. Hinc nihil aliud quàm doctrinæ Chriſti veritatem, dignitatem, ac certitudiuem indicant.*

Defenſio Argumenti.

Effugium illud diſtinctionis naturarum nullum hîc locum habere, in argumento proximo, cùm ſecundam reſponſionem refelleremus, oſtendimus: ſiquidem hîc Chriſtus ſimpliciter ac ſine ulla limitatione negat, ſuam doctrinam eſſe ſuam, ſeque à ſemet ipſo loqui. Itaque de ſe, quantus quantus fuit, loquutum eſſe neceſſe eſt. præſertim cùm id, quod de ſe negat, non alteri alicui naturæ ſuæ, ſed alteri perſonæ, nempe Patri, in ſolidum adſcribat; atque adeò non unam naturam alteri, ſed perſonam perſonæ, hoc eſt, ſe ipſum Patri, ea in parte opponat. Nam ſi is eſſet verborum ſenſus, quem adverſarii, iſta diſtinctione utentes, volunt, dicendum ei fuiſſet: Doctrina mea non eſt, mea ſecundùm humanam naturam, ſed ſecundùm divinam: ſeu mea eſt, non quà

Defenſio Reſponſionis.

Abſurdum ſuum de enuntiatione ſimpliciter ac ſine limitatione factâ ſophiſma ad nauſeam uſque inculcat: in quibuſdam verò locis perperam etiam applicat. Concedimus quòd de ſe toto dixerit: *Hæc doctrina non eſt mea: non loquor à me ipſo*: & ſimilia: ſed ſenſu paulò antè demonſtrato. Apponendo autem pronomen *ipſe*, nullâtenus ſe excluſit: ſed Philippi errorem correxit. Hæc enim, ut & ſequentia verba *v.* 12, non tantùm ideò proferebat, ut oſtenderet, quòd Pater eſſet in ſe, verùm etiam quòd ipſe eſſet in Patre. Hinç quoque in plurimis aliis locis ea ſua vocat opera, ſibique apertiſſimè vendicat: ut *Iohan.* 10. 38. Nec unquam negat doctrinam eſſe ſuam, ſed ita eſſe ſuam ut Judæi ipſi affingebant, ac diſcipuli nonnunquam putabant: nimirum quòd aliqua eſſet ejus cum Moſe diſſenſio. In reliquis locis diſtinctio duarum in Chriſto naturarum maximè habet locum.

locum. Quamvis enim munus legati non niſi perſonæ ſit, multos tamen ejus actus Chriſtus exercebat quâ homo: ita ut proximum eorum principium formale, ſicut ſcholæ loquuntur, fuerit natura humana. Eſſe corruptibilem, omnino competit homini quâtenus perſona eſt: at non vi animæ, ſed vi talis corporis. Cætera de perſonâ alibi ſunt explicata; licèt autem Chriſtus etiam ſecundùm naturam divinam ſit Patris Legatus, tamen non omnes legationis actus juxta illam exercet. Sunt, quos exerceat juxta utramque: ſunt, quos juxta divinam tantùm: ſunt denique quos duntaxat ſecundùm humanam. Pari ratione philoſophatus fueris: Munus Legati eſt officium perſonæ: ergo omnes actus exercet ſecundùm animam: adeoque ſecundùm animam ſedet, diſcumbit, & apparet, quando ut Legatus ſedet, diſcumbit, & apparet. De prærogativâ alibi ſatis actum fuit.

quà homo ſum, ſed quà Deus: non verò: doctrina mea non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me, nempe Patris. Et in loco quidem cap. 14. 10, *quî decuiſſet, omiſsâ divinæ naturæ mentione, dicere:* Pater autem in me manens, *ſeu* habitans, ipſe facit opera? *ubi & verba intelligenda eſſe docuimus. Etenim cùm cauſam operum ſuorum in ſe habitantem indicare vellet; cur non potiùs divinam ſuam naturam, in ſe eſſentialiter habitantem, ſibique propriam, quàm perſonam à ſe diverſam, nominavit? Cur, ut tantò ſignificantius ſeſe excluderet, cùm Patrem nominaſſet, appoſuit pronomen* ipſe *q.d. ipſe, inquam, Pater facit opera? Nonne manifeſtum eſt, Chriſtum ſe totum, quantus quantus eſt, à prima operum ac verborum ſuorum cauſſa diſtinguere, & ea ſibi adempta Patri in ſolidum adſcribere voluiſſe? Accedit, quòd Chriſtus, cùm dicit, doctrina* mea, *ſermo* meus, *eatenus doctrinam ſermonemve illum* ſuum *intelligi volebat, quatenus maximè erat ipſius. Fuiſſet autem maximè ipſius, ex ſententia adverſariorum, quatenus is perſona divina eſſet, à quâ non minùs, quàm à Patre, doctrina illa primò manâſſet. Quare cùm id dixiſſet, atque intelligi voluiſſet; nulla erat cauſſa, cur eam Patri potiùs, quàm ſibi, ſuæve naturæ divinæ adſcriberet, etiamſi tandem naturæ diverſæ in ipſo locum haberent. Illud denique diſtinctionem naturarum hinc excludit, quòd Chriſtus ſe ipſum hîc manifeſtè conſiderat, quatenus legati divini munus ſuſtinebat. At munus illud non niſi perſonæ eſt, quà talis. Quare vel de ipſa natura divina Chriſtum hîc loqui ſtatuendum eſt, vel fatendum, Chriſtum perſonam ſupremæ divinitatis non eſſe. Siquidem, uti præcedenti cap. oſtendimus, & alibi [a] pluribus oſtendemus, perſona divina nihil eſt aliud, quàm ipſa natura divina ſubſiſtentiam ſuam habens. Adde, quòd adverſarii Chriſtum ſecundùm divinam naturam primò miſſum eſſe volunt. Statuunt enim, miſſum eſſe Filium à Patre è cœlis, ut carnem aſſumeret, ac porrò ſalutis humanæ negotiũ*

[a] Vide lib. 2. ſect. 1. c. 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſuſciperet. Quod ſi Chriſtus etiam ſecundùm divinam naturam, imò ſecundùm hanc primò, Patris legatus eſt; cur ea, quæ ei, ut legato Patris tribuuntur, ad humanam tantùm naturam reſtringuntur, & non potiùs toti Chriſto, quantus quantus eſt, tribuuntur? Quòd ſi quis in his aliiſque ſimilibus locis Patri præ Chriſto; etiam quatenus Deus eſt, prærogativam aliquam tribui velit, ut quidem verba omnino poſtulant; is eo ipſo Chriſtum ſupremum Deum non eſſe, contrà, Patrem ſolum (cum nulli alii ejuſmodi prærogativa competat, eique Chriſtus in ſolidum, nulla alterius perſonæ facta mentione, doctrinam operaque ſua adſcribat) ſupremum illum Deum eſſe, fateatur neceſſe eſt: qua de re in præcedentium argumentorum defenſione dictum.

CRELLII
CAP. V.

Quintum argumentum, ex iis apud Iohannem locis petitum, in quibus Chriſtum à ſe ipſo veniſſe negatur.

Similia prioribus ſunt ea loca, in quibus Chriſtus ſe à ſemet ipſo veniſſe negat, ſed à Patre miſſum ſe dicit. Ita enim ait c. 7. 28, 29: *Vnde ſim, ſcitis: & à me ipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis:* Ego *ſcio eum: quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* & cap. 8. 22: *Si Deus, Pater veſter eſſet, diligeretis utique me. Ego enim ex eo* (vel *ex Deo*) *proceſſi, & veni*(vel *venio:*) *Neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit.* & c. 5. 43: dixerat: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* At ſi Chriſtus Deus ille ſupremus eſt, quomodo à ſe ipſo non venit? A ſe ipſo enim venire, eſt propria voluntate motum, ſuave ipſius auctoritate fretum venire,

BISTERFELDII
CAP. V.

Reſponſio ad argumentum quintum, ex iis apud Iohannem locis petitum, in quibus Chriſtum *à ſe ipſo veniſſe* negatur

Reſpondemus negando conſequentiam, quòd Chriſtus ideò Deus ſupremus non ſit, quia à ſe ipſo non venit. A ſe ipſo *enim* venire *non eſt propriâ voluntate motum, ſuâve ipſius auctoritate fretum venire ac munus aliquod inter homines obire: ſed eſt contra voluntatem ac honorem Patris, inſtar falſi Prophetæ venire; ut ex locorum conſideratione liquidò patet. Sic Ioh. 7, 28, 29:* Et me noſtis, & noſtis unde ſim: & à me ipſo non veni. *Quod rectiùs ſic vertitur:* Si me noſſetis, noſſetis etiam unde eſſem. Nam ego à me ipſo non veni: *id eſt, ego me ipſum non mentior Legatum vel Prophetam:* ſed verax eſt qui miſit me, quē vos non noſtis: *id eſt: ſed ego venio & miſſus ſum ab illo qui verax eſt, quem quia non nôſtis, mirum non eſt quòd me quoque non noveritis.* Ego *verò* novi *ipſum:* quia ab ipſo ſum *id eſt, quia ex ejus eſſentiâ ortus ſum: Ioh. 6. 46: & quia ipſe me miſit. Ita quoque intelligenda ſunt c. 8. 42. verba:* Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis utique me: Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Ego enim à Deo prodii & venio : *id eſt, ego enim verus, ipſique chariſſimus ſum ipſius legatus.* Neque enim à me ipſo veni: *id eſt, neque enim me ipſum contra Patrem effero :* ſed, *ut ex antitheſi patet*, ille me miſit : *ex ipſius quoque conſilio, voluntate, ac poteſtate venio. Clara quoque ſunt verba Chriſti cap.* 5. 43 : Ego veni in nomine Patris mei: *id eſt, ego veni ex voluntate, juxta voluntatem, & ad gloriam Patris mei :* nec *tamen* recipitis me : ſi alius venerit, *citra & contra voluntatem ac gloriam Patris mei,*illum recipietis. *Negat itaque Chriſtus quòd venerit à ſe ipſo, non ut ſuam ſupremam auctoritatem inficietur, ſed ut Iudæis os obſtruat, ſuumque cum Patre conſenſum oſtendat: ſicut ex dictorum occaſione ac antitheſi eſt manifeſtum.* nire, ac munus aliquod inter homines obire. At quomodo Deus ille ſupremus id, quod facit, non propria voluntate auctoritateque, ſed alienâ, facere dici poteſt? Certè etiamſi diverſæ eſſent in una eſſentia divina perſonæ, Pater & Filius; non poſſet tamen una ab altera mitti ac venire, quin ſimul à ſe ipſa veniret. Quandoquidem eadem numero utriuſque foret voluntas, eadem auctoritas. Itaque nihil decernere, nihil jubere poſſet Pater, quin illud ipſum eadem actione decerneret Filius. Quòd ſi abſurdum eſt, quempiam à ſe ipſo mitti, & Chriſtus apertè negat, ſe à ſemet ipſo veniſſe; ſtatuendum eſt, eum non eſſe perſonam ejuſdem cum Patre eſſentiæ, adeóque nec ſupremum illum Deum.

Defenſio Reſponſionis.

EXceptio de duabus naturis hîc non habet locum : quia à ſe ipſo venire tantum eſt crimen, ut nullâ ratione in Chriſtum cadere queat. Chriſtus autem hoc pacto auctoritatem ſibi doctrinæque ſuæ conciliare voluit : tum quia Patris auctoritas cum ſuâ erat conjunctiſſima : tùm verò ut adverſariis Iudæis ſatisfaceret, qui ipſi diſſenſum cum Deo, qui Moſi locutus fuerat, ſemper exprobrabant, planeque negabant, ipſum divinam eſſentiam in ſe habere. Ipſe alias per ſe erat αὐτόπιςος. Omninò itaque attinebat, ut Patris auctoritatem cum ſuâ conjungeret : quò eâ ratione & Patris gloriam ampli-

Defenſio Argumenti.

EXceptio de duabus naturis cur locum hîc non habeat, in præcedentium argumentum defenſione docuimus : præſertim quia hîc Chriſtus apertè tanquam à Patre miſſus conſideratur ; id quod ad totam Chriſti perſonam pertinere, & ad naturam ipſius divinam nominatim ab adverſariis referri ſolere diximus. Et præterea, cùm Chriſtus hoc pacto auctoritatem ſibi doctrinæque ſuæ conciliare apud omnes voluerit ; quid opus fuiſſet, à Patre illam petere, ſi divinam in ſe eſſentiam habuiſſet ; & ſic non minùs, quàm Pater, imò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

imò idem numero cum illo Deus fuiſſet, idque Patris nomine commemorato, ut adverſarii ſtatuunt, intelligi voluiſſet? Quorſum enim attinet, auctoritatem aliunde petere, cum eam per te ipſum, & eandem quidem numero, cum altero, habeas, & te habere, credi ac ab omnibus omnino velis?

amplificaret, & officio ſuo ſatisfaceret; & denique adverſariis omnem incredulitatis excuſationem adimeret. Hâc enim ratione ipſos clariſſimis argumentis convicit, taciteque ad Moſen, quem ſemper crepabant, remiſit.

CRELLII
CAP. VI.

Argumentum ſextum ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus negat Chriſtus ſe veniſſe, ut voluntatem ſuam faceret.

Sexto loco commemoranda ſunt illa teſtimonia, in quibus Chriſtus negat ſe veniſſe, ut voluntatem ſuam faceret, ſed ejus, à quo miſſus fuerit, Patris. Id quod ex priori conſequitur. Legati enim eſt, non ſuam, ſed mittentis voluntatem facere ac quærere. Atque huc pertinent illa Chriſti verba, Joh. 5. 30: *Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me.* & cap. 6. 30: *Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me*, intellige Patris, ut ex ſeqq. verſic. aliiſque pluribus locis, & ex re ipſa intelligitur. Quomodo autem Chriſtus, ſi ſupremus ille Deus erat, non quærebat voluntatem ſuam, aut, ut eam faceret, non venerat? Quor-

BISTERFELDII
CAP. VI.

Reſponſio ad argumentum ſextum, ex illis apud Iohannem locis petitum, in quibus negat Chriſtus, *ſe veniſſe, ut voluntatem ſuam faceret.*

Reſpondemus: Denuò falſa eſt conſequentia; Chriſtus non quærebat voluntatem ſuam: ergo non eſt ſupremus Deus. Quia quærere voluntatem ſuam *hîc non eſt, voluntatis ſuæ conſilium exequi, vel ad gloriam ſuam aliquid facere: ſed eſt gloriam ſuam quærere, quemadmodum Iudæi putabant; ut falſi prophetæ ſolebant: nempe contra voluntatem ac gloriam Dei ſibi aliquem honorem vendicare. Legati quidem non eſt, ſuam voluntatem tantùm, & quidem contra legantem, quærere: ſed ſi quis ſponte ac certo pacto ad legationem ſe obtulerit, ac in omnibus cum legante conſenſerit, poteſt quis unâ eâdemque operâ & ſuam, & legantis voluntatem quærere. Hunc eſſe verum horum verborum ſenſum* Ioh. 5. 30, *ex præcedentibus & conſequentibus maniſeſtè patet. Locus autem* c. 6. 28. *adverſarios efficaciter refutat: tùm quia apertè docet, Chriſtum, antequam eſſet homo, in cœlo fuiſſe: (qui enim è cœlo deſcendit, neceſſariò in cœlo priùs fuit) tum quia expreſſè indicat, ſe hoc deſcenſu ad ſuam gloriam minimè*

nimè opus habuiſſe, ſed veniſſe tantum ut fideles ad vitam æternam deduceret. Hoc itaque vult dicere; Ego non veni, ut contra Dei voluntatem ambitioni meæ indulgeam, ſicut vos putatis; nec ut aliquam utilitatem, quâ indigeam, hinc captem: ſed ut Patris electos ad æternam felicitatem deducam. Nam fieri nulla ratione poteſt, ut Chriſtus, Patris voluntatem ac gloriam quærendo, ſuam, eo ſenſu, quo adverſarius vult, non quæſiverit: cùm hîc primarius, imò unicus Patris ſcopus in omnibus non ſolùm Chriſti ſed ſuis quoque operibus fuerit, ut Filium ſuum unigenitum glorificaret.

Quorſum enim venerat, niſi ut voluntatem Dei illius ſummi faceret? Imò eo ipſo, dum ſe voluntatem Patris quærere, &, ut eam faceret, de cœlo deſcendiſſe aſſerit, eo ipſo, inquam, aſſereret, ſe quærere voluntatem ſuam, &, ut eam faceret, de cœlo ſe deſcendiſſe, ſi idem numero cum Patre Deus eſſet, ſiquidem, ut antea monuimus, eorum, quorum eadem numero eſſentia eſt, eadem planè eſt voluntas, idemque numero voluntatis actus, quemadmodum ſanè adverſarii de Deo Patre ac Filio ipſius ſtatuunt.

Defenſio Reſponſionis.

CHriſtum ſecundùm naturam divinam, & quidem tantùm, è cœlo deſcendiſſe, id eſt, naturam humanam aſſumſiſſe, veriſſimum eſt. Adverſariorum enim de duplici Chriſti in cœlum aſcenſione figmentum non ſolùm contextui, verum univerſæ Scripturæ tàm apertè adverſatur, ut ipſius audacia admirationem potiùs mereatur quàm refutationem. Alibi tamen ejus futilitatem ad oculum oſtendemus.

Defenſio Argumenti.

EXceptio autem illa de humana natua, ſecundùm quam hîc loquutus ſit Chriſtus, ne cætera, quæ ſuprà diximus, hîc repetamus, ideò locum non habet, quòd in ſecundo loco, unde de priori judicium fieri poteſt, dicat Chriſtus, ſe de cælo deſcendiſſe, *non ut ſuam, ſed ut Patris voluntatem faceret. At deſcenſus ille Chriſti, toti ipſius perſonæ convenit, vel, ut adverſarii credunt, ſecundùm divinam naturam ei competit. Secundùm hanc enim Chriſtum è cælis deſcendiſſe contendunt, ut è virgine naſceretur. Quare de tota ſua perſona, non de una tantùm illius parte loquitur. Aut ſi ratione unius tantùm naturæ hæc ſibi tribuit, ex adverſariorum ſententia de divina loqui cenſendus erit; id quod ſe ipſum evertit. Cætera, quæ hîc dici poſſunt, jam in ſuperioribus locis ſunt explicata.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. VII.

Argumentum ſeptimum ex eo, quòd Chriſtus ſuam gloriam non quæſierit.

Septimò huc pertinet illa ejuſdem Chriſti cap. 8. 50: *Ego non quæro gloriam meam : eſt, qui quærat, & judicet.* & illa eodem capite v. 54: *Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt : eſt Pater meus, qui glorificat me.* Ex quorum illo ita argumentari licet : Si Chriſtus ſupremus ille Deus fuiſſet, non potuiſſet non gloriam ſuam quærere. Etenim finis omnium actionum Dei, & eorum, qui ab ipſo mittuntur, eíve ſerviunt, ultimus eſt ſcopus, Dei ipſius gloria. Itaque ſi Chriſtus Deus ille ſupremus eſſet, ſuam gloriam non potuiſſet non quærere. Deinde cum ſatis apertè profiteatur, ſe gloriam quærere ejus, qui ipſum miſerit, nempe Patris, cap. 7. 18: ſi ejuſdem cum illo eſſentiæ fuiſſet, idemque cum ipſo Deus; ipſius gloriam quærendo, etiam ſuam quæſiviſſet. Præterea cùm dicat, Patrem ipſius gloriam quærere ac judicare, ipſúmve glorificare; neceſſe fuiſſet, ipſum quoque Chriſtum eodem tempore, eâdemque operâ, ſuam gloriam quærere ac judicare, ſeque adeò ipſum glorificare, cum, ut antea monuimus, eorum, quorum, eadem numero eſt eſſentia, eadem voluntas ac potentia

CAP. VII.

Reſpondetur ad argumentum ſeptimum, quòd *Chriſtus ſuam gloriam non quæſierit.*

Ad eandem fallaciam omninò pertinent argumenta ex c.8.50. & 54. *ſumpta. Ibi enim* gloriam quærere *eſt eam per Samaritaniſmum, & dæmonium, adeoque cum horribili Patris ignominiâ quærere: ut ipſi Iudæi objiciebant. Quòd autem Chriſtus gloriam ſuam unà cum Patris gloriâ quærat, diſertè teſtatur:* Eſt qui quærat, & judicer. *Quaſi dicat : Non eſt neceſſe ut ego falſam Patrique adverſam gloriam quæram: cùm ipſe Pater meam gloriam in omnibus quærat, mihique ſit adjudicaturus. Omnino enim Patris gloriam quærendo, ſuam quærebat: quia dum glorificatur Pater, glorificatur Filius : & viciſſim.* Ioh. 17. 2, 11. *Quærebat igitur gloriam ſuam, ſed non eo modo quo Iudæi putabant.*

Nec aliter intelligitur ſe ipſum glorificare. *Verſu* 54. *objecerant ipſi Iudæi*: Quem facis te ipſum? *Id eſt, tu præter omnem rationem magnum honorem tibi affingis, nec Deus tantum honorem tibi concedit, ſed inſtar impudentis, ſtulti, ac ambitioſi te ipſum jactas.* Reſpondet *ipſis* Ieſus: Si ego me ipſum glorificarem, *ut vos putatis*, gloria mea nihil eſſet: ſed Pater meus, quem dicitis, quòd Deus veſter ſit, is glorificat me; *is teſtatur & teſtabitur de me, quòd talis ſim, qualem me profiteor. In omnibus his dictis adverſarius committit fallaciam à dicto ſecundùm quid ad dictum ſimpliciter: quâ nimirum id quod nonniſi certo ſenſu ac reſpectu negatur, omni ſenſu ac abſolutè negatum putat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

potentia agendi, eandem etiam numero operationem eſſe ſit neceſſe. Unde adverſarii quoque volunt, operationes Trinitatis ad extra, ut loquuntur, eſſe indiviſas. Quamquam limitationem ratio iſtius identitatis non admittit; & etiam admiſſa, hîc eandem, ex adverſariorum ſententia operationem fuiſſe neceſſe eſt: quia eam glorificationem vel in exaltatione humanæ naturæ, vel in manifeſtatione gloriæ Chriſti apud homines conſtituunt, & conſtituere neceſſe habent. Iam verò videmus, Chriſtum apertè negare, ſe gloriam ſuam quærere, aut ſe ipſum glorificare.

Ex poſteriore autem loco ita concludimus: Si Chriſtus Deus ille ſupremus eſſet, dicere non potuiſſet, ſi ſe ipſum glorificaret, gloriam ſuam nihil fore. Quomodo enim gloria, quæ à ſupremo Deo proficiſcitur, aut quâ Deus ſupremus ſe ipſum glorificat, nihil, h. e. vana atque inanis, eſſe poſſet? Certè non magis vana eſſet, quàm gloria à Patre profecta. Atqui apertè Chriſtus dicit, ſi ſe ipſum glorificaret, gloriam ſuam nihil eſſe: & ea in parte glorificationem à Patre profectam, tanquam veram ac ſolidam, glorificationi à ſe profectæ opponit.

BISTERFELDII CAP. VIII.

Reſpondetur ad argumentum octavum ex verbis Chriſti Ioh. 12. 44: *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.*

Reſpondemus: His verbis nullâtenus ſignificatur, Chriſtum non eſſe principale fidei objectum ultimumque ejus ſcopum: ſed ipſum non eſſe ſolitarium fidei objectum, ut excludatur Pater. Reſpondet enim Iudæis qui in ipſum credere nolebant, putantes, quòd ipſos à Deo Patre ſeduceret. Senſus igitur eſt, iſque planiſſimus: Qui credit in me, is non credit in me tantùm, ſed etiam in eum, qui miſit me: cùm innumeris in locis Scriptura jubeat, ut in Chriſtum credamus, & quidem nulla Patris mentione factâ. Sic hoc capite v. 36. & 14. 1. Creditis in Deum? ergo etiam in me credite.

CRELLII CAP. VIII.

Octavum argumentum ex verbis Chriſti Ioh. 12. 44: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

Hæc, quæ citavimus, Chriſti verba, ſignificare, ipſum non eſſe principale fidei objectum, ultimumque ſcopum, in quem ea tendat, & in quo conquieſcat, omnes facilè intelligunt. Ita enim communis loquendi poſtulat conſuetudo, quam Chriſtum ſequutum eſſe conſtat; ſiquidem à populo, quem altiori voce alloquebatur, intelligi volebat. Hinc verò ſequitur, Chriſtum non eſſe illum ſupremum Deum. Deus enim ille ſummus, ultimus eſt fidei ſcopus, & principale ejus objectum. At Chriſtus ſe hunc eſſe in verbis citatis negat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

De fenſio Argumenti.

Vide ſupra c. 3. hujus ſect.

Diſtinctio naturarum hîc locum habere non poteſt, tum ob ſimplicem negationem; tum propterea, quòd Chriſtus ſe hîc conſiderat, quatenus in ipſum creditur, credendúmve eſt. At in ipſum credendum eſt, ut in Dei Filium, *atque adeò, ſi adverſariis credimus, ut in ipſum Deum ſummum. Vnde, cùm de Chriſto agitur, urgent illud Ieremiæ:* [a] Maledictus homo, qui confidit in homine, *omittentes aut non expendentes illud, quod ſequitur,* & ponit carnem brachium ſuum *h. e. in carne, re fragili, robur ac præſidium ſuum collocat,* & cor ejus recedit à Deo. *Quorum neutrum in Chriſto homine, præſertim à dextris Dei in cœleſtibus collocato, locum habet. Quare, ut ad locum noſtrum redeamus; cùm ſe Chriſtus objectum fidei conſtituit, interim tamen principale ſe objectum, ultimumque ejus finem eſſe negat; de ſe ut Dei Filio loquitur. Eum verò ſecundùm humanam tantùm naturam Dei Filium eſſe, adverſarii non conceſſerint. Adde, quod ſe, ut Patris legatum conſideraret. Nam legato, quâ talis eſt, adhibita fides, non in ipſo, ſed in legante ultimò terminatur: cum inde ejus pendeat auctoritas, iſque non ſua, ſed aliena, nempe mittentis, dicta proponat. Et Chriſtus ſanè ideò hoc dixit, ut fidem in ſe collocatã commen-*

Vide Ioh. 3. 18. & c. 9. 30. 35.

[a] Ier. 17. 5.

Defenſio Reſponſionis.

Diſtinctione naturarum hîc non reſpondemus. Illud autem *Ieremiæ* 17. 5. rectiſſimè urgemus contra adverſarios, qui contra univerſum ſcripturæ tenorem nobis perſuadere volunt, ut in nudo homine confidamus. Rectè autem expendant id quod ſequitur: *Et ponit carnem brachium ſuum, & cor ejus recedit à Deo*; quia his verbis non vult diſtinguere Propheta, quoſdam homines non eſſe carnem, & in quibuſdam hominibus poſſe confidi ut non recedatur à Deo: ſed docet, quòd confidere in eo qui eſt nudus homo, ſit ponere brachium ſuum carnem, & ſit recedere à Deo: quia Deus rivalem ferre nequit. Hoc manifeſtum eſt ex antitheſi v. 7: *Benedictus eſt vir qui confidit in Domino* (Iehovah,) *& cujus fiducia in Iehovah.* Hîc niſi adverſariorum interpretatio falſa eſſet, omnino debuiſſet addere: vel qui confidit in homine, quem Deus conſtituit brachium, aut ſimile quid. Cùm enim hic propheta, ut & reliqui, creberrimè hortentur populum Iudaicum, ut ſuam fiduciam collocent in Meſſiam, eum autem juxta adverſarios ut nudum hominem deſcribant, utique ſibi ipſis contradixiſſent, niſi hoc ſuum axioma ſic limitâſſent. Adde, quòd juxta mentem adverſariorum maledictus ille eſſe debuerit, qui in Chriſto ante ſeſſionem ad dextram Patris, ſuam fiduciam collocavit; cùm tunc caro fragilis fuerit, quàm poſtea neceſſariò, ut abſurdiſſimè fingunt, abjicere, & neſcio quid fieri debuit. Denique illi, qui in bonis Angelis, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vel Sanctis hominibus fiduciam ſuam eâtenus collocant, quâtenus eos inferiores mediatores à Deo conſtitutos credunt, ex hoc loco, ſi adverſariorum gloſſa obtineat, refutari non poterunt. Chriſtus autem hîc omnino ſe ut Patris legatum conſiderat. Verùm ſi legatus non ſolo legantis juſſu,& ad ejus honorem, verùm proprio etiam conſilio ac liberrimâ voluntate legationem ſuſcipiat, ut communem, ſuam nimirum & legantis, cauſam agat,non in legante tantùm, ſed etiam in ipſo legato fides ultimò terminatur. Hoc pulchrè nos docet auctor epiſtolæ ad Hebræos c. 1: *Vltimis his diebus nobis locutus eſt in Filio, quem conſtituit hæredem omnium* &c. &. c. 2.2.3. *Etenim ſi quicunque ſermo per nuntios ſeu angelos prolatus fuit firmus, omniſque transgreſſio & contumacia juſtam mercedis retributionem retulit:* Quomodo nos *effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cœpit enarrari per ipſum Dominum.* Vides, quòd idem, qui legatus fuit, etiam ipſe Dominus, primuſque omnium auctor ac ultimus ſcopus fuerit. Dixit quidem Chriſtus hæc verba ut fidem in ſe collocatam commendaret: ſed id fecit propter Iudæos, qui falſiſſimè putabant, quòd ipſe ſuos diſcipulos à Deo Patre abduceret, non verò ad eum adduceret. Qui eum non pro Meſſiâ ſed pro ſeductore habebant. Omnia verò quæ Chriſto tanquam legato competunt, divinæ ejus naturæ eſſe adſcribenda, ut ſine ratione, ita non ſine abſurditate dicitur. Conſulas hâc de re ſuprà c. 4.

mendaret; nempe quia non in ſe conquieſcat; cum ex ſe ipſo non loquatur: ſed in ipſum Patrem, qui ſe miſiſſet, tendat, atque in eo terminetur. Quæ autem Chriſto, ut Patris legato tribuuntur, ea ad Chriſtum, quantus quantus eſt, referenda eſſe, &, ſi is perſona ſit ſupremæ Divinitatis, etiam divinæ naturæ eſſe adſcribenda, jam ſuprà c.4. hujus ſect. docuimus. Quòd ſi hoc abſurdum eſt; fatendum erit, Chriſtū ſupremum Deum non eſſe.

BISTERFELDII

CAP. IX.

Reſponſio ad argumentum nonum, quòd *Chriſtus aliquando diem ultimi judicii ignoraverit.*

Quomodo Iohannis teſtimoniis adverſarius abuſus fuerit, vidimus: Nimirum quòd voces & phraſes quaſdam arripuerit, ac contra univerſam textus ſeriem eas ita detorſerit, ut antecedentia & conſequentia vel obiter perpendenti ejus fraus non poſſit eſſe obſcura. Simile ita-

CRELLII

CAP. IX.

Argumentum nonum, quòd Chriſtus aliquando diem ultimi judicii ignoraverit.

Hucuſque ex Iohanne adduximus teſtimonia, in quibus de Chriſto id negatur, quod de eo negari non poſſet, ſi is Deus ille ſummus eſſet. Sequitur, ut ex aliis quoque ſcriptoribus ſacris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſacris ſimilia adducamus teſtimonia, & quidem ejusmodi, in quibus prærogativa Patri præ Chriſto tribuatur. Eorum autem primum faciemus illud Chriſti, quod ſuprà de Patre agentes attigimus, Marc. 31. 32: *De die autem illo, vel hora* (nempe ultimi judicii (*nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater*, ſeu, ut Matthæus cap. 24. 36. loquitur, *niſi ſolus Pater*. Quomodo ſolum Patrem Deum ſupremum eſſe, hinc evincatur, antea oſtendimus. nunc, quomodo hinc probetur, Filium non eſſe ſupremum illum Deum, videndum eſt: licèt priori probato, hoc poſterius neceſſariò conſequatur. Sed nos contraria hic agimus ratione, & non ex eo, quòd ſolus Pater ſit Deus ſupremus, Chriſtum non eſſe Deum ſummum demonſtramus; verùm ex hoc poſteriori illud. Res autem facilis eſt, & cuivis patet: Deus enim ille ſummus nihil ignorat, aut unquam ignoravit. Filius autem Dei diem horamque ultimi judicii aliquando ignoravit. Quare Filius Dei ſummus ille Deus non eſt.

itaque ingenium ac artificium in reliquis ſcriptoribus ſacris lector ab ipſo exſpectet. Scopo autem ſuo accommodatiſſima putavit loca Marci. 13. 32: De die autem illo & horâ nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater: *& Matthæi* 24. 26: De die autem illo & horâ nemo ſcit, ne Angeli quidem cœlorum, niſi ſolus meus Pater.

Reſpondemus: Non negari ſimpliciter de Filio, quòd diem extremi judicii ſciat, ſed tantùm ſecundum naturam humanam. Eſſe autem hanc negationem non ſimpliciter, ſed cum tacitâ limitatione intelligendam, non ſolùm ex locis citatis, verùm aliis Scripturæ dictis clariſſimè conſtat. Obſervemus tamen hîc quòd fateatur adverſarius: Quòd Deus ille ſummus nihil ignoret, aut unquam ignoraverit: *quo ipſo horrendam, imò brutam ſui magiſtri ſententiam, pro quâ tanquam pro aris ac focis dimicat, funditus evertit: nempe Deum ignorare futura contingentia antequam fiant. Si Deus futura contingentia nec præſcit, nec, ut clamat, præſcire poteſt, ergo Deus & jam, & ab æterno infinita ignoravit: & quidem nobiliſſima ſcituque digniſſima. Suas nimirum, & ſuarum creaturarum rationalum actiones liberas, earumque æternum ſtatum.*

Defenſio Argumenti.

QVantopere ſe in hoc nodo ſolvendo torſerint adverſarii, quámque diverſas diverſi, imò & iidem, interpretationes excogitârint, videre licet tum apud alios, tum inprimis apud Maldonatum, qui

Defenſio Reſponſionis.

QUòd hoc in loco tacita limitatio, nempe *ſecundùm naturam humanam*, ſubintelligenda ſit, licèt verba ſimpliciter ponantur, patet primò ex ipſorum locorum collatione. Fideliſſimus enim Matthæi interpres Marcus particulam exclu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

excluſivam ſolus omittit, cùm Filii mentionem feciſſet: quò indicaret, per eam apud Matthæum non includi Filium, ſed nudas creaturas. Ideo immediatè addit: *nec Filius, niſi Pater*: id eſt, nec Filius novit illum diem niſi quâtenus ille unus eſt cum Patre, qui ipſum novit. Etenim ſi Filium ſimpliciter excluſum voluiſſet, omnino debuiſſet addere voculam *ſolus*: cùm tam accuratè omnium illorum, de quibus quis ſuſpicari poterat, inductionem ac recenſionem inſtituerit. Deinde idem patet ex contextûs conſideratione. Agitur hîc de adventu ipſius Chriſti, & quidem maximè ſolenni: at quâ ſpecie fingi poteſt, eum qui tàm magnificè de ſuo adventu diſſerit, quique ſuos diſcipulos omnium periculorum prædictione ſolari volebat, ac de ſuis ſermonibus *v.* 31. planè divina prædicabat, proprium ſuum adventum ignoraſſe? Quam ex ejus verbis fiduciam concipere poterant diſcipuli, qui ipſemet quando advenire vellet, vel deberet, ignorabat? Itaque non ſolùm diſcipulis, verum etiam ipſi Chriſto æquè, ſi non magis, fuiſſet vigilandum, juxta v. 42. Matthæi: *Vigilate igitur, quia non ſcitis quâ hora Dominus veſter veniet*. In quem eadem exhortationis ratio cadit, is omninò eidem exhortationi locum dare debet. Tertiò hoc docet ſimilitudo, quâ Chriſtus utitur. Nam *Marci v.* 34 ſe confert cum quopiam qui peregrè diſcedens relinquat domum ſuam, detque ſervis ſuis poteſtatem, ac ſuum cuique opus, quique *v.* 45. conſtituit fidelem ac prudentem ſervum ſuper famulitium ſuum, ut det illis alimentum in tempo-

qui refert, Hieronymum & Auguſtinum, teſtimonii difficultate preſſos, eò confugiſſe, ut locum vitiatum eſſe dicerent, & non legendum, neque Filius, ſed Pater: *contra omnium codicum fidem. Quam ſi licebit in dubium vocare, nihil erit in ſacris literis certum, nihil firmum, nihil quod negare non liceat. Neque ſolùm Marci, ſed & Matthæi verba his reſpondentia expungere oportebit. Ait deinde idem interpres, majorem partem antiquorum auctorum exiſtimâſſe, Chriſtum ignoraſſe diem judicii, non quòd revera ignoraverit, ſed quòd fecerit, ut nos ignoraremus, quòd nobis revelare noluerit, quòd ejus corpus, id eſt, Eccleſia ignoraverit, quòd ſe ſcire diſſimulaverit: in eamque ſententiam citat Origenem, Chryſoſtomum, Gregorium, Hieronymum, Bedam, Theophylactum. Hanc interpretationem (ſi modò hoc nomen meretur) eo argumento idem rectè refellit. Quia iſto modo etiam Pater diem judicii ignoraret, quia eum nobis non revelavit. Sed deinde quænam hæc fuiſſet Chriſti ratio? Volebant diſcipuli ex ipſo diem judicii ſcire. Reſpondet Chriſtus, ex iſtorum ſententia: Filius facit, ut vos ignoretis diem judici, eum revelare non vult. ſcire ſe diſſimulat. Atqui id ipſum rogabant diſcipuli, ut eum ſibi indicaret. Cauſa erat afferenda, cur indicare nollet, cur, ut illi loquuntur, diſſimularet. Denique quæ hæc interpre-*

terpretatio: neſcio, *id eſt, diſſimulo me ſcire? Itáne Chriſtus cum diſcipulis egit, &, cum quibus apertè agere & licebat, & decebat, eos eluſit? Ejuſmodi oratio, ne cordato quidem homine, nedum Chriſto digna eſſet. Alios rurſus, ut Originem, Epiphanium, Chryſoſtomum, ait interpretatos, Chriſtum ignoraſſe diem judicii, id eſt, nondum expertum fuiſſe. Hanc ſententiam eadem ratione, quâ ſuperiorem, refutat: quia hoc pacto & Pater ignoraret, cum nec ipſe eum ſit expertus. Alios dixiſſe ait, ſenſum eſſe, nec Filius hominis ſcit, niſi Pater ſciat: ſed quia Pater ſciat, Filium etiam hominis ſcire, ut Euthymius. Quæ interpretatio admodum eſt frivola: primò quia hoc modo cauſſam non attuliſſet, cur diſcipulis diem judicii non indicaret, nec deſiderium ejus cognoſcendi, & ab ipſo inquirendi minuiſſet, ſed auxiſſet: quia hoc pacto indicâſſet, filium hominis eum diem ſcire. Deinde nec vox Filii abſolutè de Chriſto poſita filium* hominis, *ſed Filium* Dei, *quà talis eſt, denotat; præſertim cum ſtatim ei vox*Patris *opponatur, per quam Deus intelligitur: & vocula* niſi, *in verbis* niſi Pater, *non cum proximis revera verbis,* neque Filius, *cohæret, ſed cum illis,*nemo ſcit; *vel ſaltem ſumitur pro adverſativa,* ſed. *Denique adverſatur ea interpretatio verbis Matthæi, qui ait,* ſolum Patrem ſcire. *Quàm ridiculum enim eſſet,*

tempore. Sed quis prudens paterfamilias diſcedit domo ſuâ relictâ, qui non decreverit certum ſui reditus tempus? Sæpiûs quidem hominum conſilia impediuntur, ſpeque ac opinione tardiùs domum revertuntur: ſed id de Chriſto cogitari nequit, qui quod vult facit. Nullus autem prudens paterfamiliâs tam eſt incogitans, qui de ſui reditus tempore ſecum aliquid non conſtituat. At ſi Chriſtus eſt paterfamiliâs, eccleſia verò ipſius domus, quî fieri poteſt, ut non habeat poteſtatem decernendi de ipſius ſtatu, & quidem ultimo. Poteſtatem autem ſine ſcientiâ habere nequit. Accedit, quòd ſuum cuique opus aſſignare nequeat, niſi reditûs ſui momentum exactè ſciat. Denique quomodo ipſis de alimentis neceſſariis proſpicere, ac de tempore ea dandi præſcribere poteſt, niſi exactè reditum ſuum noverit? Quartò idem probat v. 37. Matthæi: *Sicut autem erant dies Noë, ita etiam erit adventus Filii hominis.* Quamvis autem illi non cognoviſſent diluvium uſque dum veniſſet & ſuſtuliſſet omnes, Chriſtus tamen illud ſciebat; imo & prædixerat, & immiſerat. 1. *Petri* 3. 20. Quintò hoc confirmat *v.* 34. Matthæi, & 30. Marci: *Amen dico vobis, nequaquam præterierit hæc natio* (γενεὰ, ſcilicet gens Iudaica) *uſque dum omnia iſta facta ſint: cælum & terra præteribunt: ſermones autem mei nequâquam præteribunt.* Hoc eſt, etſi hæc gens Iudaica horribiles afflictiones ſit perpeſſura, tamen non opprimetur, ſed juxta promiſſiones meas toties ipſi in prophetis à me inculcatas ac jam repetitas tandem ante extremum judicium unà

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cum reliquis electis colligetur. At has tam minas quàm promiſſiones non ſolùm Chriſtus in V. T. ipſis prædixit, ſed etiam decrevit, ac exſequitur: ut ſuo loco à nobis clariſſimum fiet. Attento lectori tantùm meditandi anſam hâc vice ſuggerimus: quia res amplam, accuratamque prophetarum explicationem poſtulat. Si itaque Chriſtus id, quod extremum judicium certo ac determinato intervallo præcedit, ſcivit: imò ſi ipſemet hoc facturus erat: quâ ratione extremi judicii diem omni modo ignorare potuit? Præſertim cùm, ſextò, Euangelii per univerſum orbem prædicatio, cujus periodus immediatè cum fine cohærebit, *v.* 14, ſit opus Chriſti quaſi proprium. Accedat denique ſeptimò, quòd *v.* 31. *Matthæi* & 27. *Marci* doceat, quòd ipſe omnes ſalvandos elegerit. At nullâ ratione eos eligere potuiſſet, niſi certum judicii diem apud ſe conſtituiſſet: niſique dies illos malos decurtâſſet. *v.* 22. At ſi dies iſtos decurtavit, neceſſariò ultimum ſcivit. Abſurdum enim eſt, in ejus poteſtate eſſe conſtitutum finem, quem dicit hominum electio, qui ignorat media ad finem: hujus ſcilicet ſeculi gubernationem. Abſurdius autem eſt, quòd quis decurtet dies præcedentes, id eſt, certum brevemque dierum illorum numerum conſtituat, qui illorum terminum ignorat. Ex his aliiſque quæ ingenioſus lector proprio Marte ex textu eruet, ſatis ſuperque conſtat, Chriſtum omnino extremi judicii diem ac horam ſciviſſe. Quod longè clariùs apparebit, ſi alia ſcripturæ loca conferantur. Hâc vice ſufficiant

Mat.

eſſet, dicere, filium hominis non ſcire diem judicii, niſi ſolus Pater ſciat; *contradictio enim eſt in adjecto, & conditio appoſita id, cui apponitur, evertit. Ait autem porrò idem interpres: multos veteres & graves Auctores, quorum nomina ordine recenſet, ita interpretatos, Chriſtum, quatenus homo eſt, diem judicii ignorâſſe. Quod ipſe non niſi eatenus verum eſſe putat, quatenus intelligatur, Chriſtum non eo titulo, ſeu non ea de cauſa, ſciviſſe diem judicii, quia homo fuerit, ſed quia Deus. Alioquin enim falſum, atque adeò horrendum auditu eſſe putat, Chriſti humanam naturam aliquid ignorâſſe. Arbitrantur namque Pontificii, quin & alii nonnulli, Chriſti humanam naturam ab initio ſtatim conceptionis aut nativitatis omnia ſciviſſe. Verùm & illam interpretationem refellit, quia Chriſtus non ſolùm neget. Filium hominis* (Dei *potius dicere hîc debebat*) *diem judicii ſcire, ſed etiam affirmet*, ſolum Patrē ſcire: *quo verbo non ſolùm Filium, ſed etiam Spiritum Sanctum videatur excludere.*

Verùm enim verò, quia hodie ea interpretatio, quam interpres ille rejicit, nempe ut Chriſtus non ſecundùm divinam, ſed ſecundùm humanam naturam dicatur verè ignorâſſe diem judicii, vulgò receptiſſima eſt, etiā apud eos, qui alioquin in ipſo conceptionis momento divinæ naturæ proprietates humanæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

næ communicatas, aut omnium rerum ſcientiam animæ ejus infuſam ſtatuunt; ideo ea nobis hîc breviter refellenda, eâque excuſſâ, iſtius etiam hominis propria interpretatio paucis refutanda eſt.

Iſtiusmodi ergo interpretatio, & ad argumentum noſtrum reſponſio, quæ vulgò affertur, tribus potiſſimùm de cauſſis admitti non debet. Primùm, quia Chriſtus ſimpliciter, & ſine ulla limitatione negat, Filium ſcire diem ac horam judicii. Vnde conſequitur, eum de ſe toto, quantus quantus eſt, loquutum eſſe; quemadmodum in examinatione reſponſionis ſecundæ ad locum Ioh. 5. 19. oſtendimus. Deinde, ut alia eodem loco dicta prætereamus, tum ex ſimplici voce Filii, *Deo Patri oppoſitâ, tum ex gradatione, quâ utitur Chriſtus, ab Angelis ad Filium, à Filio ad Patrem aſcendens, apparet eum omnino de ea natura loquutum eſſe, ſecundùm quam Dei Filius eſt. Tertiò, quia apud Matthæum expreſsè dicitur,* ſolum Patrem ſcire *diem horámve judicii. Quæ eadem verborum Marci ſententia eſt, dum ait:* nemo ſcit, *&c.* niſi Pater; *Patrem ipſi quoque Filio opponens. Atqui ſi Chriſtus ſecundùm divinam naturam diem judicii ſciviſſet, jam non ſolus Pater, ſed & Filius ſciviſſet; & præterea, ſi adverſariis credimus, Spiritus Sanctus.*

Quòd verò hoc loco illud Pauli dictum Col. 2. 3. tantopere urgent: In

Mat. 11. 27; & Ioh. 5. 19, 21, 22, 25, 26; & Eſ. 9.6. Ubi in primo loco etiam occurrit propoſitio excluſiva ſimpliciter poſita: Quam niſi tacitâ limitatione reſtringas, nec Pater, nec Filius ſe ipſos cognoſcent. Quàm verò ab omni ratione abhorret, quòd is, cui omnia tradita erant; qui omnia quæ Pater faciebat fecit; cui omne judicium ita erat conceſſum ut Pater negetur aliquem judicare; qui vivificabat quos volebat; qui horam quâ omnes ſuſcitaturus erat exactè noverat; qui vocatur Patris admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, & princeps pacis; quòd, inquam, is tempus, in quo nobiliſſimum poteſtatis, operationis, judicii, vivificationis, & ſuſcitationis ſuæ ſpecimen edere debebat ac volebat, quoque conſilii ſui ſcopum obtinere, ſeculo ſuo colophonem imponere, ac veræ pacis initium facere debebat, ignorârit?

Examinemus jam ea quæ ex adverſarii explicatione contra nos objici poſſe videntur. Primò videtur, quòd juxta reſponſionem noſtram nullam cauſam attulerit Chriſtus, cur diſcipulis diem judicii non indicarit, nec deſiderium ejus cognoſcendi, & ab ipſo inquirendi minuerit, ſed auxerit: cùm eum, quâ Deus, ſciverit. Verùm efficaciſſimam cauſam attulit. Si enim nec Angeli in cœlo, nec Filius quâ homo, extremi judicii diem novit; quàm temeraria foret curioſitas eum adhuc ſcire velle? Vult itaque dicere Chriſtus: Vos date operam ut diligenter vigiletis, ac ſigna futuri judicii accuratè obſervetis: ipſum tamen diem ac ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ac horam ne inquiratis: cum illa Angelorum, imo meam, quâ homo ſum, cognitionem ſuperet. Deinde quòd vox *Filii* abſolutè de Chriſto poſita non filium hominis, ſed Filium Dei, quâ talis eſt, ſemper denotet, falſum eſt. Vox autem Patris ei oppoſita non id confirmat, ſed confutat. Si enim, quâ Filius Dei conſideraretur, Pater in hâc cognitione ipſi non opponeretur, ſed conjungeretur. Nec gradatio huic noſtræ limitationi repugnat. Nam humana Chriſti natura, quâtenus conſideratur ut unita divinæ, Angelis eſt præſtantior. Quod adverſarii concedere debent, cùm Chriſtum Angelis longè præſtantiorem, ſolâ tamen humanâ naturâ præditum, credant. De enuntiatione ſimpliciter prolatâ, & particula *ſi* ſuprà egimus.

Locum *Col.* 2. 3: quod attinet ſive de Chriſto, ſive de myſterio Dei & Chriſti accipiatur, ſatis tamen inde cognoſcitur, quòd Chriſtus extremi judicii diem non ignoraverit. Fieri enim non poteſt, quin Chriſtus myſterium illud perfectiſſimè cognoverit. At hoc myſterium non tantùm complectitur in ſe res nobis ad ſalutem ſcitu neceſſarias, ſed etiam œconomiam plenitudinis temporum, adeòque diei extremi cognitionem: ut ex *c.* 1. *v.*25,26, 27, & *Epheſ.* 1. 10, patet.

Maldonati ſubtilitas hîc eſt ſatis plumbea. Nam & locum *Matth.* 20. 23. & *Act.* 1. 7. malè explicat. In illo enim non negatur, quòd Chriſtus poſſit dare ſedere illud, ut paulò poſt videbimus. In hoc verò tantum abeſt ut negetur quòd Chriſtus ſciat tempora aut opportunitates, ut In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi; *non animadvertunt primùm, verba illa non minùs, imò etiam rectiùs, ad nomen* myſterii *Dei & Chriſti, cujus mentio proximè præceſſerat, referri poſſe, quàm ad* Chriſti *nomen; ſiquidem de illius cognitione ibi præcipuè agitur, ut ſenſus ſit: In myſterio Dei & Chriſti omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ abſconditos eſſe. Myſterium autem illud euangelica doctrina eſt. Vide cap.* 1. *v.* 25, 26, 27. *Deinde voces* ſcientiæ *&* ſapientiæ *accipiendæ ſunt de notitia rerum ad ſalutem humanam pertinentium, quæ nobis etiam per Chriſtum revelatæ ſunt, & à nobis diligenter cognoſcendæ. In harum autem rerum numero diem judicii non eſſe, ex illis ipſis Chriſti verbis, de quibus diſputamus, apparet. Vt taceam, etiamſi alioqui de eodem rerum genere ſermo eſſet: tamen ſpeciale hoc dictum de judicii die, derogaturum generali, & non hoc ex illo, ſed illud ex hoc interpretandum eſſe.*

Reſtat, ut nonnulla de ea interpretatione ac reſponſione dicamus, quam ille Pontificiorum interpres, cæterorum omnium ſententiis refutatis, excogitavit: quamquam eam ita proponit: ut nec ipſe ei ſatis fidere videatur. Ait enim ſed, niſi fallor, eodem modo Chriſtus loquitur, quo ſuprà dixit: [a] *Sedere autem ad dextram & ſiniſtram,* [a] Matth. 20. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſtram, non eſt meum, dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo. Itaque indicat, quod magis eſt, ſe non ſolùm, ut hominem, ſed etiam ut Deum, modo quodam diem judicii ignorare; non quòd ignoret, ſed quòd non ipſius ſit officium, ſcire: ſicut non dixit, quibus paratum eſt *à me*, ſed *à Patre meo*, non quòd non etiam ab ipſo paratum eſſet: ſed quòd regnum parare, id eſt, prædeſtinare, non ipſius, ſed Patris officium ſit. Sic etiam Patris eſt conſtituere, quando ſolvendus ſit mundus, quando dies judicii futurus ſit. Hoc eſt quod Apoſtolus dicit, a *Non eſt veſtrum, noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Propterea ſolus ipſe ſcire ſignificatur. Atque hic, ni fallor, verus eſt ſenſus. *Rectè his appoſuit illud*, ni fallor. *Subverebatur enim, ne falleretur: nec ſibi ipſi vir ingenioſus ſatisfaciebat, cùm aliis ſatisfacere vellet. Sed nec locum rectè explicuit, imò pervertit; nec difficultatem ſuſtulit, ſed aliqua ex parte auxit. Nam primùm & ſine exemplo, & ſine ulla juſta ratione à propria & uſitata vocum* non ſcit *ſignificatione recedit, dum interpretatur,* non eſſe alicujus officium ut ſciat; *niſi fortè hoc ipſum pro cauſſa afferat, de quo controvertitur, nempe non poſſe dici, Filium neſcire diem judicii, quia, ut cætera omnia, ita & diem illum ſemper ſciverit. Deinde, quocunque modo interpretetur*

a Act. 1.7.

ut illa tempora & opportunitates jam olim in Prophetis clariſſimè ſint revelata ac ab Apoſtolis, Iohanne præſertim in Apocalypſi, illuſtrata. Non igitur abſolutè hoc negat Chriſtus, ſed reſpectu iſtius temporis. *Non eſt veſtrûm, cognoſcere*, id eſt, experiri tempora & opportunitates, ſed accipietis Spiritum Sanctum, tumque tantum cognoſcetis de iſtis quantum opus fuerit. Tempora enim & opportunitates in propriâ Patris poteſtate poſita non ſignificant ea quæ Pater propriâ ſuâ poteſtate conſtituerit; cùm omnia temporum momenta, etiam notiſſima ac in Scripturis teſtatiſſima, ſint talia. Sed ſignificant tempora in quibus lux Euangelii tanquam in meridie vigebit. Senſus igitur Chriſti eſt: Non eſt veſtrûm, ut illas prophetias, quæ adhuc ſunt obſignatæ, ſcrupuloſiùs inquiratis; cum illa Iſraëlis reſtitutionem experturi non ſitis; ſed veſtrûm eſt, Euangelicæ prædicationis initium facere, non verò attingere complementum. Illa enim Iſraëlis reſtitutio, de quâ hîc agitur, tum demum continget, cum plenitudo gentium introierit. *Rom.* 11. 25. Si verò Pater ſuæ ipſius propriæ poteſtati atque arbitrio temporum ac momentorum determinationem, ac porrò etiam notitiam ſibi ita reſervavit, ut Chriſtus nec determinandi poteſtatem, nec eorum notitiam habuerit, falſum eſt, quod de ſe dicit *Iohan.* 17. 2, & ſolenniter pronuntiat *Matth.* 28. 18.

tetur verba illa, non eſt officium Filii, diem illum ſcire, *non effugit tamen difficultatem. Vel enim ideo officii Chriſti id non eſt, quia non teneatur illum diem ſcire, ſeu ad id, ut idem illum ſciat, non ſit obligatus; vel quia teneatur illum diem neſcire, ita ut ne liceat quidem illi ſcire; quod poſterius loci ab ipſo citati poſtulare videntur. Si poſterius vult, auget difficultatem, non minuit; & plus etiam, quàm opus eſt, dicit. Non enim tantùm dicit, Filium tunc neſciviſſe judicii diem, ſed ne licuiſſe quidem illi ſcire. Quomodo autem is Deus ille ſupremus eſſe poteſt, qui non modò aliquid ignoret, ſed ne ſcire quidem poſſit; aut cui aliquid ne liceat quidem ſcire, idque quà Deus eſt? Et tamen hunc ſenſum videntur omnino poſtulare loca ab eo citata, & cum hoc ita, ut oportet, collata. Nam cùm Chriſtus dicit*, Sedere ad dextram & ſiniſtram non eſt meum dare, *ſignificat, id non eſſe in ſua poteſtate atque arbitrio ſitum, ſeu ſibi id non licere facere. Locus autem Actorum poteſtatis expreſſam mentionem facit, & ſignificat, Patrem ſuæ ipſius (eſt enim Græcè ἰδίᾳ, i. e.* propriæ*) poteſtati atque arbitrio, temporum ac momentorum determinationem, ac porrò etiam notitiam reſervaſſe. Si verò prius vult; primùm, quid hoc ad rem faciet? Senſus enim erit, neminem eſſe obligatum ad id, ut ſciat diem judicii, nec Angelos, nec Filium, ſed ſolum Patrem. Quid tum enim? etiamſi nec homines, nec angeli, nec Filius obligatus ſit, ut ſciat; ſcire tamen & illi, & hic poterit: & nos, (ſic dicere potuiſſent diſcipuli) ut non teneamur, ſcire tamen cupimus: cum ſcire, ſalva dicti illius veritate, poſſumus. Credit enim ille, adverſus quem diſputamus, etiamſi Chriſti officium non fuerit ſcire diem judicii, ſciviſſe tamen. Hoc ergo pacto non repreſſit Chriſtus Apoſtolorum deſiderium, ac diem illum cognoſcendi cupiditatem; & locum reliquit iſtiusmodi cogitationi, fieri poſſe, ut & homines, & angeli, diem illum ſciant. Deinde quo pacto dici poteſt, Patris officium eſſe, ſeu Patrem obligatum eſſe, ut diem judicii ſciat, Filium non eſſe, ſi hic quoque ſupremus eſt, atque adeò unus cum Patre Deus? Etenim non poteſt alteruter eorum ad quippiam ſciendum obligari, quin alter quoque ſit obligatus: cum idem numero utriuſque ſit intellectus, eademque prorſus ſcientia. Et præterea, quamcumque cauſſam attuleris, ob quam Pater ad judicii diem ſciendum ſit obligatus, ea Filio erit communis, ſi is ſupremus cum Patre Deus eſt. Quin ſi fieri poſſet, ut eorum alter ad id obligatus eſſet, alter non eſſet, vel minùs eſſet; ſtatuendum foret, Chriſtum magis eſſe obligatum; quia; is judicis officium ſuſtineat, & in eo, ſi ſupremus eſt Deus, à nullo dependeat, adeò ut diem judicii pro arbitrio & conſtituat & determinet. Taceo, non rectè dici, Patris officium eſſe, eúmve teneri ſcire diem judicii, cum non poſſit non ſcire; vel, ſi ideo officium ejus eſſe dicas, quia eum diem teneatur definire ac conſtituere; videndum eſt, quàm rectè dicatur, id eum facere teneri, quòd in arbitrio ipſius poſitum eſt. Sed de his hactenus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. X.

Argumentum decimum ex verbis Chriſti Matth. 20. 23: *Sedere ad dexteram & ſiniſtram non eſt meum dare*, &c.

Alterum locum faciemus eum, quem nonnemo, ut vidimus, interpretum, cum eo, de quo hucusque egimus, teſtimonio contulit, extatque apud eundem Matthæum cap. 20. ubi ita Chriſtus ait: *Sedere autem ad dexteram & ſiniſtram non eſt meum dare*, (ſic legitur in Græco, non addita voce *vobis*, quæ in vulgata interpretatione reperitur (*ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Facilè autem cuivis patere poteſt, quid Chriſtus dicere voluerit: nempe in ſua poteſtate non eſſe, ſeu ſibi non licere pro arbitrio decernere, quinam in regno ejus ad dextram ipſius, qui item ad ſiniſtram ſedere, adeòque proximum ab ipſo dignitatis ac honoris gradum obtinere debeant. Hoc enim illis deberi, quibus id à Patre ſit deſtinatum; cujus decreta reſcindere ipſe non poſſit. Ex quo apparet, Chriſtum eam ſibi poteſtatem negare, quam Patrem exercuiſſe indicat. Vnde conſequitur, Chriſtum Deum illum ſupremum non eſſe. In Dei enim ſupremi poteſtate atque arbitrio ſunt omnia: quæ modò ſub ullam poteſtatem cadunt; quale ſanè eſt illud, dare aut decernere, ut aliquis ad dextram, alius ad ſiniſtram Chriſti, in regno ejus ſedeat. ſiquidem Chriſtus indicat, à Patre id aliquibus paratum eſſe.

CAP. X.

Reſponſio ad argumentum decimum ex verbis Chriſti Matth. 20. 23. Tunc dicit eis: Poculum quidem meum bibetis, & baptiſmate quo ego baptizor baptizabimini; ſedere autem ad dextram meam & ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare *vobis*, ſed *iis* quibus paratum eſt à patre meo. *Marc.* 10. 40. Sed ſedere ad dextram meam & ad ſiniſtram meam, non eſt *meum* dare *vobis*, ſed iis quibus paratum eſt.

Reſpondemus. Non dicit Chriſtus quòd ſuum non ſit dare, ſedere ad dextram, vel ſiniſtram ipſius, ſed quòd non deceat ſe, illis duobus id dare. Neque enim hîc opponit dantes, ſed iis quibus dandum eſt. Committit igitur adverſarius toties rejectam fallaciam: quâ à negatione certo reſpectu factâ infert negationẽ ſimpliciter.

Defenſio Argumenti.

D*Ices, ne Deo quidem ipſi licere decreta ſua, præſertim aliquid boni cuipiam deſtinantia, reſcindere. Quare Chriſto non licuiſſe ampliùs pro arbitrio decernere, quinam ad dextram ipſius, qui verè ad.*

Defenſio Reſponſionis.

RESponſionem noſtram varia confirmant. Primò quòd petitionem ipſorum tanquam incongruam rejiciat: *Neſcitis quid petatis.* v. 22; Non itaque fuit defectus in eo à quo petebatur, ſed in petentibus, & in re petitâ. Secùs dixiſſet: *Neſci-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Neſcitis quid à me petatis, vel petere debeatis. Non errabant igitur in eo, à quo petebant, ſed in eo quod petebant. Potuiſſent enim juxta adverſariorum mentem regerere Chriſto: Etſi tu non poſſis hoc nobis dare, poteris tamen impetrare à Patre, ut nobis hoc det. Deinde hoc ipſum docet Chriſti interrogatio. Planè enim aliena & illuſoria illa fuiſſet, niſi & ipſe poteſtatem hoc faciendi, ipſi verò ad id obtinendum inhabiles fuiſſent. Nam hâc interrogatione oſtendit aliis hanc prærogativam eſſe reſervatam. Neque enim hîc per ſedere ad dextram & ad ſiniſtram ſignificatur vita æterna ſimpliciter, ſed primus ejus ſecunduſque gradus: ut patet ex *v.* 22. 25. Tertiò quia omnino ſubintelligenda eſt vocula *vobis*, ut ex antitheſi, *quibus paratum eſt*, patet. Non autem opponi hîc dantes, ſed ea quibus datum eſt, clariùs cognoſcitur ex Marco, qui verba à *Patre meo*, ſalvo eodem ſenſu, omittit. Hinc interpres Syrus vertit: *Non eſt meum ut dem, niſi illis quibus paratum fuit à Patre meo.* Et: *Non eſt meum dare, niſi illis quibus paratum eſt.* Vbi diſertè exprimitur, quòd Chriſti quidem ſit dare id, ſed non niſi illis quibus decretum eſt. Et, ſi hîc perſonæ dantes opponerentur, dixiſſet, *Non eſt meum, ſed Patris.* Iſtis autem duobus diſcipulis hos gradus non fuiſſe paratos ſubinnuit. Quartò probatur noſtra interpretatio, quia dare hîc non ſignificat decernere, ſed ipſo facto decreta exequi. Dare enim præſupponit paratum eſſe. At nec adverſarii negare auſint, quòd Chriſtus futurus ſit præmiorum diribitor, quodque is ſingulis ſuos felicitatis *ad ſiniſtram ſedere debeant; etiamſi Deus ille ſupremus ſit: quia jam antea decretum ea de re immutabile fuerit. Reſpondemus, id hîc pro conceſſo ſumi, quod & planè controverſum eſt, & nullo alio Scripturæ teſtimonio comprobari poteſt*, (nec enim legimus in ſcriptura, Filium aut Spiritum Sanctum, ſed ſolum Patrem quemquam prædeſtinaſſe, *ait* [a] *hoc loco doctiſſimus Pontificiorum interpres) & verbis loci non modò non conſentaneum, ſed etiam ab eo alienum eſt. Nam ſi ita ſe res haberet, nec ſimpliciter dixiſſet Chriſtus*, ſedere ad dextram & ſiniſtram non eſt meum dare; *nec de Patre ſolo dixiſſet, id ab eo aliquibus paratum; ſed vel à ſe, non nominato Patre, id factum dixiſſet, vel ſaltem ſe cum Patre conjunxiſſet. Quis enim non putaret, abſurdum eſſe, ſi quis ipſum Chriſti Patrem, utut decretum de ſeſſione illa ad dextram ac ſiniſtram aliquibus dandâ jam fecerit, ita loquentem introduceret?* Sedere ad dextram & ſiniſtram, non eſt meum dare, ſed quibus paratum eſt à Filio meo. *Nonne hoc pacto Pater Filio aliquam præ ſe tribueret prærogativam, & id ei adſcriberet, quod ſibi adimeret? Quare cùm nunc Filius eo pacto de ſe loquatur; ſtatuendum eſt, ut quidem nonnullos interpretes agnoſcere videmus, Chriſtum, etiam quà Deus eſt, aliquam*

[a] *a* Ioh. Maldonatus.

Patri prærogativam præ ſe adſcribere, &, quod illi tribuit, ſibi adimere. Id quod, ſi rem ex vero æſtimes, nihil eſt aliud, quàm dicere, Patrem ſolum ſupremum illum Deum eſſe, Filium non eſſe, ut ſuprà ſatis docuimus[a].

a cap. 2. hujus ſect.

Dicet alius, Chriſtum hîc non ſimpliciter negare, ſuum eſſe dare, ut hîc ad dextram ipſius, ille ad ſiniſtram ſedeat: ſed, non eſſe ſuum, illis duobus diſcipulis, Zebedæi filiis, dare. Omnino enim vel legendam, vel ſubaudiendam eſſe vocem vobis: *quia & vetus interpres eam habeat; & ſequentia verba, prioribus oppoſita, id requirant. Sequitur enim*: ſed quibus paratum eſt à Patre meo. *Unde apparere videtur, in præcedentibus verbis ſubaudiendum eſſe nomen perſonarum, quibus rem tantam dare, Chriſto non competat: eos verò eſſe diſcipulos illos, qui id à Chriſto petierint, voce* vobis *à vetere interprete deſignatos. Quòd ſi vocula illa addatur, nil, inquies, Chriſtus de ſe dicit aut negat, quod de Deo ſupremo dici aut negari non poſſit. Sed primùm nulla ratio cogit, ut voculam* vobis *vel legendam, vel ſubaudiendam cenſeamus; ſed ratio potiùs eſt, cur legendam non putemus. Nam quod ad auctoritatem veteris interpretis attinet; nulla eſt cauſa, cur, relicto fonte, rivulum ſequamur & hunc illo puriorem eſſe credamus. Quin potiùs lectio interpretationis*

citatis gradus ſit aſſignaturus. Nullâ igitur id hîc ratione de eo negari poterit: præſertim cùm addatur, *in regno tuo*. Qualis foret ille Rex, qui non ſolùm non haberet poteſtatem certos præmiorum gradus decernendi, ſed neque decretos diſtribuendi. Accedit denique quòd præparatio vitæ æternæ Chriſto alibi in Scripturis diſertè attribuatur: ut Luc. 22. 29, 30. *Et ego paciſcor* διατίθεμαι, *vobis, prout pactus eſt mihi pater meus, regnum*: Nempe, *ut edatis, & bibatis in menſâ meâ in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, judicantes duodecim tribus Iſraël.* Et Ioh. 5. 2. *Sicut enim Pater excitat mortuos & vivificat, ita & Filius, quos vult vivificat.*

Ex his omnibus patet, quòd Chriſtus non dixerit ſimpliciter, *ſedere ad dextram & ſiniſtram non eſt meum dare*, ſed quod recusârit illis petentibus id dare; eorumque imprudentiam indicet, quòd id petant quod jam aliis paratum ſit, & quidem à Patre, cui repugnare nec libeat, nec liceat. Addidit autem, *à Patre*, ut ipſorum importunitatem retunderet. Satis tamen manifeſtè ſe conjunxit cum Patre tum alibi, tùm etiam hîc: ut ex ſuperioribus conſtat. Ut autem Pater ita de ſe loquatur, nec perſonali ordini, nec Chriſti officio congruit: quamvis nulla excellentiæ prærogativa inde ſequatur.

Et quamvis vetus interpres Græco fonti præferendus non ſit, attamen cùm ipſi fontes voculæ *vobis* ſubſtitutionem omnino poſtulent, hâc in parte non eſt contemnendus. Quilibet enim libero judicio utens videt, paraphraſin adverſarii planè eſſe violentam, parumque prodeſſe ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ejus cauſæ. Nam & pronomen *vobis* in illâ includitur, imò expreſsè ab adverſario ponitur: *quales vos eſtis*: & hinc minimè ſequitur, quòd Chriſti non ſit, unà cum Patre iis quibus à Patre paratum eſt id dare, hujuſmodi autem verbis non indicat ſe non eſſe primum tantæ dignitatis auctorem, ſed ſe non eſſe ſolum, nec velle ſe ullâtenus Patris decreta reſcindere, eique repugnare. Ad Patris quidem arbitrium legeſque ab eo conſtitutas honorem illum pollicetur, & aliquando daturus eſt; verùm ipſe Patris fuit conſiliarius, unaque cum eo leges conſtituit, ideòque & ad ſuum arbitrium, & ad ſuas leges idem quoque facit. Obſervemus hîc, quod adverſarius fateatur, Chriſtum aliquando eum honorem daturum eſſe. Falſum igitur eſt quod id ſimpliciter in allegato loco de ſe negârit. Denique neque hoc in loco Maldonati acumen ſe exſeruit; partim quia dare non eſt hoc in loco prædeſtinare; partim quia falſum eſt, quod nuſpiam in ſcripturâ legatur, Filium quemquam prædeſtinaſſe. Vel ex ſolo capite nono ad Romanos hoc abundè refutatur. Nam omnia V. T. loca ibi citata de Chriſto intelligenda ſunt.

tationis Latinæ, lectioni Græcorum codicum, ſi hi inter ſe conſentiant, cedere debet, & ex illa corrigi. Conſentiunt autem hîc inter ſe Græci codices, & quidem non apud Matthæum tantùm, ſed & apud Marcum,[a] *ubi eodem modo legitur; & doctiſſimus ille Pontificiorum interpres nullum ſe ſcire ait veterem interpretem Græcum, qui voculam* vobis *legerit, ac ne Auguſtinum quidem inter Latinos. Quod verò ad rationem attinet ex ſequentibus verbis ductam, ea quidem ſuadet, in præcedentibus verbis perſonarum quoque haberi rationem, quibus ſeſſionem illam ad dextram ac ſiniſtram dare Chriſti non ſit; ſed inde non ſequitur, vocem* vobis *omnino eſſe ſubaudiendam, & ſic iſtis diſcipulis duobus nominatim tantam felicitatem hîc negari. Nemo enim non videt, ita quoque rectè hæc verba poſſe accipi, ac ſi dixiſſet Chriſtus: Sedere ad dextram & ſiniſtram non eſt meum dare, quibuſcunque nimirum velim etiam cognatis, quales vos eſtis, ſolius cognationis habita ratione; aut id ſimpliciter petentibus, & alios ea in re prævenientibus, ut vos facitis: ſed iis demum, quibus id à Patre meo deſtinatum eſt Sed deinde, largiamur nunc, vocem illam* vobis *vel legendam, vel ſubaudiendam eſſe: nihilominus tamen, cùm Chriſtus dicat, non eſſe ſuum dare ſeſſionem illam, niſi iis, quibus à Patre paratum ſit; ſequitur, eum non eſſe Deum illum ſupremum. Indicat enim iſtiuſmodi verbis, non ſe primum tantæ dignitatis auctorem eſſe, ſed Patrem, & ſe ad alienum, nempe Patris, arbitrium, legeſque ab eo conſtitutas, honorem illum & promittere, & aliquando daturum eſſe. Alioquin, ut ſuperiùs monuimus, vel à ſe, vel ſaltem à ſe ac Patre ſimul, tantam dignitatem aliquibus paratam eſſe dixiſſet. Iam verò neutrum illorum, quæ diximus, in Deum illum ſupremum*

[a] c. 10. 40.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mum cadit. Is enim & primus eſt auctor omnium iſtiusmodi honorum præmiorumque; & non ad alienæ, ſed ad ſuæ tantùm voluntatis arbitrium ſe componit, ac præmia honoresque diſtribuit.

Exceptio de humana natura, ſecundùm quam non fuerit ipſius dare, cùm ſecundùm divinam eſſet, nullum hîc locum habet: tum propter ſimplicem negationem; tum quòd non naturam naturæ, ſed ſuam perſonam Patris perſonæ hîc opponat, & quod ſibi adimit, huic tribuat: tum denique, quòd hæc ratio ad petitionem iſtorum diſcipulorum repellendam nullam vim habuiſſet. Neque enim illi rogabant, ut ſecundùm hanc, non ſecundùm illam naturam id ipſis daret quod cuperent; ſed ſimpliciter ut daret; ac proinde ut eatenus daret quatenus poſſet. Quare ſi reſpondiſſet Chriſtus, non eſſe ſuum dare ſecundùm humanam naturam; ſtatim regerere potuiſſent, nil id ſua referre, modò ſecundùm divinam daret, ſecundùm quam dare poſſet. Sed non ita ii fuerunt ſubtiles, licèt Chriſtum Dei filium eſſe crederent, ut de diſtinctione illa cogitarent. Itaque ſimplicem negationem ſimpliciter accipiendam putârunt, & Chriſtum ad rem loquutum, non extra oleas vagatum crediderunt. Taceo, quòd doctiſſimi quoque adverſariorum [a]*, Chriſtum de ſe ut Deo hîc loquutum eſſe agnoſcunt, ut in ſuperioris loci examinatione vidimus.*

a Ioh. Maldonatus.

CRELLII

CAP. XI.

Undecimum argumentum ex illis Chriſti verbis Matth. 19. 17: *Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi unus Deus.*

Tertium locum conſtituemus illum, qui apud eundem Matthæum extat capite proximè præcedenti, nempe 19. 17. ubi, cùm juvenis quidam ita Chriſtum fuiſſet alloquutus: Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? *his ei verbis reſpondit Chriſtus, ut tum in Græcis codicibus apud ipſum Matthæum, tum in Latinis etiam apud Marcum & Lucã legitur:* [a]Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, niſi unus Deus, *vel* ſolus Deus: *Quem locum & olim*

a Mar. 10. 18. Luc. 18. 19.

BISTERFELDII

CAP. XI.

Reſponſio ad argumentum undecimum ex verbis Chriſti Matthæi 19. 17. Cur me dicis bonum? Nullus eſt bonus, niſi unus, *nempe* Deus.

Reſpondemus: Non negat Chriſtus, ſe eſſe bonum, vel Deum: ſed his verbis refutat adoleſcentis adulationem, eumque vult ad penitiorem ſui cognitionem deducere. Tacito enim dilemmate ipſum eò adegit, ut vel titulum quem ipſi ex imprudentiâ aut ſimulatione tribuerat revocet, ſicque perſuaſionis tumorem deponat; vel ipſum verum Deum agnoſcat, &, ſi ſincere locutus ſit, eum in verâ confeſſione confirmet.

Defenſio Reſponſionis.

CHriſti ſcopum non eſſe ut titulum ſibi ab adoleſcente tributum ſimpliciter repudiet, vel hinc manifeſtum eſt, quod ille titulus Chriſti ſit proprius, plurimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rimiſq; in locis ipſi à Scriptura attribuatur. Nonne Chriſtus *Ioh.* 10. 1. ſe vocat paſtorem illum bonum? cujus attributi major eſt vis quàm ſimpliciter *magiſtri boni?* Præterea nonne *Matth.* 23. 8. 9. 10. ſe unicum Doctorem appellavit? Et qui ſe apertè profitebatur Chriſtum, quomodo poterat Magiſtri boni titulum rejicere? Planum igitur eſt, à Chriſti inſtituto penitus abhorrere concluſionem ipſi ab adverſario affictam: multò magis autem argumentationem. Quilibet enim videt, quàm longè à fidelitate Chriſti abſit, ut qui ſe lucem illam toties prædicaverat, jam argumento, & quidem ſophiſtico, neget ſe eſſe Magiſtrum bonum: ſicque ſe adverſariis non ſolùm deridendum propinet, verùm etiam ſuos diſcipulos vehementiſſimè perturbet, imò evertat. Nam ſi Chriſtus, ut adverſarius, alio ſenſu vocem *boni* accepit ac juvenis, nonne fallaciam illam poterat ipſi objicere, ac dicere; Malè contra me argumentaris. longè enim aliter ego accipio vocem *boni* ac tu: neque te ſimpliciter bonum appello; ſed magiſtrum bonum. Si autẽ magiſter ille bonus non es, cur te jactas eſſe Chriſtum? Itaque cum Chriſtus nec titulũ illum rejicere potuerit, nec ejuſmodi fallaci argumentatione uti debuerit, clarum eſt, quod longe aliud, quàm adverſarius vult, ſpectârit. Igitur propoſitionem à juvene allatam vel negavit, vel conceſſit. Si negavit, vel negavit ſimpliciter, vel tantùm reſpectu juvenis, ut ipſius ſimulationem proderet. Non ſimpliciter: id enim ſalvâ veritate, ſuorumque diſcipulorum ſalute facere non potuit. Ergo ſi negavit, negavit reſpectu juvenis; ut qui ei talem titulum tribue-

olim & hodie multi ita ſunt auſi accipere, ac ſi Chriſtus ex confeſſione iſtius juvenis docere voluiſſet, ſe eſſe Deum illum unum, ſive ſummum: quod ſi falſum eſſe oſtenderimus; ſtatim in illos argumentum retorquebitur, &, contrarium ejus, quod illi volunt, hìc à Chriſto pro conceſſo ſumi, apparebit. Et illi quidem ita argumentari Chriſtum credunt: Nemo eſt bonus, niſi Deus, nempe ſummus. Ego ex tua confeſſione ſum bonus. Ego igitur ſum Deus ſummus. Sed primùm Chriſtus nuſpiam, utut longè majores ejus rei occaſiones haberet, ſeſe Deum eſſe, vel expreſsè dixit, vel aperte docuit, ut cuilibet euangelicam hiſtoriam legenti conſtabit; imò ut ſuprà alicubi monuimus, cùm illi objiceretur, quòd ſe Deum faceret, Dei *nomen ſtudio declinavit, & ſe* Filium Dei *profeſſus eſt* [a]*: nedum ut ſe Deum illum ſummum eſſe aut profeſſus fuerit, aut id demonſtrare fuerit conatus. Quanto ergo minùs hoc loco, ex ſola* boni *voce, & quidem nomini* magiſtri *addita, rem tantam collegit? Deinde, ſi Chriſtus docere hunc juvenẽ voluiſſet, ſe eſſe Deum illum ſupremum, voluiſſet etiam, eundem intelligere, neminem præter ſe eſſe, cui* Dei *aut* boni *nomen* κατ᾽ ἐξοχὴν *ſumptum conveniat. Dixit enim, neminem eſſe bonum, præter unum, nempe Deum. Oſtendimus autem jam alibi* [b]*, ſi quis dicatur eſſe is, cui ſoli quippiam com-* petat,

[a] ſect. 1. c. 1. & ſ. 2. c. 2. Ioh. 10. 33. & d.

[b] ſect. 1. in defenſione 1. arg. & c. 7.

petat, illi ipſi quoque ſubjecto ſoli idem tribuendum eſſe. Quòd ſi ergo Chriſtus, ſe Deum illum eſſe, qui ſolus ſit bonus, docere voluiſſet; intelligere juvenem illum voluiſſet, neminem præter ſe talem eſſe. Atqui hoc falſum eſt: cum præter Chriſtum talis ſit Pater, ille nempe Deus, de quo, tanquam à ſe diverſo, tum alibi frequentiſſimè, tum in eadem oratione loquitur. Quòd ſi quis dicat Chriſtum intelligi voluiſſe, nullum eſſe præter ſe alium, ratione habita eſſentiæ, cui Dei & boni *nomen per excellentiam ſumptum conveniat; eſſe tamen alium, ratione habita perſonæ: is nimirum pro conceſſo ſumet, id, quod falſiſſimum eſſe omnes agnoſcunt, juvenem illum inter eſſentiam & perſonam diſtinguere jam noviſſe, & ei conſtitiſſe, plures perſonas divinas in una numero eſſentia eſſe poſſe; vel dicere cogetur, Chriſtum hunc juvenem, diſtinctionis illius ignarum, hoc ſuo ſermone in graviſſimum errorem impuliſſe, nempe ut crederet, nullam præter Chriſtum aliam eſſe perſonam, cui Dei aut boni nomen, ita, ut diximus, ſumptum, conveniat. Fierine potuit, ut rem tantam tam breviter attingeret Chriſtus, & hominem ignarum ea de re non erudiret? Denique ipſa Chriſti verba,* Quid me vocas bonum? nemo bonus, niſi ſolus Deus, *ſatis apertè docent, Chriſtum titulum tantum, utpote ſoli Deo competentem, repudiâſſe;*

tribueret, quem defendere non poſſet, niſi ipſum ſimul Deum crederet. Hoc innuit Syrus, dum emphatice addit *tu. Quid vocas tu me bonum? Tu, inquam, qui me pro Deo Iſraëlis, adeòque pro bono illo magiſtro in lege promiſſo non habes.* Nam Chriſtus reſpexit ad loca illa Eſaiæ, ubi de ipſius officiis & beneficiis agit, c. 48, 17. In Hebræo textu eſt מְלַמֶּדְךָ: in Chaldaico מַלֵּיף לָךְ. Et cap. 56, 4, ubi in Hebræo מְצַוֵּה. Si verò Chriſtus conceſſit ſe eſſe magiſtrum bonum, liquidò patet, quòd non ſolùm adverſarii argumentum prorſus ſit alienum, ſed etiam quòd Chriſtus ſe Deum eſſe indicârit ac aſſeruerit.

At Chriſtum nuſpiam, ſeſe Deum eſſe, vel expreſsè dixiſſe, vel aperte docuiſſe, falſiſſimum eſt. Quoties enim ſe Chriſtum, illum Dei Filium, illam mundi lucem ac Servatorem profeſſus eſt, quoties ſibi Patris opera adſcripſit, ſeque Deo æqualem fecit, toties ſe Deum eſſe clariſſimè docuit. Nec ideo ſe ſolum, excluſo ſcilicet Patre, bonum dixit. Nam ſi prædicatum ſit commune, & ſi quis dicatur eſſe is, cui ſoli quippiam competit, non tamen illi ipſi quoque ſubjecto ſoli tribuendum eſt: ut ſuprà vidimus. Nec ideo juvenem in errorem impulit: quia, etſi inter eſſentiam ac perſonam non noverat diſtinguere, noſſe tamen debebat. Quod autem Chriſtus illum titulum repudiârit, penitus eſt incredibile. Neque unquam Patrem ſolum ſapientem ita dixit, ut ſe talem negârit. Fuit quidem perfectiſſimæ humilitatis magiſter, ſed fuit etiam perfectiſſimus perfectiſſimæ doctrinæ magiſter. Nunquam igitur cum verita-

veritatis jacturâ, diſcipulorum peturbatione, ac hoſtium victoriâ humilitati ſtuduit. Neque enim humilitas eſt, cum quis ea de ſe negat, quibus non firmiter aſſertis ac creditis univerſum ejus officium evertitur. At ſi tàm diſcipuli quàm Iudæi perſuaſi eſſe debebant, Chriſtum non eſſe magiſtrum bonum, quâ ratione munere ſuo fungi potuit?

Sed etiamſi concederetur, Chriſtum noluiſſe juvenem eò deducere, ut crederet ſe eſſe Deum, nulla tamen eſt vis argumenti: cùm ex præcedentibus manifeſtum ſit, Chriſtum non ſimpliciter, ſed ut juvenis adulationem refutaret, id negâſſe ſe eſſe magiſtrum bonum: Imo ipſo facto oſtendit, ſe eſſe illum: cùm præceptum de omnibus relinquendis inauditum ipſi proponeret. Ex quibus omnibus jam conſtare poteſt, Chriſtum hujus tituli rationem à juvene petiiſſe, ut illum ſic pedetentim ad veram ſui cognitionem ac confeſſionem deduceret, vel aſſentationis convinceret. Nam qui juxta V. T. Boni illius magiſtri titulum merebatur, is quoque, juxta eaſdem ſcripturas propheticas, pro Iehovah Zebaoth erat agnoſcendus. Quemadmodum autem Chriſtus practico docendi modo ipſius inconſtantiam ac arrogantiam detexit, ſic hac quæſtione theoreticâ ipſius ſoliditatem tentavit.

diâſſe; nedum ut eo arrepto, rem adhuc incredibiliorem, nempe ſe eſſe ſummum illum Deum, inde concluſerit. Quid ergo? inquies, Chriſtus non erit bonus? Reſpondemus, vocem boni, *cùm ita ſumitur, ut non niſi Deo ſummo competat, quemadmodum hoc loco fit à Chriſto, κατ' ἐξοχὴν, ut jam antea monuimus, accipi, & eum denotare, qui omnium perfectiſſima ratione, atque ex ſe ipſo bonus ſit. quo pacto & ſapientiam, & potentiam, & immortalitatem ſumi, cùm ſolus Deus ſapiens, potens, immortalis dicitur* [a], *alibi jam vidimus. In hac ſignificatione negat Chriſtus, ſe eſſe bonum. Nam ſi objicias* [b], *juvenem illum non ſimpliciter Chriſtum appellâſſe bonum, ſed* magiſtrum bonum, *& ſic in tam perfecta ſignificatione vocem boni non accepiſſe, ſed in ea, quæ magiſtro divinitùs dato convenire poſſet: reſpondemus, juvenem illum, cùm inuſitato quodam more Chriſtum ita compellâſſet,* Magiſter bone, *quo pacto eum aliàs appellatum fuiſſe nuſpiam deprehendimus, tùm ſingulari quadam ratione* bonum *appellare, & per quandam excellentiam illi hoc nomen tribuere voluiſſe. Etſi autem de tam perfecta vocis ſignificatione, quæ ſoli* Deo *convenit, non cogitârit; tamen cum hujuſmodi appellatio, propter ſingularitatem ſuam, à communi conſuetudine recedentem, ſignificationem perfectam, & ſic divinitatem quandam, redolere videretur; modeſtiæ Chriſti ſummæ fuit, hunc titulum, tanquam ſoli Deo verè competentem, non admittere, ſed declinare ac repudiare. Et hoc quidem longè magis decuit, quàm eum titulum, alia mente prolatum, in ſupre-*

a Rom. 16. 1. Tim. 1. & 6.

b Vid. ſect. 1. def. arg. 1.

*mæ ſuæ Deitatis confeſſionem trahere. Simili quadam ratione idem Chriſtus infrà Matth.*23.8,9,10, *diſcipulos monet, ut Rabbinorum ac magiſtrorum titulo ſeſe inſigniri non patiantur; quia unus ſit magiſter noſter Chriſtus; neve quempiam in terris Patrem vocent; quia unus ſit Pater noſter, qui in cœlis eſt; etiamſi fortè ii, qui eos Rabbi aut Magiſtros appellarent, de tam perfecta ſignificatione, in qua eæ appellationes non niſi Chriſto convenirent, minimè cogitarent, imò ne veriſimile quidem eſſet, cogitare; neque etiam nos Patris nomen in tam excellenti ſignificatione ſumeremus, quâ id non niſi Deo ſummo conveniret. Satis enim eſt, ejuſmodi appellandi conſuetudinem, ſapere aliquid nimium, atque adeo divinius quippiam redolere, quod non niſi Chriſto, aut Deo ſummo conveniat. Siquidem modeſtia etiam ea fugit quæ ſpeciem habent nimii. Quod ergo perfectiſſimæ humilitatis magiſter iſtis verbis docuit diſcipulos, id in loco noſtro docuit exemplo, dum* Boni *titulum, tanquam nimium, ac ſoli Deo proprium, repudiavit. Hinc autem patet, longè aliter, quam adverſarii cenſent, atque adeò contraria ratione, argumentatum fuiſſe Chriſtum. Hoc nimirum pacto:* Nemo eſt bonus, niſi Deus, nempe ſummus; quod perinde eſt, ac ſi diceret: Quiſquis eſt bonus, nempe κατ' ἐξοχὴν, is eſt ſummus ille Deus. At ego non ſum Deus ille ſummus. Quare non ſum, κατ' ἐξοχὴν nomine hoc ſumto; nec ita à te fueram appellandus.

CRELLII CAP. XII.

Argumentum duodecimum ex verbis Chriſti ad Patrem: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.*

Quartum locum faciemus illum, ubi Chriſtus ita ſuas ad
a Matth. 26.39. b Luc. 22.42. Patrem preces concluſit; a *Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*, ſed, ut Lucas[b] loquitur, *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Ex his enim verbis colligitur, Chriſtum non eſſe ſupremum illum Deum. Deus enim ſummus nulli alii perſonæ de ſe ſtatuendi, & contra etiam, quàm ipſe cuperet ac vellet, decernendi arbitrium permittit, aut permittere poteſt. Alioquin hoc ipſo

BISTERFELDII CAP. XII.

Reſponſio ad argumentum duodecimum ex verbis Chriſti ad Patrem. Matth. 26.39: Pater mi, ſi poſſibile eſt, abeat à me poculum hoc: veruntamen non ut ego volo, ſed ut tu *Luc.* 22.42: Pater, ſi vis transferre poculum hoc à me: veruntamen non mea voluntas fiat, ſed tua.

Reſpondemus: Chriſtus alii perſonæ de ſe ſtatuendi ac decernendi arbitrium permiſit, non quà Deus, ſed quà homo. Et quidem tali perſonæ, quæ ſine ipſo aliquid ſtatuere ob naturæ unitatem nec poterat, nec volebat. Eum itaque agnoſcebat, quà homo, ſuperiorem, cui, quà Deus, ſe æqualem faciebat. Hinc autem non ſequitur, quòd vel ſupremus Deus, vel ejuſdem cum Patre eſſentiæ non fuerit. Cùm enim diverſas voluntates habuerit, quid mirum eſt, quòd diverſos voluntatis actus, quamvis ob perfectiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

fectiſſimam unionem non adverſos, exercere potuerit? Chriſtum autem voluntatis actum Patris voluntati contrarium vel habuiſſe, vel habere potuiſſe, falſiſſimum eſt: nec ullâ ratione ex his verbis probari poteſt. Nihil enim aliud vult dicere Chriſtus, quàm, Ego horrendā hanc mortem libentiſſimè, prout tu Pater vis, ſubibo.

ipſo facto perſonam illam ſe ſuperiorem agnoſceret. Deo autem ſummo nil eſt ſuperius. Iam verò Chriſtus hic alii perſonæ, nempe Patri ſuo, de ſe ſtatuendi, & contrà etiam, quàm ipſemet alioqui vellet, decernendi arbitrium permittit. Deinde, ſi Chriſtus ſupremus ille Deus fuiſſet, unus etiam idemque cum Patre, ut & adverſarii contendunt, Deus, ſeu unius cum illo eſſentiæ fuiſſet: alioqui duo Dii ſummi forent. Atqui ex hoc loco conſtat, Chriſtum non fuiſſe eundem cum Patre Deum, ſeu ejuſdem cum illo eſſentiæ. Nam ſi fuiſſet; una etiam illi cum Patre voluntas, idemque numero vo-voluntatis fuiſſet actus, ut ſuprà alicubi docuimus [a]. Ex hoc autem loco apparet, voluntatem utriuſque diverſam fuiſſe, diverſumque illius actum: imò fieri potuiſſe, ut una alteri in re illa, de qua agitur, eſſet contraria, quamquam ita, ut voluntas Chriſti Patris voluntati cedere parata eſſet. Alioqui minimè dicere potuiſſet, *verùm non mea voluntas, ſed tua fiat*. Siquidem non potuiſſet non propria ipſius voluntas fieri, ſi Patris voluntas fieret, nec potuiſſet, verbi gratiâ, cupere Chriſtus, ut calix ille à ſe tranſiret, ſi Pater eum tranſire nollet.

[a] hac ſect. c. 5. & 6.

Defenſio Reſponſionis.

VT reſponſionis noſtræ fundamentum eò rectiùs cognoſcatur, diligenter eſt inquirendus Chriſti in his precibus ſcopus. Is non eſt, ut Chriſtus oſtendat, ſe aliud velle quàm Pater velit: vel ut his precibus aliquid obtineat quod ipſe velit, modò id à Patre impetrare queat: nempe, ut à poculo illo liberetur: ſed tantùm ut diſcipulis ſuis futurarum ſuarum paſſionum gravitatem ſuamque erga Patrem obedientiam teſtaretur. Etenim quòd reverâ non petierit ut hoc poculum à ſe abiret, vel hinc manifeſtum eſt, quòd ſic rem impoſſibilem petiiſſet: quæ petitio maximam argueret tùm in- cogitan-

Defenſio Argumenti.

Reſpondebitur hîc ſtatim, ex verbis manifeſtè apparere, Chriſtum ſecundùm humanam naturam ita loqui, non ſecundùm divinam. Et nos quidem credimus, Chriſtum ſecundùm humanam naturam, ſeu ipſam illam humanam naturam hîc loqui, ſed ita ut ſimul concedendum ſit, aliam in eo naturam, nempe divinam illam, non eſſe. Nam primùm ſimplex illa negatio, non mea voluntas fiat, *non permittit, ut in Chriſto alia fuerit natura, & quidem potior, ſecundùm quam ipſius voluntas omnino fieri debuerit; quemadmo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

admodum neceſſe foret ſtatuere, ſi in Chriſto divina illa fuiſſet natura, quæ eadem numero & Patris eſſet. Vt taceam, abſurdum eſſe, imò planè impoſſibile, in Chriſto eodem tempore contrarias de eadem re fuiſſe voluntates, quarum altera vellet calicem ab ipſo tranſire, altera nollet. Certè ſimul quoque duas perſonas in ipſo agnoſcere foret neceſſe. Nam, ut alteram attexamus rationem, ob quam illa naturarum diſtinctio hîc locum non habeat; neceſſe eſt, Chriſtum hæc de ſe dixiſſe, quatenus perſona eſt. Nam operationes hujusmodi, quales ſunt, velle, ac porrò etiam petere, non niſi ſuppoſitorum ſunt intellectu præditorum, quà talium; atque adeò nonniſi perſonarum, quà talium. Vel ergo neceſſe eſt, adverſarios ſtatuere, Chriſtum hæc de ſe loquutum, quà divina perſona ſit, una nimirum ex perſonis Trinitatis; quod falſum eſſe docuimus, & illi ipſi, diſtinctione naturarum hîc utuntur, agnoſcunt: vel neceſſe eſt agnoſcere, humanam ipſius naturam, ſecundùm quam voluerit illa, ac petierit Chriſtus, perſonam eſſe; & ſic, ne duæ in ipſo perſonæ, contra omnem & rationem & ſcripturam, cum Neſtorianis ſtatuantur, divinam in illo eſſentiam ac perſonam non extare. Denique animadvertendū eſt, eum non naturæ ſuæ divinæ arbitrio ac voluntati, ſed Patris voluntati ſe hîc ſubjicere, & ſic non naturam naturæ,

cogitantiam, tùm imprudentiam. Nam qui aliquid petit ſub conditione, quam eo rerum ſtatu ac tempore certò novit eſſe impoſſibilm, rem ſimpliciter impoſſibilem petit, licet ea conditio, in alio rerum ſtatu, poſſibilis fuerit. Conditionalis enim propoſitio, ſi ejus conditio ponatur vel negetur, expreſsè vel tacitè, æquipollet ſimplici ſeu categoricæ. At Chriſtus certiſſimè noverat, fieri nullâ ratione poſſe, tum ob immutabile Dei decretum, tum ob ſui officii rationem, ut ipſe à poculo liberaretur. Deinde quòd Chriſtus non petierit ut poculum hoc à ſe abiret, hinc quoque ſatis colligi poteſt, quòd ſecus contradicentia petiiſſet. Nam in hâc ipsâ precatione abſolutè vult, ut voluntas Patris fiat: infallibiliter autem ſciebat, Patris voluntatem eſſe hanc, ut ille poculum illud biberet: itaque, ſi quoque voluiſſet ut non biberet, utique contradicentia voluiſſet. Denique aliunde manifeſtè conſtat, quòd hæc abſoluta Chriſti voluntas fuerit, ut hoc poculum biberet: ut ex Ioh. 13. 1. 2. & 10. 17, 18. *Propterea Pater me diligit, quia ego depono animam meam, ut eam rurſus aſſumam. Nemo tollit eam à me, ſed ego depono eam à me ipſo: poteſtatem habeo deponendi eam, & poteſtatem habeo rurſum eam aſſumendi: Hoc mandatum accepi à Patre meo.* Ex quibus verbis nemo non videt primò, quòd firmiſſimè ac irrevocabiliter Chriſtus decreverit poculum illud bibere: ſecus nec illâ dilectione Patris dignus, nec ejus mandato obſecutus fuiſſet: quæ levitas ac inconſtantia neque in Chriſti cogitationem incidere potuit. Deinde quòd Chriſtus liberrimè hoc fecerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cerit, ita ut in hoc actu fuerit plane αὐτεξούσιος: quòdque Pater illi non impoſuerit niſi eo conſentiente: & quidem ita ut Chriſti conſenſus non ſolùm Patris mandatum fuerit ſecutus, ſed etiam, ſaltem naturæ ordine, præceſſerit ac cum conſilio ejuſdem concurrerit. Unde manifeſtè ſequitur, quòd licet Chriſtus Patris arbitrio hæc omnia permiſerit, hoc ipſo tamen ſuum conſenſum non excluſerit, ſed eum incluſerit ac præſuppoſuerit. Quæ omnia ſi inter ſe, & cum textus circumſtantiis conferamus, planum erit, quòd verba Chriſti non ita ſint intelligenda, ac ſi Chriſtus reverà voluerit ac expetierit ut poculum à ſe tranſiret: item ac ſi libenter ab eo liberari quidem voluerit, ſed ob Patris auctoritatem ac voluntatem ſe correxerit ſuamque voluntatem mutarit, Sed quòd horum verborum ſenſus hic ſit: Quamvis tam dira ac acerba ſit mea paſſio futura, ut ego quâ innocentiſſimus homo ſimpliciter conſideratus vehementiſſimè deſiderare poſſem, ut ea à me tranſiret: tamen quia tibi, Pater, ſic placuit, egoque tecum perfectiſſimè conſenſi, nec ſalvâ tua ſapientiâ, potentiâ, ac miſericordiâ, meâque in officio meo conſtantiâ aliter fieri poteſt, egò planè acquieſco, ac non obſtante ſummâ acerbitate, à quâ natura mea humana naturaliter abhorrere poſſet, libentiſſimè omnes dolores tam animi quàm corporis experiar, omniaque pericula ſubibo. Hoc apertè innuit Matt. 26. 42: ubi Criſti precatio his verbis exprimitur: *Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum abire à me, quin bibam ipſum, fiat voluntas tua.* Voluit itaque Chriſtus, tanquam ſacerdos & victima mox offerenda, ſacrificii ſui neceſſitatem, paſſionis ſuæ acerbitatem, ſuam in officio ſuo promtitudinem ac fidelitatem, denique ardentiſſimam erga electos ſuos charitatem hâc precatione teſtatam facere.

naturæ, ſed perſonam perſonæ, & illius voluntatem hujus voluntati opponere. Quare in Chriſti perſona eam voluntatem, quam Patri tribuit, & ſuæ ſimpliciter opponit, planè non extitiſſe fatendum eſt.

Et quidem naturale illud deſiderium, quo Chriſtus paſſionem metuere potuit, omnino fuit humanæ naturæ. Hinc tamen minimè ſequitur: in Chriſto aliam, ſcilicet divinam naturam, non eſſe. Neque enim eſt ſimplex negatio, *non mea voluntas fiat*: ſed ne negatio quidem eſt, ſi antecedentia & conſequentia perpendantur. Non enim dicit Chriſtus, quòd alia ſit voluntas ſua quàm Patris, ſed dicit quod eadem ſit ſua voluntas cum Patris voluntate. Nam figurato loquendi modo propoſitionem conditionalem ponit pro ſimplici ſeu categoricâ. Impoſſibile quidem eſt, in Chriſto eodem tempore contrarias fuiſſe de eâdem re voluntates, quarum altera vellet calicem ab ipſo tranſire, altera nollet: ſed non eſt im-

poſſibile,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

poſſibile, fuiſſe in Chriſto eodem tempore circa rem eandem diverſas inclinationes, quæ ob diverſum modum & reſpectum, ſibi invicem ſubordinatæ fuerint. Modi enim ac reſpectûs diverſitas omnem adverſitatem tollit. Nam fieri poteſt, ut inclinatio inferior ſuperiori ſe ſubjiciat, ſicque illa diverſitas ſuaviſſimam harmoniam procreet. Sic in eodem homine renato non ſolùm eſt lucta carnis ac ſpiritus, in quâ aliquando caro ſpiritui, aliquando ſpiritus carni cedit: verùm etiam ſæpiſſime eſt diverſitas appetitûs rationalis & ſenſibilis: quæ tamen diverſitas in eodem homine non poteſt abire in contrarietatem, quin tandem unus appetitus alteri cedat, adeòque uterque tandem in rei electione vel rejectione conſpirent. Abſurdè tamen ideo plures perſonæ in eodem homine fingerentur. Sic quoque in Chriſto potuiſſent eſſe diverſæ inclinationes ratione appetitûs rationalis & ſenſibilis: non quòd appetitus ſenſibilis rationali vel reſtiterit vel prædominatus fuerit, ſed quòd naturali neceſſitate mortem, & quidem talem, tanquam rem horribiliſſimam, metuerit: ita tamen ut perfectiſſimè appetitui rationali eandem mortem horribiliſſimam quidem eſſe concedenti, ob alios tamen reſpectus omnino amplectendam dictanti ſe ſubjecerit. Iterum fieri potuit, ut voluntas humana, adeòque appetitus tam rationalis quàm ſenſibilis, mortem illam per ſe, tanquam graviſſimum aliquod malum ſenſus, metuerit: verùm, ob conſiderationem variarum ejus circumſtantiarum, variorumque effectuum, maximè verò ob perfectiſſimam ſui, tam reſpectu perſonalis voluntatis divinæ naturæ in Chriſto, quàm etiam reſpectu voluntatis Patris, ſubordinationem, ſe divinæ voluntati libentiſſimè ac pleniſſime ſubjecerit. Unde tum partium quidem, tum naturarum diverſitas rectè colligeretur, verùm perſonæ unitas nullâtenus everteretur. Verùm nec hæc volitionum diverſitas ex textu demonſtratur. Nam ob perfectam humanæ naturæ ſapientiam, conſtantiam, ac obedientiam ejuſmodi appetitionum, ut ita loquar, diſputatio ac ſuſpenſio non potuit habere locum. Videtur enim quandam incogitantiam, inadvertentiam, judiciique dubitationem inferre: quorum nullum in Chriſtum cadere potuit. Ex quibus omnibus inter ſe diligenter collatis conſtat, hunc eſſe verborum Chriſti ſenſum: Etſi naturæ meæ humanæ poculum hoc videatur, & meritò quidem, horribile tamen; quia tibi, Pater,, mihique ſic placuit, nec aliter fieri poteſt ac debet, ego ac ipſa mea natura humana in tua voluntate totus acquieſco. Itaque ſi verba bene ponderentur, elucet, quòd Chriſtus homo, victima, ſacerdos, Filius, & Deus fuerit. Quamvis autem ejuſmodi diverſæ appetitiones in Chriſto in actum exiſſent, fuiſſent tamen appetitiones unius ejuſdem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ejuſdemque perſonæ, licèt ſecundùm diverſas naturas ac partes. Porrò cùm dicit Chriſtus, quòd voluntati Patris conſentiat ſeque ſubjiciat, eo ipſo etiam docet quòd naturæ ſuæ divinæ arbitrio ſe ſubmittat: Nam ſuam cum Patre unitatem ratione eſſentiæ alibi ſatis ſuperque indicârat; officii autem ordiniſque ratio poſtulabat, ut Patrem alloqueretur. Tota igitur difficultas hujus loci oritur ex malâ interpretatione verborum Chriſti: quâ non attenditur, quòd propoſitio conditionalis æquipolleat ſimplici ſeu categoricæ, ſi nimirum conditio tacitè vel exprſsè ponatur vel negetur. Qui modus differendi ut eſt utiliſſimus, ac nervoſiſſimus, ſic quoque eſt ingenioſiſſimus. Dum enim per tacitum ſyllogiſmum propoſitionem quandam exprimit, rerum cauſas ac fontes ſimul oſtendit ac indicat. Vera igitur analyſis hæc eſt: Si non eſt poſſibile, & ſi tu non vis, Pater, non tranſeat hoc poculum à me. At non eſt poſſibile, neque tu vis. Ergo non tranſeat hoc poculum à me. Ex quâ concluſione verus Chriſti ſcopus ac ſenſus cognoſcitur. Simul autem hoc loquendi modo mortis ſuæ neceſſitatem, ac Patris voluntatem diviniſſimè explicat. Sed de his alibi quoque fuſius. Si enim Logicam horum verborum anatomen Prævſores noſtri inſtituerent, non tam alienas ac penè inſulſas gloſſas hinc fabricarent.

BISTERFELDII
CAP. XIII.

Reſponſio ad argumentum decimum tertium ex verbis Heb. 5. 4, 5: Neque ſibi ipſi quiſquam ſumit hunc honorem; ſed qui vocatur à Deo, ſicut & Aaron. Ita & Chriſtus non ipſe ſibi hunc honorem *ſumſit*, ut fieret Pontifex; ſed is qui dixit ei, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Quæ adverſarius hâctenus ex euangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus attulit, ea vel non negantur de Chriſto: vel tantùm negantur de eo cum certâ limitatione, unde abſoluta negatio contra rectam diſſerendi rationem ab eo infertur. Iam cum eo pergamus ad ultimum locum, in quo putat aliquid de Chriſto negari, quod de ipſo negari non poſſet, ſi ſupremus Deus eſſet.

Reſpondemus: Non dicitur hîc, quòd Chriſtus cum Patre pontificatum ſibi decernente non conſenſerit; nec quòd ipſius conſenſus ſacerdotalis

CRELLLII
CAP. XIII.

Argumentum decimum tertium ex verbis Hebr. 5. 5: *Chriſtus ſemet ipſum non clarificavit*, &c.

Hucuſque ex Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus, atque adeò non niſi ex ipſius Chriſti ſermonibus loca attulimus, in quibus ea de Chriſto negantur, quæ de eo negari nullo modo poſſent, ſi is Deus ſupremus eſſet. quibus placet ſubjungere illa D. Auctoris Epiſt. ad Hebr. verba, quæ extant cap. 5. 4, 5: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem,* (nempe Pontificatus, ſeu ſummi ſacerdotii) *ſed qui vocatur à Deo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Deo, tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemet ipſum clarificavit, ut Pontifex fieret: ſed qui loquutus eſt ad eum: Filius es tu, ego hodie genui te. Nam ſi Chriſtus eſſet ſummus ille Deus, quomodo ſe ipſum non clarificaſſet, ut Pontifex fieret? ſi modò Deus ille ſummus Pontifex eſſe poteſt; de quo infrà. Etenim à Deo ſupremo omnis Pontificatus honor pendet, & in alios confertur. Et eo ipſo, quòd Pater eum clarificavit, ut Pontifex fieret, quemadmodum hîc affirmatur; ſemet ipſum etiam clarificaſſet Chriſtus, ut Pontifex fieret, ſi is ſummus ille, atque adeò unus cum Patre Deus eſſet. Atqui id hoc loco negatur, & is, qui dixit ad eum, *Filius meus es tu*, ipſum clarificaſſe, non ipſe ſe ipſum, dicitur.

talis officii ſuſceptionem non anteceſſerit: ſed negatur quòd hunc honorem incongrua uſurpatione ſibi arrogaverit. Non igitur clarificavit ſe ipſum Chriſtus ut Pontifex fieret, quâtenus clarificare ſe ipſum hîc ſignificat citra Patris arbitrium ac lubitum ſine ejus deſtinatione ac vocatione ſe in alienum officium intrudere: ſed clarificavit ſe ipſum, quâtenus non niſi ipſo aſſentiente ac approbante hoc officium ſuſcepit, eoque functus eſt.

Defenſio Argumenti.

Exceptio de duabus naturis hîc non magis locum habet, quàm in locis ſuperioribus; tum ob ſimplicem negationem; tum propterea, quòd Chriſtus hîc conſideretur quà officium ſacerdotale adeptus eſt, quod ei non niſi quà perſona eſt, competit. Quòd ſi illa perſona eſt ſupremæ divinitatis, ipſi naturæ divinæ ea, quæ de Chriſto hîc dicuntur aut negantur, attribuenda aut neganda erunt. Cum perſona divinitatis ſupremæ nihil aliud ſit, quàm natura divina ſubſiſtentiâ prædita. Adde, quòd ea, quæ Chriſto hîc tribuuntur, eatenus ei adſcribuntur, quà Dei Filius eſt. Etenim verba illa Pſalmi ſecundi non ideò citat D. Auctor, ut eum, qui Chriſtum glorificârit ac pontificē fecerit, ſimpliciter tantùm deſcribat;

Defenſio Reſponſionis.

AD loci hujus explicationem, non de duabus naturis exceptione, ſed ambiguæ phraſeos diſtinctione opus eſt. Non enim *ſe ipſum non clarificare* hîc ſignificat, Pontificatus ſui non eſſe cauſam conſulentem, conſentientem ac cooperantem: ſed, non ſibi injuſtè ſacerdotii *honorem ſumere* ac vendicare. Non igitur hîc eſt ſimplex negatio: ſed hoc tantùm aſſeritur, quòd Pontificatus Chriſti etiam à Patris conſilio ac beneplacito ſit profectus, quodque ad ejus honorem maximè faciat, noſque ad Patrem, à quo tanquam perduelles deſciveramus, ejuſque gratioſum thronum reducat. Quòd autem ea, quæ Chriſto hîc tribuuntur, eatenus ei adſcribantur, quâ Dei Filius eſt, falſum eſt; niſi dextra interpretatio adhibeatur. Univerſæ enim Scripturæ refragatur, quòd Chriſtus factus ſit à Deo Pontifex, quâte-

quâtenus à Deo genitus fuerit, adeòque Dei Filius extiterit: ac ſi Pontificatus proxima, ac, ut ſcholæ loquuntur, formalis Filiationis cauſa fuerit. Hâctenus autem hic loquendi modus tolerari poſſet, quâtenus indicat, Chriſtum non tantùm quâ hominem ſed etiam quâ Filium Dei ſummum ſacerdotem fuiſſe conſtitutum: ita ut vocula *quâtenus* non adæquatam ſacerdotii cauſam, ſed adæquatum ſubjectum exprimat. Apertè autem ſibi ipſi contradicit adverſarius. Primò enim docet, quòd *hæc*, id eſt, ſummum ſacerdotium, Chriſto tribuantur, quâ Dei Filius eſt: tùm poſtea ſubjungit; *quòd Chriſtus eâtenus præcipuè Dei Filius dicatur, quâtenus ſummam cum Deo ſimilitudinem ipſius beneficio eſt adeptus: non fuiſſe autem Chriſtum Deo ſimiliorem effectum, quàm tum, cum perpetuam domûs Dei adminiſtrationem ac populi divini in æternum curandi ſervandique munus eſt adeptus, quod ſacerdotio ipſius contineatur.* Quæ omnia non ſolùm à Scripturâ ac rectâ ratione, ut alibi videbimus, abhorrent, verùm etiam ſe ipſa evertunt. Nam ſi fuit factus Sacerdos, quâ Filius Dei; ergo filiatio naturæ ordine ſaltem ſimul fuit cum ſacerdotio, imò neceſſariò illud præceſſit. Si autem per ſacerdotium fuit factus Filius Dei, neceſſariò ordine naturæ ſacerdotium præceſſit filiationem. Ergo filiatio ordine naturæ & prior fuit, & poſterior ſacerdotio. Quam monſtroſam doctrinam ſecundi Pſalmi citatio minimè demonſtrat. Quamvis enim in hoc loco, is qui Chriſtum Pontificem fecit ſimpliciter tantùm deſcriberetur: hæc tamen deſcriptio minimè à re foret *ſcribat, ſed ut ea ipſa deſcriptio doceat, Chriſtum à Deo Pontificem eſſe factum. Nam præter conſuetudinem & hujus & cæterorum divinorum auctorum, qui deſcriptiones perſonarum ad materiam ſubjectam accommodatas, non à re alienas, adhibere ſolent; etiam verba ſequentia id docent. Subjicit enim D. Auctor:* quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech. *Ex quibus verbis liquidò cernitur, etiam in priori loco de ſacerdotio, quod Chriſto datum fuerit, ſermonem eſſe. Atqui locus ille vulgò de Chriſto ſecundùm divinam naturam accipi, & ad generationem ipſius ex eſſentia Patris, ob omni æternitate factam, torqueri ſolet. Quod quamquam abſurdum eſt, & præter alia, cum verbis Pauli Act.* 13.32, 33, *atque adeò cum hoc ipſo loco pugnat: eorundem tamen exceptionem de humana natura, ſecundùm quam hic locus de Chriſto ſit accipiendus, excludit. Denique ſi de certa tantùm natura, non verò de tota Chriſti perſona loqui hîc voluiſſet Auctor divinus, non Chriſtum Patri, ſed ſibi ipſi ſecundùm divinam naturam oppoſuiſſet, & quod humanæ ademiſſet, divinæ tribuiſſet. Id autem non fecit, nec facere potuit. Si enim eo ipſo Chriſtus factus eſt à Deo Pontifex, quatenus à Deo genitus eſt, adeòque Dei Filius extitit, uti divinum*

num auctorem indicare manifeſtè videmus, à ſe ipſo, ne ſecundùm divinam quidem naturam conſiderato, Pontifex conſtitui potuit. Aliàs Chriſtus fuiſſet genitus à ſe ipſo, ſecundùm divinam naturam conſiderato, & ſic ſui ipſius eſſet filius; divinaque natura potuiſſet ad ipſum dicere, Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Quod quàm ſit abſurdum, quámque ſecum ipſo pugnet, quivis cernit. Verùm enim verò is demùm locum hunc, & argumentationem Auctoris rectè intelliget, qui animadverterit, Chriſtum eatenus præcipuè Dei Filium dici quatenus ſummam cum Deo ſimilitudinem ipſius beneficio eſt adeptus: non fuiſſe autem Chriſtum Deo ſimiliorem effectum, quàm tum, cùm perpetuam domûs Dei adminiſtrationem. Ac populi divini in æternum curandi ſervandique munus eſt adeptus. Id quod ſacerdotio ipſius continetur; ſiquidem id munus Regio non opponit D. Auctor, ſed hoc in illo aliqua ratione includit. Verùm hæc obiter hîc dicta ſunto, infra lectori profutura.*

foret aliena, ſed ad materiam ſubjectam maximè accommodata. Hac enim deſcriptione ſumma illa Patris ac Filii unio & communio indicatur: adeòque ex eâ & firmiſſima fiduciæ noſtræ baſis, & propenſiſſima Patris erga Chriſtum voluntas, & planè divina Chriſti noſtri ſacerdotis gloria clariſſimè elucet. Scopus enim Apoſtoli eſt, docere, quòd habeamus certiſſimam ac expeditiſſimam ad thronum gratiæ viam, *cap.* 4. *verſ. ult.* quia nimirum Chriſtus à Patre Pontifex ſit conſtitutus. Hoc probat: quia Pater ipſum vocat Filium. Ideo etiam poſtea ſubjungit; *Quamvis Filius eſſet, tamen ex iis quæ paſſus eſt didicit obedientiam.* Si enim ille eſt ipſius Pater, hic ipſius Filius, fieri non poteſt, ut Chriſtus, modo paulò antè explicato, ſe clarificaverit: ſed nullum eſt dubium, quin is qui Chriſtum habet Pontificem, etiam Patris favore fruatur; & quin Pater in illo noſtro ſacerdote perfectiſſimè acquieſcat, Filius denique; efficaciſſimo, imò planè divino, ſacerdotio fungatur. Verùm hoc in loco non ſolùm is, qui Chriſtum Pontificem fecit, verùm etiam ipſe Pontificatus, ejusque origo deſcribitur. Nam ſi verba, *Hodie genui te*, rectè explicentur, antecedentia quoque & conſequentia, totuſque Pſalmus judicioſè perpendatur, clariſſimum eſt, quòd in eo & Chriſti perſona, duplexque ejus natura, & triplex ejus officium, propheticum nimirum, ſacerdotale, & regium deſcribatur. Quid enim ſibi vult unctio *v.* 2? quid conſtitutio ſuper montem ſanctum Zion *v.* 6? quid illa gentium petitio *v.* 8? quid, inquam, aliud hæc ſibi volunt, quàm Chriſtum eſſe regium illum Pontificem, qui ſacerdotio ſuo ſibi peculiarem populum, & quidem mediante ſuâ ſuorumque paſſione ob quam ſtultiſſimè ipſi inſultent hoſtes ejus, acquiſiverit? Taceo quòd ex *Act.* 4. 27. appareat, etiam in hoc

Pſalmo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Pſalmo de Chriſti paſsione, quæ eſt inter præcipuas hujus ſacerdotii partes, agi. Quomodo autem non nos ſed adverſarii totum hunc Pſalmum, in primis *v.* 7, ad abſurdiſſima commenta ſtabiliendum torqueant, ac planè corrumpant, alibi non obiter oſtendetur. Porrò etſi Auctor hujus epiſtolæ non de totâ Chriſti perſonâ, ſed tantùm de naturâ humanâ, quod nos tamen negamus, egiſſet: attamen Chriſtum Patri rectè oppoſuiſſet; tum quia eſt perſona à Patre diverſa; tum quia perſonalis ordo ac officii ratio id exigit; tùm denique quia ejuſmodi imperfectionis negatio id ipſum poſtulat. *Se ipſum enim non clarificare* non imperfectionem, ſed perfectionem hîc ſignificat: ut Apoſtoli ſcopus, ac univerſus contextus docet. Quivis enim cernit, quòd Apoſtolus Chriſti excellentiam declarare velit. At quid hanc ad rem facit ſenſus adverſarii? cùm is quoque in quemvis vulgarem ſacerdotem legitimum cadat, & potiùs ſit imperfectio quàm perfectio. Noſter autem facit quàm maximè. Sic enim apparet, quòd omnes illi, quos Filius amat, etiam Patri ſint chariſſimi, cùm hunc ſacerdotem conſtituerit ac promulgarit. Atque hâc ratione Hebræos quoque relegat Apoſtolus ad V. T. ut ex eo diſcant, ipſum Patrem hoc ſacerdotium inſtituiſſe & approbâſſe.

BISTERFELDII

CAP. XIV.

Reſponſio ad argumentum decimumquartum ex verbis Chriſti Ioh. 14. 28: Audiviſtis, me dixiſſe vobis; Abeo, & redeo ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quòd dixerim, Proficiſcor ad Patrem: quia Pater meus major me eſt.

Vidimus, nihil de Chriſto negari, quod non etiam de eo qui Deus ſummus eſt negari queat: reſtat ut oſtendamus, nihil quoque ei tribui quod ſummæ Deitati repugnet. Faciemus autem initium unà cum auctore à Iohane eò libentius, quòd ejus phraſin jam obſervaverimus. Ac manifeſtas adverſarii corruptelas jam aliquoties in eo deprehenderimus.

Reſpondemus itaque ad præſentem locum: Patrem non dici ſimpliciter majorem Chriſto: ſed ſecundum quid. Nec hîc per majoritatem intelligi internam quandam perfectionem, ſed exter-

CRELLII

CAP. XIV.

Argumentum decimum quartum ex verbis Chriſti Ioh. 14 28: *Pater major me eſt.*

Enumeravimus adhuc loca non pauca, in quibus aliquid de Chriſto negatur, quod de eo negari non poſſet, ſi is Deus ille ſummus eſſet. Sequitur, ut ea loca videamus, in quibus ei aliquid tribuitur, quod tribui non poſſet, ſi is Deus ille ſummus eſſet; & quidem ea primùm, in quibus aliqua Patri præ ipſo prærogativa adſcribitur, & ſic Pater Chriſto ſuperior conſtituitur: cujusmodi & ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ea fuerunt, quæ hucusque adadduximus. Initium autem iterum faciemus à Iohanne, apud quem hujus quoque generis plurima extant teſtimonia: inter quæ primum locum dabimus illi, in quo Chriſtus apertiſſimis verbis, Patrem ſeſe majorem eſſe profitetur, quod quidem facit cap. 14. 28. ubi ait: *Pater* (in Græco additur *meus*) *major me eſt*, cui adjungi debet ille cap. 10. 29. locus. ubi idem Chriſtus ait: *Pater meus, qui dedit mihi*, (nempe oves) *major omnibus eſt.* Ubi quidem iſtorum *omnium* nomine, Chriſtum quoque ipſum includi, tum collatio cum illis cap. 14. verbis, tum illud oſtendit, quòd Patri eodem in loco tribuit, quòd ſibi oves illas dederit, ac porrò ſibi, quòd eas à Patre acceperit. Atqui Deo ſupremo nemo major eſſe poteſt.

externum quendam Patris ad Filium reſpectum, certumque hujus officii ſtatum. Nempe Patrem eſſe illum ad quem univerſi officii adminiſtratio ſit revocanda, & à quo non tantùm ſacerdotis approbatio ac externa glorificatio, verùm etiam Sanctificatorum conſummatio ſit expectanda.

Defenſio argumenti.

Hic multi veterum Auctorum conceſſerunt, Chriſtum de ſe, etiam quà Filius Dei eſt, loqui, & eatenus Patrem ſeſe majorem dicere, quatenus Patris nomen principium, &, ut Græci loquuntur, cauſam Filii ſignificat. Sic præter alios Pontificius ille [a], *quem ſuprà citavimus, interpres ait exponere Athanaſium, Hilarium, Epiphanium, Gregorium Nazianzenum, Cæſarium, Cyrillum, Damaſcenum, Chryſoſtomum, Leontium, Theophylactum, Euthymium, locis eorum annotatis.* Sed haud ſcio, *inquit*, an plus adverſariis (*Arianis nimirum, cum quibus diſputabant*) conceſſerint, quàm æquum erat. *Vidit nempe homo acutus, inde conſequi, Chriſtum, etiam*

[a] Ioh. Maldonatus.

Defenſio Reſponſionis.

Non eſt quòd durioribus quorumdam veterum interpretationibus hunc locum obſcuremus, cùm contextus ipſum ſatis planum reddat. Hoc unicè hìc agebat Chriſtus, ut diſcipulos ſuos ſolaretur, ne triſtarentur quòd ipſe moriturus, ac in morte, & per mortem officio ſuo functurus eſſet, ſed ut potiùs gauderent. Dicit igitur: *Si diligeretis me, gauderetis utìque quòd dixerim, Proficiſcor ad Patrem*, id eſt, morior, & poſt mortem meam, eâque durante, ingrediar in ſanctum ſanctorum, ut ibi ſanguine meo veſtra, omniumque fidelium, peccata expiem, ſicque meo muneri ſacerdotali colophonem imponam. Accuratè enim obſervandum eſt, & hìc, & in aliis quibuſdam hujus Euangeliſtæ locis per *abire ad patrem* non ſignificari aſcenſionem Chriſti in cœlum, vel ſeſſionem ad dextram Patris,

Patris, ſed ejus ingreſſum in cœlum, cum corpus ipſius jaceret in ſepulchro: ut non ſolùm ex univerſi Levitici cultus analogia, ſed etiam ex ejus ad diſcipulos reditu liquidò conſtat. Vult itaque Chriſtus dicere, *Si diligeretis me*; id eſt, ſi & meam gloriam rectè intelligeretis, & prudenter deſideraretis: *gauderetis utique: quia Pater meus major me eſt*: id eſt; & quia Pater me eo fine miſit, ut reſpectu ipſius ſacerdotem agam; & quia hâc ratione voluntatem ipſius impleo, omniaque ad ipſius gloriam reduco ac refero. Quod vulgò efferre ſolent: quia *pater eſt meus principalis*: egoque gloriam meam œconomicam obtinere nec volo, nec debeo, niſi & à Patre proficiſcatur, & in ejus honorem redundet. Breviter: *Si diligeretis me, gauderetis quòd dixerim, proficiſcor ad Patrem*: qui nec veſtram ſalutem operari, nec glorificationem mihi debitam adipiſci poſſum, niſi ad Patrem tanquam ad ſacerdotii mei auctorem ac approbatorem abeam. Patris enim eſt, ſuam majeſtatem ſemper præ ſe ferre, meum verò eſt, meam gloriam ad tempus occultare, meque exinanire. Atque hoc ſenſu graves interpretes explicant: *Pater major me eſt*: id eſt, externè me eſt glorioſior. Non tamen hîc tantùm externa Patris gloria, verùm etiam Chriſti officium innuitur. Ex quibus omnibus patet, minimè hinc ſequi, Chriſtum non eſſe Deum ſummum. Non enim hîc exprimitur interna quædam dignitas ac perfectio, quâ Pater Filium antecellat, ſed externus Filii ſtatus, quem officii ratio poſtulet. Quis enim eſt nexus? Chriſtus, qui eſt Deus *etiam quà Filius Dei eſt, non eſſe ſupremum illum Deum: ſiquidem eo, qua talis eſt, Pater ſit major, Qua de re nos ſuprà* [b] *jam ſatis diximus. Adde, quod iſta ratio, quâ illi Patrem Chriſto majorem faciunt, ad inſtitutum Chriſti nihil facit. Reddit enim ibi Chriſtus rationem ejus, quod proximè dixerat*: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. *Quibus verbis ſanè ſignificat, aliquid ſibi acceſſurum boni, aut felicitatis, ubi ad Patrem abiverit; adeòque diſcipulos vel ipſius cauſſâ gaudere debere, quòd ad Patrem abeat, quemadmodum viri doctiſſimi ante nos obſervarunt. Quid verò id ad rem facit, quòd Pater eatenus ſit Chriſto major, quatenus divinæ ipſius, ſive naturæ, ſive perſonæ, fons ſit, ipſumque ex eſſentia ſua ab æterno genuerit? An non res ipſa monet, Chriſtum ſignificare voluiſſe, Patrem eatenus ſe majorem eſſe, quatenus beatior, glorioſior, potentior ſe ſit? ſe vero, ubi cum illo propius fuerit conjunctus, & in ſedem ejus propriam receptus, ejusdem beatitatis, gloriæ, potentiæ atque imperii participem fore? Sed non eſt neceſſe, ut in illa veterum interpretatione refellenda multùm laboremus, quandoquidẽ hodie vix quisquam eſt, qui eam ſequatur. Animadvertentes enim recentiores, iſtiuſmodi interpretatione Arianorum ſententiam de Chriſti divinitate non parum ſtabi-*

[b] ſect. 1. cap. 1.

ſtabiliri; illam potiſſimùm reſponſionem, quâ itidem non pauci veterum uſi ſunt, arripuerunt, quòd Chriſtus iſtic non ſecundùm divinam, ſed ſecundum humanam tantùm naturam de ſe fuerit loquutus. Quæ reſponſio prope iiſdem rationibus, quas ſupra c. 3. hujus ſectionis attulimus, ſi paucula in nonnullis immutaveris, refelli poteſt. Nam, ne ea nunc repetamus, quibus docuimus, exemplum hujusmodi diſtinctionis in ſac. literis nullum extare; quin etiam hanc ipſam diſtinctionem ſententiam adverſariorum de perſona Chriſti evertere; oſtenſum eſt à nobis, non poſſe id de toto ſimpliciter negari, quod de eodem ſimpliciter affirmari poſſit ac ſoleat, vel etiam omnino debeat, utut ei ſecundùm aliquam partem, præſertim indigniorem, non inſit. Vnde ſequitur, etiam vice verſa, poſſe de toto aliquo ſimpliciter affirmari id, quod de eodem toto ſimpliciter negari poſſit ac ſoleat, vel etiam debeat, utut id ei ſecundùm aliquam partem, præſertim indigniorem, inſit. Iam vero ſi Chriſtus eſt ille ſupremus Deus, Patri per omnia æqualis, ut quidem adverſarii affirmant, idque nulla adhibita limitatione, ſed ſimpliciter; ſimpliciter etiam de eo negari poteſt, imò debet, Patrem eo majorem eſſe. Neque enim magis ſimpliciter de eo affirmare licet, eum eſſe Deum illum ſummum, & Patri per omnia æqualem, quàm negare, Patrem eo

eſſe

Deus & homo, quâ moriturus ſacerdos, agnoſcit Patrem ſuum eſſe ſe majorem? ergo Chriſtus in divinâ perfectione Patri non eſt æqualis?

Atque hunc eſſe genuinum verborum Chriſti ſenſum, multa oſtendunt. Etenim quis credat, Chriſtum ſuis diſcipulis valedicturum, rem tam ſuperfluam inculcaturum fuiſſe, qualem adverſarii fingunt? Si enim Chriſtus ſe nihil aliud quàm nudum hominem profeſſus eſt, ejuſque diſcipuli eum pro illo habuerunt, quid attinebat tàm ſollicitè docere, quòd Pater ipſo major eſſet. Poteratne ullus ſanæ mentis dubitare, num Deus eſſet major nudo homine? Apparet itaque, quod in his ipſis verbis Chriſtus præſupponit, ſe eſſe Deum ſummum. Reddit enim rationem conſideratione dignam, cur diſcipuli ob ſuum abitum minimè triſtari debeant. Poterant enim diſcipuli apud ſe cogitare: Nos ſemper putavimus, quòd hic ſit Dei Filius ipſeque Deus, quid igitur opus eſt, ut ad Patrem abeundo nos deſerat? Deinde nulla eſt conſequentia: Pater meus major me eſt; ergo gaudere deberetis, quòd dixerim, Proficiſcor ad Patrem: ſi adverſariorum ſententia obtinet. Hoc enim quivis hominum de ſe dicere potuiſſet. Verùm optimè concludit juxta noſtram interpretationem: Si Pater meus eſt major me, id eſt, is apud quem officii mei fructum adipiſcar, gauderetis utique quòd ad eum abeo. Accedit, quòd abitus ille ad Patrem, id eſt, mors, ejuſque ſtatus, nihil ad Chriſti glorificationem facere potuerit, niſi ſummus Deus fuerit. Quæ enim gloria eſt,

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſſe mortuum? præſertim ſi animarum ſtatus ejuſmodi eſt, ut docent adverſarii. Et quomodo unum ex nobiliſſimis officii ſui ſacerdotalis actibus, durante morte, exercere potuit, ſi non fuit perſona? Perſona autem, corpore in ſepulchro jacente, non fuit, niſi Deus fuerit.

Iam perpendamus ea quæ adverſarius præterea adfert. Dicit, aliquid boni ac felicitatis acceſſurum fuiſſe Chriſto, ſi abierit. Non negamus: verùm illa felicitas ratione naturæ divinæ nihil erat aliud quàm uberior æternæ felicitatis declaratio: ratione verò naturæ humanæ majoris gloriæ per officii functionem acquiſitio. Poteſt quoque Pater dici glorioſior, ſi ſtatus exinanitionis Chriſti conſideretur: ſed quòd major hîc ſit idem, quòd potentior, falſus eſt. Quæ de naturarum diſtinctione diſſerit, alibi ſunt refutata. Nos quidem concedimus, quòd Pater Chriſto dicatur major reſpectu utriuſque naturæ, ſcilicet reſpectu officii, ita tamen ut natura humana potiſſimum ſit hujus phraſeologiæ fundamentum: ſed negamus quòd Chriſtus hoc ſimpliciter affirmet. Hæc autem affirmatio, *Pater meus major me eſt*, non æquipollet hujuſmodi negationi, *Ego non ſum tam magnus, ut Pater meus*: ſed huic affirmationi: *Ego ſum patris legatus, ac officialis: Pater me in ſacerdotio meo glorificabit*. Nimirium glorioſiſſimos ſui officii actus ſe apud Patrem aditurum eſſe docet. Non enim abibat ad Patrem, ut internam aliquam perfectionem, quæ ipſi deeſſet, reſpectu naturæ divinæ acquireret: ſed ut plenius gloriam ſuam ac Patris manifeſtaret. Neque enim *eſſe majorem, vel ipſum eſſe Patre minorem. Quare nec affirmare Chriſtus de ſe ipſo ſimpliciter potuit, ſi ipſemet Deus ille ſummus fuit, Patrem ſe majorem eſſe. Quo accedit, quòd hujuſmodi affirmatio*, Pater meus major me eſt, *æquipollet hujuſmodi negationi*, Ego non ſum tam magnus, ut Pater meus. *Quemadmodum per ſe ipſum quivis cernit, & ſcopus horum verborum à nobis ſupra indicatus docet. Significare enim voluit Chriſtus, ſibi aliquid adhuc deeſſe, quod Pater habeat; & proinde, ut & ipſe idem adipiſcátur, ſibi ad Patrem abeundum eſſe. Quare cum docuerimus; non poſſe de toto negari, quod de eodem toto ſimpliciter affirmari poſſit aut debeat; non potuiſſet Chriſtus ita de ſe loqui, ſi ob alteram naturam, & quidem potiorem contrarium de ſe intelligi voluiſſet. Deinde cùm is, qui loquitur, ſit ipſe Dei Filius: dicit enim*, Pater me major eſt; *eo ipſo indicans, Deum Patrem Filio ſuo majorem eſſe: vel neceſſe eſt dicere, Patrem ipſâ naturâ Chriſti divinâ majorem eſſe, id quod adverſarii illâ ipſâ diſtinctione ſua evitare conantur; vel fatendum, Filium Dei non eſſe perſonam ſupremæ Deitatis; quandoquidem perſona ſupremæ deitatis nihil aliud eſt, quàm ipſa divina natura ſubſiſtentiam ſuam habens, ut ſuperiùs diximus cap. 3. Præterea interpretatio adverſariorum, vim verbonorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bonorum Chriſti planè enervat, & ad id, quod ſpectabat Chriſtus, invalida reddit. Ideò enim Chriſtum hæc verba protuliſſe vidimus, ut diſcipuli cernerent, ſibi ad Patrem ut majori potiretur felicitate, abeundum eſſe; ac proinde non tantùm non triſtarentur, ſed etiam lætarentur, eum abire. At ſi Chriſtus ſecundùm unam tantùm naturam Patre fuiſſet minor, & interea in ſe habuiſſet naturam aut perſonam, Patri per omnia æqualem; nihil opus fuiſſet, eum ad Patrem tanquam majorem ire, ut majori felicitate potiretur; nec diſcipuli cauſſam habuiſſent gaudendi, quòd à ſe abiret, ſed potiùs triſtandi, quod, cùm poſſet non abire, abiret tamen; potuiſſentque Domino ſtatim objicere; Imò verò, cur tu ad Pateem, tanquam te majorem abis, cum eâ ſis præditus naturâ aut perſonâ, quæ Patri ſit per omnia æqualis, eaque natura tibi etiam nobiscum in terris verſanti ſemper intima adſit. Quin ergo apud nos manes, & eam felicitatem, quam apud Patrem quæris, hic tibi ipſi paras? Vides, hac ratione, ſi ea ex adverſariorum mente accipiantur, apud diſcipulos nihil effecturum fuiſſe Chriſtum. Efficere autem plurimùm potuit, ſi omiſſâ illâ naturarum diſtinctione, verba ſimpliciter & abſolutè, prout prolata ſunt, de ſe accipi voluit.

Verùm ſunt nonnulli viri docti ex adverſariis, qui hæc Chriſti verba,

enim propior conjunctio ad majorem ejus felicitatem internam facere potuit: cùm ab initio apud Patrem fuerit. *Ioh.* 1. v. 1.

Etſi autem Chriſtus inter Patrem & nos medius, adeòque Pater ipſo major eſſe cœperit, non tamen ideo deſiit eſſe Deus ſupremus. Nec Chriſtus ſimpliciter de Patre dicit, quòd ſe ſit major juxta eum ſenſum, quem urget adverſarius: ſed tantùm habitâ ratione officii ac præſentis conditionis. Non ſolùm enim alia Scripturæ loca, ſed ipſe contextus docet, hanc affirmationem eſſe cum tacitâ limitatione conjunctam. Poteſt autem dici, quòd Pater ſit major naturâ divinâ; nimirum non abſolutè, ſed in perſonâ Filii conſideratâ, & quidem ratione manifeſtationis. Nullâtenus enim hæc, quam nunc defendimus, interpretatio vim verborum Chriſti enervat. Nam licet Chriſtus ſupremus Deus eſſet, merito tamen diſcipuli ob ejus ad Patrem abitum gaudere debebant: tum quia hoc officii ratio poſtulabat; tum quia ſic ejus glorificatio promovebatur. Non autem præcisè Pater ideo major erat Chriſto, quia medius erat inter Deum & nos: ſed quia cum meditatione talis ſtatus erat conjunctus. Nam, ut ipſe adverſarius agnoſcit, comparat quoque ſtatum præſentem cœleſti gloriæ: officium, nempe, & exinanitionis ſtatum ſimul complectitur. Si itaque Filius ideò Deus ſupremus non eſt, quia Pater ipſo major eſt: ergo cum Pater ipſo ulterius major non erit, utique Deus ſupremus erit? Dum verò inter abſolutam & limitatam æqualitatem diſtinguit, proprium argumentum enervat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Eo ipſo enim indicat, aliam quoque majoritatem eſſe abſolutam, aliam limitatam: adeoque noſtram reſponſionem firmo niti fundamento. Nec hinc conſequitur, Patrem quoque divinâ Chriſti perſonâ abſque humanâ exiſtente fuiſſe majorem: quia non tantùm officium ſed etiam ſtatus exinanitionis hâc phraſi exprimitur. Pater autem, ac Spiritus ſanctus ideo ſe ipſo minor non evaſit: quia licet eadem natura divina humanæ fuerit unita, non tamen ratione ejuſdem perſonæ. Quâ de re conſule librum ſecundum. Alter verò locus *Ioh.* 10. 29. non ſine abſurditaae adducitur. Etenim clariſſimum eſt ex contextu, quòd per *omnes* illos quibus Pater major eſſe dicitur, non intelligatur Chriſtus, ſed ii qui oves ex ejus manu rapere vellent. Secus ineptè ſubjiceret Chriſtus, Ego & Pater unum ſumus. Quod verò Pater oves eas eas ipſi dederit, non Chriſti cum eo inæqualitatem, ſed æqualitatem indicat. Nam niſi Chriſtus Deus ſummus eſſet, ejus curæ oves illæ committi non potuiſſent.

ba, uti & alia non pauca apud eundem Iohannem loca, nec de humana Chriſti natura, nec de divina putant eſſe accipienda, ſed de toto, ut loquuntur [a]*, complexo: quia, tametſi Deus ſit æternus, cùm tamen ad nos deſcendit, medius eſſe cœperit inter Deum & nos. Sed nihil illi proficiunt. Etenim vel volunt, Filium, cùm ad nos deſcendit, deſiiſſe eſſe Deum ſupremum; vel non volunt. Si volunt; Filius nec eſt, nec fuit unquam Deus ſupremus. Hic enim non poteſt unquam deſinere eſſe Deus ſupremus. Si non volunt; non potuit Filius propterea ſimpliciter dici Patre minor, aut, quod idem eſt, Pater ipſo major. Quia Deo ſupremo nemo ſimpliciter, imò nemo ullo modo major eſt. &, ſi vera eſt adverſariorum de Chriſto ſententia, Filius dici debet Patri per omnia æqualis. Non poteſt autem, ut antea oſtendimus, idem de eodem toto ſimpliciter & affirmari & negari. Deinde cum totum illud complexum, de quo verba iſta Chriſti dicunt eſſe accipienda, ſit perſona Chriſti, ſeu Filius ipſe Dei, ut nec illi diffitentur, & nos antea oſtendimus; neceſſe eſt ut fateantur, vel perſonam illam non eſſe perſonam ſupremæ Deitatis, vel etiam de natura divina dici poſſe, Patrem ea majorem eſſe, quemadmodum paulò antè eſt à nobis demonſtratum. Non repetimus etiam illam rationem, quâ reſponſionem hodie apud adverſarios maximè receptam refutavimus; nempe quòd hujuſmodi interpretatio vim verborum Chriſti enervet, & ad id, quod intendebat, inefficacia reddat. Eadem enim ratio etiam adverſus hanc interpretationem militat. Nam ſi ita ſunt accipienda hæc verba, ut nihilominus intelligi poſſit, vel potiùs debeat, Chriſtum eſſe ſupremum Deum, ſeu naturam Dei ſupremi in ſeſe habere; non ſunt ea idonea ad oſtendendum, Chriſto ad Patrem fuiſſe abeundum, & diſcipulos gaudere debuiſſe, quòd ad Patrem eſſet abiturus; quemadmodum ex ſuperiùs dictis intelligi poteſt.*

[a] Vide Ioh. Calv. Admon. ad fratres Polonos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

teſt. Adde, quòd, ſi Chriſtus ideo ſe Patre minorem diceret, quia medius ſit inter Deum & nos; ſemper eo ſenſu Patre minor eſſet, etiam poſtquam in cœlum aſcendit, & ad dextram Patris conſedit. Quandoquidem Chriſtus etiamnum medius eſt inter nos & Deum: cum ſacerdos ſit, & advocatus noſter, qui pro nobis apud Patrem interpellet; quam ob cauſam ipſi adverſarii eum mediatorem nunc eſſe dicunt. Atqui Chriſtus ſatis oſtendit his verbis, ſe, poſtquam ad Patrem abierit, eo non fore ampliùs minorem. Vnde illi ipſi, cum quibus nobis hîc res eſt, dicunt Chriſtum in his verbis ſtatum præſentem comparare cœleſti gloriæ. Etenim, ut ſuperiùs jam indicavimus, quia Filius gloriâ illa, h. e. immortalitate ac ſublimi illa in omnia poteſtate adhuc carebat, ideo Patre minor erat; eandem adeptus, Patre non ampliùs minor cenſetur. Neque enim hîc exactiſſima, & omnibus numeris abſoluta æqualitas ſpectanda eſt. Quare non eatenus ſe Chriſtum Patre minorem, aut Patrem ſe majorem dixit, quia ipſe ſit inter Deum & nos medius. Non commemoro nunc, illos, cum quibus nobis res eſt, ſtatuere, Chriſtum etiam ab initio mundi aliqua ratione Dei & hominum mediatorem fuiſſe. Vnde conſequeretur, divinam ipſius perſonam, abſque humana natura exiſtentem, jam ante illum, quem intelligunt, deſcenſum, Patre minorem fuiſſe. Nec illud hîc urgeo, ſi Chriſtus, quia ad nos deſcendit, h. e. ut illi cenſent, humanam naturam aſſumſit, medius inter nos & Deum, ac porrò Patre minor evaſit: neceſſe eſſe, & Patrem & Spiritum Sanctum medium inter nos & Deum, ac ſe ipſo minorem evaſiſſe. Neque enim potuit Filius, ejusve natura divina, humanam aſſumere, quin ſimul & Patris & Spiritus Sancti natura, ac porrò ipſemet Pater ac Spiritus Sanctus eandem naturam humanam aſſumeret, ſi verum eſt id, quod adverſarii dicunt, iſtorum trium naturam divinam numero unam eandemque eſſe: [a] *qua de re agemus libro ſecundo.*

[a] ſect. 2. cap. 5.

CRELLII CAP. XV.

Argumentum decimumquintum ex eo ductum, quòd *Filius à Patre in mundum ſit miſſus.*

Secundo loco illud afferri poteſt, quod toties apud Iohannem legitur [b] Chriſtus à Deo vel à Patre miſſum. quod etiam apud alios ſcriptores reperitur, & inter alios apud Paulum, cùm ait: *Deus Filium ſuum miſit*

[b] Vide Ioh. 3. 17: 4. 33. 5. 23, 24. 30, 37, 38. & alibi paſſim.

BISTERFELDII CAP. XV.

Reſponſio ad argumentum decimumquintum, ex eo ductum, quòd Filius à Patre in mundum ſit miſſus.

Reſpondemus negando conſequentiam: quòd is Deus ſupremus eſſe nequeat, qui ab alio mittitur. Miſſio enim per ſe non includit imperfectionem. Nec omnis qui mittitur, protinus ab alio mandata accepet. Quamvis enim Chriſtus ab alio mandata acceperit: Deus tamen ſupremus fuit: quia ea accepit quâ homo.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Nam legationem illam liberrimè ſuſcepit, & quoad naturam divinam in mandata conſenſit: nec ſolâ Patris auctoritate ſed ſuâ quoque voluntate motus omnia ſua dicta ac facta ad Patris voluntatem compoſuit.

miſit in ſimilitudine (ſic eſt in Græco) *carnis peccati*, Rom 8. 3. & Gal. 4. 4. *Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub Lege*. Hinc enim conſequitur, Chriſtum non eſſe ſupremum illum Deum. Nam hujus non eſt mitti, ſed mittere: quia ejuſdem etiam non eſt, ulla ab altero mandata accipere; ſed omnibus dare. Omnis autem legatus, qua talis, mandata ab altero accipit, & ad alterius voluntatem ac nutum dicta factave ſua, quæ ut legatus ſuſcipit, componat neceſſe eſt: alioqui legati munus non obibit. Unde & Chriſtus, ut ſupra vidimus, ait Ioh. 12. 49: *Qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar*, & v. ſequenti: *Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.*

Defenſio Reſponſionis.

QUò reſponſio noſtra clarior evadat, miſſionis natura paulò altius eſt repetenda. *Mittere*, ſi propriè & phyſicè ſumatur, eſt aliquid è loco in locum projicere: unde neceſſariò mittens diſtinguitur à re miſsâ, & terminus à quo à termino ad quem. Si verò ſumatur ſymbioticè, vel, ut loquuntur, moraliter, mitti nihil eſt aliud quàm aliquid apud aliquem nomine alterius agere: Mittere verò eſt facere ut alius apud alium ſuo nomine quid agat. In miſſione itaque neceſſario tres perſonæ occurrunt; una mittens, altera miſſa, tertia ad quam fit miſſio. Neque enim mittens ſe ipſum mittere poteſt: nec aliquis poteſt ad ſe ipſum mitti. Nimirum miſſio eſt ordinatio quædam perſonæ ad perſonam à perſonâ facta. Illa autem ordinatio eſt ſubordinatio, vel coordinatio. *Subordinata miſſio* eſt, quâ inferior mittitur à ſuperiore: ut ſi ſubditus mittatur à rege. *Coordinata miſſio* eſt,

Defenſio Argumenti.

HIc non facilè ad naturarum diſtinctionem confugere ſolent adverſarii; partim quia volunt, Chriſtum, antequam è virgine naſceretur, à Patre fuiſſe è cœlo miſſum, imò hunc ipſum in finem fuiſſe miſſum, ut è virgine naſceretur, humanamque naturam aſſumeret; partim, quia cernunt, mitti, & ſic legati munus ſuſtinere, non niſi perſonæ, quâ talis eſt, convenire: ut taceam, ſi ſecundum humanam tantùm naturam miſſus eſſet Chriſtus, conſecuturum, eum etiam à ſe ipſo, ſeu à divina ſua natura, miſſum eſſe; cum tamen miſſionis ſuæ auctorem. aliam perſonam, nempe Patrem, ubique faciat, ſe ipſum nunquam; imò expreſſè, ut ſuprà[a] *vidimus, neget, ſe à ſe ipſo veniſſe.*

[a] Ioh. 7. 28.

Quare aliò confugere ſolent adverſarii, & ex eo, quòd Chriſtus à Patre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patre miſſus fuerit, conſequi negant, cum Patre minorem eſſe. Plærique ſanè eorum aſſerunt, eum ſalva ſua cum Patre æqualitate, etiam tum, cùm humanam naturam nondum aſſumſiſſet, & ante Legem, & ſub ipſa Lege, à Deo miſſum, indeque angelum, ſeu nuncium ac legatum, ſæpius appellatum fuiſſe; quod nos in libro de Deo, cum de nomine Iehova ageremus, ſatis, arbitror, refutavimus. Ajunt autem illi, non eſſe inuſitatum, ut ſenator v. g. aliquis à collegis ſuis, quibus cæteroquin auctoritate ac poteſtate par ſit, mittatur, & eorum nomine legationem obeat. Quin etiam majorem à minore mitti poſſe; ſive quia id munus ipſemet ſponte ſua in ſe recipiat ſive quia id precibus aliisve perſuaſionibus ab eo impetretur. Sed primùm, rationem conſecutionis argumenti noſtri non refellunt. Quâ ſalvâ, argumentum ipſum ſalvum eſt. Deinde ſi ita ſe res habet in divinis, quemadmodum in humanis illi fieri contendunt, ut nimirum par à pari, imò etiam major à minori mitti poſſit; nil prohibebit, quominùs etiam Pater à Filio aut Spiritu Sancto mittatur: id quod ipſorum etiam adverſariorum ſententiæ repugnat, qui negant, Patrem à Filio, aut à Spiritu Sancto, ſive ſeparatim, ſive ab utroque ſimul, mitti poſſe. Quamquam mirũ eſt, eos id negare: cum tres illas perſonas ſibi invicem per omnia æquales

eſt, qua ſaltem æqualis mittitur ab æquali. Et hæc duplex eſſe poteſt. Nam vel æqualis mittitur ab æquali; ut ſi collega mittatur à collegâ: vel major mittitur à minori; ut ſi Princeps ad Principem profectus pro nobili intercedat; vel perſonæ digniores à ſponſo ad parentes ſponſæ mittantur. Hujus tamen poſtremæ miſſionis cauſa principalis ſemper eſt perſona miſſa, & major. Minor enim majorem, quâ talis eſt, ordinare nequit. At major ex mittentis amore poteſt ſe ipſi coordinare, adeòque ab eo mitti. Eâ autem miſſione ipſe non fit minor mittente: quia licèt, quâtenus mittitur, à mittente ordinetur, tamen quia ipſe hujus ordinationis primaria cauſa fuit, ordinat potiùs quam ordinatur: vel ſe ipſum coordinat. Nam ut primaria eſt ejus ordinationis origo, ita & præcipuus eſt ſcopus. Licèt enim in ejuſmodi miſſionibus mittentis bonum primariò videatur intendi, tamen reverâ ad miſſi honorem tandem omnia redundant. Quòd ſi major, ſalvâ ſuâ præſtantiâ, mitti poteſt, quantò magis æqualis, ſalvâ ſuâ dignitate, ab æquali mitti poterit? in ejuſmodi autem miſſione vel miſſus poteſt eſſe prima origo mſſionis; vel mittens. Priori modo perſpicuum eſt, quòd miſſio nihil deroget miſſi præſtantiæ. Quis enim non cernit, quòd, ſi triumvir primus miſſionem ſuadeat, ac collegis aſſentientibus ſponte eam ſuſcipiat, reliquis nihilominùs planè æqualis maneat? Si verò mittens ſit primus miſſionis auctor & ſuaſor, nihil tamen miſſi æqualis auctoritati decedit: cùm ipſe mittenti non obediat, ſed liberè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

liberè conſentiat. Sic licèt aliquis triumviorum primus moneat, mittendum eſſe aliquem, collegium autem ejus conſilium probet, & mittatur, quâ ſpecie fingi poteſt, eum ideo primò monentem eſſe inferiorem? Præterea obſervandum eſt, aliam miſſionem eſſe ſimplicem, aliam combinatam. *Miſſionem ſimplicem* vocamus, in quâ unâ vel perſonarum ad ſe invicem, vel rerum, vel perſonarum & rerum ad miſſionem pertinentium habitudo occurrit. *Combinata* eſt, in quâ variæ habitudines concurrunt. Varia autem eſt illarum habitudinum conjunctio: nos tantùm eas, quæ ex perſonarum ad ſe invicem, & perſonarum ad res habitudine oriuntur attingemus: & nec eas quidem omnes. Miſſio combinata ratione perſonarum eſt talis ratione perſonæ mittentis, miſſæ, vel ad quam mititur; vel plurium ſimul. *Ratione perſonæ mittentis*: ut ſi Rex mittat Filium ſuum; is enim & Rex & pater eſt: poteſtque illum & qua Rex, & quâ pater mittere. *Ratione perſonæ miſſæ*: ut ſi Rex mittat alium Regem, qui tamen etiam alio reſpectu ipſius ſit vaſallus. *Ratione rerum*, ſeu ſcopi, poteſt aliquis mitti vel ut tantùm procuret negotium mittentis, vel ut negotium mittentis ac miſſi commune promoveat. Fieri quoque poteſt ut Rex mittat alium Regem, certo reſpectu ſibi ſubditum, quò in legatione communi conſenſu ſuſceptâ commune negotium procuret ac promoveat. Ex quo habitudinum concurſu etſi variæ coordinationes ac ſubordinationes oriantur: nullâtenus tamen perſonarum illarum qualitates vel confunduntur, vel evertun-

les ſtatuant: ita ut nil repugnet, ſi una earum mitti poſſit, etiam cæteras mitti. Sed quid dico nil repugnare? cùm fieri non poſſit, ut una mittatur, quin mittantur etiam cæteræ: ſiquidem unius ſint eſſentiæ: perſona autem ſine eſſentia mitti non poſſit. Quod ſi enim Patris etiam eſſentia fuit miſſa, cum Chriſtus, aut Spiritus Sanctus (ut de hoc quoque nunc ſimul agamus) fuit miſſus; certè ipſum Patrem miſſum fuiſſe neceſſe eſt. Is enim mittitur, cujus eſſentia mittitur: cum idem ſit quisque re ipſa cum ſua eſſentia. Præterea ex hac iſtorum reſponſione ſequetur, nil prohibere, quin Deus aut Deus ab angelis, ac denique ab hominibus mittatur, precibus nimirum, aut aliis perſuaſionibus adductus. Quòd ſi hoc abſurdiſſimum eſſe omnes intelligunt; agnoſcant etiam fieri non poſſe, ut Chriſtus Patri per omnia ſit æqualis, ſi quidem ab eo miſſus fuerit. Neque enim ulla alia cauſſa fuit, cur vel hoc, vel illud, qnod priori loco diximus, abſurdum eſſe omnes cenſerent quàm quia ratio ipſa omnes docuit, legantem quidem, ratione habita ejus rei cujus gratiâ legationem decernit, principalem, ut cum vulgò loquar, eſſe; legatum verò, illius eſſe eadem in re miniſtrum. Simul autem & illud intellectũ fuit, Patrem Filio aut Spiritu Sancto, qui ab eo prodeant, ſuamque ab illo eſſentiam accipiant, inferiorem, eorumve miniſtrum eſſe nullo modo poſſe, nedum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nedum hominum aut angelorum. Quod ergo ad inſtantias, quas vocant, ſeu exempla in contrarium adducta attinet; hic eos decuerat meminiſſe illius, quod ipſi ſæpe, ubi nullius ei rei locus eſt, inculcara ſolent, malè hac in re argumentum duci ab humanis ad divina. Ratio autem diverſitatis hæc eſt: quia nullus hominum (niſi fortè ſummos reges excipias, qui legationes obire ipſi non ſolent,) adeò magnus eſt, quin in re certa alteri ſubjici, ſeve ipſum ſubjicere poſſit, atque adeò mandata ab eo accipere, eique miniſtrare. Quare etiam is, qui alteri dignitate par eſt, vel etiam ſuperior, ab eo mitti, & legationem ipſius nomine obire, eaque in parte illo inferior evadere, & ei tanquam principali, in negotio aliquo inſervire poteſt. At Deus ille ſummus ita mutari non poteſt, ut aliqua in re quopiam fiat inferior, eique miniſtret; ſed ſemper omnibus eſt ſuperior, eique miniſtratur ab omnibus. Quare nec legati munus ſuſcipere unquam poteſt.

evertuntur; ſed ſuaviter tantùm conjunguntur, & nunc conjunctim, nunc ſeorſim exercentur. Atque hæc hâc vice de miſſione ſufficiant: plana ejus tractatio pertinet ad ſymbioticam, id eſt, prudentiam de ſocietate in genere. Iam accommodemus dicta ad noſtrum inſtitutum. Dicimus itaque, male concludi, Chriſtum non eſſe Deum ſummum: quia ſit miſſus à Patre. Sive enim hujus miſſionis originem, ſive modum, ſive denique ſcopum perpendamus, hujus conſequentiæ infirmitas eſt manifeſta. Nam Chriſtus non tantùm quà minor Patre, verùm etiam quâ æqualis, ab ipſo miſſus eſt. Non enim ex ſolo Patris mandato hanc legationem ſuſcepit, ſed in eam conſenſit, ipſiuſque auctor unà cum Patre fuit. Duæ igitur habitudines in Chriſto accuratiſſimè ſunt obſervandæ. Prima eſt Filii, quâ tanquam Deus & Patri æqualis, ipſiuſque conſiliarius, unà cum Patre hanc ſuam miſſionem decrevit; ac ſervi formam ſponte induit: non ſecus ac cùm Rex ἀνυπεύθυνος non alterius Regis juſſu, ſed ipſius amore feudum ab eo accipit, ut legationem quandam obeat. Altera Chriſti habitudo ad Patrem eſt tanquam ſervi, ac, ut in ſimilitudine noſtrâ pergamus, tanquam vaſalli. Nam quâ homo, Patris majeſtati ſe humillimè ſubjicit, ab ipſo mandata accipit, ipſiſque obſequitur. Hæc tamen obedientia ipſius majeſtati regiæ nihil derogat. Quod etiam ex miſſionis modo perſpicuum eſt: Neque enim in legatione ſuâ tantùm tanquam ſervum, ſed etiam tanquam Filium, tanquam dominum, judicem ac Regem ſeſe geſſit. Nec ſolius Patris nomine, ſed etiam ſuo, id eſt, ſuâ poteſtate, ac potentiâ id fecit. Ex ſcopo autem miſſionis orthodoxa ſententia clariſſimè confirmatur. Non enim tantùm in Patris gloriam, ſed & in ſuam, hanc legationem ſuſcepit, eâque functus eſt: imò in ipſius gratiam hæc omnia proximè facta ſunt: ipſe enim

enim eſt hæres omnium. Itaque tantum abeſt, ut Chriſti miſſio ſupremam ejus Deitatem evertat, ut eam clariſſimè doceat ac confirmet. Fieri enim non potuit, ut tam divinum munus ab alio quàm qui ſummus Deus veruſque homo fuit ſuſciperetur ac gereretur: quemadmodùm alibi fuſiùs oſtendemus.

Ex his adverſarii inſtantiæ facilè ſolvuntur. Non omnis legatus, quâ legatus, ab altero mandato accipit: ſed hoc competit ei quâtenus eſt legante minor ſeu inferior. Dicta quidem & facta ſua omnis legatus ad legantis voluntatem componit: ſed voluntas legantis non ſemper eſt mandatum, ſed ſæpe nudum placitum à legato communi conſenſu approbatum. Omne quidem mandatum eſt placitum, ſed non omne placitum eſt mandatum. *Mandatum* eſt placitum ſuperioris, cui inferior ſe conformare tenetur. At *placitum* eſt ſententia alicujus de re quam fieri vel non fieri vult. Tantum verò eſt diſcrimen inter mandatum & placitum generaliter ſumtum, ut non ſolùm par paris, verùm etiam major minoris placitum, ſalvâ ſuâ excellentiâ, exſequi queat. Chriſtus igitur, quâ Deus & Filius, Patris placita fecit: ſed quâ homo, mandata ejus fuit executus. Etſi enim miſſio toti perſonæ competat, tamen proxima actuum principia ſunt diſtinguenda. At quòd nunquam ſe ipſum miſſionis ſuæ auctorem faciat, toti ſcripturæ refragatur. Quoties inculcat ſe amore noſtri ac liberrimè hoc munus ſuſcepiſſe, toties ſe ſuæ miſſionis quoque auctorem fuiſſe indicat. Et contrarium nullâtenus probatur ex *Ioh.* 7. 28: cùm *à ſeipſo venire* ibi ſit venire tanquam ſeductorem & falſum prophetam. Nec tamen à ſe ipſo miſſus eſt: quia ut quis ſit legans, non ſufficit ut aliquis ſit etiam primus legationis auctor, verùm præterea requiritur, ut ab alio apud alios repræſentetur. Sic licet unus ex Senatoribus primus legationem ſuaſerit, quam poſtea ſuſcipit; non tamen ideò ſui ipſius legatus dicitur, & habetur. Qui verò negat, Chriſtum ſub lege ſæpiùs tanquam angelum apparuiſſe, is ſacram Scripturam vel non legit, vel nunquam intellexit. Etenim tam clarum hoc eſt ex Scripturæ collatione, ut piorum conſcientiæ vel hinc animari debeant, non eſſe quòd tot, tantiſque adverſariorum tumultuationibus perturbentur, cum in re tàm clarâ cæcutiant. Hoc ipſum audaciſſimæ, ac non rarò abſurdiſſimæ Socini ſolutiones, quas ad loca à noſtris adferri ſolita reponit, ſincero pietatis, ac Logicæ ſtudioſo ſatis ſuperque indicabunt. Iam ſimilitudinem à collegis ſumtam aggreditur. Negat primò (rem ipſam enim negare nequit) rationem conſecutionis argumenti ſui ſic refelli. Hæc, ni fallor, eſt quòd omnis legatus mandata accipiat à legante: quodque Chriſtus à Patre mandata ac-

 ceperit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ceperit. Sed prius falſum eſt: poſterius quomodo divinæ Chriſti majeſtati non adverſetur, paulò antè oſtendimus. Pergit. *Nihil ergò prohibebit, quò minùs etiam Pater à Filio, aut Spiritu Sancto mittatur.* Ego verò id nego. Prohibet id perfectiſſimus, ac naturaliſſimus perſonarum ordo. Quamvis enim illarum æqualitati id non repugnare videatur, repugnat tamen ordinatiſſimæ ipſarum habitudini, ac emanationi: qui diviniſſimus ordo cùm in humano, vel Angelico collegio non occurrat, adverſarii ratio nulla eſt. Etſi autem una ſit trium perſonarum eſſentia, non tamen miſſâ unâ mittuntur omnes. Miſſio enim proximam quandam ac ſpecialiſſimam relationem innuit, quæ non ad eſſentiam, ſed ad perſonam terminatur. Itaque pronuntiatum illud; Is mittitur cujus eſſentia mittitur; falſum eſt: nec ratio ejus, *cum idem ſit quiſque re ipſa cum ſuâ eſſentiâ*, firma. Etſi enim quælibet perſona re ipsâ ſit idem cum eſſentiâ: tamen non eſt idem cum omni eo cum quo eſſentia eſt idem: cùm eſſentia ob infinitam perfectionem cum pluribus inter ſe diſtinctis ſit idem. Verùm hâc de re infrà paulo pleniùs. Non tamen ex noſtrâ reſponſione ſequitur, Deum, aut Chriſtum ab Angelis, aut hominibus mitti poſſe: ſi major à minori mitti queat. Nimis magna eſt illorum perfectio, horum imperfectio, quàm ut illi cum his coordinari debeant. Non enim omnis legatus, quâ legatus, eſt miniſter, ſed tantùm legatus ſubordinatus: coordinatus autem ſimul principalis eſſe poteſt: maximè ſi ejus gratiâ legatio vel potiſſimùm, vel pariter inſtituatur. At Chriſtus, quâ Deus, Patri fuit coordinatus: quâ homo, ſubordinatus: ita ut legationis & principalis, & miniſter fuerit. Per principalem autem hic non intelligas legantem, qui repræſentetur, ſed eum, cujus conſilio, poteſtate, ac potentiâ, ac in cujus quoque gratiam legatio ſuſcipiatur, & geratur. Neque ideo ejus regulæ obliti ſumus: *Malè argumentum duci ab humanis ad divina.* Aureum enim hoc axioma obtinet, quando ex imperfectione rerum humanarum, vel creaturarum, divinarum imperfectionem concludere ſatagunt; quod adverſariis eſt familiariſſimum: planè verò alienum eſt, cùm ex rerum creatarum minori perfectione majorem divinarum perfectionem inferimus. Ratio diverſitatis, quam adverſarius adducit, nec vera eſt, nec ſufficit. *Vera non eſt:* quia cùm ſuperior minoris eſt legatus, non ſe ipſi ſubjicit, ſed ſalvâ ſuâ dignitate ſe ipſi coordinat. *Non ſufficit*: quia ſicut Princeps, ſalvâ ſuâ majeſtate, in legatione, in minoris gratiam inſtitutâ, actus aliquos exercere poteſt, qui ipſi non competunt quâ Princeps eſt: ſic etiam perſona divina, ſalvâ ſuâ supremâ deitate, in legatione actus aliquos exſerere poteſt, qui ipſi non conveniant quâ Deus eſt. Licèt enim Deus ſummus in internâ

ſuâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſuâ perfectione mutari nequeat, poteſt tamen in externâ ſuæ gloriæ demonſtratione ita agere, ut ipſius deitas non uſquequâque appareat: poteſt etiam ſe ipſum ita demittere ac exinanire, ut creaturam intelligentem aſſumendo reſpectu aſſumtæ illius naturæ alteri fiat, inferior, eique miniſtret.

BISTERFELDII

CAP. XVI.

Reſponſio ad argumentum decimum ſextum, inde ductum, Quòd Chriſtus mandata à Deo acceperit, eaque ſervarit.

Reſpondemus: Licèt Chriſtus mandata à Patre acceperit, eaque ſervârit, licèt Patri obediverit, ejuſque ſervus fuerit: tamen Deus ſupremus fuit: quia hæc ipſi competebant ratione naturæ humanæ. Idem intelligendum eſt de miniſterio ſacrarii, quâtenus non ſimpliciter aliquam adminiſtrationem dicit, ſed ſervile quoddam officium unà in ſe continet.

CRELLII

CAP. XVI.

Argumentum decimum ſextum, inde ductum, quòd Chriſtus mandata à Deo acceperit, eaque ſervârit.

Tertiò, his ſubjungenda ſunt illa apud Iohannem loca, quibus Chriſtus apertè profitetur, ſe mandata à Patre accepiſſe, ſeque ea ſervare. Ea verò ſunt non pauca. Nam & cap. 10. 18, ait: *Hoc mandatum* (nempe de ponenda anima mea, ut eam iterum accipiam) *accepi à Patre meo*. & cap. 12. 29: *qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar*: quæ verba cap. præcedenti citavimus. & cap. 14. 31: *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio*. & cap. 15. 10: *Et ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione*. Vide etiam cap. 4. 34: & 6. 38: & 8. 29, 55: & 17. 4: & 11. 11. & illa, in quibus ſat clarè docetur, Chriſtum obediviſſe Deo. Rom. 5. 19. Phil. 2. 8. quibus adde Heb. 5. 8. Referri etiam huc poſſunt illa apud Prophetas loca, in quibus Deus Chriſtum ſervum ſuum vocat, ut inter alia ſit Eſa. 42. 1. (qui locus de Chriſto citatur à Matth. cap. 12. 18.) & cap. 49. 5, 6, ejuſdem prophetiæ. (qui locus ex parte citatur Act. 13. 47.) & cap. 52. 13: & 53. 11: & Ezech. 34. 23. 24: & cap. 37. 24, 25. & ille, ubi Miniſter ſacrarii appellatur, Heb. 8. 2. Quæ omnia oſtendunt, Chriſtum Deum illum ſummum non eſſe. Hic enim à nemine mandata accipere, iisque parêre, nemini obedire; nullius ſervus eſſe poteſt. aliàs ſummus non eſſet. Superior enim is eſt, qui mandata dat, & cui obeditur ac ſervitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Argumenti.

EXcipiunt adverſarii vulgò, Chriſto ſecundùm humanam tantùm naturam iſta competere. Sed hæc exceptio facilè per ea convellitur, quæ ſuprà 3. & 14. cap. hujus ſectionis dicta ſunt. Nam primùm ea, quæ attulimus, de Chriſto ſimpliciter ac ſine ulla limitatione dicuntur. At ſi in Chriſto eſſet ipſa ſupremi Dei eſſentia, ſeu mavis, ſi ipſemet Deus ille ſummus eſſet; non minùs ſimpliciter, imò etiam magis de eodem illa negari deberent. Non enim magis de eo affirmare ſimpliciter liceret ea, quæ illi ſecundùm naturam humanam inſunt, quàm negare, quæ ei ſecundùm divinam non inſunt. Non poteſt autem idem de eodem ſimul & affirmari & negari ſimpliciter. Deinde ſi Chriſtus perſona ſupremæ Deitatis eſt, limitatione illa ſecundùm humanam naturam *in illo locum non habet, nec efficere poteſt, ut, quod humanæ ipſius naturæ tantùm competit, de perſona ipſius ſimpliciter efferatur. Siquidem perſona Divinitatis ſupremæ, ipſa natura divina eſt. Divinæ autem naturæ non poteſt dici quippiam competere ſecundùm humanam; ac multo minùs de ea ſimpliciter efferri id, quod ipſi per ſe repugnat, & creaturæ tantùm competit; qualia ſunt, mandata accipere à Patre, ea ſervare, Patri ſervire. Tanto autem magis hæc ratio urgenda eſt,*

Defenſio Reſponſionis.

QUòd Chriſtus mandata à Patre ita acceperit, ut tamen aliam naturam; nempe divinam, habuerit, ſecundum quam ea ſervare non fuerit obligatus, verùm potiùs in ea conſenſerit, vel ex locis ab adverſario allegatis patet. Diſertè enim dicit Chriſtus *Ioh.* 10. 18, *Nemo tollit eam* (animam) *à me, ſed ego depono eam à me ipſo: poteſtatem habeo deponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus eam aſſumendi. Hoc mandatum accepi à Patre meo.* Si nihil aliud quàm homo fuit, certè nec animam ſuam à ſe ipſo depoſuit, nec poteſtatem, ἐξουσίαν, eam deponendi habuit: cùm à Patre mandatum eam deponendi habuiſſet. Habuit itaque aliam naturam, ſecundùm quam & in hoc Patris mandatum conſenſit, & hanc poteſtatem retinuit: quæ nulla alia fingi poteſt quàm divina. Unde etiam apparet, quòd mandata quæ à Patre acceperit, non ſolâ obligatione, ſed ſponte, prævio ſuo conſenſu, acceperit. Sic *cap.* 12. 49. dicitur quidem quòd Pater ipſi mandatum dederit: ſed *verſ.* 44. ſimul dicitur quòd in eum credendum ſit: *verſ.* 46. quòd lux mundi ſit: *verſ.* 47. quòd mundum ſervet: *verſ.*48. quòd verba ſint ipſius: quòd denique *verſ.* 50, hoc mandatum ſit vita æterna. Ex quibus inter ſe collatis facilè conſtat, quâ ratione hæc mandata ſuſceperit. Quòdque illa non tantùm ex officio, ſed etiam ex amore fecerit, apertè indicat *c.* 14. *v.* 31. *Sed ut cognoſcat mundus, me diligere Patrem: & prout mandavit mihi Pater, ita facere.* Satis quoque *c.* 15. 13. docet, quòd Patris mandata

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ex fidelium amore ſervet: quòdque voluntas Patris à nudo homine præſtari nequeat: cùm ipſe Patris opus perficiat: *cap.* 4. 34. Manifeſtè autem *cap.* 6. *verſ.* 38. oſtendit, quòd ipſe in cœlo fuerit, antequam hæc mandata exequi incepiſſet, quòdque ea proprio etiam conſilio in ſe ſuſceperit. Quivis enim cernit, quòd non ex mandato aut obligatione, ſed ex liberâ voluntate fideliumque amore ex cœlo deſcenderit. Nec *cap.* 8. *verſ.* 29. uſurpat vocem mandatorum, ſed placitorum. Quomodo autem *verſ.* 35. ſermonem Patris ſervet, antecedentia & conſequentia ſatis explicant. Et quæ gloria ex opere à Patre dato ipſi debeatur, verba ſequentia clariſſimè oſtendunt. *Nunc igitur*, nimirum quia conſummavi opus quod dediſti mihi ut facerem, *glorifica me tu Pater apud temet ipſum eâ gloriâ quam habui apud te priùs quàm mundus eſſet.* Præterea quomodo Pater ipſi poculum dederit, etiam ex dictis ſatis liquet. Chriſtum, quâ homo fuit, obediviſſe Patri, libentiſſimè agnoſcimus: ſed *Phil.* 2. 7. 8. diſertè dicitur, quòd obediendo ſe ipſum inaniverit, ac humiliaverit. At ſi nullam aliam naturam quàm humanam habuit, quomodo obediendo ſe inanivit & humiliavit? cùm natura humana ex ipsâ lege naturæ Deo obedientiam debeat. Et inanire ſe non potuit, niſi aliquid habuerit quo ſe quaſi evacuaverit. Antequam igitur obediret, habuit utique naturam aliquam, cujus dignitati obedientia non conveniret. Hoc ipſum confirmat Heb. 5. 8. *Quamvis Filius eſſet, tamen ex iis quæ paſſus eſt, didicit obedientiam.* Si enim Filius fuit,

eſt, ſi conſtet, ea, quæ de Chriſto dicuntur, perſonæ tantùm revera ac proprie convenire: qualia ſunt illa, quæ recenſuimus. Non enim competunt hæ actiones propriè niſi ſuppoſito intelligenti, h. e. perſonæ, quà tali. Perſertim quia ratione officii, quod ſuſtinuit Chriſtus in terris, mandata à Patre accepit, eaque præſtitit; & nunc miniſter ſacrarii, quà Sacerdos, dicitur. Officia autem hæc non niſi perſonæ, quà tali, conveniunt. Iam verò quod non niſi perſonæ Chriſti propriè convenit, id ei naturæ convenire neceſſe eſt, quæ cum ſubſiſtentia ſua perſonam ipſius abſolvit. Quod ſi ea natura divina eſt; concidit adverſariorum limitatio, hujusmodi attributa ad humanam tantùm naturam reſtringentium. Si humana natura; vel duæ in Chriſto perſonæ erunt, divina & humana, vel divina illa, quam adverſarii ſtatuunt, neganda erit; & humana tantùm, ſi eſſentiam reſpicias divina autem, ſi qualitates, quibus eſt à Deo donata, agnoſcenda; id quod nos volumus. Non commemoramas nunc illud, quod mandata Chriſtus à Deo accepit, etiam qua legatus ipſius fuit. Legatum autem Dei Chriſtum ſtatuunt adverſarii non tantum ſecundùm humanam naturam, ſed etiam, & quidem primò, ſecundùm divinam. Quo ergo pacto mandatorum acceptionem & conſervationem, ac porrò ſervi *nomen, ad humanam tantùm*

tùm naturam reſtringunt? Neceſſe nempe eſt, ut illi dogmati priùs renuncient, quàm iſta limitatione hic utantur.

fuit, antequam obedientiam didicit, utique nec per obedientiam Filius factus eſt, nec talis ejus fuit obedientia, quin eà non præditus eſſe, attamen Filius Dei manere potuerit. Prophetarum autem loca ſi perpendantur, non obſcurè demonſtrant, Chriſtum talem eſſe ſervum, qui ſuo officio planè divinam & poteſtatem, & potentiam & gloriam exſerat. Neque enim nudæ creaturæ competere poteſt, quòd Deus ipſi innitatur, quòd in eâ perfectiſſimè acquieſcat, quòd judicium gentibus proferat, quòd in lege ejus regiones exſpectationem habeant, quòd ſit fedus populi, lux gentium: quòd ſit ſalus uſque ad extremitates terræ: quòd certo pacto cum Deo Patre inito ſervus fiat. quæ omnia multaque alia ſimilia in citatis prophetarum locis occurrunt. Denique dicitur quidem Chriſtus ſanctuarii miniſter: ſed qui ſit quoque Filius in domo, quique domum illam & ſanctuarium conſtruxerit. *Hebr.* 3. 3. 4. 5. 6. Quomodo adverſarius exceptionem de duabus naturis convulſerit, ſuprà *cap.* 3. & 14. vidimus. Nec probabit unquam, quòd ea quæ de Chriſto attulit, ſimpliciter ac ſine ulla limitatione de ipſo ſint intelligenda. Quamvis enim ſimpliciter de eo dici videantur: ſi tamen tum alia loca, Scripturæ, tum hæc ipſa allata rectè perpendantur, ſatis apparet, quòd tale tantumque ſit Chriſti miniſterium quòd non niſi ab eo, qui Deus ſit, perfici queat. Nihil igitur de perſonâ ipſius ſimpliciter effertur, quòd humanæ ipſius naturæ tantùm competit: verùm limitatio ſemper ſubintelligitur. Etſi autem actiones non niſi ſuppoſito competant, non tamen ratione cujusvis naturæ ei competunt. Sic homini, quâ ſuppoſitum eſt, conveniunt quidem omnes actiones; ſed actiones animæ non conveniunt ipſi ratione corporis, nec corporeæ ratione animæ. Itaque non quicquid perſonæ Chriſti propriè convenit, id ei naturæ convenire neceſſe eſt, quæ cum ſubſiſtentiâ ſuâ perſonam ipſius abſolvit, ſed ei naturæ convenit, quæ proximum & formale ipſius principium, & per quam, tanquam partem, ipſi perſonæ tribuitur. Nec Chriſtus mandata accepit à Patre quâ ſimpliciter legatus fuit, ſed quâtenus fuit legatus qui etiam fuerit homo. Fuit quidem legatus ſecundùm naturam divinam: ſed non tantùm: ideòque nec omnes legationis actus ſecundum eam exercuit: inter quos ſunt mandatorum acceptio, eorum conſervatio, ſervique miniſterium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Bisterfeldii

Cap. XVII.

Reſponſio ad argumentum decimum ſeptimum ex eo ductum, quòd Chriſtus preces ad Patrem fuderit.

Reſpondemus: Ex precibus Chriſti non liquêre, ipſum non eſſe Deum ſummum; ſed tantùm, ipſum non ſolùm eſſe Deum ſummum, ſed etiam hominem. Sive enim pro ſe, ſive pro aliis Patrem rogaverit, id fecit quâ homo, & quâ ſacerdos, qui naturam humanam aſſumſerat. Nam, ut manifeſtum eſt, ex loco ad Hebræos c. 5. v. 5. *preces & ſupplicationes iſtas, non ſemper, ſed in diebus carnis ſuæ, non ut privatus inſtituit, ſed ut ſacerdos obtulit, qui factus eſſet peccatum, adeoque æternæ mortis metui eſſet obnoxius. Præterea ſi nulla alia natura in Chriſto fuiſſet quàm illa, ſecundùm quam has preces inſtituit, non diceret auctor epiſtolæ*: Quamvis filius eſſet, tamen ex iis quæ paſſus eſt, didicit obedientiam. *Nullum enim dubium eſt, quin ſecundùm eam naturam, preces ac ſupplicationes obtulerit, ſecundùm quam paſſus eſt. At ſi ſecundùm eam naturam, ſecundùm quam Filius fuit, etiam paſſus eſt, quomodo potuit auctor antitheſin inter*, Filium eſſe, *&* pati, *inſtituere?*

Crellii

Cap. XVII.

Argumentum decimum ſeptimum ex eo ductum, quòd Chriſtus preces ad Patrem fuderit.

Quartò afferri poſſunt illa, tum apud Iohannem, tum apud alios ſcriptores ſacros loca, in quibus Chriſtus Patrem oraſſe legitur. Extant autem prolixæ ipſius ad Patrem preces, partim pro ſe, partim verò pro diſcipulis, tum præſentibus, tum futuris, fuſæ, toto cap. 17. Iohannis. quibus adde illas in horto Gethſæmane, Matth. 26. 39, 42. 44. Luc. 22. 41, 44. & illas in cruce, Matth. 27. 46. Luc 23. 34, 46. ad quarum illas, quas Chriſtus pro ſe ipſo tunc ad Deum fudit, reſpiciens proculdubio D. Auctor ad Hebræos cap. 5. 7. ait: *Qui*(Chriſtus) *in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia*, vel (ut ex Græco verti poteſt) *à metu*. Quin & alibi legitur, eum pernoctâſſe in precatione Dei, ſeu ad Deum, Luc. 6. 12. vide etiam cap. 9. 18, 28, 29: 11. 1. & Ioh. 14. 16. Ex quibus liquet, Chriſtum Deum ſummum non eſſe. Hic enim, cum nullius ope indigeat, & à nullo pendeat, nullius opem unquam implorat.

Defen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Argumenti.

RESponſio illa, quòd Chriſtus ſecundùm humanam tantùm naturam oraverit, per ea, quæ & ſuperiùs c. 3. & 14. diximus, & cap. præcedenti ex parte repetimus, ſatis refutantur. Quibus adde: ſi Chriſtus, ut illa diſtinctio ponit, divinam in ſe naturam habuiſſet, nihil futurum fuiſſe opus, ipſum ad alteram perſonam, nempe Patrem, confugere, quemadmodum Chriſtum feciſſe toties legimus, idque etiam cum lachrymis & clamore valido. Quid enim opus eſt ab alio petere, idque tanta cum contentione, atque adeò etiam cum lachrymis, quod per te ipſum, idque viribus naturalibus & aliunde non pendentibus, præſtare ſemper liberrimè facillimeque poſſis; imò quod omnino præſtare ipſemet decreveris? quemadmodum ſanè de Chriſto ſtatuendum eſt, ſi is ipſe Deus ſummus fuit.

Ajunt hîc nonnulli, fieri poſſe, ut is etiam, qui aliquid per ſe præſtare poſsit & velit, ab altero id petat, ut ei hac in parte honorem exhibeat, & ei benefacti gloriam quodammodo relinquat. & decuiſſe Chriſtum, utpote Filium, Patrem hac ratione honorare; & quæ à tota Trinitate proficiſcantur beneficia à Patre nominatim, tanquam è fonte petere. Quæ reſponſio difficultatem primùm non tollit. Nam vel volunt illi, qui ita reſpondent, Patri

præ

Defenſio Reſponſionis.

QVòd reſponſio, Chriſtum ſecundùm humanam tantùm naturam oraviſſe, in præcedentibus minimè refutata fuerit: oſtendimus. diſpiciamus jam, quid præſentia contra eam valeant. Negat, futurum fuiſſe opus, ut Chriſtus ad aliam perſonam confugeret, ſi in ſe divinam naturam habuiſſet, ſiquidem id, quod ab illo petiit, per ſe ipſum, & quidem viribus naturalibus, præſtare potuerit. At nihilominus opus fuit: tum quia Patris gloriam in omnibus ſuis actionibus præſertim precibus, quærebat; tùm quia non minima ſacerdotalis officii pars erat, preces ad Patrem fundere; tùm denique, quia exinanitionis ſtatus omnino id ipſum poſtulabat. Neque enim potentiam ſuam negavit, dum Patrem invocavit, verùm per Patris glorificationem ſuam promovit. Nec abſurdum eſt, quòd ab alio petas id, quod præſtare ſemper liberrimè facilimeque poſſis ac decreveris: ſi nimirum id non ſine illo, à quo petis, præſtare decreveris: ſed ita ut omnium tuarum actionum gloria ad illum, à quo id petis, & per illum ad te redundet: ſique hoc ipſum quoque decreveris, quòd ſcilicet id ab illo petendo præſtare velis, præſertim ſi ille agendi modus iis, quorum cauſam in te ſuſcepiſti, ſit utiliſſimus. Quare cùm Chriſtus & ratione intimæ cum Patre unionis, & ratione officii nihil ſine Patre agere vel potuerit, vel voluerit, mirum non eſt, quòd ea à Patre petierit, quæ ipſe per ſe, id eſt, propriâ ſuâ potentiâ, non tamen ſolus, præſtare

pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

poterat. Etſi autem Chriſtus hâc ratione Patri honorem exhibere voluerit, non tamen hinc ſequitur, Patri aliquam prærogativam competere quæ oſtendat illum ſolum eſſe Deum ſupremum: vel id Chriſtum ſine ullâ cauſâ feciſſe. Nam hoc ipſum & officium Chriſti, & naturalis divinarum perſonarum ordo requirebat. Sponte enim ſacerdos factus fuerat, qui apud Patrem intercederet. Omnimoda autem perſonarum paritas earum ordinem minimè evertit; ſed potiùs ſtabilit: præſertim cùm Chriſtus eo ipſo, quo Patri gloriam tribuit, ſibi quoque eam, ut pote unigenitus Filius, deberi, ſuis indicavit. Neque hoc modeſtiæ Chriſti ita adſcribendum eſt, quaſi ſalvo ſuo officio id omittere potuerit. Nam nec Filialis ille amor, nec naturalis ordo poſt aſſumtam carnem, nec officium ejus, nec denique crucis ſtatus aliud admiſit.

Fatemur quoque, Chriſtum ex indigentiâ & neceſſitate, non ex ſolâ modeſtia precatum fuiſſe. Nam & pro ſe, quâ homo, orare debuit: & graviſſimum peccatorum noſtrorum onus tàm ardentes preces ipſi expreſſit. Illam autem neceſſitatem perſonalis cum naturâ divinâ unio non excluſit: cùm nec humanæ naruræ affectiones, nec ſacerdotalis officii functiones ſuſtulerit. Neque dubitatio ardorem precum efficit, vel certitudo eam tollit. Non, inquam, ideo tàm ardentes deprecationes ac ſupplicationes cum clamore valido & lachrymis obtulit, quòd veritus fuerit ne unio illa perſonalis diſſolveretur; vel quòd dubitaverit, num eum Pater ſit exauditurus: ſed ex ſenſu

præ Filio, & ſic primæ divinitatis perſonæ præ ſecunda, etiam quà talis eſt, aliquam prærogativam competere; vel id nolunt. Si volunt; non ſunt perſonæ illæ ejusdem numero eſſentiæ, nec Filius ſupremus ille altiſſimusque Deus eſt, ut ſuprà jam oſtendimus a. Si nolunt; nulla eſt cauſſa, cur Filius à Patre potiùs aliquid petat, quàm à ſe ipſo, (ſi modo quiſpiam à ſe ipſo aliquid petere poteſt) vel absque ullis precibus id per ſe ipſum præſtet. Quæ enim cauſſa eſt in omnimoda paritate, ut Patri potiùs is honor deferatur, factique gloria tribuatur, quàm Filio? Imò verò id cavendum potiùs fuiſſet Chriſto, ne exemplo precum ſuarum, quas ad Patrem ſolum fudiſſe deprehenditur, cauſſam præberet aliis, majorem honorem Patri, quàm vel ipſi, vel Spiritui Sancto exhibendi. Siquidem perſonis omnino æqualibus, æqualis etiam debetur honor; & ipſimet adverſarii contendunt, trium illarum, quas ſtatuunt, divinitàtis ſupremæ perſonarum æqualem honorem ac gloriam eſſe. Quòd ſi dicas, ut quidem nonnulli faciunt, modeſtiæ Chriſti fuiſſe, ut quod per ſe ipſum vel ſibi ſumere, vel aliis largiri poſſet, à Patre potiùs peteret; ne ea, quæ jam dicta ſunt, repetamus; quærere licebit, cuinam naturæ modeſtiam illam putent tribuendam? Si humanæ; ejus modeſtiæ non fuit, ſed judicii tantùm, Patrem Filio præferre, & ad

a cap. 1. & 2 hujus ſect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

honoratiorem potiùs preces dirigere. Modeſtiæ majoris eſt, ad inferiorem potiùs, quàm ad ſuperiorem accedere. aut, ſi omninò pares exiſtimes perſonas, non magis modeſtiam probas, ſi ad hanc, quàm ſi ad illam accedas, precesque tuas convertas. Si divinæ naturæ aut perſonæ modeſtiam illam adſcribant; (quemadmodum quidem neceſſe eſſe diximus, ſi perſona illius divina, h. e. ipſe ſummus Deus eſſet) valde abſurdi ſunt, & in Deum ſummum injurii. Modeſtia enim, hominum atque angelorum virtus eſt, non Dei altiſſimi. illius, inquam, naturæ hæc virtus eſt, quæ & extolli, & aliqua ratione dejici poſſit; non illius, quæ non poſſit. Quòd ſi modeſtiam Deo etiam ſummo, quà talis, audeas tribuere; nulla erit cauſſa, cur tantopere contendas, Chriſtum non ſecundùm divinam naturam, ſed ſecundùm humanam tantùm oraſſe Patrem. Non enim impoſſibile foret, Chriſtum ſecundùm divinam naturam ita ſe modeſtiæ cauſſâ demiſiſſe coram Patre, ut eum pro aliis, nempe hominibus, oraret, & dona quæ ipſemet illis per ſe lagiri poterat, iis impetraret. Quod tamen quàm abſurdum ſit, nemo non videt & ipſi adverſarii ſatis ſe cernere indicant, dum ad naturarum diſtinctionem in hoc argumento omnes, quod ſciam, confugiunt.

Sed præterea reſponſionem illam nequaquam admittit precum Chri- *ſti*

ſenſu iræ divinæ: quodque natura divina aliquamdiu ſe quaſi occultaverit & continuerit, quo humana patiendo ſuo officio fungeretur. Certiſſimus enim erat Chriſtus, quod ipſius natura humana ex omnibus iſtis afflictionibus ac paſſionibus non ſolùm eſſet liberanda, ſed ſummâ quoque gloriâ coronanda. Univerſus igitur adverſarii diſcurſus duabus falſis hypotheſibus nititur. Nam primò fingit aliquem quaſi diſſenſum inter divinam Chriſti naturam & Patrem: quaſi divina natura Chriſti ipſius paſſiones impeditura fuiſſet, quas Pater permittere, imo & inferre decreverat: cùm tamen omnia, quæ Pater voluit, natura quoque divina in Chriſto voluerit. Deinde fingit, quòd exauditionis certitudo tollat uſum precum: quod abſurdum figmentum ex abſurdiſſimo adverſarii de decretis divinis errore proficiſcitur. At non ſolùm ex variis Chriſti, ſed etiam aliorum Sanctorum precibus apertè refutatur. Divinam autem naturam cum corpore exanimi atque exſangui, Chriſti morte durante, perſonaliter unitam fuiſſe, illi tantùm horrent, qui nec divinæ naturæ perfectionem, nec perſonalem unionem, nec denique ſacrificii Chriſti oblationem intelligunt. Niſi enim id factum fuiſſet, Chriſtus ſummus ille ac perfectiſſimus ſacerdos minimè eſſe potuiſſet: cùm inter primarios ſummi ſacerdotis actus hic fuerit, ut nimirum cadaveribus juvenci peccati ac hirci peccati adhuc in tentorio jacentibus ſuffitum in Sanctum Sanctorum inferret, ac ſanguinis aſperſione peccata expiaret, ut ex *Lev.* 19. conſtat. Quo obſer- vato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vato non ſolùm hic Socini error de Deitate Chriſti, verùm etiam omnia ipſius ſomnia de ejuſdem ſatisfactione in fumum abeunt. Etenim ſi illo mortis triduo Chriſtus & Sanctum Sanctorum ingreſſus fuit, & ſuffitum igni impoſuit, & operculum propitiatorium ſanguine aſperſit, & aſpergendo peccata expiavit, & vivus Hazazel fuit, & reliqua, uno verbo, ſummi ſacerdotis officia *Lev.* 16. deſcripta obivit; fieri non poteſt, quin & Deus & ſacerdos, etiam antequam in cœlum animâ & corpore aſcendiſſet, fuerit. Nec auctor Epiſtolæ ad Hebræos Patrem ideo his verbis, *qui poſſit illum liberare à morte*, circumſcribit, quia Chriſtus poteſtatem ac vires in ſe non habuerit, ſed quia hoc officium ejus omnino poſtulabat. Cùm enim eſſet ſacerdos, qui Patri ſe offerre eumque placare debebat, neceſſe fuit, ut ab ipſo, tanquam juſto judice, reſtitutionem in vitam, tanquam pleniſſimæ ſatisfactionis teſtimonium, peteret. Et omnino Patris proprium eſt, quòd à Chriſto ut ſacerdote rogatus ei vitam reſtituat, ſicque pleniſſimam ſibi ab eo factam ſatisfactionem agnoſcat. Has itaque, ut & multas alias ſimiles preces, non tam ſui quàm noſtri causâ inſtituit: ſicut ipſemet disertè docet *Ioh.* 11. 42. *Pater, gratias ago tibi quòd me audieris. Ego verò ſciebam, me ſemper à te audiri: ſed propter turbam circumſtantem hoc dixi, ut credant me à te miſſum.* Nimirum omnia ad Patrem refert, quo ſe Moſi non repugnare, ſed conſentire, omnibuſque ſuis factis ad amuſſim reſpondere manifeſtum ſaciat.

ſti ad Patrem fuſarum modus, maximè ab Auctore Epiſt. ad Hebr. expreſſus, & ab Euangelicæ quoque hiſtoriæ ſcriptoribus ex parte indicatus. Is enim indigentiam etiam Chriſti, & precandi neceſſitatem, non modeſtiam ſolam arguit. Illius enim argumentum eſt, tum tanta in precando aſſiduitas, tum clamor ille validus, & lachrymæ, & animi anxietas, quæ in precando paulo ante mortem apparuit. Si dicas, neceſſitatis quidem fuiſſe, quòd oraverit Chriſtus; ſed modeſtiæ, quòd Patrem potiùs, quàm ſe divinámve ſuam naturam oraverit: ne ſuperiùs dicta nunc repetamus: ſi humana Chriſti natura cum divina perſonaliter unita ſtatuatur, neceſſitas illa planè excludetur, præſertim in rebus ad ipſum Chriſtum pertinentibus, in quibus tamen eum clamorem illum, & lachrymas, tantamque animi contentionem adhibuiſſe cernimus. Etenim quo pacto v. g. neceſſitas humanam Chriſti naturam impellere potuiſſet, ut tam ardenter Patrem oraret, ne ipſam desereret, aut ope ſua deſtitueret, utque ſpiritum ipſius in manus ſuas reciperet, & ipſam à morte ſervaret, ſi naturæ divinæ, quæ id præſtare & poſſet & vellet, imo non poſſet non præſtare, indiſſolubili nexu juncta fuiſſet? Num putamus, humanam Chriſti naturam veritam fuiſſe, ne unio illa perſonalis diſſolveretur? At de eo ne dubitare quidem cuiquam permittunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mittunt adverſarii, nedum ut Chriſti humanæ naturæ, ſeu Chriſto homini, tale quid in mentem venire potuiſſe credant. An fortè vereri poterat, ne ſalvâ illâ unione, ipſa nihilominus perpetuo in morte maneret, & ſic divina natura cum corpore exanimi atque exſangvi in omnem æternitatem perſonaliter unita maneret? Quis id cogitare non horreat? cum ne ad momentum quidem, ſi ex vero rem æſtimes, id fieri potuerit. Reſtat ergo, ut non modeſtiæ, ſed neceſſitatis cauſa & oraverit Chriſtus, & Patrem, diverſam à ſe perſonam, oraverit. Nempe quia id quod ſibi petebat, per ſe ipſum præſtare non poterat; quod aliis petebat, non niſi accepta à Patre poteſtate, largiri poterat, quam, pro aliis orando, ſibi dari tacitè petebat. Indicat prius illud D. Auctor Epiſt. ad Heb. c. 5. 8. dum eum, cui Chriſtus preces ac ſupplicationes cum calore valido & lachrymis obtulerit, nomine ejus proprio non expreſſo, ita circumſcribit: qui poſſit illum ſalvum facere à morte, *ſeu* à morte liberare. *Hac enim deſcriptione eam perſonam à Chriſti perſona diſtinguere, & ſimul cauſſam afferre voluit, cur ei preces obtulerit; & denique, quid ſibi tunc tam anxiè petierit, indicare. At nec à Chriſto eam perſonam hoc pacto diſtinxiſſet, ſi Chriſtus ſe ipſum non minùs, quàm ipſum Pater, à morte ſalvum reddere potuiſſet; cum communia non diſtinguant, ſed propria; nec cauſſam attuliſſet juſtam, cur ei tanto cum clamore & lachryuis, ut ſe à morte liberaret, ſupplicârit.*

CRELLII CAP. XVIII.

Argumentum decimum octavum, ex eo ductum, quòd omnia Chriſto à Patre ſint data.

Quintò afferri poſſunt illa loca, in quibus ſcriptum eſt, omnia Chriſto à Patre data eſſe; idque partim generatim, partim ſpeciatim, hoc eſt, rebus certis, quæ ipſi à Patre ſint datæ, nominatim expreſſis. Quò pertinent plurima, non modò apud Iohannem, ſed & apud alios ſcriptores loca. Et quia adhuc ex Iohanne potiſſimùm citamus teſtimonia, ideo ab eo incipiamus; præſertim quia

BISTERFELDII CAP. XVIII.

Reſponſio ad argumentum decimumoctavum, ex eo ductum, quòd omnia Chriſto à Patre ſint data.

Reſpondemus: Etiamſi vel omnia generatim, vel quædam ſpeciatim Chriſto à Patre data ſint, non tamen ſequitur, ipſum non eſſe Deum ſummum. Alia enim datio divina eſt naturalis & neceſſaria: alia libera. Datio naturalis *non repugnat ſupremæ Deitati: tum quia per eam ipſa ſuprema Deitas data eſt; tum quia illa datio tam facit ad perfectionem Patris dantis, quàm ad perfectionem Filii accipientis.* Nihil*que eſt aliud quàm æterna divinæ eſſentiæ communicatio, ex infinitâ ejuſdem perfectione orta.* Datio *autem* libera *vel eſt æterna, vel in tempore facta.* Illa *nihil eſt aliud quàm ordinatio*

natio Patris, quâ ab æterno decrevit Filio ſuo quædam dare in tempore; Hæc verò eſt æterni illius conſilii executio. Vtraque datio libera, ſcilicet tàm æterna quàm in tempore facta, vel eſt intrinſecæ perfectionis, vel extrinſecæ relationis, adeòque declarationis. Datio intrinſecæ perfectionis non competit Chriſto ſecundùm naturam divinam, ſed tantùm ſecundum humanam. Datio verò extrinſecæ declarationis utrique naturæ convenit, alio tamen atque alio modo & reſpectu. Sub hâc datione complectimur dationem omnium illorum, ſine quibus id, cui datur, ſuam perfectionem obtinet, ſive detur ſubſtantia, ut electi; ſive aliqua relatio, ut poteſtas & officium; ſive actio aliqua, ut externa glorificatio. Hæc quoque datio, quæ vel jus aliquod, vel officium, vel actionem aliquam extrinſecam continet, non tollit intrinſecam ejus, cui datur, perfectionem, ſed eam ponit. Etenim cui officium aliquod rectè, & ſapienter datur, eum perfectione ad ejus functionem & conſummationem neceſſariâ præditum eſſe oportet. Sic quoque externa declaratio vera eſſe nequit, niſi ab internâ aliquâ perfectione proficiſcatur, in eâque fundetur. In iis verò quæ reſpectum aliquem dicunt, duplex datio conſiderari poteſt, ac debet: una juris, altera facti. Per dationem juris intelligimus dationem, quâ quis accipit poteſtatem ac officium, etiamſi vel paucos, vel nullos ejus actus adhuc exerceat. Sed Datio facti eſt ordinatio quædam ut re ipſa poteſtas antea data exerceatur. Cùm igitur tam varia & multiplex ſit datio, & adverſarius plurima loca accumulet, prudens lector facilè intelligit, quòd pro re nata, adeòque diſtinctè, ſit reſpondendũ. Nos prima ſolutionum fundamenta oſtendemus, eorũ verò explicationẽ ac confirmationẽ pii lectoris judicio, ac diligentiæ, hac vice, relin-

quia apud eum crebriùs, quàm apud alios ſcriptores, expreſſè ſcriptum eſt, Patrem Filio aliquid dediſſe. Ita igitur ait cap. 3. 35: *Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu ejus.* & cap. 5. Chriſtus, declaraturus verba illa, de quibus ſuprà egimus, *Pater diligit Filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit, & majora his demonſtrabit ei opera, ut vos miremini*; ita inter alia ait v. 22: *Neque enim Pater judicat quemquam: ſed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.* & v. 26: *Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo: & poteſtatem dedit ei, etiam* (in Græco enim eſt καὶ) *judicium facere, quia filius hominis eſt.* cui loco, quod ad vitam attinet Filio à Patre datam, non planè diſſimilis eſt ille cap. 6. 59: *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem; & qui manducat me, & ipſe vivet propter me. Omne quod dat mihi Pater* (hoc eſt, quemvis hominem probi animi, quem ad me Pater trahit:) *ad me veniet.* Quod aliquo modo repetit v. 39. & cap. 10. verſ. 29: *Pater meus, qui* (ita eſt in Græco) *dedit mihi* (oves,) *major omnibus eſt.* cap. 13. 3. *Sciens* (Ieſus) *quòd omnia dedit ei Pater in manus.* & c. 17. 2: *Dediſti* (Pater) *ipſi,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſi, (Filio) *poteſtatem omnis carnis, ut omne, quòd dediſti ei, det eis vitam æternam.* & v. 5: *Clarifica me tu, Pater, apud temet ipſum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus eſſet, apud te.* Idem enim eſt clarificare, quòd dare claritatem, uti & per ſe manifeſtum eſt, & apparet ex ver. 22. 24. Rurſus v. 6. *Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos deſti.* & mox v. 7: *Nunc cognoverunt, quòd omnia, quæ dediſti mihi, abs te ſunt.* vide etiam v. 9. 11, 12, 24. Et v. 22: *Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis.* & v. 24: *ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi. quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.* Idem Iohannes initio Apocalypſeos ait: *Apocalypſis* (ſeu revelatio) *Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus, palam facere ſervis ſuis, quæ oporet fieri citò.* Quomodo autem ei hanc revelationem dederit Deus, prolixè narratur infrà cap. 5. ab initio uſque ad v. 10 & cauſſa ejus rei hæc additur, *quia occiſus fuerit, & emerit nos in ſanguine ſuo, & fecerit nos Deo noſtro reges & ſacerdotes.* Legatur integer locus, utpote rem totam graphicè admodum depingens. Capite autem 2. circa finem ait ipſe Filius Dei: *Qui vicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi*

relinquemus. Si enim ſingula perſequi deberemus, vel huius unius argumenti ſolutio in magnum commentarium excreſceret. Qui accuratè perpenderit dantem, rem datam, eum cui datur, modumque dandi, eaque inter ſe contulerit, facilè difficultates expediet, ac adverſario ſatis faciet: præſertim ſi obſervetur, quòd dare *aliquando* propriè *pro aliquid congrui alicui communicare: aliquando* impropriè *pro facere, edere ſeu emittere, unire, ordinare, conſtituere, tradere, ac concedere ſeu permittere ſumatur.*

Iam breviter, adeòque obiter, præcipua loca ab adverſario allata examinemus. Vox omnia *Ioh. 3. 35 non complectitur omnia quæ Chriſto competunt: ſed tantùm ea quæ habet in ſua manu ſeu poteſtate. At naturam & proprietates ſuas non habet in manu ſua: intelliguntur itaque omnia quæ ad officium ipſius pertinent: ſcilicet omnes creaturæ, omniſque earum uſus. Hinc autem non ſequitur, quòd ipſe non ſit Deus ſummus.* Non enim *hîc intelligitur naturale illud dominium, quod Deus in ſuas creaturas habet, ſed ſpeciale illud, quod continet ſingularem omnium rerum ad officii Chriſti ſcopum applicationem: quâ abſoluto imperio Chriſtus rerum omnium adminiſtrationem ac gubernationem ad regni ſui conſervationem ac amplificationem ordinat. Quæ gubernatio ac ordinatio Chriſto à Patre data eſt, id eſt, aſſignata. Vnde ipſius Deitas firmiter concluditur. Tali enim tantoque munere fungi non poſſet, niſi naturalis Deus eſſet. Obſervemus quoque hîc, quòd jam tum Pater omnia in ipſius manum dederit; quodque ipſius cauſa vel origo ſtatuatur amor Patris, quo Filium complectitur: qui cùm ſemper fuerit ſummus, dubium non eſt quin hæc quoque Filii poteſtas ſemper ſumma fuerit. Niſi adeò abſurdi eſſe velimus, ut dicamus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

camus, Patris quoque amorem erga Filium pedetentim creviſſe, tandemque conſummatum fuiſſe; quod univerſæ Scripturæ, in primis Matth. 3. 37. & Ioh. 17. 25. *repugnat. Locum* Ioh. 5. 20. *ſuprà explicavimus. Iudicii verò datio Deitatem Chriſti non negat, ſed probat. Si enim Chriſtus eos quos vult vivificat, ſique omne judicium in ſuâ poteſtate habet, Deus utique eſt: cùm hi actus ex omnipotentia proficiſcantur. Dedit igitur Pater ei judicium, id eſt, ipſi aſſignavit, ut Deitatem ſuam eo ipſo oſtenderet. Supremæ autem Deitatis Chriſti teſtimonium omni exceptione majus extat in iſtis verbis:* Sicut enim Pater habet vitam in ſemet ipſo: ſic dedit & Filio habere vitam in ſemet ipſo. *Infallibile enim Deitatis argumentum eſt, habere vitam in ſemet ipſo, præſertim ut Pater. Cùm enim Chriſtus his verbis probet, ſe habere poteſtatem judicandi, & quidem ita ut ſe in judicando Patri æquet, imò præferre, ſibique ſoli vendicare videatur, neceſſe eſt ut pariter vitam habeat in ſemet ipſo; cùm vita illa judicii ſit fons & origo. Sive igitur Filio dicatur datum, vitam habere in ſemet ipſo per æternam generationem; ſive id ſit intelligendum de poteſtate vivificandi, quæ ipſi competit quatenus eſt Chriſtus; ex utroque tamen neceſſariò ſequitur, ipſum eſſe naturalem Deum: cùm illa vivifica vis vel ſit ipſa omnipotentia, vel nonniſi ex ea ſequatur. Ex rei itaque datæ perfectione non dationis aut accipientis imperfectio, ſed perfectio concludenda erat. Prior autem interpretatio magis eſt genuina: ut ſequentia oſtendunt:* Et poteſtatem dedit ei etiam judicium faciendi quâtenus filius hominis eſt. *Vbi vocula* etiam *emphatica eſt: docet enim quòd vitam habere in ſemet ipſo Pater Filio quidem dederit, quatenus ſuus Filius, adeoque Deus eſt: ſed quòd judicium*

illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, &c. *ſicut & ego accepi à Patre meo.* quod idem aliis verbis explicat infra ſub finem cap. 3. v. 21.

Iam ut ad alios Novi Teſtamenti ſcriptores accedamus, qui vel expreſſè, vel verbis tantundem valentibus aſſerunt, Chriſto aliquid, aut etiam omnia, quamvis diviniſſima, eſſe à Deo Patre tradita; primùm ita inter alia apud Matthæum cap. 11. 27. ait ipſe Chriſtus: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* & cap. 21. 24. de ſe citat illa Pſalmi 118, 21. verba: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud; & eſt mirabile in oculis noſtris.* qui locus etiam ex parte citatur Act. 4. 11. & alibi, ubi etſi verbum *dandi* non extat, res tamen extat eo verbo ſignificata; h. e. gloriam, potentiam, atque imperium Chriſto à Deo datum eſſe indicatur. Qua de re apertiùs capite 28. Matth. v. 18. loquitur Chriſtus, dum ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Porrò apud Lucam ita de ipſo loquitur Angelus cap. 1. 32: *Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem* (ſeu *ſolium*) *David Patris ejus: & regnabit in domo* (Græcè *ſuper domum Iacob*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis. & cap. 22. 30. ait ipſe Chriſtus: *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum.* Diſpoſitio enim illa dationem arguit. Apud eundem autem ſcriptorem in Actis c. 2. 33. ait Petrus: *Dexterâ igitur Dei exaltatus* (Chriſtus,) *& promiſſione Spiritûs Sancti accepta à Patre effudit hunc, quem* (Græcè *hoc, quod nunc*) *vos videtis & auditis.* & mox, cùm citaſſet de Chriſto Davidis verba: *Dixit Dominus Domino meo; ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum;* addit verſ. 35: *Certiſſimè ſciat ergo omnis domus Iſraël, quòd & Dominum eum & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.* & c. 3. 13: *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorum, glorificavit Filium ſuum Ieſum.* & c. 5. 31: *Hunc principem & ſalvatorem Deus exaltavit dexterâ ſuâ ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum.* & cap. 10. 42: *& præcepit nobis* (Chriſtus) *prædicare populo & teſtificari, quod ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo judex vivorum & mortuorum.* Quod ex parte repetit Paulus infrà c. 17. 31: ex cujus Epiſtolis, ne nimis prolixi ſimus, aliquot tantùm adducemus loca. 1. Cor. 15. 27. ex Pſal. 8. ait, *omnia ſubjecit*

jecit

judicium exercendi poteſtatem ipſi non tantùm quâ ſuus Filius eſt, ſed etiam quâ Filius hominis, adeòque homo, eſt, dederit. Quod manifeſtum quoque evadit ex particula ὅτι: *quæ quòd non per* quia *ſed per* quâtenus *ſit vertenda, non ſolùm res ipſa docet verùm etiam inde patet, quòd jam Filius antea vocatus fuerit. Nam ſi ſecundùm eandem naturam eſt Filius Dei & filius hominis, quàm ineptè hæc adderentur, & otiosè repeterentur? Evidentiùs autem idem oſtendit res ipſa. Si enim* ὅτι, *hîc ſignificat* quia: *omnibus utique hominibus poteſtas judicium faciendi competet: cùm ipſis proxima & adæquata ejus cauſa competat. Rectè autem facit adverſarius, quòd locum* Ioh. 6. 57. *non planè diſſimilem vocet, & ſic fateatur eum non planè eſſe ſimilem. Ibi enim non tam de ipſâ Chriſti vitâ, quàm de ipſius vivificatione agi videtur. Quicquid autem horum ſit, per* Patrem vivere *non indicat, Chriſtum non habere vitæ fontem in ſe, ſed exprimit intimam illam ac individuam ipſius cum Patre unionem, quæ ex æternâ generatione reſultat: quòdque ipſe ſine Patre nec vivat, nec vivificet. Nam pater dicitur Chriſto dare eos qui ad ipſum veniunt, non quòd Chriſtus, quâ Deus, antea in eos poteſtatem non habuerit: ſed quòd Pater electionis ſuæ decreto eos ipſi ſpecialiter aſſignarit. Senſus enim eſt: Quodcunque dat mihi Pater, id eſt, quodcunquo Pater elegit ut meo æterno beneficio fieret meum, id ad me venit; id eſt, in me credit, credendoque ſervatur. Sed hoc de hominibus probi animi eo ſenſu interpretari, ut animi probitas non Patris dationem, ſed Patris datio animi probitatem ſequatur, eſt cælum terræ miſcere, Sic enim non Pater eas daret Filio, ſed ipſi homines ſe darent Filio, adeòque & Patri. Idem liquidò patet ex cap.* 10. *v.* 29. Pater meus,

qu

qui eas dedit mihi, major omnibus eſt, & nemo poteſt eas rapere ex manu Patris mei. Nam ſi ovium conditio, quà rapi non poſſunt, ipſarũ probitate niteretur, Chriſtus eam non in Patris potentia, ſed in ovium conſtantia ſitam eſſe docuiſſet. Hanc autem dationem ſupremæ Chriſti Deitati nullâtenus repugnare, ſequentia apertiſſimè teſtantur: Ego & Pater unum ſumus: unde ſaltem hoc ſequitur, quòd Pater oves Chriſto ita dederit, ut Chriſtus in illam dationem conſenſerit: adeòque illud dare nihil ſit aliud, quàm, conſentiente Chriſto decernere, ut hi vel illi ſint ipſius oves. Quòd verò Pater omnia Chriſto dederit in manus, Ioh. 13. 3, quid contra ipſius ſupremam Deitatem facit? Abſolutum jus humanam ſalutem procurandi ac admiſtrandi num accipientis dignitatem minuit? Imò aſſerit; & evidenter adverſariorum opinionem falſitatis convincit: qua ſuprà negabant, quòd Chriſtus non ſponte, ſed ex ſolo Patris imperio paſſus ſit, quodque liberationem ab ea petierit: item quòd non niſi poſt reſurrectionem plenam poteſtatem ſit adeptus. Haud obſcure quoque docet Chriſtus Joh. 17. 2, quòd Pater ipſi omnis carnis poteſtatem non ideò dederit, quaſi ea caruerit, aut ad ſuam perfectionem indiguerit, ſed ut omnibus, quos dederat ipſi vitam æternam daret. Vnde apparet quòd omnis carnis poteſtatem dare, nihil ſit aliud quàm ordinare, & quidem unà ordinante Filio, ut omnibus creaturis Filius utatur ad electos ad vitam æternam deducendum. Si enim poteſtas carnis intrinſecam aliquam perfectionem Chriſto addidiſſet, & quidem tantam ut ob poteſtatem illam Chriſtus potiſſimùm Deus factus ſit, prout adverſarii volunt, nec illa poteſtas pro fine habuiſſet ſalutem electorum, nec eâ datâ Chriſtus adhuc ſui glorificationẽ à Patre petiiſſet.

jecit (Deus & Pater) ſub pedibus ejus (nempe Chriſti.) cùm autem dicat, (vel dicit potiùs) Omnia ſubjecta ſunt ei; ſine dubio præter eum, qui ſubjecit ei omnia. Quod etiam dilucidè explicat ad Eph. 1. 20. [a] & d. ubi ait, quòd Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater gloriæ, conſtituit (Chriſtum) ad dextram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam. (Græcè ſuper omnia Eccleſiæ,) quæ eſt corpus ipſius, &c. & Phil. 2. 9. & d. Propter quod (nempe quia Chriſtus humiliavit ſemet ipſum, factus obediens uſque ad mortem crucis) & Deus exaltavit (Græcè ſuperexaltavit) illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quòd Dominus (ſcil ſit) Ieſus Chriſtus, in gloriam (ita eſt in Græco) Dei Patris. Et quis omnia Scripturæ loca enumerando percenſere poſſet? vide inter alia, Hebr. 1. 2, & deinceps uſque ad finem capitis. & cap. 2. 7, 8, 9. & cap. 3. 2, & d. & cap. 5. 5, 6, 8, 9. & 1. Pet. 1. 21.

[a] Vide v. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

In veteri autem Teſtamento, præter loca, quæ in teſtimoniis ſcriptorum novi Fœderis à nobis citatis continentur, nempe è Pſal. 8, & 110, illuſtre eſt admodum illud Pſalmi ſecundi v. 6. 7. 8. *Ego conſtitutus ſum rex* (Hebræus codex habet, *Ego conſtitui regem*; & Deo Patri verba hæc tribuit, quæ vetus interpres Chriſto) *ſuper Sion montem Sanctum ejus* (Heb. *meum*:) *prædicans præceptum ejus* (Hebr. *Narrabo decretum*, nempe quo rex ſum conſtitutus; Chriſti enim ſunt verba, Davidis antitypi:) *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea*, &c. cui jungenda eſt inſignis illa viſio apud Danielem cap. 7. 13. ubi ait: *Videbam in viſione noctis, & ecce cum* (vel *in*) *nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum* (h. e. Deum illum æternum, ſuprà v. 9, & 10, deſcriptum) *pervenit, & in conſpectu ejus obtulerunt* (Chald. *in conſpectum ejus appropinquare fecerunt*) *eum. Et dedit* (antiquus dierum) *ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ, ipſi ſervient: poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non* cor-

petiiſſet. Si autem clarificare eſt claritatem dare, utique Patri quoque claritas data fuit: cùm Chriſtus paulo ante dicat: Clarifica Filium tuum, ut & Filius te clarificet. *Cùm verò Patri nulla interna perfectio addi queat, ſequitur, vel quòd clarificatio nullam internam perfectionem addat, adeòque ſupremæ Deitati non repugnet; vel quòd clarificare non ſit aliquam novam claritatem dare, ſed jam habitam manifeſtare. Si tamen univerſus contextus, præſertim* v. 5, *accuratè perpendatur, perſpicuum eſt, quòd clarificare, cùm de Chriſto uſurpatur, ſit novam quandam gloriam extrinſecam addere, quæ æternam & intrinſecam manifeſtet.* Nec *contrarium probatur ex duobus allegatis verſibus.* Nam v. 22. *per* gloriam quam dediſti mihi *non intelligitur gloria Chriſti, ſed gloria Apoſtolorum, ita ut ſenſus ſit:* Ego *gloriam, quam dediſti mihi, ſcilicet ut ipſis darem, dedi ipſis. Per gloriam autem, quam Pater ipſi dicitur dediſſe,* v. 24, *intelligitur gloria quam Pater ipſi dedit ante jacta mundi fundamenta. Ita ut ſenſus ſit: ut videant gloriam illam meam, quam mihi non ſolùm jam das, & in poſterum daturus es, ſed etiam quam mihi ab æterno dediſti: Qui ſenſus eſt genuinus, ſive* ὅτι *per* quia, *ſive potiùs* quòd *vertatur. Illa itaque gloria eſt eadē cum eâ, quam dicit ſe habuiſſe apud Patrem, antequam mundus eſſet.* v. 5. *Ad hæc;* Homines ex *mundo Chriſto dare, non eſt aliquam perfectionem novam & intrinſecam ipſi addere, ſed eſt quoſdam ex mundo ſeligere, eoſque Chriſti curæ ac patrocinio cōmendare ac committere. Erant enim Chriſti jam antea: ſiquidem omnia quæ Patris ſunt, ſint etiam Chriſti: ſed non erant ejus eo modo.* Cognoverunt *autem diſcipuli: quòd omnia quæ Pater Filio dederat à Patre eſſent: id eſt, quòd non ab alio, non contra Patrem* eſſent

eſſent: ſed quòd ab eo proficiſcerentur, & ad ejus gloriam redundarent. Manifeſtum enim eſt ex Apocalypſi, quòd datio illa apocalypſeos Chriſti dignitatem non minuat, ſed oſtendat ac confirmet. Neque enim dare ibi eſt, rem anteà incognitam communicare: vel non habitam donare, adeòque majorem perfectionem largiri: ſed nihil eſt aliud quàm ordinare, ut aliis eam non habentibus à Chriſto communicetur. Nam jam ante iſtius libri acceptionem dignus erat agnus qui eum acciperet, v. 4. 9. 12. habebat cornua ſeptem: & ſeptem Spiritus Dei, v. 6. Ratio autem quæ aſſertur, v. 10, adverſarium nihil juvat: quia, ſui occiſione ſuoque ſanguine tot homines emere, eoſque reges ac ſacerdotes facere, eſt opus planè divinum. Apertè verò hinc refutatur adverſariorum dogma, quo neſcio quàm dubiam ac in juſtificandis hominibus ſucceſſivam vim morti Chriſti affingunt: cùm hîc disertè dicatur, quòd eos ſuâ morte reges ac ſacerdotes, etiam ante ipſorum nativitatem, fecerit. Non dicit c. 2. v. ult. quòd ita illam poteſtatem ſuis ſit daturus, ſicut ille acceperit, quaſi ratio accipiendi in utriſque ſit par: ſed ſicut ipſe acceperit à Patre: id eſt, ſicut Pater ordinârit ipſi ut illis daret. Ipſe enim immediatè eam à Patre accepit: pii autem ab ipſo. Idem quoque ſtatuendum eſt de ſeſſione in throno.

corrumpetur. Plura ſcientes volentes prætermittimus.

Ex his autem evincitur, Chriſtum non eſſe Deum ſummum. Huic enim nemo quicquam largiri, nedum omnia poteſt: cum ipſe largiatur omnibus omnia. At Chriſto tot tantaque, imò omnia Patrem largitum eſſe videmus. Quare Chriſtus Deus ille ſupremus non eſt. Poſſes & plura argumenta conſtituere, præſertim ex illis locis, in quibus non eſt dandi aut donandi verbum: ſed vis argumenti eadem eſt; ut ſi dicas: Qui exaltatus eſt à Deo, aut ab eo glorificatus, aut Dominus & Chriſtus factus, is non eſt ſummus ille Deus.

Miror autem quòd aſſerat, alios Novi Teſtamenti ſcriptores aſſerere, Chriſto omnia, quamvis diviniſſima, eſſe à Deo Patre tradita. Quamvis enim daremus, Chriſtum non habuiſſe aliam naturam quàm humanam, nullus tamen video, quomodo alicui ſua natura tradi poſſit: cùm tradere ſit aliquid in alicujus poteſtatē dare: nemo verò ſuam naturam in ſuâ poteſtate habere, multò minùs accipere dicatur. Vſus fuit proculdubio hâc voce, ut diſtinctionem dationis in naturâ ac Scripturâ fundatam evitaret: ſed admodùm infeliciter. Nec feliciùs id probat ex Matth. 11. *27. Nam ex contextu perſpicuum eſt, quòd per* omnia *non ſimpliciter omnia, quæ Chriſtus habebat, ſed omnia quæ tradi poterant ac debebant, ſeu omnia ad ipſius officium pertinentia intelligenda ſint. Duo autem ex hoc loco diſcimus. Primò quòd illa traditio non aliquam Chriſti ſervitutem & imperfectionem, ſed abſolutum dominium ſummamque perfectionem inferat. Si enim Filio omnia tradita ſunt, & quidem ita ut Patrem revelet cui vult, liquidò conſtat, quòd illa traditio non ſignificet aliquod*

aliquod mandatum tale cui ipſe tanquam ſervus parere debeat, ſed ſignificet poteſtatem, quam ille & ſponte ſuâ ſuſceperit, & exerceat. Deinde ſi jam tum omnia ipſi tradita fuerant, & quidem ita ut vocula omnia *diviniſſima quæque, ſicuit ſentt adverſarius, complectatur, utique falſum eſt quod Chriſtus non niſi poſt reſurrectionem potiſſimam Deitatem acceperit. Chriſto à Patre datam fuiſſe poteſtatem, Regnum, thronum Davidis: ipſum dextrâ Dei exaltatum fuiſſe: ab eodem Chriſtum ac Dominum factum, & judicem conſtitutum; omnia quoque ei à Patre ſubjecta eſſe: Eccleſiæ omniumque caput conſtitutum.; denique nomen ſupra omne nomen ei donatum fuiſſe, nos non negamus. Negamus autem, hinc ſequi, eum non eſſe Deum ſupremum: Quamvis enim hæc ipſi liberè & in tempore data fuerint, tamen neceſſario hæc talia, quæ divinum prorſus officium vel antecedunt, vel comitantur, vel conſequuntur, æternam ac naturalem omnipotentiam, adeóque Deitatem, præſupponunt,*

Nec aliud ex veteri Teſtamento demonſtratur. Licet enim Pater Filium in Regem Zionis conſtituerit, tamen illa conſtitutio æternam ejus Deitatem minime tollit, ſed ponit: omniumque horum actuum fundamentum paulò poſt indicatur: Nimirum Filius meus es tu. *Et ſi enim ibi Filius Patris decretum narret, tamen non intelligitur, quòd per decretum Filius ſit: ſed,* Dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te; *id eſt, quod ego te genuerim, hodie oſtendi, ac in poſterum oſtendam: hoc, inquam, tanquam omnium decretorum fundamentum præmittitur ac ſubſternitur. Hæreditatis autem acquiſitio vel datio quòd ſupremæ Deitati nullâtenus repugnet, vel ex* Actor. 20. 28. & Pſalm 82. *conſtat. Locum* Danielis 7. 13. *ſuprà explicavimus: nimirum Chriſtum non per filium hominis, ſed per antiquum dierum, ibi intelligi: quamvis per filium hominis intelligeretur, hinc tamen nihil contra nos concludi; cùm concedamus externum illud & officiale regnum Chriſtum à Patre in tempore accepiſſe: verùm illa datio non tam accipienti, quàm rebus datis novam perfectionem addit.*

Sed ex nullo horum evincitur, Chriſtum non eſſe Deum ſummum. Falſum enim eſt, nec ex prædictis probatur, quòd Pater Chriſto omnia fuerit largitus: ſi largiri propriè ſumatur pro ex gratiâ dare. *Nam licèt ipſi multa quoque largitus fuerit: ea tamen vel relationem, ſeu officium, quod in ſupremâ ejus Deitate fundatur; vel externam & temporalem internæ gloriæ manifeſtationem notant; vel Chriſto quâ homini competunt. Nulla quoque eſt hujus argumenti vis: Qui eſt exaltatus à Deo, aut ab eo glorificatus, aut Dominus & Chriſtus factus, is non eſt ſummus ille Deus. Quia per nullum horum Chriſtus Deitatem ſuam adeptus fuit, ſed eam ante hæc omnia habuit: & propter eam hæc ipſi contigerunt. Debet autem Deus primo loco ſpecialiter ſumi pro Patre, ſecundo loco communiter. Imo nos retorquemus argumeutum: Qui à Patre ita fuit exaltatus, & tali tantâque gloriâ ab ipſo glorificatus, denique qui tali officio do-*
natus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

natus & functus fuit, ut ille Dominus & Chriſtus eſſet, is eſt ſummus ille Deus. Hæc enim omnia omniſcientiam, omnipotentiam, divinam poteſtatem, divinumque cultum poſtulant: quam nudæ creaturæ dari poſſe non ſolùm univerſæ ſcripturæ, ſed etiam rectæ rationi manifeſtè repugnat.

Defenſio Reſponſionis.

AD diverſiſſima hæc Scripturæ loca diversè reſpondendum eſſe quivis judicio præditus videt. Nec diſtinctionibus effugia quærimus, ſed locis malè ab adverſario conferruminatis lucem inferimus. Ipſe enim nihil penſi habuit, num de eâdem re loquerentur, modò lectoris ingenium ſuâ copiâ obtunderet. Major, ut vocant, propoſitio in pleriſque rectiſſimè negatur: nec malè tria loca 1. *Cor.* 15. 24. cum *Matth.* 11. 27. & *Ioh.* 17. 2. 5, ut & alia ſimilia, adverſariis objiciuntur. Ex iis enim planum evadit, quòd vi illarum vocum nihil efficiat adverſarius, ſed perpendendas eſſe locorum circumſtantias: &, aliquid alicui tradi, dari, vel aliquem glorificari ſimpliciter & per ſe, ſupremæ peitati non repugnare.

Sed Patrem Chriſto omnia fuiſſe largitum, hoc eſt, ex gratiâ ac benignitate dediſſe, probet adverſarius. Nihil enim ad rem faciunt loca *Ioh.* 3. & 5. Nam in priori, ſcilicet *cap.* 3. 16, amor non liber ſed naturalis ac planè neceſſarius intelligitur: nec per *omnia* intelliguntur omnia quæ Chriſto competunt, ſed omnia quæ ad ipſius officium, ſponte ab ipſo ſuſceptum, pertinent. In ſecundo verò loco *cap.* 5. 20. etſi dilectio illa, quæ in ſenſus hominum incurrebat, id eſt, ſocietas ac amicitia, noſtro judicio, intelligatur, ejus tamen radix eſt æternus ille & ſimpliciter neceſſa-

Defenſio Argumenti.

AD hoc argumentum, & Scripturæ, quibus id nititur, loca, non omnes, imò nec iidem ubique eadem reſpondent. Alii enim majorem, quam vocant, argumenti directè negare videntur; alii in diſtinctionibus effugium quærunt. Nam quod ad priores attinet; ajunt nonnulli, a *Apoſtolum etiam affirmare, Chriſtum* traditurum regnum Deo ac Patri, 1. *Cor.* 15. 24. *quo loco idem eſt verbum, quo utitur Chriſtus Mat.* 11. 27, *cùm ait*: Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. *Itaque Deo etiam ſummo aliquid tradi darive poſſe ajunt. Deinde, ut Chriſtus Ioh.* 17. 2. 5. *petat à Patre glorificari, & ſic gloriam ſibi dari; ita eundem ibidem aſſerere, ſe Patrem glorificâſſe, & porrò glorificaturum.*

a I. Reſponſio, ejusque refutatio.

Sed primùm de ejusmodi nos loquimur datione, quæ ex gratia & benignitate quadam dantis proficiſcatur: quam ob cauſam largiendi *verbo in argumento noſtro uſi ſumus. Ejusmodi enim eſt illa datio, quâ Chriſto omnia ſunt à Patre data. Siquidem eam Chriſtus dilectioni Patris erga ſe apertè adſcribit cap.* 3. *&* 5. *Iohannis. Et cap.* 17. *gloriam ſibi deſtinatam precibus exorat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

exorat. Et Deus Pſalmo ſecundo dicit Filio: Poſtula à me, & dabo tibi hæreditatem gentes, *&c. Et Paulus Philip.* 2. *ait, Chriſto* donatum, *ſeu* ex gratia datum eſſe (*nam in Græco eſt*, ἐχαρίσατο) nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Et ratio, ob quam vis vivificandi & judicium exercendi Chriſto data ſit, nimirum*, quia filius hominis ſit, *ſatis arguit, ejusmodi, qualem diximus, dationem illam fuiſſe: quod idem liquet ex loco Danielis cap.* 7. *aliisque ſimilibus. At hujuſmodi dationem non eſſe illam, quâ Chriſtus traditurus eſt regnum Deo & Patri, omnes per ſe facilè cernunt. Neque enim gratiæ aut benignitati Chriſti in Patrem, qui nullius benignitate eget, imputari poterit. Eſt enim traditio illa regni talis, qualis eſt ducis v.g. ad certum quoddam bellum conficiendum à rege ſuo conſtituti, quo confecto, poteſtatem ſibi datam deponat, eamque regi ſuo, qui eam per ipſum hucusque exercuerat, reddat, ut per ſe ipſum, ſi ita velit, eam in poſterum exerceat. Hoc autem totum, jure ipſo poſtulante, facit: ſiquidem poteſtas ei ad bellum tantùm illud conficiendum fuerat à Rege data. Sic Chriſtus, qui ad ſuos, noſtrosque hoſtes debellandos, poteſtatem regiam à Patre accepit, eamque Patris nomine hucusque exercet omnibus hoſtibus deletis, eam Patri ſuo reddet, h.e. ita deponet, ut eam Pater*

neceſſarius Patris amor. Nec hîc invenio quòd Pater Filio omnia dederit, ſed quòd omnia ei demonſtret. Sed aliud eſt, demonſtrare, aliud, dare; ut ſuprà vidimus. Nec per *omnia* intelliguntur omnia illa quæ Chriſto competunt. Quàm frivolum enim eſt, quòd Pater Chriſto demonſtret ſuam naturam? Reliqua *v.* 22. 26. 27. paulo antè explicuimus. Licèt quoque *Ioh.* 17. aliquam gloriam ſibi deſtinatam precibus exoret, hinc tamen non ſequitur, quòd Pater ipſi omnia ex gratiâ largitus fuerit. Nam, quâ ſacerdos, hîc petit non omnem gloriam, ſed eam quæ ipſi ex officii ſui conſummatione debebatur. Dicit enim verſ. 5. *Nunc glorifica me tu, Pater, apud temet ipſum, gloria illa quàm habui apud te, antequam mundus eſſet.* Si illam gloriam apud Patrem habuit antequam mundus eſſet, eam nec tunc accipere, nec precibus obtinere potuit. Adverſariorum autem interpretatio, quòd gloriam apud Patrem habere, ſit, Patrem ipſi illam gloriam decreviſſe, tam violenta ac frivola eſt, ut quivis eam tum ex modo loquendi, tum ex contextu refutare queat. Et non niſi illis ſapere poteſt, qui abſurdiſſimè fingunt, Deum electis ſuis vitam æternam certò ab æterno non deſtinâſſe. Qui enim ex Scripturis didicerunt, quòd Deus certis hominibus ab æterno ſalutem immutabiliter ac infallibiliter deſtinârit, nullo negotio vident, quòd hîc nihil ſingulare Chriſtus de ſe profiteatur, ſi adverſariorum commentum locum inveniat. Eſt autem diligenter obſervandum, longè aliud eſſe, glorificari apud Patrem, aliud, gloriam habere apud Patrem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Patrem. Nam verba, *Nunc glorifica me apud te ipſum*, tacitè opponuntur verbis *v*. 4. *Ego glorificavi te in terra*: quibus inter ſe collatis verus ſenſus elucefcit. Cùm enim Chriſtus hìc aliquid petat quod nondum factum ſit, ſed fieri debeat; diſertè autem dicat, quòd gloriam ab æterno apud Patrem habuerit, adeòque procul dubio adhuc habeat: non minùs autem diſertè addat; *glorifica me illa gloria quam habui*; id autem propriè nullâ ratione intelligi queat; quippe cùm non jam præcedentis glorificationis continuationem, ſed futuræ inchoationem petat: planum eſt quòd hic ſit verborum ſenſus: *Nunc glorifica me apud temet ipſum*: id eſt, nunc in morte & poſt mortem meam clariſſimis actibus demonſtra in cælo ſancto illo ſanctorum, & quòd ab æterno gloriam apud te habuerim, & qualem quantamque habuerim. Hæc autem glorificatio non tantùm facta eſt poſt reſurrectionem aut aſcenſionem Chriſti in cœlum, ſed ſtatim in ipſo mortis triduo, quando Chriſtus ſanguinem ſuum in Sanctum ſanctorum intulit, & in ipsâ reſurrectione. Petit igitur Chriſtus, ut Pater, vi pacti ac promiſſi, ſacerdotalis ſui muneris vim ac dignitatem acceptet ac palàm faciat; ſicque, & ſe æternum Deum, & perfectiſſimum redemtorem eſſe, ſui ſacrificii acceptatione demonſtret. Pſalmo autem ſecundo non dicitur: *Poſtula à me ut te faciam Filium meum*: ſed tantùm, *Poſtula à me ut tibi dem gentes in hæreditatem*. At ſi glorificatio illa proxima ac præcipua cauſa eſt filiationis, ut inculcat adverſarius, omnino Chriſtus in hunc ſenſum precatio *Pater in poſtremum per ſe ipſum exerceat, atque, ut Paulus loquitur, Deus ſit omnia in omnibus. Ex quo emergit altera ratio diverſitatis: quòd nos de ea loquimur datione, quam inferior in ſuperiorem exercere non poteſt; qualis eſt collatio poteſtatis ac juris alicujus in alterum, datio vitæ, rerúmve ſimilium. At traditio illa regni poteſt in inferiorem reſpectu ſuperioris, imò non niſi in illum, cadere. Facilè autem cuivis apparet, quantopere ea traditio, quâ Chriſtus regnum Deo & Patri reddet, ab ea differat, quâ Pater Chriſto ſolium Davidis, omnemque in cœlo & in terra poteſtatem, ac porrò etiam cætera dedit. Quia, cùm Chriſto illa data ſunt à Patre, is Dominus & Chriſtus factus dicitur. At quis de Patre auſit dicere, eum tunc, cùm ei regnum tradit Chriſtus, Dominum & Chriſtum, à Chriſto factum ac conſtitutum iri?*

Sed deinde largiamur, aliquid Deo dari poſſe; quis eſt, qui audeat dicere, Deo ſupremo omnia *ab altero eſſe tradita? omnem ei in cœlo ac terra poteſtatem datam eſſe? ut de ſe Chriſtus affirmat. Num Patri, quem ſupremum eſſe Deum inter omnes conſtat, conveniret hæc v. g. oratio: Ego diſpono vobis regnum, quemadmodum mihi diſpoſuit Filius? Num dici poſſet, Patri datum eſſe ab altero vitam habere in ſemet ipſo? eum vivere propter alterum? Num ei conveniret hæc oratio;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

oratio: Filius meus, qui dedit mihi oves, major eſt omnibus? Num illa: Tui erant (diſcipuli, ô Fili,) & tu mihi eos dediſti? Sed quid opus eſt pluribus? percurre cætera, & vide, num ſine blaſphemia Patri Deove ſummo illa poßis applicare.

Ex his autem facilè etiam perſpicitur, quàm frivolum ſit alterum, quod de clarificatione Patris ex cap. 17. Iohannis ver. 2. &. 4. aſſertur. Tantum nimirum intereſt inter clarificationem Chriſti, quam à Patre petit, & inter clarificationem Patris, à Chriſto in terris profectam, quantum intereſt inter gloriam, [a] quam nobis Deus promittit, & aliquando per Chriſtum dabit, & inter eam, quam nos Deo dare aut reddere dicimur: inter benedictionem, quà nobis Deus benedicit, & illam, quâ nos Deo: inter laudem, & honorem, quo nos aliquando afficiet, & eum, quo nos ipſum. Nam clarificatio Patris à Chriſto profecta, erat illuſtratio nominis divini, ſeu bonitatis, potentiæ, ſapientiæque paternæ celebratio ac manifeſtatio: ea verò, quam Chriſtus petebat, in immortalitatis & poteſtatis ſupremæ collatione conſiſtebat. Quod & per ſe manifeſtum eſt, & poſtea docebitur, cum tertiam ad argumentum noſtrum reſponſionem refellemus. Quare in verbis Chriſti, Ioh. 17. 2. 4, ejusmodi eſt antanaclaſis, ac ſi quis noſtrûm diceret:

[a] Rom. 2.7. Ioh. 5. 2. 1. Theſſ. 2. 12 1. Pet. 5. 10. Io. 12. 26. 1. Cor. 4. 4.

tionem ſuam inſtituiſſe dicendus erit: quod quàm abſurdum ſit, nemo non videt. Poſtulat itaque Chriſtus gentes hæreditatem, non ut eſſent Divinitatis ſuæ augmentum, ſed argumentum, ſuique officii complementum. Nomen autem illud quod ipſi Pater dicitur donâſſe *Phi.* 2. 9, nec nomen, nec dignitas eſt Filii, vel Dei: cùm & anteà Filius fuerit, & divinam gloriam & dignitatem habuerit; ut patet ex *verſ.* 6. ſed eſt nomen & dignitas, quæ ipſi debebatur quâtenus erat Mediator: nimirum nomen & dignitas Servatoris: quod nomen *Ieſus* exprimit. Etſi enim nudum nomen *Ieſus* hîc non reſpiciatur, nullum tamen eſt dubium, quin hoc nomen dignitatis iſtius originem, modum, ac ſcopum quàm proximè indicet: ita ut ſit nervoſiſſimum maximorum illorum titulorum compendium. Quod nomen etſi ab ipsâ naturâ non habeat, quippe qui Deus & fuerit & eſſe potuerit, quamvis nunquam genus humanum ſervâſſet; tamen vox ἐχαρίσατο, *donavit*, non hîc ſumitur pro datione quæ ſolâ dantis benignitate nitatur, ſed pro ejuſmodi communicatione, quæ quidem ex ſingulari dantis amore proficiſcatur, attamen ſimul in accipientis dignitate ac merito fundetur. Reſpicitur autem hîc potiſſimùm ad humanam Chriſti naturam. Quod igitur Pater Filium ſuum Servatorem conſtituerit, ipſius amori: quòd Filius naturam humanam aſſumſerit, Patris gratiæ adſcribendum: quòd vero Filio officio ſuo in Patris gloriam electorumque ſalutem exactiſſimè functo tale tantumque nomen dederit, Patri,

tris juſtitiæ tribuendum eſt. Regni enim traditio, 1 *Cor*, 15.24, non eſt regni triumphantis, ſed regni pugnantis depoſitio. Secus nullum in æternum regnum Chriſtus haberet: imò juxta adverſariorum doctrinam, Chriſtus divinitatem quoque ſuam exueret. Ejus enim divinitas juxta illos in regiâ poteſtate conſiſtit, nihilque eſt aliud quàm illa. Duplex igitur eſt Chriſti regnum: Aliud quod ipſi competit, quâtenus eſt Patris, ut ita dicam, officialis & Imperator: aliud quâtenus eſt Filius. Illud hoſtibus omnibus triumphatis reſignabit: hoc cum Patre & Spititu ſancto in æternum poſſidebit. Ex his tamen perſpicuum eſt, quòd traditio per ſe ſupremæ Deitati non repugnet, cùm etiam Patri, & quidem à Chriſto aliquid tradi dicatur. Fatemur tamen quòd alio modo Pater Chriſto regnum tradiderit, alio verò Chriſtus Patri Regnum illud officiale ſeu œconomicum, ut loquuntur, traditurus ſit. Quod verò Pater Chriſto omnia tanquam ſuperior inferiori tradiderit, negamus. Aliqua ipſi tanquam ſervo, aliqua tanquam naturali ac unigenito Filio communicavit.

At illi, qui Deus ſupremus eſt, omnem in cœlo ac terrâ poteſtatem, eo quo id de ſe Chriſtus affirmat modo, datum eſſe, nos, ſcripturâ nixi, dicere audemus. Id tamen de Patre rectè dici inficiamur. Aliud enim perſonarum ordo, aliud Chriſti officium poſtulat. Si Patri ab alio datum eſſet habere vitam in ſemet ipſo, non eſſet Pater: Niſi verò id Filio datam eſſet, non eſſet Filius. Itaque adverſarii figmenta ut jure rejicimus, ita ſcripturæ ſtylum meritò imitamur. Quid

ceret: Glorifica nos, ô Deus, ut, nos te glorificemus; benedic nobis ut nos tibi benedicamus: laudem illam & honorem nobis deſtinatum da, ut nos te laudemus atque honoremus: vel, Nos te glorificavimus in terris, te laudavimus, honoravimus, opus, quod nobis perficiendum dediſti, conſummavimus; quare nos apud temet ipſum glorifica eâ gloriâ, quam nobis deſtinâſti ante conditum mundum.

Sed jam tempus eſt, ut alias quoque ad argumentum noſtrum reſponſiones, ſeu mavis, locorum, ex quibus illud ducitur, interpretationes videamus. Reſpondent ergo nonnulli, [a] *Chriſto omnia à Patre per æternam ex eſſentia ipſius generationem data eſſe. Quæ reſponſio itidem majorem argumenti petere videtur, eámque univerſaliter veram eſſe negare. De Patre enim tantùm eam veram eſſe tacitè dicitur; at non de Filio, aut etiam de Spiritu Sancto. Sed hæc reſponſio duas præcipuè ob cauſſas non eſt admittenda. Primò quia non uno modo, ut ſuprà* [b] *jam alicubi indicavimus, contradictionem involvit. Nam eundem ſimul & æternum, & non æternum facit: ſimul ſummum Deum, & non ſummum: eundum eſſentiâ cum Patre, & non eundem: ei æqualem, & non æqualem. Illud quidem, dum ei numero eandem cum Patre eſſentiam tribuit, & ab omni eum æternitate extitiſſe aſſerit: hoc, dum eun-*

[a] II. Reſponſio, ejuſque refutatio.

[b] ſup. h. ſect. c. 2. & 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eundem generatum fuiſſe ex eſſentia Patris, ab eoque omnia, quæ ratione Deitatis habet, accepiſſe aſſerit. Deinde quia plurimis locorum à nobis citatorum manifeſtè refragatur. Nam quædam apertè loquuntur de re, quæ in tempore, non quæ ab omni æternitate facta fuerit. ut locus Luc. 1. 32. Io. 5, 20, & d. ubi etiam vita commemoratur, quam Filio Pater in ſemet ipſo habere dederit; h. e. (ut doctiſſimi interpretes[a] *animadverterunt) vivificandi vis ac virtus, quam non pauci eum per æternam illam generationem à Patre accepiſſe volunt. Sic & cap. 6. 37. & 17. 4. Act. 2. 33. & ſeqq. & cap. 3. 13: 5. 31: 1. Cor. 15. 27. Epheſ. 1. 20, & d. Phil. 2. 9, & d. quibus adde omnia, quæ ex Epiſtola ad Hebr. ex Epiſtola Petri, Apocalypſi, itémque ex Pſalmis, & ex Daniele citavimus. Quædam etiam cauſam illius dationis exprimunt ejuſmodi, quæ cum æterna illa ex eſſentia Dei generatione nihil commune habet.*[b] *ut quòd Pater Filium dilexerit Ioh. 3. 35. & 5. 20. & 17. 24. quæ cauſſa etiam ad vitam, quam Pater Filio in ſe ipſo habere dederit, pertinet. Aut quòd Filius, nempe Dei, filius hominis ſit, ibid. v. 27. aut quòd obediens fuerit Patri uſque ad mortem crucis, Phil. 2. 9. & d. quòdque Patrem glorificaverit in terris, & opus conſummaverit, quod ipſi dederat, ut faceret, Ioh. 17. 4. 5. aut quòd id à Patre*

a Ioh. Calv. Wolfg. Muſc. & Ioh. Maldonatus.

b vide ſub c. 3. hujus ſect.

Quid de glorificatione *Ioh.* 17. 2, 4 ſentiendum ſit, jam diximus. Inter Patris & Filii glorificationem diſcrimen quidem cognoſcimus; rectè tamen ex hoc loco oſtendimus, quòd ex ſolâ glorificatione ſimpliciter ita poſitâ nihil proficiant adverſarii. Clarificationem autem Chriſti in immortalitatis ac ſupremæ poteſtatis collatione ita conſtitiſſe, ut Chriſtus nec divinam naturam naturâ, nec humanam jure immortalem, nec ſibi connatam ſupremam poteſtatem antea habuerit, ſunt pronuntiata hominum, figmenta ſua pro oraculis, contra univerſum Scripturæ conſenſum ac rectæ rationis dictamen, audacter obtrudentium. Sanè non tàm admirationem quàm indignationem meretur, quòd illi omnia pietatis myſteria ad rectam rationem examinari velint, qui hominem in ſuâ naturali integritate non ſolùm neceſſariò moriturum, verùm etiam animam rationalem in neſcio quid abituram perpetuò dictitant. Quòd ſi tollas hæc duo dogmata à rectâ ratione, ſi quæ unquam, damnata, haud dubiè inſignes duas Sociniani ædificii columnas ſuſtuleris. Non itaque hoc per ſe manifeſtum, ſed tàm falſum eſt, ut nunquam probari queat.

Omnia Chriſto à Patre per æternam ex ipſius eſſentiâ generationem data eſſe nos non dicimus: quædam autem ipſi ita data eſſe affirmamus: non autem ea quæ in tempore ipſi data fuêrunt. Æternam autem illam dationem contradictionem involvere, non niſi illis videtur, qui æternas ac indiviſibiles actiones intelligere vel nolunt, vel ſuorũ placitorum amore faſcina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

faſcinati nequeunt. Non poſſe eſſe æternam æternæ eſſentiæ communicationem, non tantùm recitandum, ſed & probandum erat adverſario. Concedimus autem, quòd plurimis locorum ab ipſo citatorum æterna datio applicari non debeat; num verò his aut illis quadret forſan alibi à nobis explicabitur. Quicquid ſit, non tam agitur hîc de myſterii defenſione, quàm de nativâ ac genuinâ interpretatione. Licèt igitur quidam doctiſſimi viri exiſtiment, *Ioh.* 5. 20 agi de datione vitæ in tempore factâ, nos verò de datione æternâ: ſalva tamen manet utrorumque de Trinitatis myſterio ſententia. Nos enim argumenti ex hoc loco deſumti propoſitionem majorem, illi minorem ſeu aſſumtionem negant. Ut: Cui vita ipſa à Patre datur, is non eſt ſummus Deus. At Chriſto vita ipſa à Patre datur. Ergo. Hîc nos negamus propoſitionem: aliis videtur neganda aſſumtio. Cætera loca pro ratione inſtituti noſtri jam attigimus.

Neque hæ reſponſiones, quas ſigillatim refutare conatur adverſarius, ſunt opponendæ, ſed conjungendæ, ac dextrè, pro locorum exigentiâ, applicandæ: Non ſolùm autem *Ioh.* 17. 5. Chriſtus petit glorificationem, quâ manifeſtetur ipſius divina majeſtas, ſed quæ & illius, & officii ſui manifeſtationem in ſe contineat. Et licet nulla alia quàm divinæ majeſtatis ac filiationis manifeſtatio contineretur, eam tamen Chriſtus & ratione perſonalis ordinis, & ratione officii petere poterat. Opera quidem ad extrà Patri & Filio ſunt communia, ſed operandi modus

Patre poſtularit & exoraverit, ibid. & Pſal. 2. 8. Et hæc de ſecunda reſponſione dicta ſufficiant.

Iam ut ad eas reſponſiones accedamus, quæ diſtinctione quâdam argumentum ſolvere conantur; eæ iterùm ſunt variæ. Nonnulli enim [a] *vocem* dandi, *& alias, quæ ſimilem vim habent, diſtinguere videntur; alii res eas, quæ datæ dicuntur; alii denique eum, cui datæ ſint, ratione diverſarum, quæ in ipſo ſint, naturarum, quarum una ejusmodi ſit, ut ſecundùm eam dari aliquid ipſi potuerit, atque adeò omnia data ſint, altera ejusmodi, ut ſecundùm eam ipſi nil ſit datum. Et primi quidem illi vocem* dandi *in majore propoſitione: de datione, quæ re ipſa fiat, accipiendum eſſe dicent; minorem autem non niſi de ea, quæ declaratione fiat, Reſpondent enim ad loca, quibus aſſumtionem noſtram firmavimus, præſertim nonnulla, non ita ea intelligi debere, quaſi Pater Filio res in iis commemoratas re ipſa certo demum tempore dederit, ſed quòd eas illum habere, vel per æternam illam generationem accepiſſe, declaraverit, &, ut ab omnibus agnoſcerentur, effecerit. Sic non pauci accipiunt illam claritatem, quam à Patre Chriſtus [b] petierit; ſic illud, quòd eum Deus Dominum & Chriſtum [c] fecerit; ſic iſtud, quòd ei nomen [d] dederit, quod eſt ſuper omne nomen. Sed primùm ipſimet ſatis vident, hanc reſponſionem non quadrare*

[a] III. Reſponſio, ejuſque refutatio.

[b] Io. 17. 1, 5, 22. 24.

[c] Act. 2. 36.

[d] Phil. 2. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

drare ad omnia, quæ ad dximus, loca. At cæteris ſalvis, nihilominus argumentum noſtrum conſtaret, etiam ſi iſta, quæ commemoravimus, aut etiam nonnulla alia, ad eum modum, quem ipſi volunt, accipienda eſſent. Deinde nulla eſt cauſſa (niſi id ipſum, quod hoc argumento impugnamus, pro cauſſa afferre velint) ob quam à proprietate ſimplicitateque verborum diſcedere debeamus; imò cauſæ ſunt graves, ob quas ab ea diſcedendum non ſit. Nam quod ad claritatem illam attinet, quam Chriſtus à Patre flagitat Ioh. 17, ſi is in ſe jam re ipſa habebat id, quod iſti manifeſtandum fuiſſe dicunt, nempe majeſtatem illius unius Dei, (hanc enim intelligere eos neceſſe eſt per claritatem, quam eum re ipſa apud Patrem ante conditum mundum habuiſſe contendunt;) quid opus erat Patrem rogare, ut ipſum glorificaret? Id enim in manu ipſius Chriſti ſemper fuiſſet, non minùs, quàm in Patris: nec minùs ipſe ſe ipſum glorificaſſet, quàm Pater ipſum. ſiquidem opera ad extra, imò omnia, illis communia eſſe neceſſe foret. Deinde Chriſtus id à Patre petit, tanquam præmium præſtiti operis, ſibi à Patre commiſſi, ut apparet ex collatione v. 4, & 5. At præterquam quòd Deo ſupremo præmium dari nullum poteſt; quodnam hoc eſt operis præſtiti præmium, ut Deus ſupremum agnoſcatur eſſe, qui eſt? an non hoc Deo, nullo

modus non eſt confundendus. Chriſtus enim hanc glorificationem à Patre petit tanquam præmium, non quâtenus ſimpliciter eſt glorificatio, ſed quâtenus eſt talis, & quâtenus talem exinanitionem taleque officium ſequitur. Illi autem qui eſt Deus & homo, præmium dari poteſt. Quid autem ſit, *Clarifica me apud temet ipſum*, jam dictum eſt: nimirum, Glorifica me in ſancto ſanctorum: quo ipſo inter alios actus etiam hic inſeritur: Sacrificii mei vim agnoſce, ac apud te propter meam paſſionem, quâ Deus & homo paſſus eſt, eorum quos dediſti mihi peccata dele: vel eorum expiationem admitte. Quod autem Pater Angelis, ac ſanctis defunctorum animabus Chriſti gloriam uberiùs manifeſtârit, non ridebit ille, qui perpenderit loca *Ioh.* 14. 22. 1. *Tim.* 3. 16. 1. *Petr.* 1. 12. *Pſal.* 68. *Hebr.* 1. 6. & *Pſalm.* 97.

Nec dicimus quòd *Actor.* 2. 36. facere Dominum & Chriſtum ſit tantùm eum talem eſſe declarare. Eſſe Chriſtum & Dominum, hîc ſunt nomina officii, non naturæ. Duplex enim Chriſto competit *dominium: Naturale*, quâ Deus eſt: & *datum*, quâ mediator eſt. De hoc hîc agitur, quo ſalvâ ſuâ Deitate carere potuiſſet. In tempore itaque ipſum factum eſſe Chriſtum & dominum, ſine ambagibus fatemur. Eum autem antè mortem ac reſurrectionem ſuam re ipſa non fuiſſe Chriſtum ac Dominum, planè portentoſa eſt opinio: quam longè aliis rationibus adverſarius firmare debuiſſet, ſi eam pio lectori perſuadere voluit. Eum non niſi poſt reſurrectionem ad dextram Dei ſediſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

diſſe juxta Scripturæ phraſin concedimus: ſed longè aliud eſt eſſe Chriſtum ac Dominum; aliud ſedere ad dextram Patris. Hæc enim eſt Chriſti dignitas, quæ ipſi non niſi poſt mortem contingere debebat.

Nomen quoque illud *ſuper omne nomen* ipſi poſt reſurrectionem datum eſt: verùm non dignitatem naturalem, ſed ratione officii mediatorii ipſi datam ſignificat: adeòque nihil contra nos concludit. Cauſa autem cur Chriſto, non Patri, declaratio attribui ſoleat, non poteſt eſſe obſcura; cùm ea exinanitionem ſequatur.

Sed & quarta & quinta reſponſio probæ ſunt, ſi locis dextrè applicantur. Etenim diſtinctio in jus & exercitium imperii in Scripturis eſt fundata: ut & diſtinctio imperii in naturale; &, ut ita dicam, officiale ſeu œconomicum. Non tamen omnibus locis hæ diſtinctiones ſunt accommodandæ. Omnis quidem poteſtas in cœlo & in terrâ non tantùm actum ſeu exercitium Imperii: ſed etiam ipſum gubernandi jus facultatemque denotat: verùm eam Chriſtus non ſolùm ante ſuam mortem, ſed etiam ante ſuam ex Mariâ nativitatem habuit: cùm eam in veteri Teſtamento variis modis, licet non omnibus, actu exercuerit. Neque jus ſedendi ad dextram Dei demum poſt aſcenſionem adeptus eſt, verum illud ab æterno habuit, ſuo tamen tempore exercendum liberè quidem jus illud Mediatoris habuit, ſed tamen ab æterno: quamquam non ut ab æterno illud exerceret. Quemadmodum unigenitus Regis Filius in regno ſucceſſivo à primo nativitatis momento

nullo nullius operis reſpectu, ſummo jure debetur? nec minùs Filio, quàm Patri, aut Spiritui ſancto. Præterea, quomodo explicabunt illud, Clarifica me Pater apud temet ipſum; *quid enim eſt illud* apud temet ipſum? *An non manifeſtum eſt, iſtiusmodi verba opponi ſolere, atque hoc loco opponi ei, quod fiat apud homines, aut coram iis appareat, ut in poſterioribus verbis tacitè opponitur illis* apud me? *Non ergo ſermo eſt de re, quæ apud homines fieri debeat, qualis eſſet manifeſtatio illa gloriæ Chriſti, quam ab æterno reipſa habuiſſet; ſed quæ apud Deum. Quid igitur? Num fortè Pater ſibi ipſi declarare majeſtatem Filii debebat? Non ſatis eam nôrat? & cùm non noſſet, ſibi ipſi declarare debebat? Num angelis ſecum in cœlis verſantibus? quid? non ſatis illi ſecundæ Trinitatis perſonæ majeſtatem nôrant? non oculis uſurpârant?*

Quod ad locum Actorum 2 attinet, ubi Deus Ieſum dicitur feciſſe Dominum & Chriſtum; non patiuntur verba ejusmodi explicationem. Nam, ſi iſtorum ſequamur explicationem, ita loqui cenſendus erit Petrus: Certiſſimè ergo ſciat omnis domus Iſrael, quòd & Dominum eum & Chriſtum declaravit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis. At cui id declarârat? num angelis? nondum illi nôrant, Chriſtum eſſe, quod erat, & jam pridem

a Vide Calvin. & Bezam.

 fuerat?

fuerat ? num hominibus ? at his ipſis verbis id Iudæis revera primùm declarabat Petrus,& per eum Deus. Deinde hæc verba deducit Petrus ex illis [a] *Pſalmi:* Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. *At in illis Chriſtus jubetur regnare, interpretante Paulo* 1. *Cor.* 15. 25. *non verò regnare tantùm declaratur. Num fortè jubet Pater, ut Filius ipſe declaret, ſe regnare, ſemperque regnaſſe? Atqui illi nobis perſuadere volebant, Chriſtum Ioh.* 17. *Patrem rogaſſe, ut ipſe id faceret, cùm ipſe eum viciſſim, & jam glorificâſſet, & glorificaturus porrò eſſet. Deinde huic ſeſſioni ad dextram Dei opponitur apud Paulum* [b] *regni traditio, quæ certè non conſiſtet in eo, quòd non ampliùs declaraturus ſit Chriſtus, ſe regnare: imò, ſi Chriſtus eſt unus ille Deus, tum demùm in cælis declarabit nobis, ſe regnare, non minùs, quàm Patrem:* cum Deus ſit futurus omnia in omnibus. *Mitto alia, quæ dici de illis Pſalmi verbis poſſent. Denique qui volunt, Deum Ieſum declaraſſe Dominum & Chriſtum, vel ſtatuunt, illum ab æterno fuiſſe Chriſtum, vel certo demum tempore factum eſſe. Ab æterno eſſe non potuit. Chriſtum enim eſſe, eſt eſſe unctum, id quod in Deum ſupremum, quatenus talis eſt, cadere non poteſt; nec quisquam, quod ſciam, id auſus eſt dicere; ſed omnes id Chriſto, qua homo eſt, convenire ajunt.*

[a] Pſal. 110.

[b] 1. Cor. 15.24. & d.

mento jus habet Regni poſſidendi & adminiſtrandi, ſed non niſi legitimo tempore: putà defuncto patre, vel in legitimâ ætate. Chriſtus igitur ab æterno habuit jus plenum ratione poſſeſſionis, ſed non ratione adminiſtrationis: quia illud acceperat non ut illo ſuo jure ſimul uteretur, ſed ut pro ſapientiſſimo tum Patris, tum ſuo conſilio exerceret, ac diſpenſaret. Hoc tamen imperium ipſi pro demiſſionis ac obedientiæ præmio datum fuit: nimirum ante obedientiam pro præmio obedientiæ futuræ; poſt obedientiam, pro præmio obedientiæ præteritæ. Etenim Deus Pater, qui in ſuâ præſcientiâ, præſertim de obedientiâ Filii, nullâ tenus falli potuit, æquè ipſi pro futurâ obedientiâ ac pro præteritâ præmium dare & voluit, & potuit. Nam quamvis variæ iſtius juris partes conſtitui queant, omnes tamen junctæ unum, plenum, ac adæquatum jus conſtituunt. Præmium autem illud Chriſto donari dicitur, quia ex merâ benevolentia ac gratiâ Pater modum elegit ac inſtituit, quo præmium illud humana Chriſti natura adipiſci poſſet. Etenim ſi Chriſtus ante obedientiam præſtitam plenum ad glorificationem jus non habuit, quo jure illud ante præcipuum obedientiæ actum *Ioh.* 17. ſibi dari poſtulavit? Veriſſimum eſt, quòd illud imperandi jus, quod Chriſtus quâ mediator ac redemtor habet, illo jure ac poteſtate non contineatur, quod Deus ſummus ex ſe ipſo habet, licèt in eo fundetur. Quod quidem jus ſe ad omnia extendit, ad quæ illud Pater extendi vult; & quouſque id ſalvo perſonarum ordine fieri poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

poteſt. Omnia verò quæ recitat adverſarius, etiam Patri competunt, præter jus leges adminiſtrandi: at jus mediatoris non tantùm in imperio, ſed etiam in miniſterio conſiſtit.

Denique ſexta reſponſio immeritò ab adverſario rejicitur. Neque enim protinus id ſimpliciter ac ſine limitatione eſt intelligendum, quod ſimpliciter efferri videtur. Præterea etſi illa attributa non niſi perſonæ competant: tamen ei & ratione diverſarum naturarum competere poſſunt: etſi ratione utriuſque naturæ, diverſis naturis ob cauſam diverſam, modoque diverſo. Patri autem, non Deo eſſentialiter ſumto, glorificatio illa tribuitur ob immutabilem perſonarum ordinem. Verùm hæc, ut & illa quæ de Spiritu Sancto dicit, alibi diſcutienda erunt.

ajunt. Factus igitur eſt aliquando Chriſtus, & quidem ab eo, cujus unctus eſſe dicitur, nempe Deo ac Patre. Quid ergo ambages, quid effugia quærunt? cum nihilominus fateri cogantur, eum aliquando Chriſtum, ac porrò etiam Dominum, (Chriſtum enim eſſe, eſt eſſe Regem ac Dominum populi divini) à Deo re ipſa, non declaratione tantùm, factum eſſe, utut tandem de tempore, quo id factum fuerit, nobiscum non conſentiant. Illud enim nobis hîc ſufficit, quòd eum Deus Dominum & Chriſtum re ipſa fecerit. Quamquam quis eſt, qui, ſi impetrare à ſe poſſit, ut præjudicatam opinionem ad breve tempus ſeponat, non videat, id poſt mortem ac reſurrectionem Chriſti eſſe factum? cum omnes loci illius, de quo agimus, circumſtantiæ eò nos ducant imò impellant; ut alios prætere am huic ſimiles, inter quos ille Eph. 1. 19. & ſeqq. & Hebr. 1. 3.

Quod ad locum Phil. 2. attinet; nec ille explicationem iſtam admittit. Primùm, quia illis verbis explicatur præmium longè maximùm demiſſionis & obedientiæ Chriſti, uſque ad mortem crucis Deo præſtitæ. Id vero eſſe non potuit, declarare, quisnam ille, ac quantus ſit, ſemperque fuerit, h. e. ut adverſariis dicere neceſſe eſt, eum Deum illum ſummum eſſe demonſtrare, qua de re ſuprà, de loco Ioh. 17. 5, agentes, diximus. Deinde ideo inter cætera Chriſtus ſuperexaltatus, & nomen ſuper omne nomen ei datum eſſe dicitur, ut etiam cæleſtium genua ei flecterentur. Quid verò opus erat cæleſtibus ea declaratione, ut Chriſto, ſecundæ nimirum Deitatis perſonæ, quam ſemper optimè noviſſent, oculis, ut ſic dicam, uſurpâſſent, & adhuc uſurparent, genua flecterent? ſed præterea collatio hujus loci, partim cum duobus præcedentibus, partim cum aliis ſcripturæ teſtimoniis, quæ iſtam explicationem non admittunt, huic autem ſunt perquam ſimilia, hîc quoque eam repudiandam eſſe oſtendunt. Denique ut omnia iſta loca, de declaratione tantùm majeſtatis ac gloriæ Chriſti accipienda eſſe largiamur; nihilominus tamen inde conſtabit, Chriſtum Deum illum ſummum non eſſe. Cur enim aliàs Patri, non ipſi Chriſto, declaratio illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

illa tribueretur? Annon Chriſtus eam declarare per ſe ipſum & ſemper potuiſſet, & voluiſſet? imò non potuiſſet non declarare, Patre illam declarante; quemadmodum paulo ſuperiùs hoc ipſo capite monuimus. Et de tertia reſponſione hactenus.

Quod autem ad eos attinet, qui diſtinctione potiſſimùm rerum Chriſti datarum effugere conantur; illi iterùm inter ſe diſcrepant. Alii enim, (quæ quarta jam eſt reſponſio) cùm omnem poteſtatem Chriſto datam, cùm eum ad dextram Dei collocatum, cùm Dominum ac Chriſtum factum eſſe, aliaque ſimilia legunt, ₂ id non de jure imperandi, ſed de actu atque exercitio imperii intelligendum eſſe ajunt. Alii, (quæ quinta eſt reſponſio) concedunt, etiam de jure imperandi ſermonem eſſe, quod Chriſtus ſibi per obedientiam mortemque ſuam acquiſierit, quà mediator ac redemtor. Sed primùm de utraque reſponſione idem dici poteſt, quod de tertia præcedenti, nempe etiamſi hæc iſtorum locorum admitteretur explicatio, ſalvum tamen fore argumentum noſtrum, ſalvis cæteris, quibus fulcitur, locis, quæ iſtam explicationem reſpuunt. Deinde, quod ad priorem attinet, eam loca illa ſcripturæ non admittunt. Etenim omnis poteſtas in cœlo & in terra, non actum ſeu exercitium imperii, h. e. actiones, quæ à regio munere proficiſcuntur, ſed ipſum imperandi ac gubernandi jus facultatemque plenam denotat. Eadem vis eſt ſeſſionis ad dextram Dei, vel in ſolio Dei aut ſolio Davidis. Cum enim quiſpiam ab altero in ſolio regio collocatur, aut ſedere jubetur, non tantùm exercitium imperii, imò non ipſum exercitum primò datur, ut pote quod ab eo ipſo, qui in ſolio regio collocatur, propriè pendet; ſed ipſum ei regium munus, poteſtas, ac dignitas conceditur. Similiter non tum demum quiſpiam Dominus ac Chriſtus, ſeu Rex fieri dicitur, cùm imperium, quod pleniſſimo jam jure obtineat, ac re ipſa poſſideat, exercet, ſed cùm in ejus poſſeſſionem mittitur. Præterea, ut de poſteriori etiam reſponſione ſimul agamus; vel habuit Chriſtus ſemper plenum imperandi jus ac facultatem, vel non habuit. Si non habuit, quomodo Deus ille ſupremus eſſe poteſt? Num Deus ſupremus eſſe poteſt, qui jus imperandi pleniſſimum ſemper non habeat? Si habuit; quomodo ei ab altero, nempe à Patre, certo demum tempore datum donatumque eſt, ut vel actu imperaret, vel jus imperandi adipiſceretur? Quomodo hujusmodi imperium illi pro demiſſionis ac obedientiæ præmio à Patre dari potuit? ut quidem datum eſſe præter locum Iohannis c. 17. 4. 5. Phil. 9. & d. alia non pauca indicant. Vid. Eſa. 53. 10. 11. 12. Luc. 24. 26. 46. 47. Hebr. 2. 9. 10: 12. 2. 1. Pet. 1. 11. Apoc. 4. 21. Etenim quod quis in poteſtate ſua jam habet, quodque pleniſſimo jure ſemper obtinuit, id ei pro præmio perſolvi non poteſt, nec omnino ab altero dari. Nam ſi quis dicat, fieri poſſe, ut quiſpiam duplici, aut etiam triplici jure ac titulo eandem rem obtineat, ut ſi is, cui alter quippiam debeat, illius ex aſſe hæres, & naturâ, & teſtamento evadat; fieri item poſſe, ut rem jam poſſidenti, novum jus ad eandem poſſidendam accedat; reſpondemus, ſi quis rem aliquam jam poſſideat, & quidem pleno jure, dici nequaquam

₂ IV. & V. Reponſio & utriuſque refutatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quam poſſe, eam illi tum demum ab altero dari, cùm novum illi ad eam poſſidendam jus accreſcit. Quod enim meum eſt, meum ampliùs fieri non poteſt, ac proinde nec ab altero dari. Sed deinde quis dicat, rem illam tum temporis ei donari ac ex gratia dari? *quis dicat, eam illi pro præmio tunc perſolvi? Nónne rideres eum, qui mille aureos quos tuo jure, eoque optimo jam poſſideas, tibi ſe donare, aut pro mercede laboris conſtituere, ac porrò etiam præmii loco perſolvere aſſereret? Et etiamſi tandem eos nondum poſſideres, modò ii tibi jure optimo jam deberentur; nemo eos tibi vel donare, vel pro mercede laboris adhuc præſtandi conſtituere, & porrò præmii loco perſolvere poſſet. Nónne meritò rideres debitorem tuum, qui pecuniam, quam ipſi mutuò dediſſes, ſe tibi donare, aut, ob certum aliquem laborem ſibi à te præſtitum, præmii loco perſolvere diceret? Quanto ergo minùs Chriſto poteſtas atque imperium donari, & præmii loco perſolvi potuiſſet, ſi id jam ſummo pleniſſimoque jure perpetuò obtinuiſſet, etiamſi ei novum ad illud poſſidendum jus accreviſſet? Quare cùm omnis poteſtas atque imperium Chriſto datum donatumque ab altero dicatur, cùm Dominus & Chriſtus poſt reſurrectionem à Deo factus eſſe affirmetur, cùm id demiſſionis & obedientiæ præmium tulerit; fieri non potuit, ut id jam antè poſſideret; imò ne illud quidem, ut plenum ad eam rem jus ante obedientiam illam præſtitam, haberet. Quòd ſi ita eſt, quomodo Deus ille ſummus eſſe poteſt? Neque verò eſt, quòd quis exiſtimet, illud imperandi jus, quod Chriſtus quà mediator ac redemtor habeat, illo jure ac poteſtate non contineri, quòd Deus ſummus ex ſe ipſo habet; ac porrò Chriſto, licet Deus ſummus eſſet, id dari ab alio potuiſſe. Etenim Dei ſummi jus ac poteſtas ad omnia ſe extendit, quæcunque naturâ ſuâ injuſta non ſunt. Injuſtum autem certè non eſt imperium illud, quod Chriſto ut Mediatori ac Redemptori tribuitur. Et quódnam, quæſo, eſt illud imperandi jus? nónne jus leges nobis præfigendi, eaſque adminiſtrandi, jus peccata nobis remittendi, nos ab hoſtibus noſtris tuendi, & æterna felicitate donandi? Quid verò? Deo ſummo illa omnia faciendi jus non eſt? Quomodo ergo Pater jus illud Chriſto dedit? Quomodo id per ipſum exercet, ſi Deus ſummus id ex ſe ipſo non habet? Quare & Chriſtus id ex ſe ipſo haberet, ſi Deus ille ſummus eſſet. Alia nonnulla, quæ hoc loco dici poſſent, infrà commodiore loco dicentur.*

Reſtat, ut ultimam, omniumque uſitatiſſimam ad loca à nobis adducta, & argumentum ex illis nexum, reſponſionem examinemus; quæ quidem in diſtinctione naturarum Chriſti ſita eſt. Ajunt enim vulgò, [a] *hæc de Chriſto ſecundùm humanam naturam, non ſecundùm divinam dici. Sed primùm, ut ſuperiùs cap.* 14. *docuimus, non poſſet ſimpliciter aſſeri, Chriſto illa omnia data donataque, eum exaltatum, glorificatum, Dominum ac Chriſtum factum eſſe, ſi divinam illam naturam, ſecundum quam iſta de eo dici non poſſent, haberet. Quandoquidē eadem illa de ipſo ſimpliciter negari deberent, non minùs, quam in locis citatis ſimpliciter de eo affirmantur.*

[a] VI. Reſponſio, ejuſque refutatio.

mantur. Quo accedit, quòd iſtiusmodi loca tacitam quandam negationem, & quidem ſimplicem, in ſe contineant, nempe Chriſtum illa, quæ ei data eſſe dicuntur, ex ſe ipſo non habere. Alioquin enim data ei eſſe non dicerentur. At in negationibus ejusmodi, diſtinctionem naturarum locum non habere, ſuprà [a] ſatis oſtendimus, præſertim de loco Ioh. 5. 19. agentes. Deinde, Regem, Chriſtum, Dominum eſſe vel fieri, imperium tenere aut exercere, & ſi quæ his ſunt ſimilia, non niſi ſuppoſito intelligenti, ſeu perſonæ, quà talis eſt, primò ac propriè competunt. Quare vel de ipſa perſona divinitatem ſupremam habente, quà talis eſt, atque adeo de ipſa natura divina ſtatuendum eſt, ei hæc omnia eſſe à Patre donata; vel fatendum, Chriſtum talem perſonam non eſſe. Denique ſi in Chriſto ſupremi Dei eſſentia eſſet, nulla cauſſa foret, cur ab alia perſona, nempe à Patre, ei omnia data, isque Dominus ac Chriſtus factus eſſe diceretur, & non potiùs à ſe ipſo. Num enim natura Chriſti divina hac in parte otioſa fuit? num humanæ omnia non dedit? Certè dediſſe adverſarii contendunt; & ita dicere coguntur, tum propter arctiſſimum, quem ſtatuunt, utriusque naturæ nexum; tum propterea, quòd Pater dare non potuit, quin Filius eadem ſimul daret, ſi unius eſt cum Patre eſſentiæ. Cur ergo Patri, & quidem ſoli, non etiam Chriſto, id tribuitur? Si dicas, propter prærogativam Patris præ Filio id factum; eo ipſo ſolum Patrem Deum illum ſummum eſſe, Filium non eſſe, fateberis. Quamquam ne ſimplex quidem prærogativa efficere potuit, ut Patri toties, támque apertè, Filio ipſi nuſpiam id tribueretur. Neque enim audiendi ſunt illi, qui, cùm in quibusdam locis legunt, Deum Chriſto aliquid dediſſe, eum glorificâſſe, exaltâſſe, Dominum & Chriſtum feciſſe, totam Trinitatem, eſſentiamve divinam intelligunt, ut Chriſto eandem actionem tribuere poſſint. Nam primùm, cùm toties legamus, aut expreſſè ſcriptum eſſe, Patrem illa feciſſe, ut quidem præter alia ſit in locis omnibus ex Iohanne citatis; aut Deum glorificâſſe Filium, eive aliquid dediſſe; fateanturque ipſi, Dei nomen plurimis in locis ſolum Patrem deſignare; cur hunc in illis, de quibus agitur, locis intelligi non fatentur? Nonne ipſa locorum ſimilitudo id ſuadet? nònne ea, quæ generaliùs aut confuſiùs videntur dicta, ex iis locis, quæ ſpecialiùs & diſtinctiùs eandem rem exprimunt, præſertim cum tot ſint numero, explicanda ſunt? Deinde an non manifeſtum eſt, cùm Deo actio dandi, exaltandi, glorificandi tribuitur, perſonam intelligi, (actiones enim ejusmodi non niſi perſonis tribuuntur) & quidem à Chriſto diſtinctam? quis enim vel inter ipſos adverſarios ferret ita loquentem: Filius Dei Chriſto dedit aut donavit nomen; Filius Dei Chriſtum glorificavit, Ieſum fecit Dominum? Certè qui ita loqueretur, is Neſtorianiſmum redolere, & duas Chriſto perſonas, Filium Dei & Chriſtum, attribuere, ab ipſis adverſariis, nec immeritò, diceretur. At eadem eſt ratio, ſi dicas, Deum illa Chriſto præſtitiſſe, Deique nomine Filium intelligas. Neque id ignorant adverſarii. Quis autem Spiritum Sanctum intelligi dicat? qui nuſpiam Dei nomine in ſcriptura

[a] Sup. cap. 3. hujus ſect.

expreſſus

expreſſus reperitur; nedum ut eo nomine à Chriſto diſtinctus, eique prælatus eſſe inveniatur; nuſpiam etiam Chriſto aliquid donâſſe, cùmve exaltâſſe legitur. Vt taceam, eandem quæſtionem redituram, quam de Patre urſimus, nempe cur Spiritui ſancto potiùs, quàm Filio, iſta tribuerentur, ſi Filius Deus ſupremus eſſet.

Reſponſio ad appendicem hujus argumenti, in quâ auctor docere conatur, *divinitatem Chriſto à Patre donatam eſſe.*

QUamvis auctor hanc partem appendicem vocet, primarium tamen controverſiæ ſtatum directè concernit. Si enim Deitas Chriſto à Patre ex gratiâ donata eſt, omnino vicit adverſarius. Verùm id nunquam probabit. Quamvis enim Deitas Chriſto à Patre per æternam ac ſimpliciter neceſſariam generationem ſit data: non tamen eſt ipſi in tempore, vel ex gratiâ donata. Sed ne hæc gratis dicere videamur, ſatisfaciamus duobus adverſarii argumentis. Ad primum reſpondemus diſtinguendo. Qui ab alio omni modo Dominus eſt factus, is etiam (ſi Deus eſt) Deus ab alio factus eſt. At Ieſus à Patre factus eſt Dominus omni modo quo Dominus eſt. Hanc minorem negamus: nec ex *Act. cap.* 2. 36 probatur. Ratio quoque conſequentiæ nulla eſt. Etſi enim ab alio Deus factus non ſit, Dominus tamen fieri potuit. Quia duplex dominium Deo competere poteſt: Unum naturale, ſine quo ne Deus quidem eſſe poteſt: aliud voluntarium, quod non neceſſariò cum Deitate eſt conjunctum, ſed liberè ab ipſo aſſumitur. Prius dominium naturâ habet, ſicut & Deitatem: poſterius verò & ſuâ & alterius, qui etiam

Appendix hujus argumenti, in qua docetur, divinitatem Chriſto à Patre donatam eſſe.

ANtequam ab hoc argumento penitùs diſcedamus, hanc ei appendiculam ſubjungere placet, quâ noſtra ſententia adhuc magis confirmetur. Ex locis enim à nobis adductis patet, Chriſto Divinitatem ſeu Deitatem à Patre dono datam eſſe; atque adeò eum Deum à Patre factum. Vnde porrò conſequitur, Chriſtum ſupremum illum Deum non eſſe. Hic enim ex ſe ipſo Deus ab omni æternitate fuit, non verò ab altero demum divinitatem ſuam accepit; alioqui ſupremus non futurus. Id autem, quod diximus, duobus potiſſimùm argumentis, quæ ex locis à nobis citatis & excuſſis ducuntur, confirmari poteſt. Primùm eſt: [a] Qui ab alio Dominus eſt factus, is etiam (ſi Deus eſt) Deus ab alio factus eſt. Atqui Ieſus, quem Deum eſſe conſtat, eſt à Deo factus Dominus. Ergo ab eodem etiam Deus factus eſt. Minor propoſitio, quam vocant, ſeu aſſumptio, Petri eſt Act. 2. [b] Major hac ratione confirmatur: Quia, ſi non eſſet factus

[a] Agumentum I.

[b] v. 36.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ctus ab alio Deus, cum Deus tamen ſit, nec Dominus fieri ab alio potuiſſet. Qui enim Deus eſt præſertim in tam perfecta ſignificatione, in qua Chriſtus Deus eſſe perhibetur, is etiam Dominus eſt; &, ſi Deus à ſe ipſo eſt, etiam Dominus à ſe ipſo eſt; ac proinde Dominus ab alio fieri ampliùs non poteſt. Poteſt idem & hac ratione confirmari: Dominium illud Chriſti, vel idem eſt cum ipſius Deitate, vel ab ea diverſum. Si idem; certè cùm is factus eſt Dominus, ſimul etiam Deus eſt factus. Si diverſum; vel Deitati illius par eſt, vel minus. Majus enim Deitate ſua Chriſtus nil habet. Si par; (quamquam id dicere ii non poſſunt, qui ei ſupremam illam atque independentem Deitatem tribuunt;) par etiam illius eſt cum Deitate ratio: & nulla eſt cauſſa, cur, ſi is Dominus eſt factus, non etiam factus ſit Deus. Si minus; itidem ſequetur, eum ex ſemet ipſo non habere, quòd Deus ſit. Si enim ex ſe ipſo non habet id, quod minus eſt; multo minùs id, quod majus eſt. Quo loco non eſt omittendum, Ambroſium [a] in his ipſis Petri verbis, pro voce *Domini*, legere *Dei* nomen, quaſi Petrus dixerit: *Et Deum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum*, &c. *Secun-*

[a] Lib. 1. de Fide cap. 7.

etiam Deus eſt, voluntate habere poteſt. Sicut igitur Chriſtus ab æterno à Patre genitus eſt Deus, ſic quoque ab æterno ab eodem genitus eſt Dominus. verùm de hoc dominio non loquitur locus allegatus: ſed de illo, quo ſalvâ ſuâ Deitate carere potuiſſet. Non diſſimile forret ſophiſma, ſi quis ita argutaretur: Qui ſe ipſum in tempore fecit Dominum, is etiam ſe ipſum in tempore fecit Deum, ſi Deus eſt. Atqui Deus Pater in tempore ſe ipſum fecit Dominum, puta Abrahæ, vel electorum, & eſt Deus. Ergo, Deus Pater ſe ipſum in tempore fecit Deum. Sed ratione conſequentiam ſuam confirmat: Dominium, inquit, illud (nimirum quod ex conceſſione noſtrâ Chriſto liberè datum eſt) vel idem eſt cum ipſius Deitate, vel ab eâ diverſum. Reſpondemus, eſt diverſum. Pergit: Si eſt diverſum, vel Deitati illius par eſt, vel minus. Si eſt par, par etiam illius eſt cum Deitate ratio: Si minus, idem ſequetur. Reſpondeo diſtinguendo: Dominum illud liberè datum vel conſideratur abſolutè & in ſe: vel quoad ſuam originem & fundamentum. Abſolutè & in ſe conſideratum minus eſt ipsâ Deitate: quia non dicit intrinſecam & neceſſarium perfectionem divinam, ſed tantùm extrinſecam & liberam. Si verò conſideretur quoad ſuam originem, æquipollet Deitati: quia eam in ſe complectitur, ac neceſſario præſupponit: imò nihil eſt aliud quàm ſingularis modus, quo naturale illud dominium exercetur. Minimè autem ſequitur: Si id, quod in ſe conſideratum minus eſt, liberè habet ab alio, ergo etiam liberè habet id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

id quod majus eſt: quia hoc quod certo reſpectu minus dicitur, non facit ad intrinſecam ejus perfectionem, ſed neceſſariò includit in ſe, ut id ab alio habeat. Non ſecùs ac ſi quis ita argumentaretur: Si Deus Pater à ſe ſolo non habet quod minus eſt: ergo neque à ſe ſolo habebit quod majus eſt: item, ſi non neceſſariò habet quod minus eſt, neque neceſſariò habebit id quod majus eſt. At Deus Pater nec à ſe ſolo, nec neceſſariò habet quod minus eſt: puta gloriam ſibi datam à creaturis intelligentibus: Ergo nec per ſe ſolum, nec neceſſariò habet quod majus eſt: nimirum Deitatem vel Omnipotentiam. Aliena autem Ambroſii lectio cum fontibus, ac tot conſentientibus exemplaribus non eſt conferenda, multo minùs iis præferenda.

Ad ſecundum argumentum reſpondemus, concedendo majorem, ſed diſtinguendo minorem. Non enim ob id ſolum & per ſe Chriſtus divino cultu eſt afficiendus quod ipſi donatum eſt, ſed ob id quod ipſi per æternam generationem datum eſt. Non, inquam, propter judicium vel nomen illud ſimpliciter in ſe ſpectatum divino cultu eſt afficiendus, ſed quia illud judicium nonniſi ab æternâ Deitate proficiſci, nec illud nomen alii quàm æterno Deo dari potuit. Nam omne judicium eſt ſupremæ Deitatis argumentum: neque fecit Chriſtum cultu divino dignum, ſed eum talem eſſe declarat. Nec Ioh. 5. 2, 22, 23 dicitur, quòd Pater omne judicium dederit Filio, ut propter illud dignus fiat cultu divino, ſed ut honorificent Filium ſicut honorificant Patrem:

Secundum argumentum ejuſmodi eſt [b]: Cui id datum donatúmve eſt, ob quod divino cultu affici debet, ei etiam ipſa Deitas data donataque eſt. Neque enim quicquam præter divinitatem eſt, ob quod aliquis divino cultu affici à nobis debeat, ſeu quod efficiat, ut quiſpiam cultu illo dignus ſit. Iam verò Chriſto datum donatúmque legimus id, ob quod divino cultu affici debet, nempe omne judicium, nomenque ſuper omne nomen. Ita enim ut vidimus, loquitur ipſe Chriſtus Ioh. 5. 22, 23: *Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrē: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui miſit illum.* Et Paulus Phil. 2. 9, &c. ait: *Propter quod & Deus exaltavit* (Græcè *ſuperexaltavit*, ſeu *in ſummam ſublimitatem extulit*) *illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quòd Dominus [ſit] Ieſus Chriſtus in gloriam Dei Patris.* Utrobique autem de divino cultu adorationeque, quæ Chriſto ab omnibus debeatur, ſermonem eſſe, & res ipſa loquitur, & omnes fatentur. At eum illi cultum, ob ju-

a Argumentum II.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dicium omne à Patre datum, ob nomen ſuper omne nomen ei donatum, exhibendum eſſe, eadem teſtimonia luculenter aſſerunt. Idem facilè probari poteſt etiam ex illo Danielis loco, cap. 7. ubi Chriſtus ab antiquo dierum, h. e. Patre ſuo, dicitur poteſtatem, & honorem & regnum accepiſſe; additurque, omnes populos, tribus, ac linguas ipſi ſerrituras, nempe ob poteſtatem tantam, ac regnum ipſi datum. Quis enim Regi ſuo non ſerviat? Servitus autem illa non civilis intelligitur, ut pote non terreno Regi præſtanda; ſed religioſa ac divina, ut pote regi divino ac cæleſti exhibenda. Cur ergo negant adverſarii plærique, Deitatem Chriſto datam donatámve eſſe? *Et ſanè non pauci tum ex veteribus, tum ex recentioribus* [a] *ſacrarum literarum interpretibus, cùm Paulus ait, Chriſto donatum eſſe nomen ſuper omne nomen, aſſerunt,* Dei *nomen iſtic intelligi; quia præter id nullum aliud extet nomen, quod ſuper omne nomen ſit. Quamquam in eo multi errant, quòd per* nomen *ipſam appellationem ſeu vocem* Dei *intelligunt. Etenim quomodo poſt mortem demùm ei hæc appellatio donata fuit (quum Iohannes* [b] *Verbum ſeu Sermonem Deum fuiſſe dicat, nempe in principio ejus rei, de qua loquitur, quæ quidem eſt Euan-*

[a] Vide inter alios Cornel. à Lapide in hunc locum.

[b] Ioh. 1. 1.

Patrem: id eſt, ut ex illo tanquam ſupremæ Deitatis effectu eum pari cum Patre honore dignum eſſe intelligant. Sic quoque *Phil.* 2. 9 non dicitur, quòd propter illud donatum nomen Chriſtus divino cultu dignus factus fuerit, ſed ut ex illo tanquam infallibili argumento Deitas ejus cognoſceretur. Quod enim Ieſus ante illud nomen, & ſine illo, divino cultu dignus fuerit, ex hoc ipſo loco clariſſimum eſt. Nam & ante illud fuit in formâ Dei, & fuit æqualis Deo, adeòque & Deitatem habuit, & divino cultu dignus fuit. Hîc itaque non agitur de nomine naturæ, vel perſonæ, ſed officii: & nec de hoc quidem ſimpliciter, ſed quâtenus nobiliſſimos quoſdam ſui officii actus exercuerat, eorumque fructus percipere debebat. Vox quoque ἐχαρίσατο, quâ adverſarius præcipuè nititur, ipſummet refutat. Etenim ſi omnis vel præcipua Deitas per hoc nomen collata fuit, quomodo ſe ipſum formam Dei deponendo inanire & ſubmittere potuit? Hæccine eſt humilitas, ad tempus carere illo quod alicui non debetur, imò quod quis nunquam adhuc habuit? Etſi igitur ob judicium, & ob illud nomen Chriſto divinus cultus eſt exhibendus, tamen id non fit ob donationem, ſed ob æternam Deitatem, cui hæc duo ſunt ſubordinata, quamque præſupponunt. Eodem artificio ſic quoque diſputari poſſet. Cui id in tempore & non neceſſariò competit, ob quòd divino cultu affici debet, ei etiam ipſa Deitas in tempore & non neceſſariò competit. At Deo Patri id in tempore & non neceſſariò competit, ob quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quod divino cultu affici debet: nimirum quòd Iſraelem eduxerit ex Ægypto. *Exo.* 20. Ergo Deo Patri etiam Deitas in tempore, & non neceſſariò competit. Rex aliquis ob inſignem de hoſtibus reportatam victoriam regio honore à ſuis ſubditis afficitur. Ergo ante illam victoram regio honore non erat dignus. Locum Danielis alibi expoſuimus. Si per Filium hominis Chriſtus intelligitur, idem reſpondemus: nimirum illam poteſtatem ac regnum non fuiſſe primum divini cultus, vel potiùs dignitatis quòd divino cultu ſit afficiendus, fundamentum, ſed infallibile ſignum. Servitutem Chriſto debitam religioſiſſimam ac prorſus divinam eſſe, lubentes ac læti agnoſcimus: ſed adverſarii ratio nobis non uſquequaque ſatisfacit: illa nimirum, *ut pote non terreno regi præſtanda.* Hæc, inquam, ratio nec primaria eſt, nec ſufficit. Angeli ſunt cœleſtes ſpiritus, nec dubium eſt quin alii aliis imperent: ergone religioſo cultu ſunt afficiendi? Adæquatam igitur religioſi cultus cauſam nos ſtatuimus æternam Deitatem.

Qui per nomen illud *Dei nomen* intelligunt, nimis infirmâ ratione ducuntur. Non enim dicitur nomen ſuper omne nomen reſpectu omnium nominum ſimpliciter, puta Patris aut Filii, cui aliud quoque nomen naturale competit, ſed reſpectu illorum nominum quæ aliis data ſunt: ut evidenter colligitur ex *Eph.* 1. 21. Concedimus alias, quòd per nomen non nuda vox, ſed vocis quoque ſignificatum intelligitur: nimirum dignitas ac poteſtas, ejuſque exercitium. At ſi rès ita ſe habet, ut omnino ſe habet: nimirum quòd Deus non det nomen ſine re ipsâ per nomen deſi-

Euangelium. Adde, quòd Paulus de præmio loquatur, quod Deus Chriſto propter tantam demiſſionem, atque obedientiam uſque ad mortem crucis, donavit. At quódnam illud præmium eſt dare alicui titulum, ſi rem ipſam titulo deſignatam non des? Itáne Deus ille benigniſſimus atque opulentiſſimus præmia pro tanta pietate perſolvit? Ejusmodi præmium ne Principe quidem, alióve homine potente dignum eſſet. Adde, quòd, cùm quis rem ipſam habet, & quidem optimo jure, nihil eſt prorſus opus ei nomen dare aut donare, quo res illa deſignetur; præſertim cùm rei illi nomen aliquod jam eſt poſitum ac conſtitutum, ut quidem hîc accidit. Si quis Rex re ipſa ſit, & quidem optimo jure, ei regis titulum donare nil eſt opus, cùm nemo eum illi, niſi injuriâ, negare poſſit. Id autem donari demum poteſt, quod jure etiam poſſet negari. Quare per nomen *illud non titulum, ſed dignitatem aut poteſtatem,* [a] *ut ſit in loco ſimili Eph.* 1. 21, *intelligere oportet, ut nomen ſuper omne nomen, ſit dignitas aut poteſtas omni alia ſublimior. Hæc enim eſt propria cultûs atque honoris tanti cauſa. Vt enim poteſtati terrenæ ac civili civilis cultus; ita ſupremæ ac divinæ divinus cultus debetur: quemadmodam & locus Ioh.* 5. 22 *docet, ubi Chriſto ob poteſtatem judicandi, quæ poteſtatis ipſius pars eſt maxima, imò omnem quodammodo in ſe com-*

[a] Vide Calvin. & Bezam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

complectitur, divinum honorem ab omnibus exhibendum eſſe oſtenditur. Iam verò, ſi ita ſe res habet; cur adeò nobis inſultant adverſarii, quòd dicamus, Chriſtum ex gratia Dei Patris Deum eſſe, ei Divinitatem ab eo donatam, eum Deum ab eo factum conſtitutumq; eſſe? Cur nobis exprobrant, quòd duos habeamus Deos, alterum (ut nonnulli in re tam ſeria cavillari non verentur) ſenem, alterum juvenem? quaſi aut duos Deos haberemus ſummos; aut unum habere Deum ſummum, alterum verò ab eo dependentem, eique ſubordinatum, ſacris literis ſit adverſum; quæ multos etiam Deos eſſe b 1. Cor. 8. v.5.6. *diſertè*[b] *aſſerunt; & nominatim unum Deum Patrem, ex quo omnia, & unum Dominum Ieſum Chriſtum, per quem omnia, nos habere affirmant: aut quaſi Deus, quia ab omni æternitate Deus ſit, ſenex propterea meritò dicendus ſit; aut juvenis Deus Chriſtus, quia tempore eo ſit poſterior, ut Filius Patre; cum & ſenectus & juventus non niſi in corruptibilibus locum habeat, in incorruptibilibus atque immortalibus ceſſet. Quòd ſi ita Deum ſenem eſſe volunt, ut Daniel antiquum dierum vocat eum, ad quem ille, qui filio hominis ſimilis fuerit, acceſſerit, & poteſtatem, honorem, regnum, dominiumque in omnes terrarum populos ab eo acceperit, quod ſanè ab omni æternitate factum non eſſe omnes cernunt;*

deſignatâ, quare tumultuatur adverſarius, quòd negemus, Chriſtum Deitatem ſuam demum poſt reſurrectionem accepiſſe? Quare non agnoſcit, quòd & divinam naturam, & divinam poteſtatem in principio, de quo loquitur *Ioh.* c. 1. v. 1, habuerit: cùm verbum ſeu ſermonem Dei jam tum Deum & appellatum eſſe, & re ipſâ fuiſſe fateri cogatur; Dei autem nomine nullum poſſit cogitari auguſtius? Sed eo ſenſu verbum *donari* hîc ſumi, ut id demum donari poſſit quod jure etiam poſſit negari, ipſe contextus apertè refutat. Si enim debitum præmium fuit, ut & Apoſtolus docet, & adverſarius non audet negare, quo jure à juſtiſſimo Deo negari potuit. Denique adverſariis meritò exprobramus, quòd dum unum verum Deum agnoſcere nolunt, duos Deos in Eccleſiam introducant: ſicque, ſi id omne credendum eſſet, quod ex ipſorum opinione neceſſariò ſequitur, paganiſmum revocent ac ſtabiliant. Ipſosmet paganiſmi non accuſamus: ſperamus enim, quòd non videant, abſurdiſſima hæc dogmata ex ipſorum doctrinâ neceſſariò ſequi, ſed quòd putent: ſe ejuſmodi conſequentias poſſe præcavere: verùm ipſorum doctrinam talem eſſe pronuntiamus, ut malitioſus atheus eâ periculoſiorem excogitare vix poſſit; quâ per cuniculos ſub ſcripturæ prætextu primò Scripturæ auctoritatem apud ingenioſiores tollere, tum paganiſmum in Eccleſiam invehere, tandemque è mundo omnem religionem extirpare queat. Verùm, ut dixi, meliora de ipſis credimus, ac ſperamus, Chriſtianis autem duos eſſe Deos, unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

unum ſummum, alterum ei ſubordinatum, eſt dogma ſacris literis adverſiſſimum. Manet enim illud Deut. 6. 4. *Audi Iſrael, Iehovah Deus noſter Iehovah unus eſt.* Abeat jam Socinus, ſuamque doctrinam Iudæis, ut ſæpiùs jactat, perſuadeat. Manet quoque in novo Teſtamento, adeoque manebit in æternum illud. 1 Cor. 8. 4. *Et quòd nullus Deus alius ſit niſi unus.* Nam licet adverſarius invidiam declinare velit, quòd non agnoſcant unum Deum ſenem, alterum juvenem, certum tamen eſt quòd licèt non agnoſcant Deum ſenem ratione infirmitatis, juvenem ratione firmitatis, agnoſcant tamen unum ſenem ratione antiquitatis, juvenem ratione novitatis. Auctor igitur ita à viâ deflectit, ut non nos, in viis Domini ejus gratiâ jam antè ambulantes, in viam revocet, ſed ſe ipſum in pernicioſiſſima avia præcipitet.

nunt; cur illud rident? cur, quod ſacræ literæ tam clarè tradunt, impiè exagitant? Nondum is Chriſtianæ religionis naturam ſatis novit, qui id ignorat. Chriſtianos ab Ethnicis illud hac in patre disjungit, quòd Chriſtiani unum Deum ſummum agnoſcunt, nec ulli præterea Divinitatem tribuunt, niſi cui eam Deus ille ſummus revera conceſſerit. Sed hoc nondum eos à Iudeis aut Turcis diſpeſcit. A Iudæis enim & Turcis illud disjungit, quòd Chriſtiani præter illum ſummum Deum, etiam Filium ejus pro Deo ſuo colant, ſeu, ut Paulus loquitur, unum Deum Patrem, ex quo omnia: & in quem nos; & unum Dominum Ieſum Chriſtum, per quem omnia, & per quem nos, agnoſcant. Sed hæc obiter, nec tamen abſque neceſſitate, dicta ſunt. Deflectendum enim paulùm erat à via, ut errantes in viam revocaremus.

Bisterfeldii
Cap. XIX.

Reſponſio ad argumentum undevigeſimum, ex eo ductum, quòd Chriſtus & opera & verba ſua Patri adſcribat: quòdque non prima, ſed ſecunda ſit rerum ad ſalutem ſpectantium cauſſa.

Reſpondemus: Chriſtum opera ac dicta ſua adſcribere Patri, non ut illum ſolum primum eorum auctorem eſſe doceat, vel ea divinæ ſuæ naturæ adimat, ſed ut ſe ea non contra Patrem ſed unà cùm Patre facere oſtendat. Quod ut manifeſtum fiat, non opus eſt longâ confirmatione: cùm id ſuprà ſatis probaverimus, & cuivis occa-

Crellii
Cap. XIX.

Argumentum undevigeſimum, quòd Chriſtus & opera & verba ſua Patri adſcribat: quodque non prima, ſed ſecunda ſit rerum ad ſalutem ſpectantium cauſſa.

Vt igitur ad alia ſententiæ noſtræ argumenta pergamus; ſubjungi poſſunt illis, quæ modò attulimus, teſtimoniis, ea Iohannis loca, in quibus Chriſtus opera dictaque ſua Patri, tanquam primo auctori, non ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſibi ſuæque alicui naturæ divinæ, adſcribit. In quibus tamen hoc loco non multùm immorabimur, partim quia nonnulla de iis ſuperiùs diximus, cùm ea ex Iohanne recenſeremus loca, in quibus aliquid de Chriſto negatur, quod de eo negari non poſſet, ſi Deus ille ſummus eſſet, ſecundo ac tertio hujus ſectionis capite: partim etiam quia proximè præcedentibus locis, in quibus aliquid dignitatis Chriſto à Deo datum, donatum, in eumve collatum eſſe dicitur, ita ſunt affinia, ut eadem propè cum illis vim habeant. Recenſebimus tamen potiora ex illis, in quibus Chriſtus opera ſua Patri adſcribit, (nam ea, quæ de doctrina ipſius loquuntur, plæraque ſuprà ſunt à nobis adducta, [a] partim verbis ipſis adſcriptis, partim locis, ubi extent, annotatis) & aliquid adhuc iis, quæ ſuperiùs ea de re dicta ſunt, adjiciemus. Omiſſo ergo celebri illo cap. 5. loco, in quo Chriſtus aſſerit, ſe nihil ex ſe ipſo facere; Patrem ſibi omnia demonſtrare quæ ipſe facit, & adhuc majora ſibi demonſtraturum opera, v. 19, 20; itemque illo cap. 14. 10, ubi ait, Patrem in ſe manentem, ipſum facere opera illa; de quo utroque ſatis ſupra dictum [b] eſt; pertinent huc illa Chri-

[a] cap. 4.

[b] cap. 3. hujus ſect.

occaſionem verborum attendenti, ipſaque verba perpendenti obvium ſit. Nam Ioh. 5. 36. *non dicit Chriſtus, quòd ipſe non ſit prima ſuorum operum cauſa, ſed tantùm quòd Pater ipſi ea opera dederit, ut teſtimonium de ſe perhibeant, quòd Pater ipſum miſerit. Scopus igitur Chriſti eſt, oſtendere, quòd ipſe non ſit falſus propheta, qui aliquid contra Deum Iſraelis faciat, ſed qui ejus veraciſſimus ſit legatus, quique non niſi ei grata faciat. Nam ſe primam ac principalem ſuorum cauſam apertè profitetur: dum dicit:* Ut perficiam iſta opera: *&* Ea ipſa opera quæ ego facio. *Hæc autem dicit ſe facere in nomine Patris ſui,* c. 10. 25, *non ut neget ſe ea quoque facere ſuâ potentiâ, auctoritate, & conſenſu, ſed ut refutet calumniam Iudæorum, quam in ipſam effuderant,* v. 21, *quaſi omnia contra Patris potentiam, auctoritatem, ac juſſum faceret. Hoc perſpicuè apparet ex* Io. 14, 26. *ubi dicit Chriſtus;* Paracletus autem, Spiritus ille ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ipſe docebit vos omnia. *At hunc Spiritum ipſe Chriſtus quoque miſit. Vides igitur quòd Chriſtus ea quæ in nomine Patris facit, in ſuo quoque nomine faciet. Et, ſi in nomine alicujus aliquid facere, ſupremæ Deitati repugnat, neque ipſe Pater Deus ſupremus fuerit. Idem confirmant* verſ. 37. *&* 38. *præſertim ſi conferantur cum* 30. 33. *Nam non ſolùm Patris opera ſibi vendicat, dum dicit,* Ego facio opera Patris mei: *id eſt, ego, & illa, & tanta facio opera, quæ, & quanta Pater meus facit: verùm etiam hinc firmiſſimè concludit, ſe eſſe unum cum Patre; ſe eſſe Deum; ſe eſſe illum Dei Filium; in ſe denique eſſe Patrem, & ſe in Patre. Si vero horum verborum ſenſus eſt, quem vult adverſarius, nimirum,* Non ego hæc facio, ſed Pater: *non ego ſum prima meorum*

meorum operum cauſa, ſed ſecunda: quâ ratione talia & tanta concludit? cùm verus Apoſtolus, miracula faciens, idem de ſe dicere queat. Nec *obſtat* c. 11. 22. & 41. *ubi dicitur:* Ego novi quòd quæcunque à Deo petieris, ea tibi daturus ſit Deus. *Et*, Pater, gratias ago tibi quòd audieris me. *Hîc enim non dicitur, quòd Chriſtus virtutem, poteſtatem, atque auctoritatem ſibi propriam, ac naturaliter in ſe reſidentem, miracula faciendi non habuerit: ſed tantùm quòd à Deo, quando aliquid coram hominibus vult facere, petere ſoleat, & Deus ipſi id dare: id quòd ratione naturæ ſuæ humanæ officiique ſui ipſum feciſſe, ipſemet docet: dum inquit:* Ego autem ſciebam quòd ſemper me audis: ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, ut credant, quòd tu me miſiſti. *Quaſi dicat: Ego quidem non ideo indigeo precibus, ut facultatem ac potentiam miracula faciendi impetrem, ſed tamen oro propter populum circumſtantem, ut intelligant & credant, me non eſſe seductorem, me non agere contra te, me non quærere gloriam meam cum tuâ ignominiâ, ſed quòd tu me miſeris, quodque omnis mea gloria ad te redundet. Iam enim clariſſimè Marthæ dixerat*, v. 15, Ego ſum illa reſurrectio, ego ſum vita illa. *Quomodo, quæſo, ſe ita appellare potuit, ſi unicum Lazarum è mortuis ſuſcitandi vim ac facultatem in ſe non habuit. Hîc obſervetur, quòd adverſarius modum, quo Chriſto virtus miracula faciendi communicata fuerit, definire non audeat, dum dicit:* Et virtus ea perficiendi ſemper illi ſubminiſtraretur, vel ſubminiſtrata nunquam auferretur. *Etenim ſive eam habitum, ſive continuum actum fuiſſe aſſerat, ſibi ipſi, rectæ rationi, Deique verbo bellum inferet. Etſi autem illorum* Chriſti verba, quæ itidem extant cap. 5. 36: *Ego habeo teſtimonium majus Iohanne* (vel *Iohannis*, ſcil. *teſtimonio*;) *opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quòd Pater miſit me.* & c. 10. 25: *opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.* Quid autem eſt, ea in nomine Patris ſui facere, quam facere potentiâ, auctoritate, ac juſſu Patris? & eodem cap. v. 37. 38: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Sì autem facio, etiamſi mihi non vultis* (vel *velitis*) *credere, operibus credite, ut cognoſcatis, & credatis, quia* (vel *quòd*) *Pater in me eſt, & ego in Patre.* & cap. 11. 41, Lazarum reſuſcitaturus, ita ait: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. ego autem ſciebam, quòd ſemper me audis: ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, ut credant, quòd tu me miſiſti.* Ex quo loco apparet, quòd Chriſtus Lazarum reſuſcitaverit, aliaque ſimilia ediderit miracula, id inde profectum fuiſſe, quòd à Patre exaudiretur, & virtus ea perficiendi ſemper illi ſubminiſtraretur, vel ſubminiſtrata nunquam auferretur: id quod etiam Martham, quæ Ieſum eſſe Chriſtum Dei Filium jam agnoverat, crediidiſſe vidimus, ut v. 22.

profitetur. Horum autem nihil de Chriſto dici poſſet, ſi is Deus ille ſuppremus eſſet, omniaque illa miracula ex ſe ipſo, ſeu virtute, poteſtate atque auctoritate ſibi planè propriâ, ac naturaliter in ſe reſidente, edidiſſet. Taceo finem illorum operum à Chriſto perſpicuè expreſſum, nempe ut credatur, ipſum à Patre miſſum eſſe: & ſic Patrem in ipſo, tanquam in unico legato, chariſſimoque Filio, eſſe; ac viciſſim ipſum eſſe in Patre, ſeu cum illo maximè unitum eſſe; prout ſimilia apud eundem Iohannem verba alibi [a] accipiuntur. At qui ſi Chriſtus ſummus ille Deus eſſet, & virtute ſibi planè naturali miracula edidiſſet, non hic illorum finis eſſe debuiſſet, ut ab alio miſſus eſſe crederetur; ſed potiùs ut à ſe ipſo veniſſe, & omnibus ſuo ipſius nomine præcepta dare ac promiſſa proponere intelligeretur.

[a] Vide Ioh. 6. 56: 14. 20: 15. 4, 5: 17. 21, 22, 23, 26. 1. Io. 2. 5, 6, 24, 27, 28 3, 24: 4. 12, 13, 15, 16: 5, 20.

Effugio illi diſtinctionis naturarum rima jam antè eſt præcluſa, ſiquidem hæc de Chriſto ſimpliciter ſeu abſque limitatione efferuntur: quod fieri non poſſet, ſi is unus ille eſſet Deus: quia eadem de ipſo etiam abſque limitatione neganda eſſent Deinde, quia operationes illæ Chriſti ſuppoſito, ſeu perſonæ, quà talis eſt, propriè conveniunt, non naturæ, quæ perſona non ſit. Quare vel huma-

rum operum finis quoque fuerit, ut crederetur, ipſum à Patre miſſum eſſe, nihil tamen hinc obtinet adverſarius. Non enim hoc fine opera ſua faciebat Chriſtus ut, ſimpliciter crederetur ipſum miſſum eſſe à Patre, ſed ut crederetur ipſum ideo, eo modo, & talem eſſe miſſum, quare, quomodo & qualem, ſe miſſum eſſe profitebatur: nimirum ſe eſſe miſſum ut tanquam verus Deus & verus homo, & toties in V. T. promiſſus Meſſias, ſalutis negotium perficeret. Quo ipſo non tantùm docebatur, ipſum cum Pater eſſe maximè unitum, verùm etiam ipſum cum Patre eſſe unum. Nimirum in miſſionis cognitione, perſonæ quoque & officii cognitio continebatur.

Ita naturarum diſtinctioni rimas præcluſit adverſarius, ut veritatis ſtricturæ hâc atque illac penetrent. Perpetuò rem vel mediocriter in Logicâ verſatis abſurdam repetit: nimirum, omnia illa abſque limitatione eſſe intelligenda, quæ abſque expreſſâ limitatione efferuntur. Non tamen hanc naturarum diſtinctionem omnibus his locis applicamus, ſed tantum Ioh. 11.22, 41. Cui adjungit alterum præclarum principium, ſcilicet hoc: Quæcunque perſonæ, quâ talis eſt propriè conveniunt, ea ſingulis quoque ejus partibus convenire debent. Quidni igitur cùm toti homini, quâ perſona eſt, competat, eſſe perſonam ex animâ rationali & corpore compoſitam, idem animæ competit? Habemus igitur animam ex animâ rationali & corpore compoſitam. Imò & pedem ratiocinantem habebimus, cùm homini, qua perſona eſt ratiocinari conveniat. Opera autem ſua Chriſtus divinæ naturæ ſatis ſuperque adſcripſit, dum ſe Patris, id eſt, diviniſſima opera facere ac perficere toties inculcavit.

Ab his non diſſentiunt loca reliqua. De quibus enim operibus Act. 2. 22. *agitur, ea erant*

erant talia & tanta, ut Deum Patrem ea per Chriſtum non tanquam per inſtrumentum, ſed tanquam ejuſdem ſecum eſſentiæ Filium feciſſe clariſſime appareret. Nimirum talem ipſum Deus Pater approbaverat, vel potiùs evidentiſſimè demonſtraverat, qualem eum univerſa veteris & novi federis Scriptura deſcribit. Quomodo autem Deus Pater cum illo fuerit, Petrus Act. 10. 38. *ſatis indicat; tùm his verbis quomodo Deus eum unxerit Spiritu Sancto & virtute, quorum commentarium tibi ſuppeditabit* Pſal. 45; *tum ſequentibus* 42. & 43. verſibus. *Quæ verò conſequentia eſt? Chriſtus venit à Deo magiſter; Deus fuit cum Chriſto: Ergo Chriſtus non fuit Deus: præſertim cùm hoc dicatur ab homine divinorum myſteriorum planè adhuc rudi: quíque innuere volebat, & Chriſtum non eſſe falſum doctorem, nec agere contra Deum, ſed eſſe verum doctorem, ac habere Deum ſibi præſentem. Itaque adverſarius nec Petro Chriſti Deitatem non ſolùm ſatis, ſed & commodiſſimè indicanti, novam formulam præſcribere, nec à Nicodemo in ſalutifera doctrinâ vixdum tirone, aliam expectare debebat.*

Nec eſt quòd argumentis doceat, Dei nomine Patrem intelligi: nos id ultrò concedimus. De naturarum diſtinctione jam ſæpius dictum. Ceterùm, ſi adverſarius oſtendere non potuit, Chriſtum in miraculis non fuiſſe primam, ſed ſecundam tantùm & intermediam cauſam, quanto minùs illud in reliquis ejus actionibus præſtabit? cùm plurimæ illarum nullam cauſam inſtrumentalem admittant: ipſe verò per cauſam ſecundam & intermediam nihil aliud quàm inſtrumentalem intelligat. Etenim ſi omnia per Chriſtum facta ſunt quæ facta ſunt. Ioh. 1. 3, *per ipſum quoque facti fuerunt Angeli, prima omnium corporum materia quam* chaos *vocare ſolent, humanam naturam perſonam eſſe fateri debent, ſi de ea intelligere illa velint; & ſic Chriſtum divinam perſonam altiſſimumque illum Deum eſſe negare coguntur; vel aſſerere, de Chriſto etiam, quà perſona eſt divina, ipſeque ille altiſſimus Deus, illa dici. Præterea non alteri perſonæ ſed alteri ſui ipſius parti, hoc eſt, naturæ divinæ, ea adſcribere debebat; niſi illam otioſam ea in re fuiſſe velis: cum otioſa eſſe non poſſet, Patre operante, ſi una eademque numero eſt utriuſque natura.*

Addenda autem his è Iohanne petitis locis ſunt illa Petri Act. 2. 22. *Ieſum*, inquit, *Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis* (ſeu *apud vos*) *virtutibus, & prodigiis, & ſignis, quæ fecit Deus per illum in medio veſtri* &c. & illa ejuſdem Petri cap. 10. 38. ubi ait: *quomodo unxit eum* (Ieſum à Nazareth) *Deus Spiritu Sancto & virtute, qui pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* id quod agnoverat antea Nicodemus, dum ita Chriſtum alloquitur: [a] *Scimus, quòd à Deo veniſti, magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum illo.* Atqui ſi Chriſtus Deus ille ſupremus eſſet; nec Deus per illum ea facere dicendus eſſet; nec hanc Petrus afferre cauſam debuiſſet, cur mira-

[a] Ioh. 3. 2.

cula edidiſſet Chriſtus, *quoniam Deus erat cum illo* : ſed hanc, *quoniam ipſe Deus erat*, aut, *quoniam divinam in ſe eſſentiam habebat*; vel quocunque tandem modo rem eandem efferre placuiſſet.

Neque verò hîc dici poſſe, Dei *nomine divinam Chriſti naturam intelligi, ſed Patrem Chriſti; iisdem argumentis doceri poteſt, quibus uſi ſumus in defenſione argumenti proximè præcedentis, cùm de iis ageremus teſtimoniis, in quibus Deus aliquid Chriſto dediſſe, aut aliquid in eum contuliſſe dicitur. Diſtinctionem etiam naturarum paulò antè excluſimus.*

Sed ne de ſolis Chriſti miraculis agamus, adjiciamus ea ſcripturæ loca, quibus oſtenditur, Chriſtum cæterarum quoque actionum, quas edidit, diviniſſimarum, atque ad ſalutem noſtram maximè pertinentium, non a primam, ſed ſecundam intermediamque cauſam eſſe. Id verò ex iis intelligitur locis, in quibus aſſeritur, *per eum omnia facta eſſe*. ut Ioh. 1. 3. *in ipſo condita eſſe univerſa*, h.e. per ipſum, (*in* enim pro *per* Hebraico more paſſim ſumi, omnibus eſt notiſſimum) Col 1. 16. quod eodem ſtatim verſiculo explicatur, dum dicuntur omnia *per ipſum* eſſe creata. Nam quòd ibidem ſubjicit vul-

a Chriſtum ſecundam, non primam eſſe rerum ad ſalutem noſtram pertinentium cauſam.

ſolent, & animæ rationales. At prima philoſophia nos docet, harum rerum creationi cauſas inſtrumentales vel intermedias aſſingere, eſſe omnem primâ ac immediatam creationem è rerum naturâ tollere. Verùm rident noſtram interpretationem, ſuumque de initio Euangelii acutiſſimum inventum ſubſtituunt: quod quam ab omni ſanâ diſſerendi ratione ac Scripturæ conſuetudine abhorreat, & à noſtris, & à nobis alibi ſatis exponetur. Hâc vice nobis ſufficiat, quòd abſurdiſſimum ſit, fingere, Iohannem euangelicæ hiſtoriæ ſcriptorem fideliſſimum, clariſſimum, ac accuratiſſimum, rem cuivis ſanâ mente prædito ac vel leviſſime euangelicæ hiſtoriæ ab aliis deſcriptæ gnaro neceſſariò notiſſimam, tàm obſcuris ac intricatis phraſibus, & quidem in primo ſuæ hiſtoriæ limine, deſcripſiſſe, ut per hæc verba, Hic erat ab initio apud Deum, *indicare voluerit: In initio Euangelii, cùm prædicare cœpit Iohannes Baptiſta, qui Chriſto tantùm aliquot menſes natu major erat, jam erat Chriſtus, ſed latebat, nec dum cognitus erat hominibus. Clarius etiam hæc opinio refutatur ex* Col. 1. 16. *ubi omnia tam inviſibilia quàm viſibilia omneſque Angelorum ordines expreſſe narrantur. Ac licèt ibi non de primâ ipſorum creatione, quod tamen falſiſſimum eſt, ac ab ipſo contexu apertiſſimè refellitur, ageretur, quâ ratione Chriſtus novæ creationis cauſa ſecunda & intermedia ſive inſtrumentalis eſſe potuit? Quis unquam audivit, cauſam inſtrumentalem eſſe ipſius effectionis finem, & quidem principalem? At disertè dicit Apoſtolus:* Illa omnia per ipſum & in ipſum ſunt condita. *Quomodo autem Pater per Chriſtum ſibi omnia reconciliaverit, ex his patet, quæ partim hîc, partim ſuprà de loco* 1. Cor. 8. 6. *diximus. Cumque plurima* Epheſ. 3. 9. *&* Hebr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Heb. 1. 2. *ſub conditis & creatis contineantur, quæ omnem cauſam ſecundam ſeu inſtrumentalem excludunt, fruſtrà hæc loca allegat adverſarius. Poterat enim vel ex ultimis duobus locis diſcere adverſarius, quomodo ſit intelligendum, quando Pater aliquid per Chriſtum facere legitur. Nam cum toties in ſcripturâ occurrat, quòd Chriſtus Spiritum Sanctum effundat, quòd ipſe illum mittat, quòd in ipſius nomine mittatur, quòd ipſe habeat Spiritum ut eum emittat, quòd ipſe baptizet Spiritu Sancto, & plurima alia, quæ de ipſo nullàtenus dici poſſent, ſi non principalis ſed inſtrumentalis ejus miſſionis cauſa foret, quivis videt, non ideò Scripturam vocula* per *uti, ut neget, Chriſtum primam quoque eſſe ſuorum operum cauſam. Accedit quod nulla ratione cogitari vel fingi poſſit, quomodo Chriſtus Spiritus Sancti cauſa intermedia eſſe queat, etſi Spiritum Sanctum nil niſi virtutem eſſe concederemus. Nam id vel fieret, quòd Spiritus Sanctus primò in Chrſtum effunderetur, tùm ab eo in homines: vel quòd immediatè quidem ipſis hominibus infunderetur, Chriſto tamen concurrente & ſimul cum Patre influente. At neutrum ullâ ratione fieri poteſt.* Non primùm: *quia, ut plurimas alias rationes taceam, abſurdum eſt, quòd virtus ſeu qualitas aliqua ab uno ſubjecto in aliud migret.* Non ſecundum: *quia non minùs abſonum eſt, quòd nuda creatura divinam virtutem, quæ infinitis in locis ac ſubjectis omnia operatur, quæque res omnes in ſuâ naturâ, vitâ, ac motu conſervat, & producere, & in alias creaturas influere queat. Idem quoque evidenter colligitur ex Rom. 2. 16. Etenim ſi Deus tantùm judicaturus eſt occulta hominum per Chriſtum tanquam per ſecundam & intermediam cauſam, quid eſt quod Chriſtus* Ioh. 5, *præfer-*

vulgata verſio, etiam *in ipſo* omnia eſſe creata, id Græcè eſt *in ipſum*, & finem denotat. Sic paulo pòſt eodem loco dicitur, placuiſſe, nempe Deo, *omnia per ipſum reconciliare*, quæ in cœlo & in terra. Alibi etiam *per eum omnia eſſe* dicuntur, 1. Cor. 8. 6. de quo loco ſuprà actum eſt. Ubi etiam oſtendimus, non eo modo id accipi debere, quo de Deo ipſo ſemel atque iterum dicitur, *per eum eſſe omnia*. De Deo enim non ita ſumi, quaſi aliquis, ſui ſuprema ſit operis cauſſa, per eum quippiam fecerit; ſed ſimpliciter, quòd is ſit omnium cauſſa efficiens, vel quòd ipſius virtute atque operatione omnia ad exitum perducantur. At de Chriſto non ſemel dici, aliquem alium, nempe Deum, quem ſupremam operum cauſſam eſſe nemo neſcit, per Chriſtum omnia facere aut feciſſe. Nam inter alia ait Apoſtolus Eph. 3. 9, *qui* (*Deus*) *omnia creavit per Ieſum Chriſtum*, ut exemplaria Græca conſtanter legunt: & Auctor Epiſtolæ ad Hebr. 1. 2, cum dixiſſet, Deum his ultimis temporibus nobis loquutum eſſe *in Filio*, h. e. per Filium, ex Hebraiſmo paulo antè notato, addit: *per quem & ſecula fecit*, nempe Deus ille, qui per eum nobiſcum eſt loquutus. Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Sic & 2. Cor. 5. 18. dicitur: *omnia [eſſe] ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Ieſum Chriſtum.* alibi: *Deum nobis victoriam dediſſe per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, 1. Cor. 15. 57. *Deum Spiritum Sanctum effudiſſe in nos abundè per Ieſum Chriſtum Salvatorem noſtrum*, Tit. 3. 5. *Deum judicaturum occulta hominum* (ſecundùm Pauli Euangelium) *per Ieſum Chriſtum*, Rom. 2. 16. ut alia ſimilia loca prætercam. Ex quibns omnibus apparet, Chriſtum non eſſe ſupremum illum Deum. Hic enim eſt prima ſupremaque omnium rerum, quas facit, cauſa, non ſecunda aut intermedia. At iſta loca docent, Chriſtum intermediam, non primam ſupremamque eorum, quæ facit, cauſſam eſſe. Alioquin dici non poſſet, Deum per ipſum omnia facere.

Quod ſi enim quis dicat, Paulum [a] *aſſerere, ſe Theſſalonicenſibus* dediſſe præcepta per Dominum Ieſum, *aut per Chriſtum eos hortari, licèt Chriſtus media illius actionis cauſſa, reſpectu Pauli, fuiſſe non videatur, ſed Paulus potiùs reſpectu Chriſti: reſpondemus, illam ſignificationem, quæ cæteroquin etiam in ſacris literis rara eſt, illic locum haudquaquam habere poſſe, ubi Deus per Chriſtum vel omnia, vel aliquid feciſſe dicitur; quem-*

[a] 1. Theſſ. 4. 3. 2. Theſſ. 3. 12.

præſertim verſu. 22. *&* 27, *Paulus etiam*, 1. Cor. 15. 24. *docet? Sanè adverſarii tàm abſolutam Chriſti poteſtatem in Eccleſia gubernanda judicioque inſtituendo deſcribunt, ut ipſum Deum Patrem ferè ab omni gubernatione removeant. Quæ igitnr, inquis, eſt cauſa quod cùm Filius ſuorum operum æquè cauſa prima ſit ac Pater, Pater plerumquè per ipſum agere, raro autem Filius ipſe per ſe agere dicatur? Cauſa eſt diviniſſimus Scripturæ ſtylus, qui & rerum naturæ, & piorum captui accommodatiſſimè loquitur. Cùm enim in pietatis myſterio tres ſint perſonæ, quæ ut eſſentia eadem, ita & potentia æquales ſunt, mens noſtra vix ac ne vix quidem ordinem quendam ab omni perfectione immunem apprehendere poteſt, niſi anguſtis ſuis menſuris infinitam illam perfectionem quaſi metiatur. Ipſarum itaque ineffabilem coordinationem vocibus à ſubordinatione fermè deſumtis adumbrare conatur: itaque Patri fermè præpoſitionem* à, *quæ cauſam primam; Filio* per, *quæ cauſam intermediam; Spiritui Sancto* in, *quæ cauſam proximam exprimere ſolet, applicat. Quam tamen ſuam imperfectiſſimam cognitionem, & ab ipſarum perſonarum majeſtate, & à rerum productarum naturâ, & ab ipſâ Scripturâ monita corrigit, omnique imperfectione rejectâ ſenſum ſolam perfectionem ſignificantem retinet. Filius itaque ratione ordinis cauſa ſecunda, Spiritus Sanctus tertia dici poteſt: ſed ratione virium ac poteſtatis uterque eſt cauſa prima. Non ſecùs ac Deo aliàs interna effecta, nunc adjuncta, mox genus, tùm differentiam prudenter ac utiliter tribuit: quamvis hæc omnia divinæ perfectioni è diametro repugnent. Huic noſtræ mentis infirmitati ſe accommodat Spiritus Sanctus in Scriptura, cùm ejusmodi vocibus ac phraſibus utitur, quæ piis*

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ac modeſtis ingeniis perfectiſſimum divinarum perſonarum ordinem ob oculos ponunt: audacibus autem ac ſui opinione tumidis ob ipſorum incogitantiam ac inconſtantiam errandi auſam præbent. Atque hæc eſt cauſa, quæ in pleriſque locis locum habet, licèt in nonnullis de Chriſto dictis accedat, quòd Deus Pater per naturam Chriſti humanam revera tanquam per cauſam inſtrumentalem agat.

Licet autem longè aliter Pater per Filium, quàm Paulus per Chriſtum agere dicatur, hinc tamen, ut & ex illis locis ubi per Patrem aliquid fieri vel eſſe dicitur, patet, quòd vi præpoſitionis per nihil concludi queat. Quid autem adverſarius per cauſam ſecundam ac intermediam intelligat his verbis; nimirum, ut Deus primum ac principale agens, Chriſtus ſecundum atque intermedium, quòd ab illo dependeat, ſtatuatur; ſatis indicat: ſcilicet nihil aliud quàm inſtrumentalem. Cauſa enim inſtrumentalis nihil eſt aliud quàm cauſa ſecunda & intermedia à principali agente dependens.

Ex his reliqua loca, quæ de Chriſti officio agunt, nullo negotio explicantur. Quamvis enim 1. Cor. 1. 30. doceatur, quòd Chriſtus à Patre redemtor noſter conſtitutus fuerit, attamen ex ipſiſmet Chriſti attributis patet, quod talis eſſe non potuiſſet, niſi verus & æternus Deus fuiſſet. Quòd præterea non ſolùm Apoſtoli ſcopus ac concluſio, ſed etiam Ieremiæ 9. 24 allegatio confirmat. Hæc enim proponit, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. At ſi Chriſtus non eſt æternus Deus, ii qui in ipſo gloriantur, non gloriantur in Domino, id eſt, in Iehova, ut patet ex Ieremia. Nos autem in Chriſto poſſe ac debere gloriari, ſatis conſtat. Quæ omnia ſunt clariora, ſi obſervetur, quòd Iehova ille, qui c. 9. Ieremiæ loquitur, ſit Chriſtus.

quemadmodum id ipſum, quod modò nobis ipſis objicientes diximus, docet. Eo enim modo, quo Paulus per Dominum Ieſum ſe præcepta dediſſe, aut hortari ait, non niſi inferior per ſuperiorem agere quippiam poteſt. Significat enim, ſe iſta feciſſe aut facere auctoritate domini Ieſu interpoſita; hac ſua ſe præcepta atque hortationes fulcire. At hoc modo nihil Deus per quemquam agere poteſt. Reſtat ergo, ut uſitatiſſima vocula per ſignificatio retinenda ſit ibi, ubi Deus per Chriſtum facere quippiam dicitur, nimirum, ut Deus primum ac principale agens, Chriſtus ſecundum atque intermedium, quod ab illo dependeat, ſtatuatur. Quod inſuper illuſtri illo Pauli loco confirmatur, qui extat 1. Cor 1. 30. ubi Apoſtolus omnia beneficia, quæ Deus per Chriſtum in nos contulit, complectitur, dum ita ait: *Ex ipſo* (nempe *Deo*) *vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſticia & ſanctificatio, & redemtio.* Vides, eum ſapientiæ, juſticiæ, ſanctificationis ac redemtionis noſtræ, non primum auctorem, ſed cauſſam ſecundam, & à priori alia, nempe Deo, pendentem ſtatui? quandoquidem expreſſè *factus eſſe nobis* dicitur *à Deo ſapientia & juſticia, & ſanctificatio, & redemtio*, h. e. cauſſa ſapientiæ, juſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ficationis, ſanctificationis, & redemtionis liberationisque noſtræ. quod etiam ſignificatum fuit verbis præcedentibus, in quibus Corinthii, qua Chriſtiani nimirum erant, *eſſe ex Deo in Chriſto Ieſu*, ſeu per Chriſtum Ieſum, dicuntur. Non diſſimilis huic locus extat Hebr. 5. 9, 10. ubi dititur, quòd Chriſtus *conſummatus, factus ſit omnibus obtemperantibus ſibi cauſſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex juxta ordinem Melchiſedech.* Vides, cum *factum eſſe cauſam ſalutis æternæ*, & quidem eatenus, quatenns à Deo Pontifex eſt renunciatus? Cum hoc autem loco convenit ille, quem ſuprà ex Actis citavimus cap. 5. 31. ubi *Deus* dicitur Chriſtum *principem & ſalvatorem exaltâſſe* (h.e. ut is princeps ac ſalvator fieret, eum extuliſſe) *dextrâ ſuâ, ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum.* Accedunt his illa loca, quæ de effuſione Spiritûs ſancti à Chriſto facta loquuntur, quæ ſanè actio una eſt ex illuſtriſſimis, ad ſalutem humani generis ſpectantibus. Et ne reptamus illum ex Iohanne locum, quem ſuprà jam citavimus, de precibus à Chriſto ad Patrem fuſis diſſerentes, cap. 14. 16, *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis*, & quæ ſequuntur; alius adhuc extat apud eundem Iohannem eadem de re locus infrà cap. 15. 26. *Cum autem*

ſtus. Similiter Hebr. c. 9. 10. *agitur de ipſius officio, quod qua ratione diſtinctè pro diverſitate naturarum conſiderandum ſit, jam ſæpius indicatum fuit. Quòd autem non tantùm cauſa inſtrumentalis fuerit, expreſſe docent magnificentiſſimi tituli, cùm vocatur* αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, *auctor, non inſtrumentum, ſalutis æternæ, &* Act, 5. 31. ἀρχηγὸς καὶ σωτὴρ, princeps & ſalvator. *At non ſolùm multa in negotio ſalutis occurrunt, quæ nullam cauſam inſtrumentalem admittunt: ſed etiamſi omnia talia eſſent, attamem Chriſtus* Hebr. 10. τῆς σωτηρίας ἀρχηγὸς, ſalutis Princeps, *dici non poſſet. Bene quoque meretur de orthodoxa ſententia, cùm loca de Spiritûs Sancti effuſione allegat.* Nam *res ipſa docet, quòd nulla inſtrumentalis cauſa in ea locum invenire queat. Explicent nobis, quæſo, modum, quo Chriſtus poſſit effundere Spiritum Sanctum, ſi ſupremus Deus non ſit. Quin Pater ſit prima hujus actionis origo, nemo dubitat. Sed ſi Chriſtus nihil niſi inſtrumentum eſt, quomodo dicit Chriſtus:* Ego mittam eum vobis à Patre? *Ioh.* 15. 26. *Quomodo Ioh.* 16. 14? Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. *Quàm falſa autem interpretatio illa ſit,* procedit à Patre, *id eſt, prima ipſius cauſa eſt Pater, alibi dictum. Planè abſurda quoque eſt explicatio,* Ioh. 7. 39, *cùm ex textu planiſſimum ſit, ideò nondum fuiſſe illa Spiritûs Sancti dona, quia ſingulari Chriſti gloriæ reſervabantur. Quemadmodum etiam indicatur* cap. 16. 7. *Secus non dixiſſet, vobis expedit, ſed multò magis, mihi.*

autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. ubi vides, Chriſtum non à ſe, tanquam à primo fonte, ſed à Patre miſſurum fuiſſe atque adeò miſiſſe Spiritum ſanctum, quem etiam nominatim à Patre ait procedere; primam illius cauſſam Patrem, ſe mediam conſtituens. Eadem de re inſignis extat in Actis locus, quem ſuprà [a] etiam citavimus, cap. 2. 33. ubi ſtatim à prima illa atque illuſtriſſima Spiritus ſancti in diſcipulos Chriſti effuſione ita loquitur Petrus: *Dextera igitur Dei exaltatus* (Chriſtus,) *& promiſſione Spiritus Sancti acceptâ à Patre, effudit hoc, quod nunc videtis & auditis.* Spiritum ergo Sanctum a Patre, ut alibi [b] ipſe Chriſtus dixit, promiſſum, ab eodem poſtea re ipſa accepit, & ſic demùm in Apoſtolos effudit. Quod quid eſt aliud, quàm Patrem primam illius effuſionis cauſſam, Chriſtum ſecundam eſſe, à Patre ea in re penitus dependentem? Ex quibus etiam intelligi poteſt, cur Iohannes cap. 7. 39. dixerit, *Spiritum Sanctum nondum fuiſſe, quia Ieſus nondum fuerit glorificatus*; nempe quia non niſi dextera Dei exaltatus ac glorificatus Spiritum Sanctum dare potuerit. Vnde ipſe quoque Chriſtus dixit, cap. 16. 7. *Ego veritatem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam,* (nempe ad Patrem, & ſic glorificer.) *Niſi enim abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Quàm longè autem hæc abſint ab ea ſententia, quæ Chriſtum ipſum Deum ſummum, & ſic primam ſummamque omnium rerum actionumque cauſſam conſtituit, & nos jam oſtendimus, & quivis per ſe facilè poteſt cernere.

[a] Cap. 18. hujus ſect.

[b] Act. 1. 4.

Diſtinctio naturarum non magis hîc, quàm in præcedentibus locis, argumentiſque inde ductis, locum habet: tum quia neceſſe eſſet, de eodem Chriſto eadem, quæ de illo hîc ſimpliciter ob humanam naturam dicuntur, ob divinam negare: tum quòd hæc quoque loca tacitam negationem, & quidem ſimplicem, in ſe contineant, nempe Chriſtum iſta ex ſe ipſo non facere, ſeu primam iſtorum operum cauſſam non eſſe: tum denique quia operationes illæ non niſi ſuppoſito ſeu perſonæ Chriſti, quà talis eſt, conveniunt; & partim loca ipſa manifeſtè indicant, partim adverſarii fatentur, Chriſtum in illis conſiderari, aut ut mediatorem, ac Dei legatum, aut ut ſacerdotem, aut ut regem, &, ut uno verbo omnia complectamur, ut Servatorem, ac porrò ut perſonam. officia enim hæc non niſi perſonæ primò & per ſe competere, & nos docuimus alibi [c], *& adverſarii fatentur. Quid autem inde conſequatur, ex præcedentibus capitibus intelligitur.*

[c] Vide ſup. c. 3. 14. 16.

CAP. XX.

Argumentum vigeſimum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 16. *Iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.*

Potuiſſemus ex locis à nobis & proximè, & ſuperiùs adductis plura formare argumenta, atque adeò ex ſingulis, præſertim clarioribus, ſingula: ſed nos de numero non multùm laboramus, verùm de pondere, atque evidentia, quæ ipſa ultrò nobis numerum parit. Adeo enim materia hæc, quam tractamus fœcunda eſt, ob tam evidentem ſententiæ, quam defendimus, veritatem, ut modus potiùs argumentorum, quam copia nobis quærenda eſſe videatur. Habeantur ergo loca proximè examinata pro argumento hujus ordinis, in quo adhuc verſamur, ſexto, ex Iohannis, aliorumque ſimul ſcriptorum ſacrorum teſtimoniis petito, in quibus aliquid de Chriſto affirmatur, quod affirmari de eo non poſſet, ſi is Deus ille ſupremus eſſet; cujus generis adhuc alia ſuperſunt apud eundem Iohannem loca, quæ nunc perſequamur.

Septimum ergo argumentũ petemus ex illis Chriſti verbis, quæ extant cap. 8. Ioh. v. 16. *Si judico ego, judicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.* Quibus verbis indicat Chriſtus, ſi ipſe eſſet ſolus, nec Pater ipſi adeſſet,

CAP. XX.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 16: Quòd ſi etiam judicem ego, judicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.

Luxuriat quidem adverſarius copiâ argumentorum, ſed talium, quorum plurima unâ reſponſione refutentur: quemadmodum & anteà vidimus, & in poſterum ſæpiùs videbimus.

Reſpondemus autem ad argumentum quod auctor hujus generis ſeptimum vocat, Adverſarium & Chriſti ſcopum, & argumentum, & verba planè pervertere. Neque enim hoc vult dicere Chriſtus; Si ego eſſem ſolus, fieri poſſet ut in judicando errarem, voſque meritò de veritate judicii mei dubitaretis. Nam verſ. 14. *contrarium diſertè dicit,* Et ſi ego teſtarer de me ipſo, teſtimonium tamen meum verum eſſet. *Vbi* teſtari de ſe ipſo *non ſumitur ut* Ioh. 5. 35, *pro, falſo, & ſine fundamento aliquid de ſe jactare; ſed ſignificat, propriam ſuam conditionem ac ſtatum enarrare ac exponere. Addit autem rationem; quare, etſi ipſe de ſe ipſo teſtaretur, & quidem ſolus, teſtimoinum tamen ipſius verum ac fide dignum eſſet:* quia ego ſcio unde veniam, & quò vadam: *hoc eſt quia ego ſcio & vobis ſatis indico, quòd talis ego perſona ſim taleque officium geram, ut vel ſolum meum teſtimonium debeat eſſe αὐτόπιστον. Vos autem non ſcitis vel ſcire non vultis, unde ego veniam & quò vadam: ideòque, vos ſecundùm carnem judicatis; (quod Syrus ſcitè expreſſit, dum vertit:* Vos corporaliter judicatis.) *id eſt, Vos ſecundùm leges veſtras forenſes, in quibus ſcriptum eſt, Vnius teſtimonium nullius debere eſſe valoris, mecum litigatis ac diſceptatis: Ego verò* judico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

judicio neminem : id eſt, ego non diſputo cum ullo vel de rebus forenſibus vel more forenſi. Iam ut eos uberiùs confutaret ac confunderet, pergit ; Et licet judicarem, judicium tamen meum verum eſſet : *id eſt : imò et ſi ego qvoque juxta leges veſtras forenſes vobiscum diſputarem ac certarem, meam tamen diſputationem jure obtinerem. Quare?* Quia ego non ſum ſolus, ſed ego, & qui miſit me Pater. *Sumus ergo duo.* At in lege veſtrâ ſcriptum eſt : quòd duorum hominum teſtimonium verum ſit. *At ego teſtor de me ipſo, & teſtatur de me qui miſit me Pater. Triplici igitur argumento Chriſtus fortiſſimè refutat Iudæos. Si ego ſolus de me ipſo teſtarer, teſtimonium meum eſſet verum. At jam duo de me teſtantur. Si duo homines de me teſtarentur, teſtimonium meum verum eſſet. At jam ego & Pater teſtamur : quanto igitur magis hoc teſtimonium erit verum? Poſtea exprobrat ipſis malicioſam ignorantiam : Verùm vos, qui judicare vultis, nec Patrem, nec me, adeòque nec mei nec Patris teſtimonii vim noſtis. Ex quibus perſpicuum eſt, adverſarii argumentum planè eſſe ineptum. Chriſtus enim hîc cum ejuſmodi hominibus diſputat, qui eum non ſolùm non credebant eſſe Deum, ſed falſum doctorem appellabant. Si autem credidiſſent ipſum eſſe Deum imò ſi credidiſſent ipſum eſſe lucem illam mundi,* v. 12, *nunquam cum ipſo & contra ipſum diſputationem hanc inſtituiſſent. Chriſtus autem accuratiſſimè diſputat : quia & ex ipſâ rei veritate, & ex adverſariorum hypotheſi argumenta certiſſima ducit.*

eſſet, fieri poſſe, ut in judicando erraret, vel ſaltem non immeritò de veritate judicii ipſius dubitari poſſe. Nunc autem dubitandi cauſſam eſſe nullam, quia Pater ipſi perpetuo adſit, ac porrò eum in judicio errare nequaquam permittat. At ſi Chriſtus Deus ille ſummus eſſet, non minùs verum fuiſſet ipſius judicium, etiamſi ſolus fuiſſet, quàm nunc cenſendum eſt, quia Pater ei adſit. Num enim unius perſonæ, quæ ſummus ille Deus ſit, judicium non ita pro vero habetur, quàm ſi conſtet, aliam illi perſonam, quæ itidem Deus ſummus ſit, illi adeſſe? An ii, quibus cum loquebatur Chriſtus, ita erant ſtupidi, ut, ſi intellexiſſent, Chriſtum eſſe ipſum Deum ſummum, non ſtatim fuiſſent faſſuri, ejus judicium eſſe veriſſimum, qua, etiamſi de alia aliqua perſona, quæ ipſi tum aliàs, tum in judicando adeſſet, nil audiiſſent aut cogitâſſent?

Defenſio Reſponſionis.

QUamvis interpretatio noſtra alicui nova videri queat, eam tamen occaſio ſcopus, ac ſententiarum connexio ſatis confirmat. Unum videtur ei repugna-

Defenſio Argumenti.

DIces fortè, *Chriſtum orationem ſuam accommodâſſe Iudæorum opinioni, qui eum purum hominem eſſe crediderint. Itaque cum*

eum pro conceſſo ſumere non potuiſſe, ſe eſſe Deum illum ſummum: ſed ex re ipſis manifeſta argumentum ducere coactum fuiſſe. Verùm hæc reſponſio nulla eſt. Nam primùm, ſi Chriſtus id tantùm pro conceſſio ſumere voluiſſet, quod Iudæi de ipſo crederent; ne illud quidem, quod hîc de ſe affirmat, pro conceſſo ſumere debuiſſet aut potuiſſet, præſertim adverſariorum ſtante ſententia. Nondum enim illi credebant, Deum eſſe ipſius Patrem, id quod hîc ſumit; nondum credebant, Patrem ipſius, nempe Deum, ipſum miſiſſe, ac porrò etiam ei adeſſe. Deinde hac reſponſione uti non poſſunt adverſarii, niſi fateri velint, non ideò Chriſtum appellaſſe Deum Patrem ſuum, quia ex ejus eſſentia ita fuerit generatus, ut unus cum illo Deus eſſet. Etenim ſi hanc ob cauſam Deum appellaſſet Patrem ſuum, jam id pro conceſſo ſumſiſſet, quod eum ſumere non potuiſſe reſponſio illa contendit. Quid enim aliud foret, pro conceſſo ſumere, Deum eſſe Patrem ſuum, quàm ſe quoque Deum ſummum eſſe? Atqui manifeſtè videmus, Chriſtum hîc ponere, Deum eſſe Patrem ſuum. Quòd ſi dicas, id quidem Chriſtum ponere, ſed implicitè atque occultè, ita, ut Iudæi id non intelligerent; concidet id, quod adverſarii noſtri dicere ſolent, tam manifeſtum eſſe hoc pro generatione illa Chriſti ex eſſentia Dei argumentum, quòd Chriſtus Deum Patrem ſuum.

ſe

pugnare: quòd ex noſtrâ ſententia Actor quoque conſtituatur teſtis: quod communi juri apertè refragari videtur. Verùm in jure divino res omnino ita ſe habet: ſcilicet quod ille, cui incumbit probatio, etiam ſit teſtis. Hoc evidenter colligitur ex Matth. 18. 16. *Sin verò te non audierit, accipe tecum adhuc unum aut duos: ut ex ore duorum aut trium teſtium confirmetur res tota.* Si aſſumpto uno ſunt duo teſtes, aſſumtis autem duobus tres, neceſſe eſt ut actor quoque inter teſtes numeretur. Videtur autem Chriſtus reſpicere ad locum *Deut.* 18. 15, quòd ſcilicet ibi ſatis ſit expoſitum, unde ille veniat & quò vadat: quòdque firmiſſimum in lege habeat teſtimonium: *verſu* autem 16. 17. argumentatur contra eos ex *Deut.* 19. 15, ita ut eos evidentiſſimè confundat.

Porrò Chriſtus nec ſe à Patre miſſum eſſe, multò minùs ſummum eſſe Deum, hîc pro conceſſo ſumpſit: ſed partim ex Scripturâ, partim ex ipsâ operum evidentiâ probavit, ſe eſſe illum quem ſe profitebatur. Quid autem per illud ſignificare voluerit, cùm Deum Patrem ſuum vocavit, & ex aliis Scripturæ locis, & ex his ipſis, quos adverſarius citat, ſatis colligitur: nimirum ſe ita eſſe Dei Filium, ut eandem cum ipſo eſſentiam ac potentiam habeat. Sed applicemus ipſius interpretationem, & deprehendemus, quàm egregiè Chriſtus ex ipſius mente diſputet. Dicit, verbis objectis indicare Chriſtum, quòd, ſi ipſe ſolus eſſet, nec Pater ipſi adeſſet, fieri poſſet ut in judicando erraret, vel ſaltem non immeritò de veritate judicii ipſius dubitari poſ-

ſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſet. Hoc itaque eſt robur argumenti. Si ego ſolus eſſem, in judicando errare poſſem, & ſi tùm meritò de veritate judicii mei dubitari poſſet, ſequitur, quòd, etſi ego de me ipſo teſtor, teſtimonium tamen meum verum ſit; & licet ego judicem, judicium tamen meum verum ſit. Quam ineptiſſimam propoſitionem ſequentia uberiùs convellunt. *At in lege veſtrâ ſcriptum eſt: quòd duorum hominum teſtimonium verum ſit.* Quin hîc de duobus teſtibus omni exceptione majoribus ſermo ſit, nullum eſt dubium. At ſi adverſario credimus, ipſe Chriſtus hîc profitetur, non immeritò de ſui teſtimonii veritate dubitari poſſe, ſi ipſe ſolus eſſet. Ergo non niſi unum teſtem juxta legem firmum adducit: adeoque ſe ſuamque doctrinam deridendam proſtituit. Taceo quòd fingat hypotheſin ſimpliciter impoſſibilem: nimirùm Patrem ipſi non adeſſe: Chriſtus quidem his ſolùm verbis, *Ego non ſum ſolus*, dicere noluit, quòd ipſe ſit unus cum Patre Deus: verumtamen ſi univerſus ipſius diſcurſus accuratè perpendatur, id inde haud obſcurè ſequitur. Vis argumentationis primò in eo conſiſtit, quòd adhuc ſit alius qui cum ipſo teſtetur: poſteà efficaciſſima inſtantia in eo latebat, quòd Pater, qui ipſum miſerat, is alius teſtis eſſet. Quam ipſius vim, etſi Iudæi ex lege intelligere & potuiſſent, & debuiſſent, non tamen intellexerunt. Quòd autem, *quia ego non ſum ſolus, ſed ego, & qui me miſit Pater*, hîc propriè ſignificet, Deum ipſi ſuo favore ac ope adeſſe, nimis eſt ab inſtituto Chriſti alienum. Hic quidem ſenſus non excludi-*ſe autem Filium ipſius vocet, ut Iudæi quoque id intellexerint. Et hanc volunt eſſe cauſam, cur ei & blaſphemiæ crimen eo nomine impegerint, eúmque lapidare voluerint, ac tandem in crucem egerint, quòd Deum Patrem ſuum ſeque ejus Filium eſſe diceret; quia nimirum intellexerint, eum hoc modo indicare, ſe eſſe ex eſſentia Dei genitum, ac porrò unam cum illo eſſentiam habere. Huc enim trahere ſolent illa apud eundem Iohannem loca cap.* 5. 17, 18, *& c.* 10. 30, *& d. & c.* 19. 7. *& Matth.* 26. 63, *& d.*

Dicet fortè quiſpiam alius, hoc ipſum Chriſtum dicere voluiſſe, quod nos negemus, nempe ſe eſſe unum illum cum Patre Deum. Hanc enim ob cauſam eum affirmâſſe, ſe ſolum non eſſe, ſed Patrem ſibi adeſſe, ac porrò errare ſe in judicando non poſſe, quia Pater eſſentiæ unitate ſibi ſit junctus. Sed primùm nimis obſcurè loquutus fuiſſet, ſi rem tantam illis verbis complecti voluiſſet. Quis enim, ſi quiſpiam dicat, Ego non ſum ſolus, ſed ego & Pater, *intelligat, eum id velle dicere, ſe unius eſſe cum Deo eſſentiæ? Nam ſi dicas, voce* Patris *id ſatis indicari; animadvertendum eſt, vim argumentationis Chriſti, ſeu medium, ut loquuntur, terminum principalis argumenti, non in voce* Patris *conſiſtere, ſed in eo, quòd Pater Chriſto adeſſet. Atqui quòd Deus aut Pater cum aliquo ſit, longè aliam vim habet,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

habet, quàm unam cum illo eſſentiam habere. Significat enim ex conſuetudine loquendi, omnibus, ſed præcipuè Iudæis, familiariſſima, Deum alicui favore opeque ſua adeſſe. Quare hoc pacto mentem Chriſti, vimque argumenti non percepiſſent Iudæi. Adde, quòd, ſi tanta vis in voce Patris *eſt, cur Chriſtus dixit, Patrem ſuum ſecum eſſe? quaſi quiſpiam cogitare poſſet, eos, quos unius eſſentiæ eſſe jam intelligeret, à ſe invicem divelli, atque alterum ab altero relinqui poſſe. Denique deſcriptio illa Patris, quòd ipſum, nempe Chriſtum, miſerit, illi ſententiæ repugnat: partim quidem, quia omnino neceſſe eſt, aliam eſſe mittentis, aliam ab eo miſſi eſſentiam; nec ſummus Deus eſſe poteſt, qui ab altero eſt miſſus, ſed eo minor, ut*
a h. ſect. cap. 15. *ſuprà ſuo loco a eſt oſtenſum: partim verò, quia in hac deſcriptione Patris, non obſcurè cauſſa redditur, cur Chriſtus ſolus non ſit, ſed ſit cum eo Pater: nempe quia Chriſtus Patris ſit legatus, & quidem inſignis. Deus autem legatis ſuis omnibus favore opeque ſua in omnibus, quæ officium ipſorum ulla ratione poſtulet, ſemper adeſt. Tanto autem magis Chriſto, quam cæteris, quanto Chriſtus erat cæteris præſtantior. Hoc niſi agnoſcas, deſcriptio illa Patris ad rem præſentem nihil faciet. Non ſolet autem Chriſtus deſcriptiones otioſas, atque ad rem nihil facientes adhibere. Iam verò id, quòd Pater Chriſtum miſerit, nullo modo cauſa ejus rei eſt, quòd Chriſtus unius ſit cum Patre eſſentiæ.*

Exceptio de duabus in Chriſto naturis, ſi quis eam hîc adhibere velit, facilè iiſdem rationibus refutatur, quibus in præcedentium argumentorum defenſione uſi ſumus;

cluditur, ſed longè aliud adhuc intenditur. Fuiſſet enim petitio principii. Nam hoc ipſum acerrimè negabant Iudæi. Itaque & hîc & alibi in diſputationibus Chriſti diligentiſſimè obſervandum eſt, Chriſtum nihil unquam contra accuratas ac ſeveras diſputationis leges commiſiſſe, ſed ſemper ignotius ex notiori deduxiſſe: nimirum vel ad ipſam ſuorum operum experientiam, vel ad legis ac prophetarum ſententiam provocâſſe. Aliâs quòd deſcriptio Patris illi ſententiæ nullâtenus repugnet, ſuo loco oſtendimus. Quod verò Chriſtus cauſam, quare non ſit ſolus, hanc reddat; quia nempe ſi Patris legatus, & quidem inſignis; ab omni rectâ ratione abhorret: ſi quidem vel hoc ipſum vel aliud longè notius in quæſtione erat. Chriſtus ſanè nec otioſas, nec ad rem nihil facientes, ſed nec ſuo inſtituto adverſas deſcriptiones adhibere ſolet. Deſcribit autem hâc ratione Patrem, ut qualis quantuſque ſit, quâque de re teſtetur, doceat. Neminem novi, qui unquam dixerit, quòd Chriſtus unius ſit cum Patre eſſentiæ, cauſam eſſe, quia Pater ipſum miſerit. Exceptione quidem de duabus Chriſti naturis hîc minimè opus eſt: ſi vero eâ opus foret, nullus profectò rationum contra eam ab adverſario allatarum eſſet uſus.

ſumus; quas proinde cordatus lector, mutatis, ut loquuntur, mutandis, per ſe ipſum hunc transferre, & ad rem præſentem accommodare poterit.

BISTEREFLDII

CAP. XXI.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum primum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 14: Etiamſi ego teſtarer de me ipſo: verum tamen eſſet teſtimonium meum: quia ſcio unde veniam & quò vadam.

Reſpondemus: Tantum abeſt ut hinc ſequatur, Chriſtum non eſſe ſummum illum Deum: ut hoc ipſum in hâc ipſius ratione includatur. Non autem debuit hanc rationem afferre; nimirùm quòd ipſe ſummus Deus ſit; quia hoc non ſolùm ab adverſariis negabatur: ſed ipsâ concluſione erat obſcurius, præſertim apud Iudæos. Attulit itaque rationem, quam ipſi ex operum Chriſti ac Scripturæ conſideratione facilè cognoſcere poterant; quoque ipſius ſtatui ac Iudæorum pertinaciæ maximè congruebat, attamen rem efficaciſſimè demonſtrabat.

CRELLII

CAP. XXI.

Argumentum vigeſimum primum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 14 *Verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio unde veni, & quò vado.*

Octavò afferri poſſunt illa Chriſti verba, eod. cap. 8. Iohannis, unde proximum citavimus teſtimonium, Scripta, quæ acuti quidam [a] inter adverſarios viri ad ſuam ſententiam flectere conati ſunt. Extant autem v. 14. ubi ad hunc modum ait Chriſtus: *Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio, unde veni, & quò vado. Etenim ſi Chri*ſtus eſſet ſummus ille Deus, non hanc rationem afferre debuiſſet, atque adò nec attuliſſet, quòd ſciat, unde veniat, & quò vadat; ſed hanc potiùs, quod ipſemet ſit ſummus ille Deus, aut quippiam tale, quod eandem ſententiam contineat. At non hanc, ſed illam Chriſtus cauſſam attulit.

[a] Ioh. Maldonatus, & auctores ab eo citati.

Defenſio Reſponſionis.

ANtequam reſponſionẽ noſtram confirmemus, inquirenda eſt vis argumenti Chriſti. Nam ſi ſimpliciter accipiantur verba, videtur ea eſſe exigua, imò nulla. Etenim quilibet etiam peſſimus eodem argumento ut:poſſet: uti falſus Propheta poſſet dicere: Ego novi veniam, & quò vadam: ergo etſi ego de me ipſo teſter, meum tamen teſtimonium eſt

Defenſio Argumenti.

OCcurrunt illi, quos diximus & hanc ipſam cauſſam attuliſſe Chriſtum ajunt. Figuratè enim locutum, & plus, quàm dicit, indicaſſe, nempe, ſe Filium Dei naturalem, ac verum eſſe Deum; intellige, ſummum. Quòd ſi objicias, cur ergo apertè non dixit, quia Deus ſum? Reſpondent illi, Chriſtum uſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

uſum fuiſſe inſinuationis figurâ, ad perſonas, quibus cum loquebatur, accomodatâ, & penè neceſſariâ. Non enim, inquiunt, ferre potuiſſent, ſi apertè ſe Deum, aut Dei Filium eſſe dixiſſet. Dixiſſe ergo quod verum erat, quodque cauſſæ erat neceſſarium: ſed ita dixiſſe, ut adverſarios ſuos verborum ambiguitate obſcuritateque deluderet. Verùm iſti homines ſe atque alios hac explicatione deluſerunt, non Iudæos Chriſtus. Fatentur illi, eſtque res manifeſta, Chriſtum verbis iſtis indicare, ſe venire à Patre, venire è cœlo, & iterum in cælum ad Patrem iturum. Quis enim dubitet, id Chriſtum hîc ſignificare voluiſſe, quod alibi apud eundem Iohannem ait? cap. 16. 18. Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. *quæ res aliis aut ſimilibus verbis non ſemel apud eundem ſcriptorem repetitur. Atqui tantum abeſt, ut hujuſmodi verba denotent, Chriſtum eſſe illum ſummum Deum, ut contrarium etiam indicent. Etenim ſi illa verba,* egreſſus ſum à Patre, & veni in mundum, *de motu, ut loquuntur locali, hoc eſt, de deſcenſu è cœlis in terram propriè ſic dicto accipias, quemadmodum illa, quæ his opponuntur,* iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem, *de locali è terris in cœlum abitu intelligenda ſunt; ea in Deum ſummum non cadunt. Hic enim loco, ut*

eſt verum. Notandum eſt igitur, quòd ſicut *verum* metonymicè hîc accipitur pro firmo ac fide digno: ſic *noſſe* hîc non ſumi pro ſcire ſimpliciter, ſed metonymicè pro ejuſmodi actu qui præſupponit ac veram ſcientiam ſequitur. Senſus igitur verborum Chriſti eſt. Etſi ego de me ipſo ſolus teſtarer, teſtimonium tamen meum eſſet firmum: quia ſcio, id eſt, demonſtro ſeu facio ſcire, ac re ipsâ probo, unde venerim & quò vadam: nimirum quòd & inde venerim & eò vadam, quòdque talis ſit perſona & officium meum, ut meum teſtimonium ſit αὐτόπιστον. Vos autem quia nec ſcitis, nec agnoſcitis, unde veniam & quò vadam, non creditis, nec admittitis, quòd, ſi ego de me ipſo ſolus teſter, teſtimonium meum firmum ſit. Quod autem particula *ſolus* ſubintelligi debeat, facilè apparet ex contextu. Nam Iudæi ipſi objiciebant, & quidem ex lege, quam tacitè allegabant, quòd ipſius teſtimonium non ſit verum, quia de ſe ipſo teſtaretur. At niſi hîc ſubintelligerent *ſolus*, prorſus inepta foret ipſorum objectio, longéque aliter reſpondiſſet Chriſtus. Planum enim eſt ex Scripturâ, ut paulò antè oſtendimus, quò juxta legem Moſis tam actor quàm reus de ſe ipſo teſtari potuerit, modò non fuerit *ſolus*. Unde quoque patet: quòd non ſit vertendum: *Et ſi ego teſtor*, ſed, *Etſi ego teſtarer*: quia paulo pòſt diſertè affirmat Chriſtus, quòd ipſe ſolus de ſe non teſtetur. Cùm itaque Chriſtus hîc ſibi eam dignitatem vendicet, quam lex nulli hominum concedit, neceſſe eſt, ut tam ſublimem cauſam adferat, quæ eum ex hominum conſortio eximat. At adverſari;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſarii explicatio nihil habet ſingulare, quod non in quemlibet verum prophetam conveniat. Accedit quòd hîc Chriſto res erat cum pertinaciſſimis adverſariis, quibus os non niſi graviſſimâ ac evidentiſſimâ ratione obſtrui poterat. Et quod maximum eſt, non leve aliquod & vulgare teſtimonium de ſe protulerat, ſed longè excellentiſſimum: nimirum, *Ego ſum lux illa mundi: qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lucem vitæ.* Qui autem tanta de ſe in publico, & quidem prope gazophylacium, ita de ſe protulerat, ut quaſi rem miram narret Euangeliſta, quòd ipſum non prehenderint, idque vel ſolo ſuo teſtimonio firmiſſimè demonſtratum eſſe volebat, is profectò planè divinam auctoritatem ſibi vendicavit. Reſpicit autem Chriſtus *Deut.* 18. 15. ex quo loco ſatis elucet, quid quantumque ſibi his verbis tribuerit: ut taceam plurima alia ſcripturæ dicta in quibus de ſuo adventu & abitu agit, etiam in hoc ipſo capite.

Quod itaque Maldonatus de inſinuationis figurâ dicit, non omnino eſt præter rem: ſi ſcilicet intellexit, quòd Chriſtus adverſariorum & captui, & ſtatui quàm accommodatiſſimè locutus fuerit. Minimè tamen dicendum erat, quòd Chriſtus adverſarios ſuos verborum ambiguitate obſcuritateque deluſerit: ſed quòd eos ex re ipſâ operibuſque ſuis convicerit. Quamvis enim Phariſæi, etiam ſi noluiſſent, debuiſſent tamen ferre, etſi ſe apertè Deum, aut Dei Filium dixiſſet, cùm hoc alibi non ſemel fecerit; Maluit tamen ita loqui; quia hic loquendi modus *co, ut omnes fatentur, non movetur. Si verò ita accipias, ut ſignificent, Chriſtum legationis ſuæ auctorem habuiſſe Deum Patrem, ad quem ſit rediturus, ut facilè intelligi poteſt ex v. 42 ejuſdem capitis; nec hoc Deum ſummum arguit, ſed potiùs Deo ſummo inferiorem, ab eoque pendentem, & aliam ab eo eſſentiam habentem. Atqui alia horum verborum ſententia nulla reſtat. Quòd ſi enim dicas, eatenus Chriſtum à Deo egreſſum, quia ab æterno ex ejus eſſentia generatus fuerit, quemadmodum iſti, adverſus quos præcipuè diſputamus, velle videntur; id planè à loco alienum eſt. Quandoquidem ſatis manifeſtè apparet, egreſſum illum Chriſti à Patre, cum ejuſdem adventu in mundum, connexum eſſe, quemadmodum reditus ad Deum, cum relictione mundi: ac porrò de re ſermonem eſſe, quæ certo demum tempore, non ab æterno facta fuerit. quod etiam ſatis liquet ex v. 42. paulo antè citato. Simul & illud apparet, exitum illum à Patre rem ejuſmodi eſſe, quæ reditui ad Patrem eleganter opponi queat, & cum eo nequeat ſimul conſiſtere. Quæ verò oppoſitio eſt inter æternam ex Patris eſſentia generationem, & reditum ad Patrem è terris in cœlos? aut cur reditus iſte ad Patrem cum illa generatione conſiſtere nequeat, ſi illa, ut adverſariis ſtatuere neceſſe eſt, adhuc durat?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dus & propheticis ſermonibus eſt ſimilior, & auditorum captui accommodatior, &, ſiquidem ab effectis ſumebatur, notior. Neque tamen hoc fuit argumentum Chriſti: Meum teſtimonium eſt firmum: quia ego ſum Deus: hoc enim ipſâ quæſtione fuiſſet incredibilius: ſed, quia ego factis probo, unde veniam, & quò vadam. Oſtendit itaque fontem, unde, qualis ille eſſet, cognoſcere poterant. Solet enim Chriſtus, cæterique divini auctores, ex effectis ac proprietatibus, ut pote cuivis notiſſimis, plerumqne argumentari. Quamvis autem per *venire* & *abire* æterna generatio non intelligatur, ea tamen hoc ipſo ſatis indicatur: cùm planè divinum officium, qualis eſt hîc à patre exitus & ad eum reditus, divinam perſonam neceſſariò poſtulet. Si verò his Chriſti verbis nihil aliud ſignificatur, quàm Chriſtum legationis ſuæ auctorem habuiſſe Deum Patrem, ad quem ſit rediturus, non ſolùm principium turpiſſimè petiit, verùm etiam conſequentiam prorſus infirmam attulit: cùm quilibet à Deo miſſus idem ſibi applicare poſſit.

CRELLII
CAP. XXII.

Argumentum vigeſimum ſecundum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 29: *Non reliquit me ſolum Pater: quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.*

Nonum hujus generis teſtimonium extat eod. cap. 8. Ioh. v. 29. ubi ita Chriſtus ait: *& qui me miſit, mecum eſt: non reliquit me ſolum* (Pater, addit Græcus codex:) *quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* cujus ſententiæ pars prior, extat etiam infrà cap. 16. 32. ubi ita diſcipulos alloquitur Chriſtus: *Ecce venit hora, & jam venit, ut diſpergamini unusquisque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* Ex quibus locis conſequitur, Chriſtum non eſſe Deum illum ſupre-

BISTERFELDII
CAP. XXII.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum ſecundum ex verbis Chriſti Ioh. 8. 29. Et qui miſit me, mecum eſt. Non reliquit me ſolum Pater: quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Reſpondemus: Chriſtum hîc argumentari non à cauſâ, ſed ab effecto. Nam facere ea quæ Patri placita ſunt, *non antecedit Patris cum Filio conjunctionem: ſed eam ſequitur, ejuſque eſt indicium. Etenim ſi opera Chriſti etiam ſunt opera Patris, ut res ipſa docet, & adverſarii alibi ultra rei veritatem urgent, quâ ratione fieri poteſt, ut opera illa ſint conjunctionis cauſa? Accedit quòd hîc* Patrem eſſe ſecum; Patrem ſe non relinquere ſolum; *non ſignificet, Patrem ſe non deſerere ratione auxilii, ſed Patrem ſua opera ſimul producere, adeòque probare. Vno verbo: Se nihil agere à ſe ipſo: hoc eſt, ſe ſuâ doctrina & factis non adverſari Patri. Et licet concederemus: cauſam hîc à Chriſto adduci, nihil tamen obtineret adverſarius-*

rius. Quia non eſt neceſſe, ut ſemper cauſa adæquata adducatur, ſed ſufficit ſi adferatur cauſa ad demonſtrandum ſatis efficax: præſertim ſi illa ſit notior. At ſi hanc cauſam allegâſſet: quia unius ſit cum Patre eſſentiæ, manifeſtè petiiſſet principium. Dixerat enim: Tunc cognoſcetis me eum eſſe *: ſcilicet quem me profeſſus ſum; Filium Dei & ſervatorem mundi.*

premum. Et ex priori quidem duplici ratione. Primùm, quia Chriſtus verbis utriusque loci indicat, ſibi non ſatis opis ac præſidii fore, ſi à Patre deſeratur; id quod de Deo ſummo cogitari non poteſt. Illi enim per ſe ipſum ſemper abunde ſatis eſt opis ac præſidii: nec opus eſt, ut illi quiſpiam adſit, opemque ferat. Deinde ſi Chriſtus eſſet Deus ſupremus, ejusdem cum Patre eſſentiæ, non hanc afferre debuiſſet, neque adeò attuliſſet, rationem, cur Pater ſecum eſſet, quia quæ placita ſunt ei, ſemper faciat; ſed hanc, quia unius ſit cum illo eſſentiæ. Hæc enim & neceſſaria & unica revera fuiſſet cauſſa, cur cum Chriſto Pater eſſet; utpote qua ſtante, non potuiſſet is cum Chriſto non eſſe, & ad quam cæteræ, quæ cogitari poſſent, cauſſæ nihil ampliùs momenti potuiſſent adjicere. Ea enim conjunctio cæteras illas cauſſas & tempore anteceſſiſſet, & in ſummo jam fuiſſet poſita, omnibusque numeris ita abſoluta, ut Pater & Chriſtus firmiori arctiorique nexu adſtringi jam ampliùs non poſſent

Defenſio Reſponſionis.

RЕctè ſentit Maldonatus, non ideò Patrem cum Chriſto fuiſſe, quia quæ placita ei erant, faceret; quaſi alioquin cum ipſo non eſſet futurus: ſed contrà, ideo Chriſtum hæc feciſſe, quia Pater cum illo fuerit. Notandum tamen eſt, quòd hîc non demonſtret, ſe ſemper facere ea quæ placita ſunt ei, ex eo, quòd Pater ſe ſolum non reliquerit; ſed vice verſâ Chriſtus probat, quòd Pater ſe ſolum non reliquerit, quia ſemper ea faciat quæ Patri placita ſunt. Verùm *quia* hîc non indicat cauſam rei, ſed cauſam, ut loquuntur, demonſtrationis: id eſt, non indicat cauſam quare Pater cum ipſo ſit, ſed indicat argumentum, unde certum ſit,

Defenſio Argumenti.

HVjus poſterioris argumenti vim, cùm viderent illi, [a] *qui præcedentem etiam locum in contrarium ſenſum vertere conati ſunt, dixerunt, particulam* ὅτι *non cauſam, ſed effectum potiùs, & judicium ſeu argumentum à poſteriori ſumtum ſignificare. Non enim ideo Patrem cum Chriſto fuiſſe, quia quæ placita ei erant, faceret; quaſi alioquin cum ipſo non eſſet futurus: ſed contrà, ideo Chriſtum hæc feciſſe, quia Pater cum illo fuerit. Innumera autem vel in ſolis Pſalmis exempla eſſe, ubi particula* quia *ita uſurpetur: è quibus illud Pſal.* 16.

[a] Maldonatus cum Autoribus ab eo citatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

(*Hebr.* 17.) 6. *producunt*: Ego clamavi, quoniam exaudiſti me, Deus. *Non enim propterea clamâſſe, quia exauditus fuerit, ſed propterea exauditum, quia clamârit. Verùm quæ cauſſa illos impulit, ut ab uſitata ac ſimplici particulæ illius ſignificatione, quæ cuivis hîc ſtatim in mentem venit, diſcederent? Certè nulla, præter eam ſententiam, de qua hîc diſputatur. Viderunt enim aliàs, locum hunc ſuo de Chriſto dogmati conſentaneum non fore. At non adeò frequens eſt ille particulæ* quia *uſus ut iſti dicunt, præſertim in Novo Teſtamento; & exemplum illud è Pſalmo petitum nullum eſt. Nam, ut taceam, in Hebræo non legi,* quoniam exaudiſti me, *ſed in futuro,* quoniam exaudies me; *quod cauſſam, cur ad Deum clamaverit David, continere poteſt; nempe quia certò perſuaſus fuerit, ſe à Deo exauditum iri: illud præterea notum eſt, apud Hebræos* [a] *præterita, uti &* [b] *futura: crebrò pro præſentibus ſumi, & non minùs quàm præſentia apud Latinos, actionis frequentationem aut conſuetudinem denotare. q. dixiſſet David: quia exaudire me ſoles. Vnde &* [c] *recentiores quidam ita vertunt locum,* quoniam exaudis me. *Hoc verò an cauſam denotare non poteſt, ob quam David ad Deum clamârit? Imò verò maximè. Etenim ut preces ad Deum fundamus, id ve-*

[a] Vide inter alia innumera: Pſ. 1. 1:2. 1:10. 3, 6, 10, 17 : 11: 1,7:12. 5: 14. 1: 15. 3, 4, 5.

[b] Pſa. 1. 2, 3: 4:2. 1, 2, 4:5. 4: 6, 7, 10:7. 9:8: 4: & alibi paſſim. vide plæriſque his locis Vatabl. & Heb. textum.

[c] Vide Bibl. Vatab. Iun. & Tremel.

ſit, quòd Pater ſit cum ipſo. Non ſecùs ac ſi ſic inferrem: Deus eſt omnipotens: quia creavit cœlum & terram: Hoc animal eſt homo: quia ratiocinatur, vel ridet. Unde facilè ſolvuntur omnia illa; quæ de particulæ *quia* ſignificatione diſſerit. Nam hæc, quam nos defendimus, ſignificatio tam eſt uſitata quàm altera. Cauſa autem, quare hanc amplectamur, non eſt, ut fingit adverſarius, tantùm ſtudium defendendi noſtra, ſed res ipſa, aliaque innumera Scripturæ dicta. Quivis enim cernit, quod Pater neceſſariò naturâ priùs debuerit eſſe cum Chriſto, antequam placita illa faceret. Secùs Chriſtus ſine Patre omnia illa feciſſet, quod & veritati, & adverſariorum dogmati quàm maximè repugnat. Et Pater, antequam Chriſtus officio ſuo in carne fungi incepiſſet, de ipſo pronuntiavit: *Hic eſt filius ille meus dilectus, in quo acquieſco.* Matth. 3. 17. Suprà quoque adverſarius urgebat, quòd, quia Pater Filium diligeret, ideò ei opera oſtenderet, id eſt, unà cum eo operaretur: nunc non ſine inconſtantiæ notâ ſententiam ſuam evertit, dum dicit, quòd ideo Pater eum amet, quia ea quæ ipſi placent facit. Eſt autem articulus, τὰ ἀρεςὰ, emphaticus. non enim ſimpliciter vult dicere Chriſtus, Ego facio ea quæ placent Patri: hâc enim ratione non ſatis evidenter demonſtrâſſet præcedentia; præſertim *v.* 28.; ſed ego *illa placita* ſemper facio: hoc eſt, maxima illa opera, de quibus univerſa lex omneſque Prophetæ, tanquam primario, imò unico, ſuo objecto perpetuò agunt: ex quibus clariſſimum eſt, me & eſſe illum Filium Dei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Dei, & illum Servatorem mundi.

Nec ex *Ioh.* 16.32. probatur, Chriſtum indicare, ſibi non ſatis opis ac præſidii fore, ſi à Patre deſeratur. Non enim ubi tam de auxilii conjunctione, quàm de præſentiâ agitur. Præterea impoſſibili hypotheſi nititur adverſarius. Si enim Chriſtus à Patre deſeri poſſet, non ſolùm hoc, ſed plurima alia abſurda inde ſequerentur. Pater autem ſemper eſt cum Filio, non ob Filii indigentiam, ſed ob utriuſque intimam unionem: Chriſtus autem omninò tanquam Iudæis ſatis notum ſumſit, ſe illa Patris placita ſemper facere: nimirum prout in diſputatione ſumi debet: ut illud vel adverſarii concedant, vel nullo negotio contra eos probari poſſit. Neque enim ſemper neceſſaium eſt, ut adverſarius in diſputatione rationem allatam concedat; ſed ſufficit, ſi eam negare non audeat, nec poſſit. Notius autem erat Iudæis, quòd Chriſtus placita illa Patris faceret, quàm quòd à ſe ipſo nihil faceret, quòdque ſicut ipſum Pater docuerat loqueretur. Neque enim illam Patris communicationem perceperant, opera autem Chriſti in oculos incurrentia cernebant. Ex hoc verò prius neceſſario ſequebatur. Erat autem ipſis manifeſtum, non ita quòd illud cognoſcerent & crederent omnes, ſed quòd illud negare non auderent. Et, ſi demum poſt exaltationem id cognoverunt, tum quoque demum cognoverunt, quòd Pater eſſet cum ipſo, ipſumque ſolum non reliquerit. Opera autem miraculoſa ſub his placitis comprehenduntur. Quodſi Pater ideò tantùm amavit Filium, quia animam ſuam

id vel imprimis nos incitat, quòd videamus, Deum nos exaudire ſolere. Deinde, ſi Chriſtus ex eo, quòd ea ſemper faceret, quæ Patri placerent, tanquam ex effectu argumentari voluiſſet; ſumſiſſet id, tanquam Iudæis, quibus cum loquebatur, jam ſatis notum, ſe ea, quæ Patri placerent, ſemper facere. Atqui id Chriſtus non facit. Nam alioquin etiam illud, tanquam Iudæis ſatis manifeſtum, ponere debuiſſet, quòd à ſe ipſo nihil faciat, ſed, ſicut ipſum docuerit Pater, ita loquatur. Quandoquidem quivis cernit, ſi Chriſtus ſemper ea fecit, quæ Patri placerent; eam etiam nihil à ſe ipſo, ſeu proprio auſu feciſſe, nec quicquam fuiſſe loquutum præter ea, quæ Pater ipſum docuiſſet. At verò hoc poſterius Chriſtus non ponit tanquam Iudæis manifeſtum; ſed id tunc ab illis cognitum iri aſſerit, cùm ipſum exaltaverint, ut patet ex verſic. præcedenti. Quare nec prius illud, tanquam iis jam manifeſtum ponit, ut iſtorum hominum ſententia poſtulat. Quò accedit, quòd ſi Chriſtus ex effectis argumentari voluiſſet, opera potiùs miraculoſa, quàm virtutis ac pietatis opera produxiſſet. Illa enim omnium manifeſtiſſima erant ipſius cum Patre conjunctionis effecta; ad quæ alibi quoque crebro, cùm de ſua cum Patre conjunctione aliâve re ſimili loquitur, provocare ſolet, ut apud eundem ſcriptorem legimus vid. cap. 5. 36: & cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cap. 10.37. 38:*& cap.* 14.11:*&* 15.24. *Præterea ſi etiam aliunde apparet, hanc veram fuiſſe cauſſam, cur Deus Chriſto adeſſet, quia ea, quæ placita ei eſſent, ſemper faceret; ratio illorum, ob quam ab uſitata ac ſimplici ſignificatione voculæ* quia *diſcedendum hîc eſſe putant, prorſus concidit. At ita ſe rem habere, inde patet, quòd cauſſa, cur Deus Chriſtum conſtanter amarit, ac porrò ei ope ſua ſemper adfuerit, hæc ab ipſo Chriſto alibi aſſertur, quia ea fecerit, aut porrò facturus ſit, quæ Patri placerent, ejuſque mandatis eſſent conſentanea. Nihil autem aliud eſt, Patrem non relinquere Chriſtum ſolum, ſed ei adeſſe, quàm Patrem conſtanter amare Chriſtum, eique ope ſua perpetuò adeſſe. Cauſſam verò amoris erga ſe paterni ac porrò etiam opis, quam ſibi tulerit, eam fuiſſe, quam diximus, illis verbis Chriſtus indicat, quæ extant infra cap.* 10.17. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam. *Hoc enim mandatum, ut ſequent. v. addit, acceperat à Patre ſuo. & cap.* 15,10. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea; ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *Ubi quicquid iſti dicant, cum quibus nobis*

ſuam poſuit, ut iterum ſumat eam, non utique habuit poteſtatem id faciendi, niſi Patris amorem perdere, ejuſque odium incurrere voluerit. *Ioh.* 10.18. Ex quibus perſpicuum eſt, quòd opera Chriſti non ſint præcipua ac prima, multò minus unica, amoris paterni cauſa: quòdque hîc non agatur de primo Patris erga Filium amore, ſed de ſubſequente Patris, ut ita dicam, complacentiâ ac voluptate, quam ex Filii operibus quaſi percipit. Quàm humiliter autem adverſarius de Chriſto ſentiat, hîc prodit, dum locum *Ioh.* 15.10. abſurdiſſimè interpretatur. Nimirum, quòd Pater Chriſtum immutabili amore ſub initium non fuerit complexus, ſed cum à Chriſti obedientiâ ſuſpenderit: quòdque Chriſto cavendum fuerit, ne Patris amore excideret. Cùm autem juxta adverſarium Chriſti Deitas ab acquiſito illo Patris amore proficiſcatur ac pendeat, cavendum quoque ipſi fuit ne Deitate ſuâ excideret. Quibus egregiis axiomatibus ſi applicamus aliud eorundem dogma, ſcilicet, quòd Deus non poſſit certò præſcire futura contingentia, horribilis planè Theologia hinc fluet: nimirum quòd Deus Pater ante paſſionem neſciverit, nùm Chriſtus Deus, ac mundi ſervator futurus eſſet.

Si per illa verba, *Pater mecum eſt: non reliquit me ſolum Pater:* intelligeretur; Pater me ſuo auxilio ac ope ſublevat; Pater me non deſerit ope ſuâ: diſtinctione duarum naturarum planè ſolveretur argumentum adverſarii: nec haberet quæ objiceret; niſi quæ & ſuâ ſponte corruunt, & jam ſæpiùs à nobis refutata fuêrunt. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Si autem divinam ſuam naturam allegâſſet, nullam vel boni diſputatoris, vel adverſariorum, vel temporis rationem habuiſſet.

nobis res eſt, monet diſcipulos ſuos Chriſtus, ut ipſius erga ſe charitate ſemel potiti, operam dent, ne eâ iterum excidant, ſed eâ perpetuò fruantur; modumque illis oſtendit, quo id certò ſint conſequuturi, ſuprà etiam verſ. 2, ſimilitudine indicatum, nempe ut præcepta ejus ſervent. Hunc porrò modum ſuo exemplo illuſtrat, & ad id, ut in amore ipſius permanere queant, accommodatiſſimum, atque adeò unicum eſſe oſtendit: quandoquidem & ipſe Patris præcepta ſervando, id conſequutus ſit, ut in ejus dilectione maneat, h.e. ab eo conſtanter diligatur. Concidit ergo, ut diximus, illa ratio, ob quam particula quia *non cauſſam, ſed effectum aut indicium in verbis cap.* 8. 29. *denotare cenſenda ſit. Quòd ſi cauſam denotat, res ipſa, ut vidimus, indicio eſt, Chriſtum Deum illum ſummum non eſſe.*

Diſtinctione naturarum argumentum noſtrum ſolvi non poteſt. Obſtant enim primùm eæ cauſſæ, quas ſuprà [a] *aliis etiam in locis indicavimus, nempe quòd iſta de Chriſto ſimpliciter dicantur, quódque hîc eum neceſſe ſit ſpectare, in perſonam, tum ob miſſionem, tum ob operationes, quas ſibi tribuit eatenus, quatenus hîc conſiderandus eſt. Deinde & illud reſponſionis illius vim tollit, quòd nihilominus ea potiùs cauſſa fuiſſet à Chriſto afferenda, ob quam Pater ipſi adſit, eumque ſolum non relinquat, quia ſecundùm divinam naturam, cui humana perſonaliter ſit unita, idem ſit cum Patre Deus.*

a Cap. 5. 14. 10. hujus ſect.

BISTEREFLDII CAP. XXIII.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum tertium, quòd Pater appellatur Deus Chriſti.

Reſpondemus negando propoſitionem, Is qui Deum habet, non eſt Deus. Non quidem eſt Deus, quatenus Deum habet: ſed ſi non ſit tantùm Deus, verùm etiam homo, & ipſe ratione naturæ humanæ poteſt habere Deum, & ipſe Deus eſſe. Sic igitur Chriſtus Patrem ſuum vocat Deum ſuum, ratione nimirum naturæ ſuæ humanæ.

CRELLII CAP. XXIII.

Argumentum vigeſimum tertium, quòd Pater appellatur Deus Chriſti.

Decimò ea recenſebimus teſtimonia, in quibus Pater appellatur Deus Chriſti. Ita autem ea de re ipſe Chriſtus cum Maria colloquens ait infrà apud eundem Iohannem cap. 20. 17: *Vade ad fratres meos, & dic eis; Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum, & Deum veſtrum.* & apud eundem ſcriptorem Apoc. 3, in eodem verſiculo 12. quater Patrem Deum ſuum vocat, dum ait: *Qui vicerit, faciam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cum columnam in templo Dei mei,& foràs non egredietur ampliùs:& ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo.

Quod ad alios ſcriptores attinet; primùm apud Matthæum & Marcum legimus, Chriſtum, cùm in cruce penderet, ita ad Patrem clamâſſe: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* Matth. 27.46. Mar. 15.34. Paulus autem Epheſ. 1. 17. optat, ut *Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater gloriæ, det illis Spiritum ſapientiæ.* & D. Auctor Epiſt. Hebr. cap. 1. 8. 9, de Chriſto citat illa Pſalmi 45. 7. 8. verba, de Salomone olim, tanquam Chriſti typo, prolata: *Thronus tuus, Deus, in ſæculum ſeculi, &c. dilexiſti iuſticiam,& odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.* Sic & Michæas de Chriſto loquitur, cap. 5. 4, *Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui.* Ex quibus apparet, Chriſtum non eſſe ſupremum illum Deum. Deus enim ſummus Deum non habet, ſeu illius nullus alius eſt Deus; ſed ipſe potiùs Deus Deorum eſt. *Deum* enim *alicujus eſſe*, eſt in eum imperium ac poteſtatem habere, vel ejus eſſe benefactorem, vel denique ab eo, tanquam ſummum dominum aut benefactorem coli. In Deum autem ſupremum nemo dominium habet, nemo ei benefacit, nemo ab eo colitur. Alioquin ipſe ſummus non eſſet.

Defenſio Argumenti.

Hic nullum illis aliud reſtat effugium, præter naturarum diſtinctionem. Quamquam ne id quidem reſtat. quandoquidem & hanc elabendi rimam jam ſatis ſuprà [a] *obſtruximus: præſertim quia omnes locorum iſtorum circumſtantiæ arguunt, de tota Chriſti perſona agi, ſeu eum ut perſonam conſiderari. Conſideratur enim ut Dei Filius, ut Servator noſter, ut Dominus, ut à Deo unctus, ut Deus, ut princeps à Deo conſtitutus. Quare perſona ſupremæ Deitatis eſſe non poteſt, alioqui etiam divina ipſius natura Deum haberet. Et præterea ſi Chriſtus*

[a] Cap. 3. 14, 16.

Defenſio Reſponſionis.

Quomodo naturarum diſtinctionem refutarit, jam ſatis conſtat. Mirum autem eſt, quòd adverſarius videre nequeat, quòd etſi in locis allegatis Chriſtus conſideretur ut perſona, quòd tamen non omnia ipſi neceſſariò reſpectu utriuſque naturæ competant. Cùm ſatis perſpicuum ſit, quædam convenire toti, ut ſuppoſito, reſpectu omnium partium: quædam verò reſpectu unius. Sic toti hominis ſuppoſito competit videri, mori tamen quis ideo dixerit id ipſi competere ratione animæ? Etſi igitur Chriſtus ut perſona habeat Deum, non tamen ideò neceſſe eſt ut Deum habeat reſpectu naturæ ſuæ divinæ. Solet autem hoc de Chriſto

Chriſto dici vel ratione ſtatus exinanitionis, vel ratione officii ſacerdotalis: ut ita ejus reſpectu Patris, ſubordinatio oſtendatur, noſtraque fiducia augeatur. Etſi autem divina Chriſti natura in humanam habeat imperium, ipſi benefaciat, ac ab ipſâ colatur: hinc tamen non ſequitur, quòd ſit ſui ipſius Deus: quia ubi aliquis eſt alicujus Deus, ibi neceſſariò requiritur perſonarum diverſitas: at in Chriſto una eſt perſona utriuſque naturæ.

ſtus ipſe Deus ille ſummus eſſet, utut humanam etiam naturam haberet, non tamen aliquis alius, ſeu alia perſona nempe Pater, ipſius Deus eſſet, ſed ipſe ſibi Deus foret. Ipſemet enim ſummum in naturam ſuam humanam imperium haberet, ipſemet ei benefaceret, ipſemet ab ea coleretur; certè non minùs, quàm alia aliqua perſona, imò magis: Cur ergo alius potius; nempe Pater, ipſius Deus appellatur, non ipſe ſui ipſius? Quod ſi abſurdum eſſe agnoſcant, quempiam ſui ipſius Deum eſſe; agnoſcant etiam, Chriſtum Deum ſummum non eſſe

BISTERFELDII
CAP. XXIV.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum quartum ex verbis 1. *Cor.* 11. 3. Caput Chriſti Deus.

Quod auctor prædicit, id in poſterum quoque verum eſſe deprehendemus. Nimirum quòd ſequentia Scripturæ teſtimonia vel eandem, vel ſimilem cum præcedentibus ſententiam contineant. Cùm autem in præcedentibus perſpicuè oſtenſum fuerit, quòd adverſarius vel ea pro imperfectis Deoque indignis attributis allegarit, quæ perfectionem Deo conſentaneam exprimunt: vel ſi qua ſint, quæ in eum qui tantùm Deus eſt non cadant, ſine ulla tamen vel naturæ, vel Scripturæ offenſione in eum cadant, qui & ſummus Deus eſt, & ex ſingulari erga humanum genus amore naturam humanam aſſumſit; quo ſui inanitione, & ſuos electos divinæ naturæ participes faceret, & ſuam Patriſque ſui ineffabilem gloriam quàm teſtatiſſimam redderet: itaque vix aliud ab adverſario in

CRELLII
CAP. XXIV.

Argumentum vigeſimum quartum ex verbis 1. Cor. 11. 3. *Caput Chriſti Deus.*

Hucuſque ex Euangelica potiſſimùm hiſtoria à Iohanne deſcripta, ea protulimus teſtimonia; in quibus aliquid de Chriſto affirmatur, quod de eo affirmari, ſi is Deus ille ſummus eſſet, non poſſet; & ea quidem ejuſmodi, quæ Patri præ Chriſto prærogativam aliquam tribuant, & ſic Patrem ſolum (cum nulli alii ejuſmodi prærogativa competat) Deum ſummum eſſe demonſtrent. Sequitur, ut ex aliis quoque divinis ſcriptoribus ſimilia teſtimonia atque argumenta depromamus. Quanquam jam non pauca produximus, cùm è Iohanne teſtimonia petere-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

teremus; eò quòd eandem aut ſimilem ſententiam continerent.

Ex iis autem, quæ ſuperſunt, ei primum dabimus locum, quod verbis è Iohanne aliisque ſcriptoribus proximè citatis admodum eſt vicinum, utpote in quo Deus caput Chriſti eſſe dicitur. Id autem fit 1. Cor. 11. 3. ubi hunc in modum Paulus loquitur: *Volo autem vos ſcire, quòd omnis viri caput Chriſtus eſt: caput autem mulieris vir: caput verò Chriſti Deus.* Atqui Dei ſummi nullum aliud eſt caput, ſeu nullum is ſupra ſe caput habet; alioqui ſummus non futurus. Facilè enim à quovis intelligitur, caput alicujus eſſe, ſignificare, in eum imperium aliquod aut poteſtatem habere, eumque certa quadam ratione regere.

in poſterum expectandum eſt; quam quod oſtendat, à ſe nec naturarum diſtinctionem everti; nec perſonalium attributorum diſcrimen quòd alia ſint adæquata, alia inadæquata, cognoſci poſſe.

Ad locum autem Pauli 1. Cor. 11. 3. *reſpondemus: Etſi Deus Pater ſit Chriſti caput, ipſum tamen eſſe Deum ſummum. Eſſe enim caput, non tantùm naturalem, ſed & ſpontaneam quandam ſubordinationem cum coordinatione conjunctam hîc ſignificat. Pater igitur eſt caput Chriſti, quatenus eſt mediator: verùm modo diverſo. Nam Pater in Chriſtum quatenus eſt homo, exercet imperium ac poteſtatem, eumque regit: quatenus verò eſt Deus, nullum quidem imperium aut poteſtatem propriè dictam in ipſum exercet; quatenus tamen Chriſtus ſponte mediatoris munus ita ſuſcepit ac obivit, ut multos actus exercuerit in quibus divinam ſuam majeſtatem aliquantum occultavit, Pater rectè quoque Chriſti caput dici poteſt.*

Defenſio Argumenti.

HIc iterum adverſarii ad ſuam illam naturarum in Chriſto diſtinctionem, tanquam ad ſacram anchoram confugere ſolent, quam tamen à nobis ſuprà [a] *ſatis confutatam eſſe lector animadvertere potuit. Non repetimus omnia, quæ dicta ſunt; illud tantùm hic quoque obſervari volumus, Chriſtum hîc etiam ut perſonam ſpectari. Conſideratur enim ut caput viri, ac porrò uniuſcujuſque hominis, hoc eſt, ut dominus cuivis viro aut homini* *regendo*

[a] Vide c. 3. 14, 16. hujus ſect.

Defenſio Reſponſionis.

QUi naturarum diſtinctione in hujus argumenti ſolutione utuntur, ita ſatis faciunt adverſario, ut nihil ſolidi contra eos adferat. Nam, ut ſæpiùs dicta taceamus, licèt Chriſtus quâ perſona caput haberet, tamen juxta eos non habet quâ perſona divina, ſed quâtenus eſt homo. Iam enim ſæpiùs oſtendimus, quòd perſonæ, quâ perſona eſt, reſpectu unius partis aliquid convenire poſſit, quòd ipſi reſpectu alterius partis minimè competat. Etſi igitur Pater Chriſti caput eſt, quâ perſona eſt, non tamen ideo ipſius caput eſt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſt; quâ Deus eſt. Et licet etiam ſecundùm hos Pater Chriſti caput eſſet, quâtenus Chriſtus eſt viri caput ac dominus: tamen adhuc ratione naturæ humanæ id intelligi poſſet: quia Chriſtus etiam ratione illius viri caput ac dominus eſt. Cur autem, ſi tantùm reſpectu unius naturæ id Chriſto competat, gradatio non à Chriſto ad Deum Patrem, ſed ad ipſius divinam naturam fieri debeat, cauſam nullam video. Eodem argumento concluſeris, quòd non à muliere ad virum, nec à viro ad Chriſtum: ſed à muliere ad virum, quâtenus eſt corporis mulieris dominus: tùm à viro ad ſe ipſum quâtenus eſt corporis ſui ratione animæ dominus jure creationis: tùm à viro ad Chriſtum quâtenus ejuſdem viri dominus eſt ratione redemtionis, gradatio fieri debeat. In ejuſmodi enim gradatione perſonarum diverſitas requiritur. Neque hi dicent, quòd per Deum tota Trinitas intelligenda ſit. Quamvis autem hæc ita ſe habeant, magis genuina tamen nobis videtur interpretatio: ſi concedamus, Patrem eſſe caput Chriſti, quâtenus eſt mediator, ita ut hoc utriuſque reſpectu naturæ intelligatur. Scopus enim Apoſtoli eſt docere, quomodo per pulcherrimam ſubordinationem omnia ad gloriam Dei fieri debeant, & fiant: item quomodo non tantùm noſtram utilitatem, ſed multorum quærere debeamus ut ſalventur: ut patet ex præcedentis capitis *verſ.* 31. At nullum eſt dubium quin Chriſtus, quâ mediator, Patris gloriam promoveat, eamque pro ſcopo habeat. Et omninò omnes illæ rationes propter quas Patrem Chriſti caput dictum

regendo propoſitus, quemadmodum & vir caput eſt mulieris. At talis eſt Chriſtus, quà perſona eſt. Quare ſi adverſariorum de Chriſto ſententia vera eſt, eum, quà perſona divina, Deuſque adeò ſummus eſt, caput ſuprà ſe habere oportebit. id quod contradictionem involvit: eſtque illud ipſum, quod effugere conantur ii, qui illâ naturarum diſtinctione hîc utuntur. Neque vero eſt, quòd quis dicat, in prioribus quidem verbis, ubi caput viri Chriſtus eſſe dicitur, eum ut perſonam conſiderari; in poſterioribus autem ſpectari ratione ejus tantùm naturæ, quæ perſona non ſit. Præterquam enim, quòd id ſine ratione aſſeritur; ratio etiam id refellit. Primò quia dubium non eſt, Deum Chriſti caput eſſe, quà dominium atque imperium in virum ab eo acccepit. Accepit autem Chriſtus id dominium quà perſona eſt. Cur ergo Deus caput Chriſti, quatenus hîc perſona eſt, non conſtituatur? Deinde, ſi cauſſam inquiras, cur Apoſtolus, cùm aſſeruiſſet, Chriſtum viri caput eſſe, poſtea etiam dixerit, Chriſti caput eſſe Deum; hanc præcipuam invenies, ne videretur Deo nullam amplius in virum relinquere poteſtatem; quia Chriſtus illius caput, ſeu dominus ac rex ſit: ſed potiùs ut intelligeretur, Deum eo ipſo quoque viri caput, ſeu dominum ac regem eſſe, quia Chriſtus cujusvis viri caput ſit: cùm Deus ipſius etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

etiam Chriſti ſit caput. Quemadmodum enim mulier non ideò è Chriſti imperio ac poteſtate eſt exemta, quia vir illius caput eſt, cum ipſius quoque viri caput ac dominus ſit Chriſtus: ita nec vir è Dei poteſtate eſt exemtus, quia Chriſtus illius caput eſt: cum Deus ipſius etiam Chriſti ſit caput. Adde, ideò id dixiſſe Apoſtolum, ut intelligeretur, ſi quâ ignominiâ Chriſtus, qui caput noſtrum ſit, à nobis afficiatur, id in ipſum Deum tandem redundaturum, qui ipſius iterum ſit caput. At neutra hæc ratio quicquam valeret, ſi Deus non eſſet Chriſti caput, quatenus is viri caput eſt ac dominus. Si autem Deus Chriſti caput eſt, quatenus is dominus noſter eſt; caput eſt perſonæ illius, quà talis. Denique non deberet ejuſmodi gradatio fieri, ut à viro ad Chriſtum, à Chriſto ad Deum, tanquam aliam ab ipſo perſonam, aſcenderetur, ſi præter humanam alia eſſet in Chriſto natura, cui non minùs competeret, ut caput ipſius eſſet, quàm perſonæ ab ipſo diverſæ: ſed illius naturæ non minùs, quàm hujus mentio facienda fuiſſet. Quod ſi quis eò confugere velit, ut dicat, Dei *nomine non Patrem intelligi, ſed totam Trinitatem: ei primùm aliquem ſaltem locum afferre neceſſe eſt, è quo manifeſtè conſtet Deum à Chriſto diſtinctum, aliquem alium præter Patrem denotare. ſiquidem nos innumera afferre*

dictum eſſe tandem docet adverſarius, in Chriſtum quadrant. Nimirum: quòd Chriſto omne imperium) ſcilicet œconomicum ſeu mediatoris (dederit: quòd leges, ſecundùm quas nos regat ac judicet (ex conſenſu nempe Chriſti) tulerit: quòdque adeo voluntatem ſuam per ejus manus ad exitum perducat, ſuæque gloriæ per ejus imperium conſulat. Huc quoque videtur pertinere illud ἀνακεφαλαιώσασθαι, de quo *Epheſ.* 10. Ex his tamen non ſequitur Chriſtum non eſſe Deum ſummum. Nam caput alicujus eſſe, non hîc ſignificat tantùm, in aliquem imperium aliquod aut poteſtatem habere, eumque certâ quâdam ratione regere, (ſic enim ſolùm ratione humanæ naturæ Pater eſt Chriſti caput) ſed ſufficit etiam ad hoc ut aliquis dicatur alicujus caput, ſi quis ex alicujus voluntate, juxta eandem, ad ejus gloriam aliquid faciat. At hoc nullam imperfectionem dicit: nullamque reſpectu capitis naturalem ac internam inæqualitatem infert. Fieri enim poteſt ut aliquis cum alio in eâdem actione planè ut principalis efficiens, exemplaris, ac finalis cauſa conſentiat. Sic itaque Chriſtus quâ Deus in hanc coordinationem unà cum Patre conſenſit, hocque ſuo officio Patris quidem gloriam & ſpectavit, & promovit, ita tamen ut omnis illa Patris gloria ad ipſum redundaret ac reflecteretur. Accuratè itaque obſervandum eſt, hanc Chriſti ad Patrem relationem non ſimplicem, ſed mixtam quandam ac combinatam habitudinem eſſe: nimirum ſubordinationem, & coordinationem. *Subordinatus* eſt Chriſti Patri ratione naturæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

naturæ humanæ: *coordinatus* eſt eidem ratione naturæ divinæ: quæ tamen coordinatio etiam ſubordinatio, populariter loquendo, dici poſſet. Quamvis enim Chriſtus ratione divinæ naturæ æque principalis ſit hujus ordinationis cauſa, ac Pater, nullaque hinc internæ perfectionis inæqualitas reſultet, tamen quia cum inanitione quâdam eſt conjuncta, & Pater ordine ſubſiſtendi & agendi eſt primus, Filius ſecundus; quò unitas illa clariùs exprimatur, ſubordinatio communiter vocari poſſe videtur. Coordinationem autem & ſubordinationem paulo antè explicatam non eſſe habitudines oppoſitas, ſed diverſas, ita ut uni eidemque ſubjecto reſpectu ejuſdem termini convenire poſſint, ſatis eſt perſpicuum. Sic licet quis ſit Rex & Comes, quâ perſona eſt, tamen unus idemque homo poteſt eſſe & Rex, & Comes: poteſtque alteri eſſe coordinatus, quâ Rex; ſubordinatus, quâ Comes: idque tùm reſpectu diverſorum negotiorum, tùm reſpectu ejuſdem. Sic poteſt aliquis bellum gerere & ſuo nomine quâ Rex eſt, & nomine æqualis quâ confederatus eſt, denique nomine majoris quâ ipſius ob certum dominium feudatarius eſt. Reliqua alibi ſunt explicata.

ferre poſſumus, in quibus, ipſis etiam adverſariis fatentibus, non niſi Patrem denotet; & aliâs conſtat, ea, quæ huic ſimilia ſint, Patri nominatim in ſacris literis attribui. Similia enim illa ſunt, eſſe caput alicujus, & eſſe Deum alicujus. At hoc poſterius de Patre Chriſti nominatim dici, ex illis Chriſti verbis Ioh. 20. 17, & illis Apoſtoli Eph. 1. 17, quivis intelligere poteſt. Adde, quod rationes, ob quas Deus caput Chriſti dicatur, in Patrem Chriſti omnes quadrent. An in quempiam alium, de eo nil conſtat: vel potiùs, quod in neminem alium quadrent, conſtat: nempe quòd Chriſto omne imperium dederit; quòd leges, ſecundùm quas nos regat ac judicet, tulerit; quódque adeò voluntatem ſuam per ejus manus ad exitum perducat, ſuæque gloriæ per ejus imperium conſulat. Sed denique illæ [a] rationes, quæ evincunt, Chriſtum hîc ut perſonam conſiderari, Trinitatem illam Dei nomine intelligi non permittunt. Alioquin perſona Chriſti, quæ iſta Trinitate contineri creditur, ſui ipſius, quà talis, caput foret. Neque vero eſſentiam ipſam, quæ perſona non ſit, intelligere licet. Nam hæc regere neminem poteſt; & porro caput nullius eſt. Sed fruſtra fingitur verus Deus, qui perſona non ſit; cùm Dei nomen, ut jam ſuprà [b] monuimus, perſonæ nomen ſit.

[a] Eſa. 53. 10. Ioh. 13. 32: 14. 13, 17. 1 Phil. 2. 11.

[b] Hac ſectione Cap.

CAP.

CAP. XXV

Argumentum vigeſimum quintum ex verbis 1. Cor. 3. ult. *Chriſtus* [*eſt*] *Dei.*

Secundum locum faciemus eum, qui extat in eadem ad Corinth. Epiſt. cap. 3. circa finem. eſtque præcedenti non multùm diſſimilis; utpote in quo aſſeritur, Chriſtum eſſe Dei. Quæ res ut rectiùs intelligatur, totum adſcribemus locum. Ita ergo ait Paulus: *Nemo glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollo, ſive Cephas, ſive mundus, ſive vita, ſive mors, ſive præſentia, ſive futura, omnia enim* Græcè non habetur *enim*) *veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.* Facilè quivis ex ipſis verbis intelligit, *eſſe alicujus*, hoc loco ſignificare, vel ab altero aliqua ratione poſſideri, in ejusve poteſtate eſſe, vel ſaltem ejus uſibus eſſe dicatum, ac porrò ſuperiorem habere alium. Vnde Paulus non vult, ut quiſpiam Chriſtianorum in homine aliquo, ne Apoſtolo quidem, glorietur, ut nimirum ſe Pauli, aut Apollo, aut Cephæ, h. e. Petri, eſſe jactet, quemadmodum Corinthii faciebant: ſed potiùs in Chriſto, atque adeò in Deo omnes glorientur. Quandoquidem ipſi nullius ſint alterius, præterquam Chriſti, ac porrò etiam Dei: ſed contrà potiùs omnia, ne Apoſtolis quidem exceptis, ipſorum. Nam & Apoſtoli, Chriſtianorum uſui ac ſaluti erant conſecrati, eisque adeò inſerviebant, non contrà. Vnde in poſteriori ad eosdem Corinthios Epiſtola ſub ipſum capitis 1. finem ait: *non dominamur fidei veſtræ: ſed adjutores ſumus gaudii veſtri.* & cap. 4. 5: *Non enim noſmet ipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: nos autem ſervos veſtros per* (Græcè *propter*) *Ieſum.* Vnde patet, Chriſtum Deum illum ſummum non eſſe, Deus enim ſummus eo, quem

CAP. XXV.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum quintum ex verbis 1. Cor. 3. v. ult. Nemo glorietur in hominibus. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus ſive Apollo, ſive Cephas, ſive mundus, ſive vita, ſive mors, ſive præſentia, ſive futura. Omnia veſtra ſunt: vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.

Reſpondemus: Eſſe alicujus *hîc non ſignificat ab altero aliquâ ratione poſſideri, multo minùs eſſe in ejus poteſtate, aut illum, cujus eſt, habere ſuperiorem: neque enim Apoſtoli vel poſſidebantur, vel erant in poteſtate Corinthiorum; aut Corinthii erant ipſorum ſuperiores: ſed eſſe alicujus hîc idem eſt quod facere ad alicujus bonum: ſive illud bonum ſit ſalus: ſic omnia erant fidelium: ſive honor & gloria: ſic Chriſtus erat Dei Patris. Hinc verò nullâtenus ſequitur, eum non eſſe Deum ſummum. Neque enim is, qui alterius gloriam promovet, protinus eo eſt indignior: præſertim ſi & ſponte hoc in ſe ſuſcipiat, & alterius honore ſuum quoque promoveat.*

eo, quem explicuimus, ſenſu, nullius eſt; alioqui ſummus non futurus. Dicitur quidem Deus eſſe *Deus alicujus* ſed, non ſimpliciter *eſſe alicujus*. Illud prius, ſummam Dei præ eo, cujus Deus eſſe diciunt, eminentiam, & imperium in illum ſignificat: hoc verò poſterius, eum à quopiam veluti poſſideri ſignificaret. Quamquam etiamſi hoc uspiam diceretur, non tamen eo ſenſu diceretur, aut dici poſſet, quo id de Chriſto dici vidimus.

Defenſio Reſponſionis.

NOs concedimus, Chriſtum eſſe Dei, quatenus eſt perſona: nempe quatenus eſt Mediator. Innuitur enim diviniſſimus ille ordo, quo omnia à Patre proficiſcuntur, & omnia ad ipſum revertuntur. Hinc verò malè colligitur, ipſum non eſſe perſonam ſupremi Dei. Nam ut Apoſtoli & eſſentiâ pares, & donis longè majores erant vel ſaltem eſſe poterant Corinthiis, quorum hic eſſe dicuntur: ſic & Chriſtus eſſentiâ Patri par manſit, etſi ejus ſit & fuerit. Quin & hîc Angelos bonos intelligi, ita ut ſint fidelium, nullum eſt dubium. Sed quis ideo concludet, Angelos non eſſe tantæ dignitatis ut fideles? Hoc igitur ſenſu concedi poteſt, etiam perſonam divinam, præſertim quâ inanitam, eſſe alterius. Non tamen ideo Chriſtus ſui ipſius eſſe dici debuit: quia in ejusmodi ordine perſonarum diverſitas requiritur. Nec neceſſe fuit, ut hîc mentio fieret, quòd humana Chriſti natura ſit divinæ. quod ſano ſenſu verum eſt. Neque enim omnia uno in loco dicenda ſunt. Ipſum autem nudum hominem non eſſe, ſatis indicavit Apoſtolus: dum, ne in hominibus gloriemur, dehortatur: omniaque Chriſti eſſe, adeòque nobis in Chriſto gloriandum eſſe, docet. Diſtin-

Defenſio Argumenti.

HOc argumentum diſtinctione naturarum in Chriſto non magis, quàm præcedentia teſtimonia, eludi poteſt: tum propter alias cauſſas ſuprà [a] *allatas; tum propterea, quia Chriſtus hîc tanquam Dominus noſter, ac porrò tanquam perſona conſideratur; idque non minùs, cùm is Dei eſſe perhibetur, quàm cùm nos ipſius eſſe dicimur. Quandoquidem ideo Paulus, poſtquam nos Chriſti eſſe dixiſſet, Chriſtum rurſus Dei eſſe affirmat, ne ideo, quia Chriſti ſimus, nos Dei non ampliùs eſſe quispiam putet; ſed potiùs, ut vel ob id ipſum nos Dei eſſe intelligat, quandoquidem & ipſe Chriſtus, ac porrò omnia, quæ ipſius ſunt, Dei ſint. Quod ſi ut perſona hic conſideratur; perſona ipſius ſupremi Dei perſona non eſt. Hæc enim alterius non eſt, niſi & divinam naturam alterius eſſe velis, quod illi, qui diſtinctione naturarum hîc utuntur, hâc ipſa diſtinctione evitare conantur. Præterea ſi Chriſtus Deus ille ſummus eſſet, etiamſi ſimul naturam humanam haberet, non magis tamen eum alterius*

[a] Cap. 3. 14. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

terius alicujus perſonæ, quàm ſui ipſius eſſe, dicendum foret. At hîc ſimpliciter Dei, alterius nimirum perſonæ, eſſe dicitur, nulla ejus rei mentione facta, quòd etiam ſui ipſius ſit, ſeu quòd humana ejus natura ſit divinæ. Si quid eſt, quod ad uberiorem harum rationum intelligentiam pertineat, id è præcedentium rationum defenſione peti poteſt.

Diſtinctionem autem naturarum pro more ſuo, id eſt, falſa eadem ide ntidem inculcando, refutat adverſarius.

CRELLII

CAP. XXVI

Argumentum vigeſimum ſextum, ex verbis 1. Cor. 15.24, 28, quòd Filius traditurus ſit regnum Deo & Patri, eique ſubjectus ſit futurus.

Tertius locus extat in eadem epiſtola cap. 15. ubi Chriſtus regnum Deo & Patri traditurus eſſe dicitur, & ipſemet ſubjectus futurus ei, qui ipſi ſubjecerat omnia. Ita enim ait verſu 24.25: *Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo & Patri, cùm evacuaverit* (vel *aboleverit*) *omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem. Oportet autem* (Græce *enim*) *illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ejus* (vel *ſuis.*) & v. 28: *Cùm autem ſubjecta illi fuerint omnia; tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei, qui ſubjecit ſibi* (vel *ei*) *omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus.* Vnde duplici modo argumentari, atque adeò duplex argumentum, quod tamen pro uno numerabimus, petere poſſumus: prius ex verſic. 24: poſterius ex verſic. 28. Nam quod ad

BISTERFELDII

CAP. XXVI.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum ſextum ex verbis 1. Cor. 15, 24, 28: Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum aboleverit omne imperium, & omnem poteſtatem, ac potentiam. Nam oportet illum regnare uſque quò omnes inimicos ſuppoſuerit pedibus ejus. Poſtquam ei ſubjecta fuerint omnia, tunc & ipſe Filius ſubjicietur ei qui ſubjecerit ei omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus.

Ex his verbis duplex argumentum nectit adverſarius. Primum eſt: Traditio hæc regni conſiſtit in ejus depoſitione, & juris, quod quis ad imperandum habebat, abdicatione, ita ut ipſemet in poſterum idem illud regnum nec per ſe, ut antea, nec per eum, cui regnum tradit, adminiſtret. Atqui Deus ſummus hoc pacto regnum ſuum nemini tradit, aut tradere poteſt. Ergo Chriſtus non eſt Deus ſummus. Reſpondemus negando minorem. Ejuſmodi enim traditio regni non arguit tradentis imperfectionem, ſed perfectionem. Eſt enim nihil aliud quàm regni ſponte ob electorum ſalutem ac ſuam Patriſque gloriam ſuſcepti feliciſſima conſummatio. Et quidem ita ſuſcepti à Chriſto, ut cum hoſtibus ſuis pugnando, de iiſque triumphando, infinitam ſuam ſapientiam, potentiam, & erga pios clementiam, erga impios verò juſtitiam declaret. Deponit itaque regnum non ex neceſſitate aut imperfectione, ſed ex libertate & perfectione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ctione : quia hujus ſui regni ſcopum, victoriam ſcilicet omnimodam, adeptus eſt. Quæ autem fingi poteſt imperfectio, ſi quis fine obtento media omittat? Eâtenus igitur ſe ſic regnandi jure abdicabit Chriſtus, quatenus illius juris nullus ampliùs erit uſus. Omnibus enim hoſtibus perfectè triumphatis belligerandi jure non eſt opus. Hæc igitur regni traditio eſt novi ac perfectioris inchoatio.

Alterum argumentum eſt ex v. 28. Deus ſummus nemini ſubjici poteſt. At ipſe Dei Filius ſubjicietur aliquando ei qui ipſi ſubjecerit omnia, nempe Patri. Quare Dei filius ſummus Deus eſſe non poteſt. *Reſpondemus negando majorem. Nam ſubjici, vel potiùs ſubordinari Patri, hîc non ſignificat imperfectionem, ſed perfectionem, & quidem tantam, ut non niſi is, qui ſummus Deus eſt, Patri hoc modo ſubordinari queat.*

ad prius atttinet; docuimus jam ſuperiùs[a], ubi de iis, egimus locis, in quibus aliquid, vel etiam omnia Chriſto à Patre tradita eſſe dicuntur, ejusmodi traditionem regni hoc loco intelligi, quæ in ejus depoſitione, & juris, quod quis ad imperandum habebat, abdicatione conſiſtit, ita ut ipſemet in poſterum idem illud regnum nec per ſe, ut antea, nec per eum, cui regnum tradit, adminiſtret: quo pacto poteſtatem ſuam dux, à rege bello alicui gerendo præfectus, bello confecto regi tradit. Atqui Deus ſummus hoc pacto regnum ſuum nemini tradit, aut tradere poteſt; niſi dicas, eum ſimul etiam Deum ſummum eſſe deſinere. Quòd ſi alicui regnum tradit, ut olim Chriſto tradidit, non ita tradit, ut ipſe regno illo ſeſe exuat, ſed ut per eum, cui regnum tradit, tanquam ſibi ſubordinatum, regnet: quo pacto & rex per duces ſuos bellum gerit; &, ne longius abeamus, Deus per Chriſtum, quem judicem conſtituit, judicaturus dicitur mundum. Cum enim dicitur[b] neminem judicare; intelligendum eſt, eum per ſe ipſum neminem judicare, ſed per Filium, cui omne judicium tradidit, ſiquidem aliàs[c] Deus non uno loco dicitur judicaturus, ſive abſolutè, mediâ ejus judicii cauſſâ non expreſsâ; ſive hac apertè commemoratâ, dum dicitur judicaturus eſſe orbem *in viro*[d], ſeu per virum, quem conſtituit, h. e. *per Ieſum Chriſtum*, ut expreſſè ſcriptum legimus Rom. 2. 16.

a Cap. 18. hujus ſect.

b Ioh. 5. 22. 24.

c Rom. 2. 5, 6: 3. 6. 1. Cor. 5. 13. 2. Theſſ. 1. 5. 1. Pet. 1. 17.

d Actor. 17. 3.

Quod ad poſterius argumentum attinet, quod ex verſic. 28. duci poteſt; patet, Deum ſummum nemini ſubjici poſſe. At ipſe Dei Filius ſubjicietur aliquando ei, qui ipſi ſubjecerat omnia, nempe Patri. Quare Dei Filius ſummus Deus eſſe non poteſt.

Defenſio Reſponſionis.

NOn negandum eſt, Chriſtum ſecundum utramque naturam & Patri regnum

Defenſio Argumenti.

HIc plærique omnes ad diſtinctionem naturarum confugiunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

giunt: ſed nihil proficiunt: tum propter ſimplicem ejuſmodi affirmationem, quæ in utroque verſiculo reperitur [a]*; quæ locum non haberet, ſi ob alteram naturam nempe divinam, eadem de Chriſto ſimpliciter negari deberent: tum propterea quod Chriſtus hîc eatenus conſideratur, quatenus rex fuerat, atque adeo quà perſona eſt: ut vel humana natura pro perſona ſit agnoſcenda, vel divinæ perſonæ ſimul & naturæ iſta ſint adſcribenda: quorum illud ſententiam adverſariorum prorſus convellit, hoc, iiſdem agnoſcentibus, ſe ipſum. Adde, quod in poſteriori loco emphaticè dicitur*, & ipſe Filius *ſubjectus erit ei, qui ſubjecerit ei omnia. Quis vero credat, Paulum, cùm ita loqueretur, Chriſtum conſiderâſſe non ſecundùm eam naturam ſecundùm quam Dei Filius eſt, ſed ſecundùm aliam? Neque enim eſt, quòd quis dicat,* Filii *nomen hoc loco abſolutè poni, non addito* Dei *nomine, ut poſſit etiam Filius hominis intelligi. Etenim vox* Filii *manifeſtè opponitur* Deo *&* Patri *tanquam correlato ſuo, ut in ſcholis loquuntur, nec unquam aliter vox* Filii *de Chriſto abſolutè uſurpata intelligitur, quàm ut ad Deum, tanquam correlatum ſuum, referatur, non verò ad hominem aliquem. Ut taceam, ipſam emphaſin, quæ eſt in duabus voculis* & *ſeu* etiam, *& i*pſe, *poſtulare; ut eo modo deſcriptus cenſeatur Chriſtus, quo reliqua omnia.*

[a] Vide cap. 3. 14. 16. hujus ſect.

gnum eſſe traditurum, & ei eſſe ſubordinandum. Agitur enim hîc de complemento officii Chriſti, quod tantam perfectionem exprimit, ut ſoli naturæ humanæ competere nequeat. Etenim tradere regnum Patri hîc non eſt omnem regiam poteſtatem ac majeſtatem deponere; ſed eſt, regium illud officium, quod cum perpetuo bello, adeoque hoſtium rebellione & ſubditorum piorum afflictione erat conjunctum, abſolvere: & hoſtes meritis pœnis, regni verò cives ampliſſimis præmiis afficere. Hoc itaque regnum militans, ut ita dicam, Chriſtus tradet Patri: hoc eſt; Re optime ac feliciſſimè geſtâ, militans illud regnum deponet, ac Patri ejus regni fructum, in quo omnem ipſius voluntatem accuratiſſimè explevit, quaſi offeret: ut jam perfectiſſimo ac quietiſſimo illo regno, ob quod prius illud Pater inſtituerat, Chriſtuſque ſuſceperat, utatur, fruatur. Nullâ igitur ratione fieri poteſt, ut hâc regni traditione aliqua Chriſto dignitas aut majeſtas decedat. Sive enim regnum traditum, ſive perſonam tradentem, ſive denique eum cui traditur, conſideremus, nulla hinc Chriſti imperfectio, ſed prorſus divina perfectio elucet. Illud enim regnum traditur, quod non per ſe, ſed ob aliud longè excellentius regnum inſtitutum fuerat. Non igitur ipſius traditio, ſed perpetua geſtio imperfectionem aliquam indicaret. Illa verò perſona illud tradit, quæ omnem principatum, poteſtatem ac virtutem abolevit: quæque futuri regni hæres eſt conſtituta. *Hebr.* 1. *Col.* 1. Et, ſi hinc ali-

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

qua Chriſti imperfectio foret colligenda, ſequeretur, quòd major ſit Regis, cùm militat, quàm cùm triumphat, gloria. Denique Patri ſuo, cujus unigenitus Filius eſt, id regnum tradit: & quidem non ut Pater illud adminiſtret, ſed ut ceſſet, ejuſque fructu potiatur. Dum autem Patri ſuo id tradit, ſe perfectiore illo regno non exuit, ſed id inchoat: cùm omnia quæ Patris ſunt, etiam ipſius ſint: & univerſa Scriptura clamet; tum demum reverâ perfectum illud Chriſti regnum inchoandum eſſe, cùm nos cum ipſo in cœlis regnabimus. At nos non regnabimus cum ipſo niſi poſt hanc præcedentis ſeu bellici regni traditionem. Si itaque Filius hâc regni traditione jus aliquod abdicat, vel hujus juris abdicatio aliquam imperfectionem infert, etiam Pater ſe jure aliquo abdicâſſe, vel imperfectioni alicui obnoxius eſſe dicendus erit. Rei enim præteritæ, & nunquam repetendæ, jus aliquis non habere ſed habuiſſe dicitur. Omnis igitur adverſarii argumentatio ita ſe habet, ac ſi quis hunc in modum diſputaret: Regis alicujus unigenitus, rex natus, ac in regem jam coronatus Filius, ſuo & Patris nomine bellum geſſit, eoque feliciſſimè geſto bellicum illud regnum Patri tradit: id eſt, provincias plurimùm ab hoſtibus turbatas Patri pacatas reſtituit: ergo is Filius nec Rex natus fuit, nec Rex manebit, nec in poſterum regnabit. Imò potiùs, niſi Rex natus, tantæque gloriæ hæres deſtinatus fuiſſet, nec tam laborioſam provinciam Pater ipſi aſſignâſſet, nec tam abſolutam poteſtatam ipſi *omnia ibidem commemorata, nempe ipſi ſubjecta, ſuperet, non quo illis vel par ſit, vel etiam inferior. Is verò modus non eſt, ut dicatur* hominis filius, *ſed* Dei. *Illo enim modo hominibus par eſt, angelis etiam inferior. At qua* Dei Filius, *κατ' ἐξοχὴν ſic dictus, etiam angelis eſt ſuperior, vt apertè ſcribitur Heb. 1. 4, 5. Denique, ſi ſecundùm humanam tantùm naturam Chriſtus tradet regnum, & ſubjectus erit, ſecundùm divinam non item; cur ſoli Patri regnum traditurus, cur ei ſoli ſe ſubjecturus, non etiam ſibi ſuæve divinæ naturæ eſſe dicitur? cur additur, ut* Deus *ſit omnia in omnibus? cur non etiam ipſe Chriſtus omnia in omnibus futurus eſt? Neque enim eſt, quòd quis dicat, ibi divinam naturam abſolutè, etiam Chriſti, intelligi. Nam & ex re ipſa intelligitur, perſonam aliquam deſignari, (operatio enim ipſi, gubernatióque omnium tribuitur) & quidem à Chriſto diſtinctam; & antecedentia verba omnia apertè docent,* de Deo *&* Patre, *ſeu de Deo, qui Pater Chriſti ſit, ſermonem eſſe, utpote qui etiam Chriſto omnia ſubjecit, eumque ad dextram ſuam collocavit, quemadmodum alibi vidimus.*

Quòd verò nonnulli excipiunt, ideo dici, Chriſtum regnum traditurum eſſe Deo & Patri, quia id regnum, quod tanquam mediator habeat, non id, quod tanquam Deus ſit

[a] cap. 18. hujus ſect.

ſit depoſiturus; id nullius itidem eſt momenti. Nam primùm oſtendimus jam ſuprà [a], Chriſto, ſi Deus ille ſummus eſſet regnum hujuſmodi dari non potuiſſe. quia aliàs idem imperium ex ſe ipſo, & non ex ſe ipſo eodem tempore haberet. ſimul in eo ſubordinatus eſſet alteri, & non eſſet. uno verbo, ſimul & ſummus eſſet, & non ſummus. Docuimus enim, regnum hujuſmodi per ſe conſideratum eâ poteſtate atque imperio contineri, quod Deus ſummus ex ſe ipſo habet. ſiquidem nullus eſt imperii illius actus, qui Deo ſummo per ſe non competat. Quòd ſi Chriſtus ejuſmodi regnum accipere non potuit, ſi Deus ſummus eſt; nec tradere alteri, ac deponere poteſt. Cum ergo legamus, eum regnum illud Deo ac Patri traditurum, & ſic depoſiturum; patet, eum Deum illum ſummum eſſe non poſſe. Adde, quòd, ſi iſtiuſmodi adverſariorum reſponſio admittenda eſſet, ſequuturum ſit, Chriſtum regno illo tradito non ſubjectum iri Deo & Patri, contrà quàm Apoſtolus manifeſtè teſtatur. Qui enim ſummum atque independens in res omnes imperium retinet, is nemini ſubjicitur: aliàs ſupra ſe alium agnoſceret, & ſic ſummus non eſſet. Imò tantum abeſſet, ut Chriſtus poſt traditionem illam regni, quod qua mediator habet, magis eſſet ſubjectus Patri, quàm antea, ut potiùs minùs ſubjectus eſſe cenſeri deberet.

Etenim

ipſi conceſſiſſet. Quis enim credet, Patrem Filium rei tàm bene geſtæ uſu ac fructu privaturum? Triplex igitur regnum Chriſto competit. Primò *regnum* illud *naturale*, quo quâ Deus, in omnes creaturas abſolutum habet & exercet imperium. Deinde *regnum œconomicum*, quo tanquam mediator & bellator, ſeu quâ Deus Zebaoth, fungitur. Tertium eſt *regnum triumphans*, quo, officio reſignato, in æternum potietur. Primum illud & tertium ipſi eſt cum Patre & Spiritu Sancto commune: ſecundum ipſius eſt proprium. Sive autem aliquis hæc tria regna, ſive triplicem unius, ejuſdemque regni exſerendi ac exercendi modum, vocet, nemini ob voces litem movebimus: idemque ab æquo lectore fieri petimus. Falſum autem eſt, quòd Deo ſummo ejuſmodi regnum, nempe ſecundum, dari non potuerit. Nec contradicentia ſunt, ſi quatuor oppoſitionis leges rectè obſerventur ac huic negotio dextrè applicentur: idem imperium ex ſe ipſo, & non ex ſe ipſo habere: ſimul in eo ſubordinatum eſſe alteri, & non eſſe, id eſt, coordinatum eſſe. Chriſtus quoque ſummus eſt, & non ſummus; ſcilicet reſpectu diverſarum naturarum. Quod autem dicit, regnum hujuſmodi per ſe conſideratum eâ poteſtate atque imperio contineri, quod Deus ex ſe ipſo habet, dextrè eſt intelligendum. Si enim *ex ſe ipſo* ſignificet idem quod, neceſſitate naturæ ſine præeunte convenienti decreto, falſum eſt. Fieri enim potuiſſet, ut ſummus Deus nunquam hoc regnum exercuiſſet. Si verò *ex ſe ipſo* ſignificet idem quod, non tantùm alterius

gratiâ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Etenim ratione regni illius, à Patre, ut diximus, & ſacræ literæ abunde teſtantur, dependet, & ei ſubordinatus eſt: quæ ſubordinatio aliquid ſaltem ſubjectionis in ſe continet. Atqui hæc, regno illo depoſito, prorſus ceſſaret, manente interim imperio ſummo atque independente, quod non patitur, ut ulli ſit ſubjectus. Diſtinctio naturarum nihil hîc habet ponderis; partim quia illam jam antè rationibus excluſimus; partim quia illi, qui reſponſio iſta utuntur, Chriſtum ſecundùm utramque naturam aut totam Chriſti peuſonam, mediatorem əſſe, ac porrò regnum, quod ei ut mediatori conveniat, habere atque adminiſtrare volunt.

gratiâ, verùm etiam ſuâ ipſius voluntate ac poteſtate, licèt alterius quoque voluntas concurrerit, concedi poteſt. Similiter ſi per *contineri* intelligatur, quòd illa poteſtas ac imperium nihil ſit aliud quàm naturalis illa poteſtas ac imperium, falſum eſt quòd ita contineatur. Si verò his verbis indicetur, quòd naturalis illa poteſtas ac imperium hanc quoque poteſtatem in ſe complectatur, hæcque ex illâ fluat, non negamus. In ſcholis breviter & perſpicuè, quamvis barbarè, ſic enuntiarent; Regnum Mediatoris continetur in regno naturali non formaliter, ſed eminenter ac fundamentaliter. Si autem nullus eſt hujus imperii actus, qui Deo ſummo per ſe non competat, ut fatetur adverſarius, mirum eſt quòd ex hoc imperio ejuſqe actibus ſummam Chriſti Deitatem negare conetur. Verum tamen non eſt, quod dicit: Hujus enim imperii actus propriè ac proximè non competunt Deo ſummo quâ Deus ſummus eſt, ſed competunt Deo ſummo, quâtenus talis perſona eſt, taleque officium gerit. Nec ſequitur, ſi Chriſtus naturale illud & triumphans regnum poſt traditionem regni quod quâ mediator habet, retinebit, eum non ſubjectum iri Patri, quia ſubjectio illa longè aliud ſignificat, quàm velit adverſarius: & æterni illius regni poſſeſſionem non tollit, ſed ponit,

Hæc enim Filii ſubjectio, vel potiùs ſubordinatio, non alicujus dignitatis amiſſionem, ſed ejus conſummationem ſignificat. Quod ut clarius evadat, ſicque ſecundum argumentum pleniùs ſolvatur, quædam accuratè ſunt notanda. Et quidem ante omnia ſciendum eſt, longè aliam eſſe ſubjectionem illam, quâ vel Pater, vel Chriſtus, ſibi hoſtes ſubjicit, ab illâ quâ & alia quædam Chriſto ſubjiciuntur, & Filius ſubjicietur Patri. Prior enim illa ſubjectio conjuncta eſt cum ſubjectorum deteriori conditione, vel etiam abolitione: quam exprimit vox Græca καταργήσῃ; & pulcherrimè vox Hebræa לְהַשְׁבִּית *ad ceſſare faciendum*, Pſalm. 8. 3. quam & paraphraſtes Chaldæus in Pſalmo, & Syrus hoc in loco reddit בְּטַל Hinc quoque aliud eſt τὸ θεῖναι τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *ponere inimicos*

inimicos omnia ſub pedes ipſius: aliud τὸ πάντα ὑποτάττειν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *ſubordinare omnia ſub pedes ipſius.* Qud diſcrimen Syrus quoque obſervavit: Prius enim vertit דְּוָסִים, poſterius, שַׁעְבֵּד. De illis Pſal. 110. 1. dicitur: *Vſque dum ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: De his Pſal. 8. 7. ſimpliciter dicitur, *Omnia poſuiſti ſub pedibus ejus.* Prior itaque ſubjectio rerum ſubjectarum vel totalem abolitionem, vel infelicem conditionem: poſterior autem, ſubordinatio ſcilicet, rerum ſubordinatarum excellentiorem ſtatum ac conditionem ſignificat. Nimirum hoſtes ut futuri ſtatus impedimenta removentur: hæc autem quæ non ſunt hoſtes, ut ejus media, vel ſubjecta, conſervantur. Deinde conſideranda eſt hæc ſubordinatio quoad initium, & quoad complementum. Nam vel eſt inchoata, vel conſummata. *Subordinatio inchoata* eſt, quâ res omnes ſub imperio Chriſti ad gloriam Patris promovendam tendunt. *Subordinatio conſummata* eſt, quâ & res illæ & Chriſtus ſuo officio functus, ſcopum ſuum ſunt aſſecutæ. Hæc itaque nihil eſt aliud quàm perfectiſſimus ſtatus ex omnimodâ omnium mediarum operationum executione ortus. Hinc auctor epiſtolæ ad Hebræos c. 2. 8. dicit: *At nunc nondum videmus ei omnia illa eſſe ſubordinata.* Ubi vis articuli τὰ non eſt negligenda: ſicut nec in hoc loco *verſ.* 27. 28. Neque enim per τὰ πάντα omnia ſimpliciter ſunt intelligenda, ita ut etiam comphrehendantur hoſtes, ſed tantùm ea quæ Chriſto ejuſque regno ſunt amica. Apoſtoli tamen argumentatio eſt efficaciſſima. Nam ſi omnia Chriſto perfectè ſubordinabuntur, neceſſe eſt ut omnes hoſtes omniaque impedimenta aboleantur. Utraque autem hæc ſubordinatio, inchoata ſcilicet & conſummata, eſt actualis ſive exſequens. Eſt enim adhuc alia, quæ poſſet vocari ſubordinatio juris, ſeu decernens, quâ Pater ab æterno apud ſe decrevit; ut omnia illa Chriſto ita ſubordinentur, ipſeque Chriſtus ſibi. Ex his jam perſpicuum eſt, quàm infirmum ſit adverſarii argumentum. Illud enim eo nititur, quòd Chriſtus poſt regni illius traditionem omni regno ſit cariturus, Patrique ſubjectus futurus. Fingit igitur, quòd Chriſtus tantùm ante traditionem regnum obtineat, quòdque jam Patri ſubjectus non ſit. Quæ omnia textui apertè refragantur. Nam futura illa ſubordinatio præcedentem ſubordinationem non negat, ſed neceſſariò præſupponit. Subordinatio autem illa inchoata, quâ Chriſtus jam eſt ſubordinatus Patri, reſpectu divinæ naturæ, non tàm eſt ſubordinatio, quàm coordinatio, ut paulo antè oſtendimus: reſpectu autem naturæ humanæ eſt vera ſubjectio ac dependentia: intellige ſubjectionem ac dependentiam, non quâtenus ſimpliciter eſt natura humana, ſed quatenus eſt natura humana Mediatoris, ſeu

perſonæ

perſonæ officio adhuc fungentis. Per coſummatam autem Chriſti ſubordinationem hæc, ut ita dicam, officialis Chriſti ſubordinatio non augebitur, ſed tolletur; cùm per eam ſuum finem ac complementum adipiſcatur. Itaque tradito regno Chriſtus non erit magis ſubjectus Patri, ſed minùs. Nam quà Deus, nullâtenus erit Patri ſubordinatus, ſed tantùm coordinatus: quà homo autem, erit quidem ei ſubordinatus ac ſubjectus, ſed non quà homo qui ſit mediator, ſed tantùm quà homo qui mediatoris officio feliciſſimè functus ſit. Hæc omnia erunt clariora, ſi diſtinguamus inter ſubordinationem, quâtenus ſignificat actionem, & ut loquuntur, tendentiam quandam ad terminum: & ſubordinationem, quâtenus ſignificat ſtatum quendam, nimirum actionis iſtius ſcopum & terminum. Tùm itaque Chriſtus ſubjicietur Patri: id eſt, tùm ipſe, ipſiuſque membra exactiſſimè Patris ordinationi reſpondebunt ac congruent: ut pote quæ ſummam illam harmoniam, quam Pater obtinere decreverat, jam adepta ſint. Dum autem Pater dicitur fore omnia in omnibus, non excluditur Filius: ſed negatur quaſi mediata Patris operatio, quam per Filium in regno ipſius militante exercuit. Quare ut concludamus, cùm inchoata ſubordinatio ſummæ Chriſti Deitati non repugnet, ut non ſemel jam oſtendimus, multo minùs ei repugnabit ſubordinatio hæc conſummmata; quæ eſt illius prioris perfectio. Nam ut fideles, Chriſti membra, hâc ultimâ ſubordinatione regno non exuuntur, ſed fruuntur: ita & Chriſtus ipſorum caput per eam Rex non eſſe deſinit, ſed potiùs perfectè regnare incipit, Regni itaque traditione ac ſubordinatione ultimâ non deſinit regnare ſimpliciter, ſed certo modo. Quamobrem etiam Apoſtolus non dicit, ὅταν βασιλείαν παραδῷ, ſed ὅταν τὴν βασιλείαν παραδῷ. Eſt autem notatu dignum, quòd adverſarius agnoſcat. *verſ.* 25. loco *ejus* poſſe poni *ſuis*: quòdque *verſ.* 28. loco *ei* legat *ſibi*: quo ipſo Chriſti potentia ac poteſtas clariùs innuitur. Tantum itaque abeſt, ut ſumma Chriſti Deitas ex hoc loco evertatur, ut inde potiùs firmiſſimè ſtabiliatur: præſertim ſi regni Chriſti amplitudo ac dignitas in Scripturis oſtenſa perpendatur.

BISTERFELDII

CAP. XXVII.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum ſeptimum, quòd Chriſtus ſit Dei & hominum Mediator, ex 1. Tim. 2. 4. Heb. 8. 6: 9. 15: 12. 24.

Reſpondemus negando propoſitionem: nimirum, Fieri non poſſe ut mediator ſit ſummus Deus.

CRELLII

CAP. XXVII.

Argumentum vigeſimum ſeptimum, mum, quòd Chriſtus ſit Dei & hominum mediator.

Quarto loco illud afferri meretur, quod ſub finem præce-

den-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dentis capitis attigimus, nempe quòd Chriſtus dicatur *mediator Dei & hominum*, 1. Tim. 2. 5. & eodem ſenſu *mediator fœderis novi*, aut *melioris*, nempe quàm vetus fuerat, Heb. 8. 6. 9. 15. 12. 24. Intelligitur enim, eum inter Deum & homines, ad fœdus inter illos feriendum, interveniſſe medium, ejuſque fuiſſe, ut alibi loquitur divinus ad Hebr. ſcriptor, *ſponſorem*, cap. 7. 22. Hinc verò intelligitur, Chriſtum Deum ſummum non eſſe. Etenim Deus ille ſummus mediator nullius eſſe poteſt, ſed ipſe potiùs mediatorem habet. Si enim mediator eſſet, primùm alium haberet ſe ſuperiorem, inter quem & homines interveniret medius. Nam ſive ideo mediatorem dici velis, quia in fœdere feriendo Dei negotium agat apud homines, tanquam ejus internuncius, & voluntatis ipſius interpres; ſive ideo, quia hominum cauſſam ac negotium agat apud Deum; utroque modo tanquam Deo inferior ſpectatur. Itaque ſimul & ſummus eſſet, & non ſummus. Deinde ipſe ſui ipſius foret mediator. Nam ſi quis dicat, ideò hoc poſterius non conſequi, quia Deus ille, cujus mediator ſit Chriſtus, non niſi Pater ſit, ne illud nunc repetamus, quod alibi

Deus. Falſum enim eſt, quòd ille non ſit Deus ſummus qui mediatorem non habet. Similiter falſum iſt, quòd ille apud quem aliquis eſt mediator, mediatore ſemper ſit ſuperior. poteſt enim par paris eſſe mediator. Quidni par paris voluntatem annuntiare, ejuſque animum ad miſericordiam flectere poſſit? Nonne poteſt Regis Filius vel alius quoque Rex ſummus apud alium Regem intercedere, ut populo ſuo rebelli condonet; Regiſque condonantis voluntatem populo rebelli annuntiare? Ideone erit Rege, apud quem intercedit, inferior? Quantò igitur magis is & apud Deum Patrem mediator, & Deus ſummus eſſe poteſt, qui duabus naturis conſtat, quique humanam naturam aſſumſit, quò ea, quæ ad ſuum officium ſine humiliatione fieri non poterant, præſtaret? Potuit igitur eſſe ſummus & non ſummus, diverſo ſcilicet reſpectu. Neque hinc ſequitur quòd ſui ipſius fuerit mediator, accuratè loquendo. Mediator enim eſt perſona inter duas perſonas diſſidentes media: adeoque & ab utrâque diverſa eſt, & eas inter ſe conciliat. Si eſt diverſa ab utrâque perſonâ extremâ, ſeu diſſidente, utique ſui ipſius proximè & immediatè mediator eſſe nequit. Filius igitur Patris mediator eſt. Nec ideo à Deo ſimpliciter poſito, ſed ſpecialiter ſumpto diſtinguitur, ut ſuprà vidimus. Nihil autem hanc noſtram exceptionem poteſt excludere. Non primùm *quia non una eſt cauſa cur etſi Pater mediatorem habeat, Filius tamen mediatorem non habeat. Prima eſt naturalis divinarum illarum perſonarum ordo. Secunda eſt utriuſque ſapientiſſima voluntas. Tertia eſt, quòd eo ipſo, quo Pater habet mediatorem, non opus ſit ut Filius habeat mediatorem, cùm omnis illius mediationis fructus ad Filium quoque redundet. Et omnino in ejuſmodi primis actionibus Deus varios reſpe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

reſpectus habet. Nam ſicut Deus Pater & ille eſt, qui mediatorem miſit hancque mediationem decrevit, & ille apud quem mediator intercedit cuique ſatis ſit: ſic & Filius ipſe mediator eſt, & is quoque cujus majeſtati ſatisfit. Eſſentiæ igitur unitas mediatorem apud Filium non poſtulat, ſed tanquam ſuperfluum excludit. Iam videamus quid alterum contra noſtram exceptionem poſſit. Alterum, *inquit*, eſt quòd ob eſſentiæ unitatem ne fieri quidem poteſt, ut unius perſonæ aliquis ſit mediator, qui alterius non ſit. *Quidni?* Quia ſi eſt una ipſarum eſſentia, una quoque erit ipſarum voluntas & intellectus. *Quid tum?* Ergo cùm unius perſonæ voluntas annuntiatur aut ad miſericordiam flectitur, etiam alterius. *Concedimus: verum hinc non ſequitur, quòd ideò ſui ipſius ſit mediator perſona una, ſi eſt alterius. Nam officium mediatoris eſt officium uni perſonæ proprium: neque cauſæ communitas illud commune reddit; ſed ipſa communis functio illud redderet commune. At officium mediatoris non eſt eſſentiale, ſed perſonale. Etſi triumvir, ob communem cauſam, legationem & duorum collegarum & ſuo nomine ſuſcipiat: propriè tamen ſui ipſius legatus non eſt: quia perſonarum diverſitas requiritur. Quamvis autem intellectus, voluntas, aliæque divinæ proprietates in omnibus perſonis ſint eædem, operationes, tamen ipſarum ſunt diverſæ: quia ut modo ſubſiſtendi, ita & modo agendi differunt. Nec operationes ad extrà ratione modi agendi ſunt eædem: multò minùs illæ quæ ſpecialem relationem includunt. Nunc quomodo, aliquem ſui ipſius mediatorem eſſe, abſurdum & impoſſibile ſit, diſpiciamus. Nos, ſalvo meliori judicio, concedimus, neminem ſui ipſius mediatorem eſſe poſſe,* alibi [a] docuimus, ex eo ipſo conſequi, Chriſtum non eſſe Deum ſummum, quia à Deo ſimpliciter poſito diſtinguatur; duo adhuc ſunt, quæ iſtam exceptionem excludant. Primum eſt, quòd nulla poteſt excogitari cauſſa, cur, ſi Pater mediatorem habeat, Chriſtus mediatorem, & quidem eundem, non habeat, ſi is ſummus atque adeò idem cum Patre Deus ſit. Sive enim voluntas Patris per mediatorem exponenda fuit hominibus, ſive hominum cauſſa apud Deum agenda, & is, ut vulgò credunt, placandus; eadem cauſſa æquè ad Chriſtum pertinuit, atque ad Patrem, ſi Chriſtus quoque eſt ſummus ille, idemque cum Patre Deus. Alterum eſt, quòd ob eſſentiæ unitatem ne fieri quidem poteſt, ut unius perſonæ aliquis ſit mediator, qui alterius non ſit. Nam ſive voluntatem ſuam una perſona per quempiam exponat, ſive id agatur, ut ejus voluntas ad miſericordiam per quempiam flectatur; fieri non poteſt, quin ſimul cæterarum etiam perſonarum, quæ ejuſdem ſint eſſentiæ, voluntas per eundem exponatur, aut ad miſericordiam flectatur. ſiquidem earum perſonarum voluntatem, ut & intellectum, cæteraſque proprietates, eaſdem eſſe

[a] cap. 1. hujus ſect.

Mm 2 nume-

numero, eaſdemque planè operationes eſſe neceſſe eſt. quod in iis, quæ adextrà ſunt, quales hæ ſunt actiones, verum eſſe fatentur ipſi adverſarii. Jam verò abſurdum atque adeo impoſſibile eſt, quempiam ſui ipſius eſſe mediatorem.

poſſe, ſi ipſum officium in ſe ſpectetur: medium enim requirit aliquam ab extremis diſtinctionem. At ſi hoc intelligatur de mediationis fructu, ita nimirum ut, dum alteri ſatisfit, ipſi quoque mediatori ſatisfiat, negamus hoc eſſe impoſſibile: imò tàm facile pronunciamus, ut non ſolùm in negotio ſalutis factum fuerit, verùm etiam in vitâ humanâ ſæpius locum invenerit, & invenire queat. Nam Chriſtus ſuæ mediationis primarium quoque auctorem fuiſſe, ex loco ab ipſomet adverſario allegato liquidò conſtat. Sic enim ſcriptum eſt Hebr. 9. 15, 16, 17. Itaque ob id novi teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente, ad redemtionem earum prævaricationum, quæ fuerant ſub priore teſtamento, qui vocati erant, promiſſam æternam hæreditatem acciperent. Nam ubi teſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis ratum eſt: quandoquidem nondum valet cùm vivit teſtator. *Qui eſt teſtator ejus teſtamenti quod eſt fedus, is quoque federis primarius eſt auctor: teſtator enim primarius teſtamenti eſt auctor. At Chriſtus eſt ille teſtator: ipſe enim eſt mortuus. Ergo, ipſe quoque federis, cujus erat mediator, primarius auctor fuit. Vnde ſuprema ejus Deitas clariſſimè elucet; cum ex Moſe & Ieremiâ conſtet, ejus federis primarium auctorem fuiſſe Iehovam.*

Defenſio Argumenti.

Diſtinctione naturarum effugere non poſſunt adverſarii, tum ob alias cauſſas, ſuprà non ſemel explicatas, tum propterea, quòd ſect. 1. *cap.* 6. *docuimus, adverſariorum alios, dum Chriſtum Mediatorem ſecundùm humanam naturam conſtituunt, humanam revera naturam perſonam facere; alios dicere, ipſum divinum Chriſti ſuppoſitum ſeu perſonam, Mediatoris partes obire: (obire autem non poteſt, niſi ipſa divina natura obeat:) alios apertè dicere, atque adeò contendere, Chriſtum eſſe mediatorem ſecun-*

Defenſio Reſponſionis.

Naturarum diſtinctionem hic non adhibemus. Concedimus enim, quòd Chriſtus ſecundùm utramque naturam ſit Mediator. Tam clarè autem ex ſatisfactionis negotio myſterium incarnationis cognoſcitur, ut illud ſine hoc nec agnoſci, nec defendi queat. Unde qui incarnationem negat, is quoque neceſſariò unicam ſalutis viam negat. Cur autem Paulo, prout adverſarius vult, loquendum fuiſſet, ſi ſententia noſtra vera eſſet, cauſam video nullam: imò non deeſt cauſa, cur ſic loqui maluerit Apoſtolus. Volebat enim illum actum mediationis explicare, in quo tanquam in compendio reliqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

reliqui omnes, quaſi continentur: quod ut eò commodiùs faceret, Chriſtum non Deum, ſed hominem diſertè vocavit. Nam ideò potiſſimum homo factus eſt, ut hunc mediationis actum exerceret.

ſecundum utramque naturam. Hujus autem ſuæ aſſertionis rationem inter alias hanc aſſerunt, quam repudiare nec cæteri adverſarii poſſunt, quòd aliàs ſatisfacere divinæ juſtitiæ, infinitum pro peccatis noſtris pretium poſtulanti, non potuiſſet. Et hoc vel unicum vel præcipuum fundamentum eſt dogmatis de incarnatione, ut loquuntur, Filii Dei ſecundæ perſonæ Trinitatis. Ex quibus apparet, adverſarios ad diſtinctionem naturarum in Chriſto confugere hîc non poſſe. Interim tamen, quàm malè iſta ſint conſtituta quæ dicunt, vel illud arguit, quòd Paulus, cùm dixiſſet, unum eſſe Deum, unum etiam mediatorem Dei & hominum, *eum deſcripturus, non dicit,* Deum & hominem Ieſum Chriſtum, *ſed ſimpliciter*, hominem Ieſum Chriſtum. *At illo modo ei fuiſſet loquendum, ſi ſententia iſtorum vera eſſet. Deſcriptiones enim perſonarum, ut jam non ſemel monuimus, apud ſacros auctores, ut eſſe debent, ita & ſunt rebus, de quibus agitur, accommodatæ. Quare, ſi Chriſtus, & quà Deus, & quà homo, ſeu ſecundùm utramque naturam, mediator fuiſſet: eum non ſolùm hominem, ſed & Deum appellare debuiſſet, cùm eum deſcribere vellet: præſertim cùm &* Dei *&* hominum *quorum mediator ſit, expreßè facta eſſet mentio. Et ita ſanè loqui amant adverſarii, cùm ſuis verbis ſententiam ea de re ſuam explicant.*

BISTERFELDII CAP. XXVIII.

Reſponſio ad argumentum vigeſimum octavum, quòd Chriſtus ſacerdos ſit.

Reſpondemus negando conſequentiam. Negamus, inquam, Chriſtum Deum ſummum ideo non eſſe, quia talis ſit Sacerdos, qualis à Scripturâ deſcribitur. Talis enim coordinatio ac ſubordinatio ſummæ Deitati non repugnat, ſed eam neceſſariò includit: ut non ſemel probavimus. De Chriſto autem figuratè dici, quòd ſit ſacerdos, quodque ſacerdotis officio functus ſit, adeò à Sacrâ Scripturâ abhorret, ut univerſum ſalutis negotium evertat. Verùm illis id dicendum fuit, qui Chriſti ſatisfactionem irridentes, ſola ſua probitate nixi, neſcio quam ſalutem ſibi

CRELLII CAP. XXVIII.

Argumentum vigeſimum octavum, quòd Chriſtus Sacerdos ſit.

Non abſimile priori eſt, quòd Chriſtus Pſalmo 110. 4, & inde in Epiſtola ad Hebræos multis locis [a] *Sacerdos* aut ſimpliciter, aut *ſummus* ſeu *pontifex* dicitur: ideo nonnulla hic de eo adjiciemus; præſertim quia ipſe divinus Spiritus hac appellatione caviſſe videtur, ne quis Chriſtum ob tantam, quam habet, poteſtatem, Deo ſubordinatum non eſſe putaret. Nam

[a] Vide c. 2. 17: 4. 14: 5. 5, & ad 6. ult. vid. & c. 7. & 8. & 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Nam qui ſacerdos eſt, Deus ille ſummus eſſe non poteſt. Sacerdotis enim eſt, [b] ſacrarii miniſtrum eſſe: unde & ipſum ſacerdotii officium [c] miniſterium dicitur: ejuſdem eſt, [d] cauſam hominum agere apud Deum, [e] pro illis Deo offerre, & [f] interpellare, eaque ratione remiſſionem peccatorum iis à Deo quodammodo impetrare; ac porrò [g] coram Dei vultu comparere. Quæ omnia tum ex re ipſa, tum ex Epiſtola ad Hebræos ſatis luculenter patent, in qua ea partim de ſacerdotibus, & quidem ſummis, in genere enunciantur, partim de ipſo Chriſto nominatim affirmantur. Atqui nihil iſtorum in Deum ſummum cadit. Is enim eſt, qui ſacerdotes ſummos infimoſque habet, ſacerdos eſt nullius: ipſi miniſtratur & offertur: apud eum pro aliis interpellatur: coram vultu ejus comparetur, ut peccata hominibus condonet: ipſe nemini miniſtrat, nemini offert, apud neminem interpellat, coram vultu alterius non apparet, ut is peccata cuipiam condonet: ſiquidem ipſe pro ſuo jure ac poteſtate peccata omnibus condonat. Etſi autem iſta figuratè de Chriſto dicantur, ut alibi oſtenditur: illud tamen certum eſt, iſtos loquendi modos de Chriſto nullo modo uſurpari poſſe, ſi is eſſet prima ſupremaque remiſſionis peccatorum cauſſa, & ex ſe ipſo, non aliunde accepta poteſtate, ea hominibus condonaret, h. e. ſi ipſemet Deus ille ſummus eſſet

b. Hebr. 8. 1.
c ibid. verſ. 6.
d cap. 2. 17. & 5. 1.
e eod. c. 5. 1: 7. 27: 8. 3. vid. & c. 9. & 10.
f. cap. 7. 25.
g. cap. 9. 24.

ſibi pollicentur: cùm Chriſtus & prima ſupremaque & ſubordinata remiſſionis peccatorum cauſa fuerit; & tam ſuâ quam Patris poteſtate ea condonârit.

Defenſio Argumenti.

Diſtinctio naturarum non magis hîc locum aut robur ullum habet, quam vel alibi ſuperiùs, vel in præcedenti capite, ubi de mediatoris officio agitur; præſertim quia adverſarii mediatoris officium, quod Chriſto competat, in ſacerdotio potiſſimum collocant. Quare ne cætera repetamus, illud tantùm dicimus: ſi Chriſtus præter humanam naturam etiam divinam haberet, neceſſe fuiſſe, ut non minùs, quàm Pater, ſacerdotem ſummum, & quidem ſe ipſum haberet: cùm nec ulla excogitari poſſit cauſſa, nec fieri ullo pacto queat, ut Pater ſacerdotem

Defenſio Reſponſionis.

QUamvis ſacerdotium Chriſti ampliſſimum commentarium mereatur, breviſſimè tamen hîc reſpondere voluimus: tum quia auctor breviter agit; tum quia omnes ipſius rationes, quibus conſequentiam ſtabilire ſolet, jam ſolutæ fuerunt: tum denique quia alibi, Deo dante, oſtendemus, vel ex ſolo Chriſti ſacerdotio clariſſimè patere, Chriſtum eſſe ſummum illum & æternum Deum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cerdotem habeat aliquem, Chriſtus non habeat, ſi is non minùs, quàm Pater, atque adeò idem numero cum illo Deus ſit: quemadmodum ex iis conſtare poteſt, quæ de mediatoris voce antea diximus. At ubi vel minimum apparet in ſac. literis indicium, ex quo conſtare queat, Chriſtum non minùs, quàm Patrem, ſummum aliquem ſacerdotem habere? quis non videt, abſurdiſſimum eſſe, ſtatuere, Chriſti perſonam ſibi ipſi offerre? Nullo ergo pacto ſacerdotium Chriſti cum divina, quæ in ipſo ſtatuitur, natura conſiſtere poteſt.

Bisterfeldii
Cap. XXIX.

Reſponſio ad argumentum undetrigeſimum, quòd Chriſtus à Patre fuerit reſuſcitatus.

Reſpondemus: Etſi Patri reſuſcitatio Chriſti quàm frequentiſſimè attribuatur, non tamen illam ideò de Chriſto negari; ſed ipſi quoque in Scripturâ ita adſcribi, ut ſatis eum etiam verum ac primarium ſuæ reſuſcitationis auctorem fuiſſe appareat. Quamvis autem Chriſtus eandem cum Patre ſe reſuſcitandi facultatem & habuerit & exſeruerit, potiſſimùm tamen id Patri aſcribi debuit; tum ob Chriſti officium, tum ob noſtrum ſolatium. Chriſtus enim non tantùm, quâ mortuus, ſed quâ juſtè mortuus, conſiderandus eſt: utpote qui peccatum factus ſit, quique morte ſuâ omnium electorum peccata apud Patrem, tanquam juſtiſſimum judicem, expiare, nec, niſi perfectiſſimâ ſatisfactione præſtitâ, à morte liberari debuerit. Pater igitur Chriſtum à mortuis reſuſcitavit, non tantùm quâ Deus (ſic enim Chriſtus quoque ſe ipſum reſuſcitavit) ſed etiam quâ ſeverus ac juſtus judex, qui Chriſtum ex mortis carcere liberavit: quia perfectiſſimam ſatisfactionem acceperat. Singulare verò fidelium ſolatium ex reſurrectione Chriſti proficiſcitur; non ideò potiſſimùm, quòd divinæ omnipotentiæ experimentum habuerint (id enim non ſemel tam in V. quam

Crellii
Cap. XXIX.

Argumentum undetrigeſimum, quòd Chriſtus à Patre fuerit reſuſcitatus.

Sextum hujus generis argumentum duci ex iis poteſt locis, in quibus Chriſtus ab alio, nempe Patre ſuo, reſuſcitatus dicitur. Quæ ratio tanto magis urgenda eſt, quia ejus contrarium ab adverſariis urgetur. Ajunt enim, Chriſtum ſe ipſum reſuſcitaſſe, & hac ratione, ſe Dei Filium, ex eſſentia nempe Dei genitum, atque adeò Deum ſummum eſſe, luculenter demonſtrâſſe. Sed id argumentum partim per ſe ipſum concidit, cùm falſa nitatur hypotheſi, ut mox à nobis demonſtrabitur; partim alio eorundem adverſariorum errore labefactatur. Volunt enim illi, animam ſeu ſpiritum Chriſti; (quod etiam de aliorum hominum ſpiritibus ſtatuunt) eo mortuo, nihilominus actiones, quæ non niſi ſubſtantiis actu ipſo viventibus & per ſe intelligen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ligentibus competunt, exercuiſſe; nonnulli in infernum, aut purgatorium deſcendiſſe, Patrum animas, neſcio è quo limbo, eduxiſſe ajunt. At ſi hujuſmodi actiones anima Chriſti, etiam durante morte, exercuit; quid prohibet, quominùs eadem anima corpus ſuum domiciliumque priſtinum ingreſſa, illud ſibi denuo junxerit, & divina virtute reſuſcitarit? Num enim minus poſſit anima Chriſti divina virtute inſtructa, quàm tota ejus humanitas, cùm viveret, eadem divina virtute præſtare potuit? Num minus illa poſſit, quàm Apoſtolorum v. g. aliquis, quibus poteſtatem aliquando dedit Chriſtus [a] mortuos reſuſcitandi, & [b] quorum aliquos legimus mortuos quoſdam reſuſcitaſſe? quod idem [c] de Elia & [d] Eliſæo ſcriptum legimus. Quare nos argumentum adverſariorum longè rectiùs invertemus, & telum, quod in nos vibrare conantur, in illos retorquebimus. Etenim ſi Chriſtus Deus ille ſummus eſſet, ejus reſuſcitatio ipſimet tanquam verò ac præcipuo auctori adſcribenda eſſet. Atqui non ipſi ſed Patri, tanquam vero ac præcipuo ejus auctori tribuitur; imò ipſum Chriſtum, propriè loquendo, ſe ipſum non reſuſcitaſſe,

[a] Mat. 10. 8.
[b] Act. 9. 40, 41. & c. 20. 9, & d.
[c] 3. Reg. 17, 17, & d.
[d] 4. Reg. 4. 18, & d.

quàm in N. T. habuerant) ut adverſarii imperitè fingunt: ſed quòd ex Chriſti reſurrectione certiſſimi ſint, nullum planè fidelium peccatum ſupereſſe, quin id perfectiſſimè à Chriſto fuerit expiatum, ac deletum. Atque huc omnia loca ab adverſario appoſitè citata reſpiciunt. Quædam enim ex illis de reſurrectione non agunt. Sed videamus unum & alterum locum. Apoſtolus in epiſtolâ ad Galatas contra eos diſputaturus, qui partim ex operibus, partim ex fide ſalvari cupiebant, ſtatim ſub initium ſuæ doctrinæ fundamentum ponit, dum verſ. 1. *docet: quòd Deus Pater Chriſtum à mortuis ſuſcitaverit, adeòque pleniſſimam ab ipſo ſatisfactionem acceperit. Ideo* v. 4. *dicit:* qui *Chriſtus*, ſe ipſum dedit pro peccatis noſtris, ut eximeret nos ex præſenti ſeculo malo, ſecundùm voluntatem Dei & Patris noſtri. *Audis quo ſcopo Chriſtus ſe in mortem dederit: quem ſcopum patriſque voluntatem Eſaias graphicè depingit* c. 53. *Denuò audis, quod Pater Chriſtum ex mortuis ſuſcitaverit. Firmiſſimè itaque noſti, quòd Chriſtus & ſuum ſcopum obtinuerit, & Patris voluntatem impleverit: niſi & Chriſtum fruſtrà mortuum, & à Patre inſipienter ſuſcitatum fuiſſe dicere velis. Petrus autem* Act. 3. v. ult. *non de reſuſcitatione Chriſti ex mortuis, ſed de ipſius in carne exhibitione agit; ut vel ex his verbis,* vobis primùm Deus excitatum puerum ſuum miſit. *At non poſt, ſed ante reſurrectionem eum miſerat. Et quamvis de reſurrectione ageret, id tamen faceret, ut meritorum Chriſti vim pleniùs exprimeret, majoremque fiduciam auditoribus ingeneraret. Similiter nec* Act. 13. 32. *de reſuſcitatione juxta doctiſſimorum quorundam ſententiam agitur: quam ex collatione* v. 23. 34. & c. 2. 30. *item* c. 3. 22. & c. 7. 37. *oſtendunt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dunt. Sed non eſt, quòd hac de re multùm diſceptemus, cùm v. 34. *diſertiſſimè de reſurrectione agatur. Verùm cur Pater dicatur ipſum reſuſcitaſſe*, verſus 38, *& ex V. T. allegata dicta* Eſai. 55. 3. Pſal. 16. 10, *clarè indicant: nimirum hunc eſſe illum qui pleniſſimè pro fidelium peccatis ſatis fecerit, æternumque fedus ſtabiliverit. Quòd evidentiùs cernitur ex* 1. Theſſ. 1. 9, 10: *ubi protinus ſubjungitur*: Qui eripuit nos ab irâ venturâ.

Non itaque varia loca accumulare debebat adverſarius, in quibus ſcriptum eſſet, Deum, ſcilicet Patrem, reſuſcitâſſe Chriſtum: hoc enim nos libentiſſimè, tanquam ſalutis noſtræ fundamentum, concedimus: ſed debuiſſet ea expendere, cur toties Chriſti reſuſcitatio Patri tribuatur. Id quia ab adverſario factum non eſt, in uno aut altero loco præſtemus. Egregiè autem hujus reſuſcitationis modus & cauſa Act. 2. 24. *indicatur. Modum exprimit Petrus cùm dicit*: Quem Deus, *Pater*, ſuſcitavit, ſolutis doloribus mortis, *vel potiùs*, ſolutis funibus mortis. *Nam* ὠδῖνες *propriè vel ſunt ipſa ſecundinarum vicinarumque partium ligamenta, vel ſunt dolores ex illorum rupturâ orti. Vnde pulchre Syrus hæc verba exprimit per* וּשְׁרָא חֶבְלֶיהָ דִשְׁיוֹל Et ſolvit funes inferni: *plane juxta textum Hebræum* Pſal. 18. 6. חֶבְלֵי שְׁאוֹל סְבָבוּנִי Funes inferni circumdederant me. *Plenus igitur ſenſus eſt: Deus Pater Chriſtum reſuſcitavit, poſtquam funes dolorum ac mortis infernalium ſolviſſet. Nimirum, quia Chriſtus* λύτρον *ſolverat, Pater quoque ſolvit*, λύσας, *funes, quibus tanquam vinculis juſtitiæ conſtrictus erat. Pergit Petrus, cauſamque reddit, cur illi funes ſoluti fuerint*: Quia, *inquit*, impoſſibile erat ipſum, *Chriſtum*, conſtrictum teneri ab eo *ſcilicet Patre*, citaſſe, ſatis apertè ſignificatur. Quare is Deus ille ſummus non eſt. Majoris, quam vocant, veritas ſatis eſt manifeſta. Nemo enim dubitat, ſi Chriſtus ſummus ille Deus ſit, eum omnino ſe ipſum reſuſcitâſſe, ac, ut reſuſcitaret, maximè conveniſſe. Nam cùm ex ea ſententia ſequatur, humanam naturam, ſecundùm quam mortuus fuerit Chriſtus, perſonaliter fuiſſe junctam divinæ; fieri nequaquam potuit, ut humana natura in morte perpetuò maneret, & ſic, cum unio illa nunquam diſſolvi ex eorum ſententia poſſit, divinæ naturæ corpus mortuum indiſſolubili æternoque nexu unitum eſſet. Porrò autem, ſi reſuſcitanda fuit humana natura, à quonam potiùs reſuſcitanda erat, quàm à natura ejuſdem Chriſti divina, quæ id & præſtare per ſe ipſam facillimè poſſet, & propter arctiſſimam illam unionem, hoc naturæ ſibi junctæ beneficium, ad ſuam gloriam & honorem inprimis neceſſarium, deberet? Itaque ſive facultatem ſpectes id præſtandi, divina Chriſti natura prima ejus operis cauſſa fuiſſet; ſive officium, ipſi id præcipuè incubuiſſet. Quomodo ego Chriſtus reſuſcitationis ſuæ verus ac præcipuus auctor non

Nn fuiſ-

fuiſſet? Quod ad minorem attinet, tot ſunt, tamque clara ſacrarum literarum teſtimonia, quæ reſuſcitationis Chriſti verum ac præcipuum auctorem conſtituunt, Patrem, non Chriſtum, imo Chriſto ipſi ſat apertè opus hoc adimunt, (quanquam & res ipſa, nempe mors ipſius, ſatis adimit) ut mirum ſit, quemquam ea de re dubitare poſſe. Nam primùm in quibuſdam locis apertè dicitur, Patrem reſuſcitâſſe Chriſtum; aut Deum reſuſcitâſſe Filium ſuum. Quis autem eſt ille Deus, cujus Filius eſt Chriſtus, niſi Pater? Et illud quidem Paulus ſcribit ad Galatas ab ipſo Epiſtolæ initio, dum ita ait: *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitavit eum à mortuis*. Hoc verò affirmat Petrus Act. 3. v. ult. *Vobis primùm Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis*. & Paulus cap. 13. 33, idem re ipſa aſſerit, dum ait: *Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimplevit filiis noſtris*, (Græcè *ipſorum nobis*) *reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem ſuſcitavit eum à mortuis, ampliùs non reverſu-*

Patre, vel inferno vel morte, adeòque ejus funibus. Quocumque enim relativum αὐτȣ̃ referas, idem ſenſus manet: quia captivus & à carcere, & à vinculis carceris, & ab ipſo judice conſtrictus tenetur. Quare autem hoc erat impoſſibile? David enim dicit de eo. *Vbi perſpicuum eſt, quòd ideo hoc propriè non fuit impoſſibile, quia David id de eo dixit, (ſic enim omnia prophetarum prædictionibus contraria forent impoſſibilia) ſed quia ea, quæ David de eo dixit, talia ſunt, ut impoſſibile fuerit cum iis Chriſti in morte detentionem conſiſtere. Iis enim verbis*: Proſpiciebam Dominum coram me ſemper: quoniam eſt mihi ad dextram, ne concutiar. Propterea oblectatum eſt cor meum, & exſultavit lingua mea, atque adeo caro mea commorabitur in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in ſepulchro, nec ſines Sanctum illum tuum videre corruptionem: *His, inquam, verbis Chriſtus tanquam ſacerdos Sanctum ſanctorum ingreſſurus ſuæ mortis antecedentia, connexa, & conſequentia ita deſcribit, ut manifeſtè appareat, eum & durante ſuâ morte vixiſſe, & vi pacti à Patre ſuſcitatum eſſe. Nam ovum ovo non potuit eſſe tam ſimile quàm ſimilis eſt precatio Chriſti* Ioh. 17. *huic Pſalmo. Præter ea quæ de vitâ Chriſti, durante morte, diximus, clarè etiam innuunt verba* verſ. 30. Propheta igitur quum eſſet, & ſciret, Deum jure jurando ſibi jurâſſe, fore, ut ex fructu lumbi ipſius, quod ad carnem attinet, excitaret, *quem* collocaret ſuper ejus throno, præſcius locutus eſt de reſurrectione Chriſti. *Vbi duæ cauſæ indicantur, ex quibus David certò prævidit, cur anima Chriſti non fuerit manſura in inferno, nec caro ejus viſura corruptionem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nem. Prima ſumitur à Chriſti perſona, quæ per tacitam antitheſin deſcribitur: quia nimirum non tantum fuit homo, ſed etiam Deus. Inepta aliàs foret illa limitatio, ut ſuprà vidimus. Altera ſumitur ab ipſius officio: quia ideo & in mundum venerat, & mortuus fuerat, ut ſederet ſuper thronum David. Tantum igitur abeſt ut Chriſtus durante triduo mortis non vixerit, ut tum maximè æternam divinamque ſuam vitam exſeruerit. Nam dum corpus ejus in ſepulchro jacuit, ipſe Eccleſiam ſuam peperit: ut videre eſt ex Ioh. 16. 21. *&* 12. 23. 24. *Sicut enim granum tritici fœcundum tum maximè vitam ſuam exſerit, cum, ut Scriptura loquitur, moritur, ſic quoque Chriſtus durante mortis triduo maximè ſe tanquam Deum vivere oſtendit. Quod profundiſſimum myſterium Paulus præclare docet* Epheſ. 5. 30. 31. 32. *Nimirum, ſicut Adam* Geneſ. 2. 21, 22, *non erat mortuus, ſed dormiebat: ſic Chriſtus, dum ex ipſius latere educeretur Eccleſia, non omnimodo mortuus fuit, ſed Spiritus, id eſt, natura divina, & vixit, & maximè vivificavit. Hoc myſterio obſervato, omnia adverſariorum de morte ac ſatisfactione Chriſti ſophiſmata in fumum abeunt; ut aliàs, Deo duce, planum faciemus. Atque ideo* Act. 2. 4. *occurrit vox ὠδῖνες, ut hîc ſpiritualis partus indicaretur. Sic in reliquis locis vel perſona Chriſti, vel officium ejuſque erga ſuos beneficium, & quidem vel ſingula ſeorſim, vel omnia conjunctim indicantur. Hinc Petrus* Act. 3. 15. *ait*: Ducem illum vitæ trucidâſtis; quem Deus excitavit ex mortuis: *v. autem* 13, Glorificavit puerum ſuum: *quod ſi de miraculo accipiatur, ſignificat, ipſum glorificatum eſſe: ſi verò de reſurrectione ſit intelligendum, vel hinc patet, quòd reſuſcitatio illa gloriæ Chriſti non tam cauſa verſurum in corruptionem, ita dixit &c.* Ex quibus verbis apparet, eum, qui ad Chriſtum dixit: *Filius meus es tu, ego Hodie genui te*, qui quidem nullus eſt alius, quam Pater, ipſum reſuſcitâſſe à mortuis. Idem Apoſtolus 1 Theſſ. 1. 9, 10, *Converſi eſtis*, inquit, *ad Deum à ſimulachris, ſervire Deo vivo & vero: & exſpectare Filium ejus de cœlis (quem ſuſcitavit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit (*Gr. *eripit) nos ab ira ventura.* Vbi itidem Deus Filium ſuum ex mortuis ſuſcitâſſe dicitur.

Accedunt his locis plurimi alii, in quibus ſimpliciter ſcriptum eſt, Deum reſuſcitâſſe Chriſtum; è quorum numero unum tantùm atque alterum, verbis ipſis adductis, hîc adſcribemus, reliquos indicâſſe contenti. Ita ergo ait in Actis Petrus cap. 2. 24: *quem* (Ieſum Nazarenum) *Deus ſuſcitavit, ſolutis doloribus inferni, juxta quod* ſeu eò quòd) *impoſſibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear: propter hoc lætatum eſt cor meum: & exultavit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* & paulo pòſt v. 32:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

v. 32: *Hunc Ieſum reſuſcitavit Deus; cujus omnes nos teſtes ſumus.* vide etiam, quæ idem Petrus ait infrà capite 3. 15 (quem verſic. conf. cum 13.) & cap. 4. 10. & cap. 5. 30. &. cap. 40. & Paulus cap. 17. 31. & Rom. 4. 24. & cap. 8. 11. & cap. 10. 9. itemque 1. Cor. 6. 14. & cap. 15. 15. &. 2. Cor. 4. 14. & cap. 13. 4. Inſignis autem inter alia locus extat apud eundem Apoſtolum Eph. 1. 19, 20. ubi iis inter alia optat, ut ſciant, *quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus* (nempe illius, quem Deum Domini noſtri Ieſu Chriſti Patrem gloriæ, v. 17. appellaverat) *in nos, qui credimus ſecundùm operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dextram ſuam in cœleſtibus*: & quæ ſequuntur. Iunge etiam ea, quæ leguntur cap. ſeq. v. 5. & his gemina Col. 2. 12. 13. adde & illa D. Auctoris Epiſt ad Heb. 13. 20. & iſta Petri 1. Eph. 1. 21.

Non cómmemoramus illa teſtimonia, quæ ſanè ſunt non pauca, in quibus ſimpliciter affirmatur, Chriſtum reſuſcitatum eſſe; quod toties repetitum omnino ſignificat, eum ab alio reſuſcitatum eſſe; quod etiam nonnullorum locorum circumſtantiæ apertè

cauſa quàm conſequens & argumentum fuerit. Reliqua loca, à nobis non explicata prudens lector inſpiciat, eaque inter ſe collata in adverſarium retorqueat. Inſignis autem Pauli Epheſ. 1. 19. 20. & 2. 5. *locus adverſarii argumentum refutat. Nam ut hinc non ſequitur, quòd Chriſtus ſua virtute in cœlum non aſcenderit, ad dextram Patris non ſederit, ſibi non omnia ſubjiciat, etſi Pater hæc feciſſe dicatur: ſic quoque non ſequitur, quòd Chriſtus ſe ipſum non ſuſcitaverit, etſi Patri ejus ſuſcitatio adſcribatur; præſertim cum* verſ. 19. cap. 1. *&* verſ. 5. cap. 2. *expreſſe doceatur, quòd eandem potentiam in fidelibus exſerat. At quin Chriſtus ſua quoque virtute nos vivificet, excitet, ac in cœleſtibus collocet, credo nec adverſarii negare auſint. Si autem unà cum Chriſto vivificati, excitati, ac in ſupernis collocati fuimus, & verò Chriſtus hujus quoque auctor eſt, quin illius intimè connexi actus auctor etiam ſit, fieri non poteſt. Idem non obſcurè extat* Coloſſ. 2. 12. 13. *ubi Chriſti in morte efficacia, pleniſſimaque ſatisfactio ad vivum depingitur. Rectè quoque fecit adverſarius, quòd* Hebr. 13. 20. *non omiſerit; quò univerſa ipſius argumentatio jugularetur. Ibi enim docet auctor epiſtolæ, quòd Deus pacis, id eſt, Pater morte Chriſti reconciliatus, reduxerit ex mortuis magnum illium ovium Paſtorem, hoc eſt, ipſi ex carcere exeunti tanquam Iudex eum abſolvens præiverit, & quidem ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίȣ*, in ſanguine federis æterni, *hoc eſt, per & propter ſanguinem illius, qui æterno ſuo Spiritu ſe offerens æternum fedus ſanciverat. Quæ verba graviſſima ſi & per ſe conſiderentur, & cum aliis Scripturæ locis, iis præſertim quæ* de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

de ſummi ſacerdotis in Sanctum Sanctorum ingreſſu agunt, conferantur, tam manifeſtè adverſariorum dogma de Chriſti reſurrectione ac ſatisfactione refutant, ut ipſorum audacem jactationem mirari ſatis nequeam. Nec malè addidit locum 1. Petr. 1. 21. *in primis ſi præcedentes verſus conjungantur. Satis enim in iis exprimitur, quare, quomodo, & quo ſine Pater Chriſtum reſuſcitaverit.*

tè indicant. vide inter alia 1. Cor. 15. 4, 12, & d. ubi ſepties illa loquendi ratio uſurpatur; & poſtea *verſ.* 15. apertè Deum id feciſſe aſſeritur; Chriſtique reſuſcitatio noſtræ reſuſcitationis exemplum conſtituitur, quod etiam alibi contingit.

Sanè Fundamentum reſponſionis noſtræ adverſarius nobis loci 1. Cor. 15. 4. *citatione ſuppeditavit*: Nimirum quòd Chriſtus mortuus ſit pro peccatis noſtris, juxta Scripturas: & quòd ſepultus & excitatus fuerit tertia die, juxta Scripturas. *Illas igitur conſulat ac conferat inter ſe cordatus lector, & ulteriori manuductione ad hujus argumenti ſolutionem non indigebit. Chriſti autem reſuſcitatio non tàm noſtræ reſuſcitationis exemplum, quam prototypum, exemplar, ac perfectiſſima cauſa citato capite conſtituitur.*

Defenſio Reſponſionis.

CONcedimus, in locis citatis, quæ de Chriſti reſuſcitatione agunt, intelligi Deum Patrem: negamus autem hinc ſequi, Chriſtum non eſſe principalem quoque ſuæ reſuſcitationis cauſam. Cauſam quoque oſtendimus, cur toties illa reſuſcitatio Patri adſcribatur: nimirum ut Chriſti officium, ejuſque erga nos beneficium eò evidentiùs exprimeretur. Chriſtus enim quâ ſponſor, adeoque reus, in mortis carcere detinebatur. Fuit autem Chriſtus ſuæ reſuſcitationis cauſa non ſolùm principalis; quâtenus ſuâ virtute ſurrexit: ſed etiam minùs principalis ſeu impulſiva meritoria; quia paſſione & morte ſuâ reſuſcitationem ita meruit, ut ſine injuſtitiâ in morte detineri non potuerit.

Uberior Confirmatio & defenſio argumenti.

DIces, etiamſi Chriſtus ab alio reſuſcitatus dicatur, non ſequi tamen, eum à ſe ipſo reſuſcitatum non eſſe: cum eadem actio poſſit à pluribus cauſis, & quidem inter ſe paribus, proficiſci: quin etiam iis in locis, in quibus aſſeratur, Deum reſuſcitaſſe Chriſtum, Dei *nomine intelligi poſſe totam Trinitatem, aut divinam Chriſti naturam; præſertim cum alibi Chriſto ipſi reſuſcitatio ſui ipſius adſcribi videatur. Sed prius tres potiſſimùm ob cauſas admittendum non eſt. Prima eſt, quia illud ſaltem ex locis à nobis adductis ſequitur, Chriſtum non eſſe principalem ſuæ reſuſcitationis cauſſam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Cur enim toties támque apertè alii perſonæ, nempe Patri, reſuſcitatio ipſius adſcriberetur, & non ipſi potiùs Chriſto? Atqui vel hoc ſolum nobis hîc poſſet ſufficere, ad oſtendendum, Chriſtum non eſſe Deum illum ſummum. Oſtendimus enim antea, eum, ſi Deus ille ſummus eſſet, omnino principalem reſuſcitationis ſuæ auctorem fore.

Altera cauſſa eſt, quia ſacra ſcriptura ita Deo Patri reſuſcitationem Chriſti adſcribit, ut non obſcurè, imò ſatis apertè indicet, eandem illam actionem ipſi Chriſti revera non competere. Primùm, quia ſi Chriſtus ſe ipſum, & quidem vi naturali, ac ſibi planè propria, à mortuis reſuſcitaſſet, id in aliquibus ſaltem teſtimoniorum à nobis citatorum omnino commemorandum fuiſſet. Ac ne alia nunc afferam, fieri hoc inprimis debuiſſet Act. 2.24. & ſeqq. & Rom. 10. 9. & 2. Cor. 13. 4. Nam quod ad primum locum attinet; cùm aſſeruiſſet Petrus, Chriſtum reſuſcitatum eſſe à mortuis, eò quòd impoſſibile fuerit, eum teneri à morte; an non maxima fuiſſet cauſſa dicendi, ideo impoſſibile id fuiſſe, quia ipſe fuerit Deus ille ſummus, qui proinde non potuerit animam ſuam in inferno relinquere, & permittere, ut corpus ſuum corruptionem videret? Hæc enim propria, atque adeò unica ejus rei cauſſa fuiſſet. At ille Davidis verbis adductis atque ad Chriſtum accom-

Sed Scripturam ita Deo Patri reſuſcitationem Chriſti adſcribere, ut non obſcurè, imò ſatis apertè indicet, eandem illam actionem ipſi Chriſto reverâ non competere, nunquam oſtendet adverſarius. Quæ enim neceſſitas cogit, ut, ſi Chriſtus vi naturali ſe ipſum à mortuis reſuſcitâſſet, id in aliquibus ſaltem teſtimoniorum ab ipſo citatorum omninò commemorandum fuiſſet? Parum abeſt quin Spiritui ſancto formulam præſcribant. Satis tamen id ipſum in locis ſingulariter ab ipſo ſelectis factum eſt. Nam quod primum locum *Act.* 2. 24. attinet, perpendat & epitheta & opera Chriſti, quæ hîc deſcribuntur, tum ſcrutetur ſcripturas, qualem hunc eſſe oportuerit; & ſatis apertè hîc ea videbit, quæ alibi clariſſimè ſunt indicata. Si autem Petrus ideò impoſſibile eſſe docuiſſet, eum à morte detineri, quia ipſe fuerit Deus ſummus, ſatisfactionis vim non tam perſpicuè propoſuiſſet. Paulus verò ad *Rom.* 10. 9 non omnia ad ſalutem neceſſaria diſertis verbis expreſſit, ſed ea propoſuit, quæ ſi rectè ponderentur, ſatis oſtendunt, ipſum ſuâ virtute reſurrexiſſe. Tertium autem teſtimonium 2. *Cor.* 13. 4 ipſum refellit. Sic enim habet. *Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Chriſti, qui erga vos non eſt infirmus, ſed potens eſt in vobis. Nam etſi crucifixus fuit ex infirmitate, vivit tamen ex potentiâ Dei. Nam & nos infirmi ſumus cum eo; ſed vivi erimus cum eo ex potentia Dei.* Ex quibus clarum eſt, quòd illa potentia Dei Chriſto competat. Eadem enim eſt potentia Dei, quâ nos vivi erimus, cum eâ quâ Chriſtus vixit: eadem quoque eſt cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cum illâ quâ Chriſtus potens erat in Corinthiis. Secus bis ineptiſſimè argumentaretur Apoſtolus. At potentiâ Chriſti victuros eſſe fideles, ipſius quoque potentiâ ipſum fuiſſe in Corinthiis potentem, haud negare auſint adverſarii: vel ſi negent, apertiſſimè ex Scripturis refutabuntur. Ergo ſuâ quoque & propriâ potentiâ revixit Chriſtus. Potentia igitur Dei ſeu divina, ipſa Chriſti potentia eſt. Dicit autem, *potentia Dei*, non, *ſuâ*: ut Chriſti potentiam divinam eſſe indicet, ſicque Corinthiis majorem ſui metum ac reverentiam incutiat, cùm Chriſtus in ipſo loquatur. Dixerat *cap.* 2. *v.* 3, quòd nihil velit ab iis ſciri, quàm Chriſtum crucifixum: at Chriſti potentiam eamque planè divinam ipſos quoque ſcire voluit. Ea igitur ſe in ipſius crucifixione exſeruit. Idem itaque hîc Paulus docet, quod alibi Petrus docuit, 1. *Epiſt.* 3. 18. Nam & *Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, juſtus pro injuſtis; ut nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu.* Chriſtum autem per reſuſcitationem à Deo generatum fuiſſe, impium eſt figmentum; ut infrà demonſtrabitur.

Etſi autem Pater Chriſti, nomine non expreſſo ita deſcribatur: *Is qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis*: malè tamen hinc colligitur, hanc actionem non eſſe Chriſto cum Patre communem, ſed ei propriam. Pater enim diſtinguitur à Chriſto ratione oppoſitionis, itemque ratione modi proprii quo ipſum ſuſcitavit: ſcilicet quâ judex qui fideles juſtificat. Quod ex ſecundo loco *Rom.* 8. 11. patet. Spiritus enim Patris qui mortalia noſtra corpo- *accommodatis, longè aliam cauſſam affert, nempe quòd Chriſtus Dominum providerit in conſpectu ſuo ſemper, quia is à dextris ipſius ſemper fuerit, ne commoveretur; inde eum lætitiam, inde ſpem concepiſſe, fore ut Dominus non derelinqueret animam ipſius in inferno, nec daret Sanctum ſuum videre corruptionem: quò & ſequentia pertinent, ubi Chriſtus in Davidis perſona profitetur, Deum ſibi notas feciſſe vias vitæ; & ſe repleturum jucunditate. Quæ cauſſa nihil cum illa, quæ afferenda fuiſſet, commune habet; imò eam ſubvertit.*

Quod ad ſecundum locum attinet; ideo ibi [a] *potiùs dicendum fuiſſet, Chriſtum ſe ipſum à mortuis reſuſcitâſſe, (ſi modo quis à mortuis ſe ipſum reſuſcitare poteſt (quàm Deum id feciſſe; quia id ibi explicatur, quod de Chriſti dignitate præcipuè eſt à nobis & corde credendum, & ore confitendum, & quod ſi credamus ac confiteamur, ſalutem ſumus conſequuturi. At ſi Chriſtus ſe ipſum à mortuis reſuſcitâſſet, id nobis etiam omnino credendum confitendumque eſſet, ipſis adverſariis fatentibus, imo urgentibus; ac porrò hoc loco ab Apoſtolo minimè fuiſſet prætermittendum prætermiſiſſet enim id: quod & majorem Chriſti dignitatem in ſe contineret, & non minùs nobis creditu eſſet neceſſarium, quàm id, quod expreſſit. Quod ad tertium teſtimonium attinet;*

[a] Rom. 10. 9.

[a] 2. Cor. 13. 4.

tinet; ideo loco ejus, quod iſtic[a] *dicitur*, Chriſtum vivere ex potentia Dei, *dicendum potiùs fuiſſet*, eum vivere ex potentia ſua, *quia iſtic de ipſius Chriſti potentia agitur, eumque in Corinthiis potentem eſſe demonſtratur, ſuſpicione infirmitatis, quæ ex morte ejus truculenta capi poterant, diſcuſſa. quam ad rem nil fuiſſet aptius, quàm ſi dictum fuiſſet, eum propria virtute revixiſſe, & mortis vim eluctatum eſſe. Deinde ex Act.* 13. 33. *& Rom.* 1. 4. *Col.* 1. 18. *Apoc.* 1. 5. *patet, reſuſcitationem Chriſti talem actionem fuiſſe, ut per eam Chriſtus à Deo generatus fuerit, ejuſque filius evaſerit. qua de re*[a] *infrà plura. Atqui Chriſtus ſe ipſum non genuit, nec ſui ipſius eſt filius.*

[a] hac ſect. cap. 31.

Tertiò, in quibuſdam locis à nobis adductis, Deus, ſeu Pater Chriſti, nomine non expreſſo ita deſcribitur: Is qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis: *& ea deſcriptione ab ipſo Chriſto diſtinguitur. vide Rom.* 4. 24. *& cap.* 8. 11. *&* 2. *Cor.* 4. 14. *Vnde apparet, hanc actionem non eſſe Chriſto cum Patre communem, ſed huic propriam. Alioquin hæc deſcriptio non minùs Chriſto, ne dicam magis, competeret, quàm Patri: neque adeò à Chriſto is, qui ipſum à mortuis reſuſcitaſſet, diſtingui poſſet. Communia enim, ut alibi monuimus, non diſtinguunt, ſed propria*[b]. *Quo accedit locus Epiſt Hebr. cap.* 5. 7. *quem*

[b] c. 17. hujus ſect.

corpora vivificabit, eſt etiam Spiritus Chriſti, verſ. 10. Cum autem idem ſit Spiritus, qui noſtra quoque corpora vivificabit, cum eo qui Chriſtum excitavit, Chriſtus utique ſuo Spiritu reſurrexit. Idem confirmatur 2. *Cor.* 4. 14: quòd is qui excitavit Dominum Ieſum, nos quoque per eum excitet. Eodem autem Spiritu excitamur. Communia autem communiter ſumta non diſtinguunt: ſed ſi actio communis certo ac ſpeciali modo reſtringatur, omnino etiam diſtinguit. Locus autem *Heb.* 5. 7. nihil contra nos facit. Manifeſtum enim eſt, quòd Chriſtus ibi conſideretur tanquam ſacerdos, qui ſit factus peccatum, ſponſor nimirum, adeoque reus iræ divinæ. Tantis igitur precibus non ideò uſus fuit, quaſi vel de ſui reſuſcitatione dubitaret, vel ſe ipſum reſuſcitare non poſſet: ſed quòd ejus officium hoc poſtulabat; quemadmodum etiam *Ioh.* 11. 42. fecit. Infinitâ autem potentiâ opus fuit, non ratione utriuſque Chriſti naturæ, ſed ratione naturæ humanæ, præſertim corporis: item ratione peccatorum, pro quibus Chriſtus ſatisfaciebat; quæ tanquam impedimenta graviſſima removenda erant: quæ potentia licèt Filio cum Patre communis ſit & fuerit, Patri tamen plerumque ob Chriſti officium noſtrumque ſolatium adſcribitur. Nam Chriſtus fuit inſtar Regis, qui pro rebellibus ſponſor factus ſe ipſum apud alium Regem captivum ſtitit, donec ipſi pro illis ſatisfaceret: qui licèt propriâ potentiâ carcerem effringere indeque egredi poſſet, vi tamen ſui pacti ac promiſſi id facere non vult:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vult: ſed tum demum, cùm Regi alteri ſatisfecit, ab ipſo honorificè cupit educi: quo & ipſorum arctiſſima amicitia, ejuſque heroica fidelitas, ſubditorum denique, pro quibus ſpoponderat, pleniſſima ſecuritas quàm teſtatiſſima fiat. Is igitur & ab altero Rege ex carcere eductus, & ſuâ potentia ac virtute inde egreſſus fuit.

Tantum verò abeſt ut hæc noſtra ſententia Pauli argumentationem enervet, ut eam invictiſſimam reddat. Neque enim Apoſtolus hoc agit 1. *Cor.* 15, ut tantùm oſtendat reſurrectionis noſtræ poſſibilitatem, quemadmodum adverſarius ineptit, (id enim ſatis ſuperque in V. & N. T. experientia demonſtraverat) ſed ut probet, nos infallibiliter eſſe reſurrecturos. Fundamentum enim ejus hoc eſt: Si Chriſtus, caput noſtrum, reſurrexit, utique & nos, ipſius membra, reſurgemus. Ejus etiam argumentum non tam Dei Patris potentiâ, quàm Chriſti erga nos voluntate ac indiſſolubili fidei vinculo nititur. Eò igitur fortius eſt argumentum Apoſtoli: quòd nimirum Chriſtus non ſolùm ideò à Patre reſuſcitatus fuerit, ut nos reſurgeremus, ſed quòd ſe ipſum etiam ideò ſuſcitaverit.

Porrò in locis ab adverſario citatis Patrem per Deum eſſe intelligendum, non diffitemur. In nullo autem loco nomen Dei ſubjectivè poſitum, & à Chriſto præterea diſtinctum, de alio quàm de Patre accipi negamus.

At quòd Chriſtus ſe ipſum reſuſcitaverit, id plurima Sacræ Scripturæ teſtimonia confirmant: quorum alia ipſius omni-*quem ſuprà expendimus, de precibus à Chriſto ad Patrem fuſis diſſerentes. Ex eo enim duplici ratione evincitur, Chriſtum ſe ipſum à mortuis reſuſcitare non potuiſſe, atque adeò nec reſuſcitâſſe: partim quia, ut Pater id faceret, tantis precibus, tanto clamore, lachrymis etiam fuſis, contendit: partim quia is, cui ſupplicavit, ita deſcribitur, & à Chriſto diſtinguitur,* quòd poſſit *vel* potuerit illum ſalvum facere à morte: *quæ utraque de re vide, quæ ſuprà diximus. Accedit denique locus Eph.* 1. 19. 20, *à nobis adductus, ubi oſtenditur, quantam potentiam, quantum robur in eo exſeruerit Deus Pater, cùm Chriſtum à mortuis reſuſcitavit, & ad dextram ſuam in cœlis collocavit. At quid opus tantâ potentiâ fuiſſet, aut quî ea omnino fuiſſet à Deo Patre adhibita, ſi Chriſtus ſe ipſum, virtute ſibi planè propriâ ac naturali, à mortuis reſuſcitâſſet? Quòd ſi dicas, eandem illam virtutem ipſius quoque Chriſti fuiſſe, utpote Patri & Filio communem; nulla cauſſa afferri poteſt, cur ea magis à Patre, quàm à Chriſto, exſerta fuiſſe dicatur; cum contrà potiùs faciendum fuiſſe, jam antea docuerimus.*

Tertia cauſſa, ob quam prior illa exceptio nullius ponderis cenſeri debet, eſt, quòd ea ſententia argumentum Paulinũ, quo ex Chriſti reſurrectione noſtræ reſurrectionis veritatem

ritatem adſtruit, (id quod 1. *Cor.* 15. 11, *& d. potiſſimùm præſtat) vehementer labefactat, & ſic validiſſimum ſpei noſtræ fulcrum convellit. Paulus enim inde oſtendit, nos reſurrecturos, quia Chriſtus reſurrexerit. At ſi Chriſtus ſe ipſum virtute ſibi inſita ac prorſus naturali à mortuis reſuſcitavit, & non potuit non reſuſcitare; conſecutio infirma eſt. Quomodo enim ſequitur, ſi Chriſtus propria ac planè naturali virtute ſe ipſum reſuſcitavit, & non potuit non reſuſcitare; nos quoque, qui ea virtute prorſus caremus, & quos natura noſtra ab æterna morte nequaquam vindicat, omnino reſurrecturos?*

Vix nunc quicquam opus eſt de poſteriori exceptione dicere, quæ eſt, poſſe Dei *nomine, qui Chriſtum reſuſcitâſſe dicatur, vel totam Trinitatem, in qua & Chriſtus contineatur, vel eſſentiam divinam, quæ non minùs in Chriſto, quàm in Patre fuerit, intelligi. Allata enim à nobis ſunt argumenta etiam ex iis locis, ubi exceptionem illam ne ipſi quidem adverſarii adhibere auſint, quibus docetur, Chriſtum ſe ipſum à mortuis non reſuſcitâſſe; cujus contrarium exceptio illa poſtulat. Sed præterea quis non intelligit, cùm Deus à Chriſto diſtinguitur, aut is qui Ieſum reſuſcitavit à mortuis, perſonam aliquam intelligi à Chriſto diſtinctam, id quod nobis hîc ſufficit? Perſonam intelligi,* [a] *&* Dei

[a] Cap. 1. hujus

nomen

omnipotentiam communiter, alia hanc actionem ſpecialiter exprimunt. Ex communibus hâc vice ſufficiant *Ioh.* 5. 19, 20, 21, 26. & 6. 54. *Coloſ.* 1. 17. *Phil.* 3. 21. *Heb.* 1. 3. *Apoc.* 1. 8. ibi enim de ſolo Chriſto agit, & ex contextu, & ex epitheto Α & Ω certò colligitur. Duo ſpecialia quod attinet, illa nullâtenus ſolvuntur ab adverſario. Nam quòd locus *Ioh.* 2. 20, 21, figuratus ſit, id eum non infirmiorem, ſed longè efficaciorem reddit; præſertim cùm ab ipſo Euangeliſtâ propriè explicetur, Chriſtum autem principalem quoque ſuæ reſuſcitationis cauſam efficientem fuiſſe, hinc liquidiſſimè conſtat. Id primò demonſtrat ſcopus *verſ.* 18. At ſi aliter Chriſtus ſuæ ſuſcitationis cauſa non fuit, quàm quòd ipſi eripi atque interverti à nemine potuerit, abſurdiſſimè reſpondit Chriſtus. Deinde nimis efficax eſt vox *excitabo:* & quidem in tribus diebus, tùm quòd non dixerit, *excitabo me*, ſed *excitabo illud:* ſcilicet templum corporis mei. Aliud itaque illud fuit in Chriſto, quod excitavit, aliud quod excitatum fuit. Sed plurima, eaque invicta argumenta, hic locus ſuppeditabit, ſi analogia corporis Chriſti ac templi, juxta Scripturas, inſtituatur. Nulla quoque ejus eſt reſponſio ad locum *Ioh.* 13. 18. Diſſimillimis enim utitur inſtantiis. Nam *Luc.* 17. 33. animam ſuam ſervare, eſt vitam ſuam conſervare; eam autem perdere, eſt æterno exitio ſubiicere. Et *eam perdere* eſt vitæ periculo objicere: *eam* autem *vivificare* eſt vitam æternam adipiſci. Idem *cap.* 9. 24 poſterius σῶζαι ſignificat. At Chriſtus de ſe ipſo pronuntiat: *Ego pono animam*

meam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

meam : ut illam non ſimpliciter, ſed *denuò accipiam vel ſumam* : *Nemo eam tollit à me : ſed ego pono eam à me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Quæ quantum ab illis diſtent, vel ſola collatio demonſtrat. Applicentur quæſo hæ phraſes fidelibus, & protinus apparebit adverſarii abſurditas. Et locus *Ioh.* 1. 13. eum refutat potiùs quàm juvat. Ibi enim dicitur, quòd Chriſtus dederit, fideles verò acceperint poteſtatem vel potiùs jus vel dignitatem, non ut ſe filios Dei facerent, ſed ut eſſent. Hic autem non dicitur, quòd aliquis Chriſto hanc poteſtatem dederit, ſed quòd habeat. Aliud autem eſt, datam alicui eſſe poteſtatem ut aliquid ſit, aliud aliquem habere poteſtatem ut aliquid faciat. Et, ſi eadem vocis ἐξουσία vis *Ioh.* 1. *verſ.* 13. eſt, quæ hîc, rectè quoque dicent fideles : Nemo nos facit filios Dei, ſed nos ipſi nos facimus filios. Dicit enim Chriſtus : *Nemo tollit eam*, ſcilicet animam, *à me ipſo*, *ſed ego pono eam à me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam.* Plura quidem argumenta hinc facilè deduci poſſent : verùm cum hîc reſpondentis, non probantis vice ungamur, alii loco illa illorumque confirmationes reſervabimus : inprimis cùm nec adverſarius ea fuſiùs perſequatur.

Reſtat ut oſtendamus, orthodoxæ ſententiæ minimè obeſſe, etſi ſtatuamus, & animam ſeu ſpiritum Chriſti, & omnium hominum animas poſt mortem actu vivere & intelligere. Nam ut Chriſtus ſuâ reſurrectione oſtenderet, ſe talem eſſe, qualem & ipſemet ſe *Ioh.* 2. 18. & c. 8. 28. &

nomen indicat, quod perſonæ eſſe ſuprà docuimus ; & actio reſuſcitandi, quæ non niſi perſonæ propria eſt. Vnam autem perſonam intelligi, ipſa Dei *vox, ut & deſcriptio illa*, Is qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis, *ſingulari numero elata, docet. Neque enim vox* Dei *collectiva eſt, nec enunciatio illa, in qua mentio ſit ejus, qui Chriſtum ſuſcitavit, generalis aut communis eſt, ſed propria ac ſingularis. Diſtinctio autem inter Chriſtum, & eum, qui ipſum reſuſcitavit à mortuis, ex locis ipſis manifeſta eſt. Nec Neſtorianiſmi, ut alibi* [a] *monuimus, notam effugeret ille, qui,* Dei *voce Chriſtum ipſum nominatim intelligens, diceret, eum reſuſcitâſſe Chriſtum, aut quippiam ſimile circa ipſum feciſſe. Perinde enim eſſet, ac ſi quis diceret: Dei Filius Chriſtum reſuſcitavit. Sed quid opus eſt pluribus? cùm ipſa Scriptura ſe ipſam explicet, dum, quod alibi Deo ſimpliciter nominato tribuit, alibi Patri apertè tribuit, vel ipſo Patris nomine expreſſo, vel eo, quem Deus reſuſcitârit, Filii ipſius appellatione deſcripto. Quod ſi ergo aliquid obſcuritatis aut ambiguitatis eſſet in illis locis, in quibus* Deo *ſimpliciter tribuitur Chriſti reſuſcitatio, nullâ aliâ notâ appoſitâ, quæ de Patre ſermonem eſſe indicet; cætera tamen loca docerent, ea de Patre intelligenda eſſe. Obſcuriora enim per clariora, confuſa*

a cap. 1. hujus ſect.

fuſa & ambigua per diſtincta explicanda ſunt. Sed nihil eſt in ipſa Dei *voce ambiguitatis, nihil obſcuritatis. cum nullus proferri poſſit ſcripturæ locus, in quo* Dei *nomen ſubjectivè poſitum, & à Chriſto præterea diſtinctum, quod utrumque in illis teſtimoniis accidit, de alio, quàm de Patre, accipiatur.*

Quòd verò quædam ſcripturæ teſtimonia proferuntur, in quibus Chriſto reſuſcitatio ſui ipſius tribui videtur; ut quòd ipſemet dixerit, ſe templum, nempe corporis ſui, tribus diebus excitaturum eſſe, Ioh. 2. 20, 21; *ſeque poteſtatem habere & ponendi animam, & eandem ſumendi vel accipiendi, (eſt enim in Græco* λαβεῖν, *quod utroque illo modo verti poteſt) Ioh.* 10, 18: *ea nihil evincunt aliud, quàm Chriſtum reſuſcitationis ſuæ cauſſam fuiſſe, eámque in illius, ut ita dicam, manu fuiſſe poſitam, adeò ut ipſi eripi atque interverti à nemine poſſet. quo pacto idem Chriſtus apud Lucam ait,* eum, qui perdiderit animam ſuam, eam ſalvam facturum, *cap.* 9. 24. *ſeu* eam vivificaturum, *cap.* 17. 33. *& Iohannes de iis, qui in Chriſtum credunt, & ſic ex Deo generati ſunt, pronunciat, Sermonem, h. e. Chriſtum,* dediſſe iis poteſtatem ut filii Dei, *h. e. immortales,* fiant, *Ioh.* 1. 13. *Nam alioqui tam pauca teſtimonia, quorum prius etiam planè figuratum eſſe omnes cernunt, nequa-*

& Paulus ipſum *Rom.* 1. 3. profitetur, non ſufficiebat ut ipſe ſe alienâ potentiâ, ſicut Apoſtoli alios, reſuſcitaret, ſed ut ſuâ propriâ virtute id præſtaret. Secùs omnes vel à prophetis, vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis ex mortuis excitati, eo ipſo Filius ille Dei demonſtrati fuiſſent. Animam autem propriâ virtute ac potentiâ corpus ſuum mortuum reſuſcitare, ſibique unire poſſe, abſurdiſſimum eſt. Etenim ſi hoc inſulſum adverſarii figmentum locum habere potuit, fruſtra Paulus Dei Patris potentiam in reſurrectione Chriſti ſe exſerentem Eph. 1. 19 20. exaggerat: ex eòque ipſemet adverſarius paulo antè. Nihil enim aliud præſtitiſſet, quàm quando prophetæ vel Apoſtoli mortuos quoſdam reſuſcitarunt. Tam bruta verò eſt adverſariorum de animæ rationalis ſtatu poſt mortem ſententia, ut vel hinc imprudentes illorum admiratores cognoſcere debeant, quo jure ſuum cum rectâ ratione ac ſacris literis conſenſum jactent. Nam ut unicum argumentum adferam, ſi anima ſeu ſpiritus hominibus poſt ejus mortem actu nec intelligit nec vivit; aut adhuc aliquid eſt in rerum natura, aut prorſus nihil eſt. Si hoc; ergo prorſus periit, ac annihilata fuit: quod longe abſurdiſſimum eſt. Si verò adhuc poſt mortem aliquid eſt in rerum naturâ; aut integra manet ejus eſſentia ac ſubſtantia, aut non manet. Si manet integra; utique vivet: tum quia integram eſſentiam integra actio eſſentialis neceſſariò comitatur ac ſequitur; at eſſentialis actio animæ eſt vita & intelligentia: tum quia fingi non poteſt, quòd vita animæ ceſſet,

ceſſet, integrâ ejus eſſentiâ, adeòque & proprietatibus, manente. Si non manet integra, attamen adhuc aliquid eſt in rerum natura; utique reſolvetur in quaſdam partes ſubſtantiales; atque adeò in corporea quædam principia. Quicquid enim ex partibus ſubſtantialibus, & quidem à ſe invicem ſeparabilibus, conſtat, illud & corpus eſt, & principia corporea, in quæ reſolvatur, habet. At denuò abſurdum eſt, animam hominis rationalem eſſe corpus. Ergò anima rationalis poſt hominis mortem & quoad eſſentiam ſuam, & quoad proprietates ſuas eſſentiales, & quoad actum ſuum formalem, qui eſt vivere & intelligere, perfecta manet. Etenim ſi poſt mortem anima non vivit, attamen eſt, moritur utique: & ſi non vivit, mentitur Chriſtus, dum dicit *Mat.* 10. *verſ.* 28, *Et ne timete vobis ab iis qui trucidant corpus, animam autem non poſſunt trucidare.* Nam ſi vivere deſinat, utique unà cum corpore trucidata fuit.

nequaquam opponi debent tot tamque perſpicuis teſtimoniis at rationibus inde depromptis, quibus evincitur, non Chriſto, ſed Patri, hanc actionem propriè attribuendam eſſe. Plura quidem de locis iſtis duobus, quæ in contrarium afferuntur, dici poſſent; ſed non id nunc agimus, ut adverſariorum argumenta refellamus, verùm ut noſtram ſententiam argumentis allatis adſtruamus. Quare iſta attigiſſe nunc ſufficiat.

Exceptionem de duabus in Chriſto naturis hîc non attingimus. Facilè enim cordatus lector, ſi & argumentum, vel potiùs argumenta noſtra conſideraverit, & ea præterea expenderit, quæ in ſuperioribus capitibus de iſta diſtinctione diximus, intelliget, eam hîc locum habere non poſſe.

BISTERFELDII
CAP. XXX.

Reſponſio ad argumentum trigeſimum, quòd Chriſtùs imago Dei inviſibilis dicitur.

Quòd Chriſtus Col. 1. 15. *imago Dei inviſibilis dicitur, &* 2. Cor. 4. 4. *imago, denique* Heb. 1. 3. *Character perſonæ ſeu ſubſiſtentiæ Dei; hinc duo argumenta deducit. Primum eſt:* Imago nulla ejuſdem numero eſſentiæ eſt cum eo cujus eſt imago: alioqui ſui ipſius imago foret. *Verùm hæc propoſitio negatur. Poteſt enim aliquid eſſe alterius imago, etſi ſit ejuſdem eſſentiæ: quia res eandem eſſen-*

CRELLII
CAP. XXX.

Argumentum trigeſimum, quòd Chriſtus imago Dei inviſibilis dicitur.

VLtimum hujus generis argumentum faciemus illud quòd Chriſtus dicitur *imago Dei inviſibilis.* Col. 1. 15. quod ex parte aliqua dicitur etiam 2. Cor. 4. 4. ubi Chriſtus itidem *imago Dei* eſſe affirmatur. & Hebr. 1, 3 ubi *figura ſubſtantiæ*, ſeu *character perſonæ Dei* eſſe dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tur. Non utemur autem hîc eâ ratione, quâ jam alibi [a] ſumus uſi, nempe, Chriſtum à Deo, nempe ſummo, hoc pacto apertè diſtingui, ſed aliâ: & quidem duplici; quarum prior omnibus locis citatis communis eſt; poſterior loco ad Coloſ. 1. magis propria. Nam primùm imago nulla ejuſdem numero eſſentiæ eſt cum eo, cujus eſt imago: alioqui ſui ipſius imago foret. Quare, cum Chriſtus imago Dei ſit, ejuſdem numero ſubſtantiæ cum Deo eſſe non poteſt, ac porrò nec Deus, nempe ille ſummus. Eadem vis eſt, cùm figura ſubſtantiæ Dei, aut perſonæ ipſius character eſſe dicitur. Deinde ſi Chriſtus *inviſibilis Dei imago* eſt; ipſum inviſibilem non eſſe, ac porrò nec Deum illum ſummum eſſe oportet. Is enim inviſibilis eſt, 1. Tim. 1. 17. utpote quem nemo hominum vidit unquam, nec videre potuit, Ioh. 1. 18. 1. Tim. 6. 16. Satis namque apparet, ideo Chriſtum *Dei inviſibilis* imaginem dici, quia cùm ipſum Deum, utpote inviſibilem, per ſe ipſum cognoſcere non poſſimus, Chriſtus nobis datus ſit, in quo, tanquam imagine oculis quodammodo expoſita, Deum illum contemplari atque agnoſcere poſſimus, ut alii quoque viri docti obſervârunt ac ſcriptum reliquerunt. Quòd ſi Chriſtus non minùs, quàm Deus ille, cujus imago dicitur, inviſibilis fuiſſet, imago illius eſſe non potuiſſet, ſed aliâ potiùs imagine, per quam ad ejus noticiam perveniremus, opus fuiſſet.

[a] ſupra hujus ſect. c. 1.

eſſentiam habentes poſſunt eſſe diverſa. Alterum argumentum eſt: Si Chriſtus inviſibilis Dei imago eſt, ipſum inviſibilem nou eſſe, ac porrò nec Deum illum ſummum eſſe oportet. *Sed utraque conſequentia eſt infirma. Poteſt enim inviſibilis Dei inviſibilis quoque eſſe imago: poteſt is qui viſibilis eſt, ſummus Deus eſſe. Eſt autem Chriſtus Dei Patris imago tùm ratione perſonæ, tùm ratione officii.* Ratione perſonæ; *quâtenus eſt æternus character perſonæ ſeu ſubſiſtentiæ Patris.* Ratione officii; *quâtenus in ipſo tanquam in perfectiſſimâ omnibusque numeris abſolutiſſimâ imagine Patrem contemplamur. Hoc autem imaginis officium ipſi non tantùm competit quâ homo eſt, ſed etiam quâ Deus eſt: imò tum etiam cùm carnem noudum aſſumſiſſet, Deusque tantùm eſſet. Quod officium non negat, ipſum eſſe imaginem Patris ratione perſonæ, ſed neceſſariò ponit. Operationes enim ſunt operanti, adeoque officium fungenti, congruæ. Nos autem jure retorquemus argumentum: Qui talis eſt imago Patris, taliſque character, qualis in citatis locis deſcribitur, is neceſſario eſt ejuſdem cum Patre eſſentiæ, adeoque ſummus Deus. At Chriſtus eſt illa imago Patris. Ergo, Chriſtus neceſſariò eſt ejuſdem eſſentiæ cum Patre, adeoque eſt ſummus Deus.*

Defenſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Reſponſionis.

CHriſtus non uno modo eſt imago Patris. Eſt enim *imago Patris* vel ratione communi, vel ſingulari. *Ratione communi* eſt imago Dei, quâtenus eſt homo. Verùm hæc ratio hîc non attenditur. *Ratione ſingulari* eſt imago Dei Patris vel primariò, vel ſecundariò. *Primariò* eſt imago Dei Patris ratione ſuæ perſonæ: *ſecundariò* ratione ſui officii. Nam imago eſt res ad alicujus ſimilitudinem producta. Character autem eſt imago impreſſa. Triplicem igitur imago dicit habitudinem: unam ad producentem, alteram ad eum cujus eſt imago, tertiam ad cognoſcentem. Duæ priores ſunt internæ, poſtrema eſt externa. In perfectiore autem imagine hæ tres habitudines concurrunt; præcipuè duæ priores. In perfectiſſimâ autem maximè concurrunt, ita ut idem ſit, & producens, & id ad cujus ſimilitudinem producitur, & denique quòd ipſam primariò cognoſcit. Duæ autem priores relationes neceſſariò inferunt diſtinctionem. Neque enim producens poteſt idem eſſe cum producto: nec ſimile prorſus idem cum eo cui ſimile eſt. Verùm cùm imago in ſuâ definitione quoque includat ſimilitudinem ſeu convenientiam, omni modo perfectiſſima imago includet ſummam atque omni modo poſſibilem convenientiam. Eſt itaque ſimilitudo maximè par, ita ut in eâ & ſumma differentia & ſumma convenientia concurrant. Summa differentia ita intercedat ne tollatur convenientia: ſumma convenientia ita adſit ne tollatur

Defenſio Argumenti.

Hîc quia plærique Chriſtum non ſecundùm humanam naturam; ſed ſecundùm divinam, Dei imaginem ab omni æternitate fuiſſe contendunt; ideò, ut prius argumentum noſtrum ſolvant, non ad naturarum in Chriſto diſtinctionem, ſed ad diſtinctionem diverſarum in una Deitate perſonârum confugere ſolent. Secundam enim Divinitatis perſonam primæ, h.e. Filius Patris, imaginem eſſe contendunt; quia Filius eſſentiæ ratione Patri ſit ſimillimus, utpote ex ipſius eſſentia genitus. Negant autem inde conſequi, Filium imaginem fore ſui ipſius: quia utut ejuſdem ſit cum Patre eſſentiæ, perſona tamen ab eo differat. Quod ad poſteriorem rationem attinet, dicent fortè, eundem Filium, utut ſecundùm divinam naturam Deus ſit æquè, ac Pater, inviſibilis, aſſumta tamen humana natura viſibilem evaſiſſe, & ab hominibus fuiſſe conſpectum. Sed hæ reſponſiones difficultatem nequaquam tollunt. Nam quod ad priorem attinet, primùm fruſtra diſtinguitur perſona à ſua eſſentia: cùm idem quiſque ſit cum ſua eſſentia. Quare, ſi Filii perſona imago eſt perſonæ Patris, etiam eſſentia Filii imago erit eſſentiæ paternæ; ac porrò vel diverſam numero utriuſque eſſentiam eſſe oportet, vel idem ſeu eadem eſſentia ſui ipſius imago erit. Adde, quòd ipſimet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſimet, ut jam monuimus, contendunt, Filium ratione eſſentiæ eſſe Patri ſimillimum, ac porrò ejus imaginem. Quare ratione eſſentiæ Filium à Patre numero diſtinctam eſſe oportet. Imago enim, quà imago eſt, numero differt ab eo, cujus eſt imago, & ſimile à ſimili. Sunt enim hæc inter ſe relata, ac porrò oppoſita. Oppoſita autem, quà talia, minimùm numero differre oportet. Neque enim eſt quòd dicas, interdum quempiam ſui ſimilem dici. Nam in hujuſmodi locutione habetur ratio diverſi temporis, cujus reſpectu idem ſecum ipſo comparatur: at nos hîc de ſimilibus loquimur, nulla habita ratione diverſi temporis, ſed ejuſdem. Vt taceam, ipſos adverſarios velle, Filium à Patre realiter differe oportere, ut ille hujus imago dici queat. Nihil autem id ad rem faceret, niſi eatenus realiter differrent, quatenus alter alterius imago eſt. Quod ſi ergo Filius ratione eſſentiæ Patris imago eſt, ratione eſſentiæ alterum ab altero differre oportet.

Quod verò ad poſteriorem exceptionem attinet, quæ poſteriorem etiam rationem noſtram petit; nihil ea efficiet, niſi Chriſtum ſecundùm humanam naturam, ſecundùm quam viſibilis ſit aut fuerit, Dei imaginem eſſe dicas. id quod plærique nolunt: ſiquidem ii, ut diximus, Chriſtum Dei imaginem eatenus eſſe volunt, quatenus ex ſubſtantia Patris ſit genitus, & porrò

latur differentia. Unde ſequitur, perfectiſſimam imaginem ſubſtantialem neceſſarò eſſe ejuſdem cum eo, cujus imago eſt, eſſentiæ, ob convenientiam: diverſæ autem ab eo ſubſiſtentiæ, ob differentiam. His ita breviter (alibi enim fuſiùs exponentur) cognitis, haud difficulter ſolvuntur adverſarii objectiones. Nam etſi Filius ſit ejuſdem eſſentiæ cum Patre, non tamen ideo ſui ipſius imago eſt. Tum quia alia eſt perſona à Patre: tum quia non eſt imago eſſentiæ, ſed eſt imago ὑποστάσεως ſeu ſubſiſtentiæ. Quamvis autem quiſque idem ſit cum ſuâ eſſentiâ, attamen in hoc myſterio ubi de eſſentiâ infinitâ agitur, non quiſque idem eſt cum eo, cum quo eſſentia ſua eſt idem. Non igitur ſi Filii perſona eſt imago perſonæ Patris, etiam eſſentia Filii erit imago eſſentiæ paternæ: quia eſt imago Patris non ratione eſſentiæ, ſed ratione ſubſiſtentiæ. Non enim vocatur χαρακτὴρ τῆς οὐσίας, *Character eſſentiæ*; ſed τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, *ſubſiſtentiæ ipſius*. Licèt autem ejuſmodi imago neceſſariò ſit ejuſdem eſſentiæ cujus eſt Pater, non tamen ideo is qui eſt ejuſdem eſſentiæ, protinus eſt imago Patris. Nam Spiritus Sanctus quoque juxta Scripturam, eſt ejuſdem cum Patre eſſentiæ, non tamen eſt imago Patris. Identitas quidem eſſentiæ requiritur ad ejuſmodi imaginem, ſed non ſufficit. Quare, accuratè loquendo, Filius ratione eſſentiæ non eſt ſimillimus Patri, ſed eſt idem. At ratione ſubſiſtentiæ Patri eſt ſimillimus, ideòque ejus imago. Ac propterea quâ ratione eſt ejus imago, eâ ratione eſt diverſus ab ipſo. Eſt enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

enim relativa oppoſitio inter imaginem & rem cujus eſt imago. Realiter itaque Filius differt à Patre, id eſt, reverâ, non ſolo mentis conceptu: non differt autem realiter ab ipſo, cùm realiter differre, ſignificet eſſentialiter differre.

Sic igitur Filius eſt imago Patris, quâtenus ad Patrem ut tali modo producentem refertur: quâtenus autem refertur ad nos, qui Patrem, Patriſque voluntatem in eo comtemplamur, imago Patris eſt non tantùm ratione naturæ divinæ, ſed etiam ratione humanæ, nimirum ratione ſui officii. Nam ut in ſe vi ſuæ naturæ Patrem ad amuſſim ac quàm exactiſſimè refert: ſic in ſuo officio ſuiſque operationibus nobis Patrem quàm perfectiſſimè notificat. Etſi autem ad hunc ſecundum modum neceſſe non ſit, ut Chriſtus eâtenus, quâtenus imago eſt, viſibilis ſit, tamen & ratione naturæ ſuæ divinæ, & ratione naturæ humanæ fuit viſibilis. Non, inquam, eſt neceſſe, ut Chriſtus eâtenus, quâtenus eſt imago, ſit viſibilis: quia vox *inviſibilis* non ideo additur, ut indicetur imaginem neceſſariò eſſe inviſibilem, ſed ut imaginis excellentia exprimatur; eam ſcilicet non rei viſibilis ſeu corporeæ eſſe imaginem. Attamen ratione officii, imago quoque viſibilis fuit quâtenus Deus fuit, & quidem antequam homo eſſet. Inviſibile enim, ut ex locis citatis conſtat, non tantùm ſignificat id quod oculis corporeis videri non poteſt, ſed etiam quod intellectu, immediatè, plenè, perfectéque, quanta quidem perfectio in creaturam cadit, percipi nequit: Nam Deus Pater non tantùm nobis hominibus, ſed etiam Angelis ſuâ naturâ eſt inviſibi-

porrò eandem cum illo ſubſtantiam habeat, id quod ei ſecundùm humanam naturam non competit. Quare huic ſententiæ eos priùs renunciare oportet, quàm iſtâ reſponſione utantur. Neque enim eſt, quod dicant, nil eſſe neceſſe, ut Chriſtus eatenus, quatenus imago eſt, viſibilis ſit: ſatis enim eſſe, eum quacunque ratione viſibilem eſſe aut fuiſſe. Nam ſi ita ſe res haberet, planè otioſa eſſet vox inviſibilis, *nomini* Dei, *cujus imago ſit Chriſtus, adjecta. Quocunque enim animum vertas, nullam aliam invenies rationem, cur eo modo Deum hîc deſcripſerit Apoſtolus, quàm ut oſtenderet, ideo opus fuiſſe, ut, ſi Deum cognoſcere & veluti ſpectare vellemus, imago ejus quædam, nempe Chriſtus, nobis proponeretur, & oculis hominum objiceretur: ſiquidem* Deus *ſit inviſibilis, atque à nemine noſtrum per ſe ipſum cognoſci, præſertim plenè perfectéque poßit, quod &* [a] *Iohannes ſignificavit, inquiens:* Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *At ſi Chriſtus, quà imago eſt Dei, non minùs quàm ipſe Deus, eſſet inviſibilis; nihilo magis per ipſum poſſemus cognoſcere Deum, quàm Deum ipſum per ſe ipſum. Quare Chriſtus imago Dei eſſe non poſſet. Apparet nempe, tum ex hac Dei deſcriptione, tum ex eo, quod altero loco à nobis citato,*

[a] Ioh. 1. 18.

2. *Cor.* 4. 4. *dicitur, Chriſtum Dei imaginem noſtri reſpectu dici, quia nimirum nobis Dei voluntatem, bonitatem, potentiam, ſapientiam in ſe ipſo repræſentârit, ſpectandam quodammodo exhibuerit. Vnde Chriſtus ipſe* [a]: Nemo

a Matt. 11.27. novit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. *& alibi* [b]: Si cognoviſſetis me, & Pa-

b Ioh. 14. 7. 9. vide & cap. 18. 19. trem meum cognoviſſetis; & à modo cognoſcitis eum. *& paulo pòſt*: Qui videt me, videt Patrem. *Sed deinde, etſi Chriſtus ſecundùm humanam naturam viſibilis fuerit, non debuiſſet tamen à Deo inviſibili ſimpliciter diſtingui, & ei hac in parte opponi, ſi ipſe nihilominus Deus ille ſummus atque inviſibilis fuiſſet. Etenim ſi Chriſto nomen* Dei, *nempe ſummi, abſolute attribui poteſt ac debet, ut illi volunt; etiam illa ei abſolutè tribui poſſunt ac debent, quæ de Deo abſolutè dicuntur, quæque ei ratione eſſentiæ conveniunt. Quòd ſi Chriſtus abſolutè inviſibilis ob naturam divinam dici poteſt ac debet; non debet à Deo inviſibili abſolutè diſtingui.*

Dicit fortaſſe alius quiſpiam, Chriſtum ſecundùm humanam naturam Dei imaginem eſſe: id quod non videtur ab eorum abhorrere ſententia, qui unà nobiſcum fatentur, Chriſtum noſtri reſpectu Dei imaginem appellari, quia nimirum Deum inviſibilem nobis in ſe veluti contem-

viſibilis. Oſtendamus igitur, Chriſtum etiam in V. T., quâ Deus eſt, fuiſſe viſibilem Patris imaginem: ſic enim & tota hæc materia inſigniter illuſtrabitur, & adverſarii argumenta funditùs evertentur. Id autem evidentiſſimè docet ipſe Deus *Num.* 12. 8, dicens: *Os ad os loquar cum eo, & ſpeciem ſimilitudinemque Iehovæ* (vel rectiùs *& ſpeciem ac imaginem Iehovæ*) *intuetur, non autem in ænigmatibus*, ſcilicet, loquor cum ipſo. Ubi primò docetur, quòd aliqua ſit Iehovæ ſpecies: id quod etiam Chriſtus oſtendit *Ioh.* 5. 37, dicens: *Neque vocem ejus*, Patris, *unquam audiviſtis, neque ſpeciem ejus vidiſtis*, οὐδὲ εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε. Hoc enim dicere non potuiſſet, niſi aliqua Patris ſpecies & eſſet, & viſa fuiſſet. Deinde ex hoc loco conſtat, quod aliqua Patris imago jam tum fuerit: ut clariſſimum quoque eſt ex *Pſal.* 17. *v.*ult. ubi diſertè legitur: *Ego in juſticiâ videbo facies tuas: ſatiabor cùm expergiſcetur vel expergefacta fuerit imago tua*: Hebr בְּהָקִיץ תְמוּנָתֶךָ. Sicut autem תְּמוּנָה accuratiſſimè exprimitur per vocem χαρακτὴρ ſic מַרְאֶה videtur ſignificari per ocem ἀπαύγασμα. Has autem voces ſibi mutuò reſpondere, non ſolùm ſenſus convenientia, ſed etiam auctoris ſcopus oſtendit. Cùm enim ad Hebræos ſcribat, ut in fide in Chriſtum creſcant ac perſeverent, omniaque ſua dogmata ex V. T. demonſtret, nec tali deſcriptione, nec talibus in eâ vocibus uſus fuiſſet, niſi in V. T. fundamentum habuiſſet. Et omnino ex V. & N. T. accuratâ collatione patet, in novo teſtamento nec phraſin, nec vocem aliquam, niſi planè ſit vox tantùm hiſtorica, nullum fidei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

fidei myſterium ſignificans, uſurpari, quin ex vetri deſumatur. Ut autem *Temunah* ſimilitudinem certo numero certâque proportione factam ſignificat, ita & χαρακτήρ. Deducitur enim *Temunah* à *Min*, h. e. numerus, ut quàm accuratiſſima expreſſio ſignificetur. Sic quoque χαρακτὴρ à χαράσσειν, quod eſt, certam figuram certo numero ac proportione conſtantem inſculpere. Pariter & ἀπαύγασμα reſpondet voci מַרְאֵה. Tertiò patet hoc loco, quòd imago illa Iehovæ non fuerit corporea, ſed ſpiritualis. Nam & corporea Dei imago, quæ ſit inanimata, ſæpiſſimè in Scripturâ negatur, & ſeveriſſimè prohibetur. Quartò hinc liquet, quòd iſta imago fuerit planè divina, cùm in ejus contemplatione tantum ſitum fuerit. Ex quibus omnibus inter ſe collatis conſtat, Chriſtum eſſe illam imaginem, ipſúmque eſſe ſummum illum Deum. Etenim ſæpiſſimè Moſes Deum ſummum vidit. At Patrem nemo vidit unquam. *Ioh.* 1. 18. Ergo alius præter Patrem eſt, qui ſit ſummus Deus. Illum autem eſſe Filium, ex præcedentibus ſatis cognoſcitur.

Etſi ad hæc Chriſtus, quâ Deus eſt, non minùs eſt inviſibilis quàm Pater, ſi inviſibilis is dicatur qui oculis corporeis videri nequit, tamen quâtenus vox *inviſibilis* generaliùs ſumitur, pro eo qui per ſe ipſum non tàm plenè perfectéque cognoſci poteſt, Pater eſt inviſibilis, Chriſtus autem etiam quâ Deus eſt aliquo modo viſibilis. Filius enim eſt naturalis Patris λόγος, cujus proprium eſt, eſſe Patris interpretem, ſeque patefacere. Quod autem *contemplandum exhibuerit. Sed primùm, non ſatis ſibi conſtant, dum id, quod cum* imagine Dei *idem eſt, aut ſaltem eandem in noſtro argumento vim habet, ad divinam naturam referunt, nempe quòd Chriſtus* character ſubſtantiæ Dei *dicitur. Neque enim character, eandem habet ſubſtantiam cumre cujus eſt character. Deinde hoc pacto non minùs ſuæ ipſius perſonæ aut naturæ divinæ imago fuiſſet Chriſtus, quam paternæ; nec ulla fuiſſet cauſſa, cur alterius potiùs, quàm ſui ipſius imago diceretur. Atqui non hoc, ſed illud tantùm dictum réperimus. Cùm enim Dei imago appellatur Chriſtus, omnes, quòd ſciam, adverſarii Patrem intelligi ſtatuunt; & diſtinctio Dei illius à Chriſto, ac denique collatio hujus loquendi modi cum aliis ſimilibus ſcripturæ dictis, idem ſatis oſtendit. Taceo, quòd eatenus nobis Chriſtus Deum inviſibilem in ſe veluti contemplandum exhibuit, quatenus ejus voluntatem doctrinâ, potentiam operibus admirandis expreſſit; utriuſque fidem ac veritatem luculenter demonſtravit. Hæc verò perſonæ tantùm, quà talis eſt, conveniunt, ut adverſarii illi, vel divinam ipſius perſonam, qua talis eſt, imaginem Patris eſſe, vel naturam humanam, ſi huic ſoli id tribuere velint, perſonam cogantur ſtatuere. quorum illud ipſorum reſponſionem, hoc per ſe ipſorum ſententiam convellit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vellit. Et hæc quidem de iis argumentis dicta ſufficiant, quæ ita Chriſtum Deum ſummum non eſſe oſtendunt, ut ſimul Patri aliquam præ ipſo prærogativam tribuant.

autem Patris, voluntatem, bonitatem, potentiam, ac ſapientiam in ſe ipſo repræſentârit ſicque etiam imago ſit, id non tollit primam rationem, ſed eam præſupponit. Nullum verò characterem, eandem habere ſubſtantiam cum re cujus eſt character, ſi per ſubſtantiam intelligatur eſſentia, probandum incumbit adverſario. Chriſtus autem nec ſuæ perſonæ, nec naturæ divinæ, ſed perſonæ Patris imago eſt.

CRELLII
CAP. XXXI.

Argumentum trigeſimum primum ex cauſis illis præcipuè ductum, ob quas Chriſtus Dei Filius in ſacris literis dicitûr.

Tranſeundum nunc eſt ad ea argumenta, quæ abſolutè oſtendunt, Chriſtum non eſſe Deum illum ſummum, nulla ejus rei habita ratione, quòd Patri ſimul aliqua prærogativa præ ipſo tribuatur. Etſi autem hoc loco omnia humanitatis Chriſti attributa afferre poſſemus, ut quòd conceptus & è Maria virgine natus fuerit, quòd ederit, biberit, creverit, quòd fatigatus, aliquando lacrymatus, conturbatus, paſſus denique cruciatus acerbiſſimos, ac mortuus fuerit, & quæ his ſunt ſimilia; quin illud ipſum, quòd homo ſit ac fuerit; ſiquidem eorum nihil de Deo ſummo dici poteſt, ut de Chriſto, & quidem abſolutè, dicuntur: tamen nos ea tantùm hîc afferemus quæ aliud aliquod ſententiæ noſtræ argumentum contineant, præter id quod omnibus illis attributis commune eſt.

Pri-

BISTERFELDII
CAP. XXXI.

Reſponſio ad argumentum trigeſimum primum, ex cauſis illis præcipuè ductum ob quas Chriſtus Dei Filius in ſacris literis dicatur.

Quod ſupreà prædixeramus, id jam re ipſa experti ſumus: nimirum Adverſarium ſemper eâdem chordâ oberrare, eâdemque falláciâ lectori in præcedentibus argumentis imponere conari. Nam quæcumque attulit, vel nullam perfectionem in Chriſto negant, ſed potiùs eam ponunt: vel, ſi quæ ſunt quæ in Deum ſummum, quà talis eſt, cadere nequeunt, ea ipſi non ſimpliciter ſed ſecundum naturam humanam conveniunt. Iam in eodem artificio pergit. Præmittit autem argumentum commune, ſed quod à quovis facillimè refutari queat: ſcilicet Chriſtum eſſe hominem, ergo non eſſe Deum. At hæc ipſiſſima quæſtio eſt: probanda igitur fuerat hæc conſequentia, non dictatorio more proponenda: omnia illa quæ ipſe tanquam abſurda adfert, tamquam veriſſima pronuntiat Paulus dum 1. Cor. 2. 8. *docet, Dominum illum gloriæ (id eſt Iehovam Zebaoth.* Paſ. 24.) *eſſe crucifixum. Humanas autem affectiones, ac paſſiones de Chriſto abſolutè, id eſt, ſine limitatione dici, jam ſæpiùs negavimus; pluribuſque oſtendimus, aliam limitationem eſſe diſertam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſertam & explicitam, aliam ſubintellectam & implicitam. His igitur refutatis, cum auctore ad alia, non rarò iis ſimilia, abeamus.

Ad argumentum primum reſpondemus negando aſſumptionem: nimirum quòd Ieſus eâ ratione Deus ſummus non ſit, quia Dei Filius eſt: ſed contra aſſerimus, Ieſum nec Deum, nec Deum ſummum aliâ ratione eſſe quàm quia per æternam generationem à Patre genitus eſt.

Diſpiciamus igitur, quomodo hanc aſſumtionem novis argumentis probet. Nam quòd ideo nec à Deo ſummo ſimpliciter ſumto diſtinguatur, nec eo ſit inferior, aut ab eo dependeat, jam ſupra oſtendimus. Plures autem eſſe cauſas ob quas Ieſus Dei Filius ſit, eaſque ſecundùm naturam humanam ipſi convenire, & certo demum tempore cœpiſſe, item nullam earum talem eſſe, ut eum Deum illum ſummum conſtituat, dicitur quidem ab adverſario, ſed probabitur nunquam. Eum verò ideò, & quidem tantùm, eſſe Filium Dei, quia per æternam & infinitæ perfectionis generationem à Patre ſummus Deus genitus eſt, tam in V. quàm in N. T. ſatis & indicatur, & explicatur: & quidem ita, ut homo Spiritu Sancto præditus, Scripturam ſcrutando & conferendo, id clariſſimè videat; quique illud vel non videt, vel negat, is à ſalutis via quàm longiſſimè aberret; neque Scripturæ imperfectioni, ſed ſuæ aut negligentiæ aut pertinaciæ id adſcribere debeat; ut pote qui Sacra Scriptura, prout debuit, minimè uſus fuerit. qua de re infrà plura. Neque ènim ſatis eſt, verba Scripturæ ſcire, vel ea ineptis ac ſophiſticis interpretationibus corrumpere, ſed oportet eam quàm diligentiſſimè inter ſe conferre, ut appareat, quid in iis Spiritus Sanctus propoſuerit.

Pro-

Primum autem faciemus illud, quòd ſi Ieſus Deus ille ſummus eſſet, non alia ratione eſſet, quàm quia Dei Filius eſt. Nam nec quicquam de Ieſu Chriſto majus dici poteſt, quàm quòd Dei Filius ſit; & ipſi adverſarii volunt, eum eſſentiam illam divinam per generationem ex Patre, quæ ſanè eum Dei Filium conſtituit, accepiſſe. Vnde autem quiſpiam divinam illam eſſentiam habet, inde etiam habet, ut Deus ſit. Atqui Ieſus ea ratione Deus ſummus non eſt, quia Dei Filius eſt. Quare nec ſimpliciter Deus ille ſummus eſt.

Aſſumtionem autem noſtram non ea ratione hîc probabimus, quòd Ieſus, dum Filius Dei dicitur, eo ipſo à Deo, nempe ſummo illo atque unico, diſtinguitur; neque etiam eo, quòd hoc ipſo nomine Patre inferior ſtatuitur, utpote qui totus, quantus quantus ſit, ab ipſo dependeat; cum Pater à nullo alio pendeat. His enim rationibus jam ſuprà ſumus uſi. Sed alio [a], & quidem duplici argumento idem probabimus; quamquam & alia, dum in priori comprobando verſabimur, inferentur, quæ etiam ad ipſam quæſtionem ſeu theſin principalem demonſtrandam apta forent. Prius eſt, quòd,

[a] Cap. 1. & 2. hujus ſect.

 cum

cùm aliquot cauſſæ in ſacris literis exprimantur, ob quas Ieſus Dei Filius ſit; nulla earum ſit talis, ut eum Deum illum ſummum conſtituat, utpote quæ omnes Ieſu Chriſto homini, ſeu, ut cum adverſariis loquamur, Chriſto ſecundùm humanam naturam conveniant, & certo demum tempore cœperint. Imo tantum abeſt, ut eæ Chriſtum Deum illum ſummum conſtituant, aut eſſe demonſtrent, ut potiùs non

Proponit autem non tantùm ea, quæ ſub captum noſtrum cadunt, ſed plerumque ea quæ eum ſuperant: ita tamen, ut eum, qui non agnoſcit, multa nobis eſſe credenda, quæ, licet captui noſtro non repugnat, eum tamen longiſſimè ſuperent, vel ſui amore ac opinione ebrium, vel mente planè cæcum eſſe oporteat. Nam ea quoque animo tenentur, quæ licèt ob infinitam perfectionem ab eo comprehendi nequeant, ab eo tamen, quantum ad ſalutem ſatis eſt, apprehenduntur. Abeamus igitur ad Scripturam, & quas cauſas, propter quas Chriſtus ſit & dicatur Filius Dei, nobis expreſſerit, audiamus.

eſſe oſtendant: ita ut ſingulæ pro ſingulis ſententiæ noſtræ argumentis haberi jure poſſint. Atqui fieri nullo pacto poteſt, ut, ſi Ieſus eâ ratione Dei ſit Filius, quæ eum Deum ſummum conſtituat, ea in ſacris literis non ſit uſpiam apertè expreſſa: partim quidem, quia alias rationes expreſſas videmus, quæ haud paulo minoris eſſent momenti, quàm illa; partim verò, quia ratio illa, ut quidem adverſarii contendunt, omnino eſſet ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſaria, & tanto clariùs à ſacris ſcriptoribus explicanda, tantoque diligentiùs ac crebriùs inculcanda, quanto eſſet à ſenſibus captuque noſtro remotior, ac porrò cognitu ac creditu difficilior. Nam cùm ſacra ſcriptura [a] noſtræ de Chriſto fidei ac confeſſionis ſummam in eo collocet, ut credamus ac profiteamur, Ieſum eſſe Filium Dei, nempe perfectiſſima ratione ſic dictum; neceſſe eſt etiam de vera ac genuina ratione conſtare, ob quam is talis Dei Filius dicatur. Neque enim ſatis eſt verba tenere ac pronunciare; ſed rem ipſam, quatenus ſub captum noſtrum cadit, tenere animoque complecti neceſſe eſt. alioqui nec verè rem credes, nec ex animo profiteberis. Res autem, quæ iſtis verbis ſignificatur, conſiſtit in genuina ratione, ob quam Ieſus Dei Filius κατ᾽ ἐξοχὴν dicatur: quæ quidem ex ſententia adverſariorum ea eſt quòd is ex eſſentia Patris ab æterno ſit genitus. Neque ſanè, ſi ea cæteroquin aut ſecum ipſa, aut cum ſacris literis conſentiret, ulla alia verior eſſet aut magis genuina. Quòd ſi ergo hanc in ſacris literis expreſſam non eſſe videmus, ſed alias ab hac longè diverſas; illam iſtius rei rationem non eſſe, ſtatuendum eſt. Poſterius argumentum, quo aſſumtio noſtra confirmatur, inferiùs hoc capite videbimus.

[a] Io. 20. 31. 1 Ioh. 4. 15: 5. 5. adde Mat. 16. 16. Joh. 6. 69. Act. 8. 37: 9. 20.

Plenior

Plenior Reſponſio, & præcedentis reſponſionis defenſio.

QUò monſtroſam ſuam ſententiam, quâ fingit, Chriſtum pedetentim in Filiatione ſuâ creviſſe ac profeciſſe, ali quantùm palliaret adverſarius, egregiâ ſub initium fallaciâ uſus fuit. Dicit enim, ſe loca illa recenſiturum, in quibus cauſæ exponantur, ob quas Ieſus Dei Filius *fuerit appellatus*. At longè aliud, præſertim ex uſu Scripturæ, eſt aliquid eſſe, aliud aliquid appellari. Nomen enim vel appellatio non rem conſtiuit, ſed rei conſtitutionem ſequitur. Ipſe verò hæc promiſcuè uſurpat, ut ita lectorem in retia ſua præcipitet.

Et quidem quod primum locum *Luc.* 1. 35 attinet. is facilimè ſolvitur, ſi attendatur, quod *vocari* non ſimpliciter *eſſe*, nec ſimpliciter *declarari*, ſed *eſſe agnoſci* ſignificet. Verba ſic habent: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi inumbrabit te: ideo etiam quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei:* id eſt, hinc quoque cognoſcetur, iſum eſſe Filium Altiſſimi. Itaque Spiritus Sancti operatio, virtutiſque Altiſſimi inumbratio, non eſt cauſa cur ſit Filius Altiſſimi; ſed eſt una ex cauſis cur fideles cognoſcant, & agnoſcant ipſum eſſe Filium Altiſſimi. Hoc non ſolùm ex vi vocis, verùm etiam ex Eſaiæ c. 7. 14, clariſſimè patet. *Ideo dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo prægnans erit, & pariet Filium, & vocabis nomen ejus Hhimanuel.* Hîc diſertiſſimè ſignum, & quidem nobiliſſimum, vocatur, quòd virgo ſit paritura Filium: quòdque vo

catura

Plenior Confirmatio & defenſio hujus argumenti.

VT autem appareat, nullam ejuſmodi rationem, ob quam Chriſtus Dei Filius ſit, in ſacris literis expreſſam eſſe, quæ eum Deum ſummum conſtituat; ſed tales tantùm, quæ humanæ Chriſti naturæ, ſeu, ut rectiùs loquamur; homini Ieſu Chriſto conveniant; loca illa recenſebimus, in quibus cauſſæ exponuntur, ob quas Ieſus Dei Filius fuerit appellatus, quorum teſtimoniorum nonnulla ſaltem ita ſunt comparata, ut, ſi potiore aliqua ratione Ieſus Dei Filius jam tum fuiſſet, ac nominatim ideò, quòd ex eſſentia Patris fuiſſet ab omni æternitate generatus, eam omittit nequaquam conveniſſet. Cauſſæ verò illæ, ob quas Ieſu Dei Filius dicitur, ordinem quendam inter ſe habent, & poſterior ſemper aliquid priori addit, ac Ieſum Chriſtum perfectiori, quàm antea, ratione Dei Filium conſtituit.

[a] *Prima cauſſa exponitur ab angelo apud Lucam,* [b] *ita inter alia Mariam alloquente:* Spiritus Sanctus ſuperveniet in te (*Græcè* ſuper te,) & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & (*Græcè ſimpliciter* ideo & *vel* etiam) quod naſceretur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. *Vbi non poſſumus non adſcribere ea, quæ*

doctiſſi-

[a] I. cauſa, cur Chriſtus Dei Filius dicatur.
[b] cap. 1. 35.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

a Ioannes Maldonatus.

doctiſſimus Pontificiorum interpres [a] *in hunc locum inter alia annotat. Senſum enim verborum rectè & vidit, & explicuit. Et primùm quidem de ultimis hujus loci verbis notat,* Vocare *idem hîc ſignificare quod* Eſſe, *ex Hebræorum idiomate, conſequens ſeu effectum pro antecedente cauſſa ſumentium, de quo & verſu 32. dixerat. Nam iſtic quoque de naſcituro virginis filio ait Angelus,* Et Filius altiſſimi vocabitur, *h. e. erit. Exempla verò ejus Hebraiſmi potulerat interpres ille ex Eſa. 1. 26: 4. 4. cui adjicitur etiam locus Gen. 21. 12. conferendus cum Rom. 9. 7. Addi poterant & iſta, Matth. 5. 9. 19: 21. 13, ex Eſa. 46. 7. & hoc ipſo cap. 1. Luc. v. 76. Rom. 9. 26, ex Oſeæ cap. 1. 10. Itaque idem ille interpres inferiùs meritò reprehendit Calvinum, qui, ut Serveti argumentum ex his Angeli verbis ductum effugeret, interpretatus eſt,* vocabitur, id eſt, declarabitur Filius Dei. Quo enim, *inquit*, modo cum hac interpretatione ratio Angeli cohærere poteſt, Ideo, quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei? Non debemus literis ſacris abutentes hæreticos refutare. *Sed deinde rationem illam explicans, ob quam Angelus Chriſtum Dei Filium vocatum iri, h. e. futurum dixerit, ait:* Alii omnes quos viderim, interpretantur, quaſi

catura ſit, id eſt, agnitura nomen ejus Hhimmanuel. Hoc ipſum vis vocis demonſtrat. *Vocari* enim non ſignificat ſimpliciter eſſe, ut adverſarius cum Maldonato putat, ſed ſignificat *eſſe agnoſci*, ut vel ex locis ab ipſis citatis liquidò patet. Nam in multis illorum non ſimpliciter dicitur, *& vocabitur*, ſed, *& vocabitur*, item, *& dicetur tibi*. Quare non erat, ut Maldonatus Calvinum reprehenderet: vel adverſarius unius vocis ignorantiâ ita niteretur, ut neſcio quod invictum argumentum hinc fingeret. Nam Calvinus procul dubio per declarari non tantùm Dei actionem, ſed etiam hominum agnitionem intellexit: id eſt, *eſſe agnoſci*. Quamvis enim Calvini opera jam non habeam ad manum, hanc tamen ejus mentem fuiſſe, colligo ex Inſtitutionibus. Hæreticos igitur non ſacris literis abutens, ſed utens refutavit. Optimè autem omnia cohærent. Cùm enim Angelus modum generationis expoſuiſſet, perſonæ natæ dignitatem ac Divinitatem inde juxta Scripturas, oſtendit: ſicque Mariæ Dei promiſſiones toties in V. T. inculcatas in memoriam revocavit. Erat autem hæc conceptio ad probandum efficaciſſima, non per ſe; potuiſſet enim virtute Spiritus ſancti ex virgine aliquâ naſci homo qui non fuiſſet Filius Dei; ſed ratione divini conſilii ac revelationis, quâ Deus in V. T. promiſerat, hoc certiſſimum ejus myſterii fore ſignum, adeoque negaverat alium præter Chriſtum hoc modo naſciturum. Quamvis, ſi non tantùm in genere Spiritus Sancti operatio, ſed etiam ſpecialis illa obumbratio, quæ

quæ incarnationi propria eſſe videtur, profundè perpendatur, falſum eſſe videtur, quòd hoc modo alius quàm naturalis Dei Filius naſci potuerit. Chriſtum autem, etiamſi Deus non fuiſſet, illo tamen modo genitum, nimirum ſi per illum modum tantùm extraordinaria quædam Spiritus Sancti operatio intelligatur, meritò Dei Filium, prout jam vocatur, vocatum fuiſſe, eſt ſententia non Scripturæ conſentanea, ſed adverſa. Chriſtus enim unico tantùm modo Filius Dei vocatur. Non igitur rei evidentia, ſed vel Calvinum ſugillandi pruritus, vel incogitantia Maldonatum in hanc ſententiam pertraxit. Porrò Angelus aliam cauſam adferre non debuit, quia nullam planè attulit: non inquam dixit, quare ſit Filius Dei, ſed quòd ſit Filius Dei, & quare fideles ipſum pro Filio Dei ſint agnituri. Chriſtum autem ab æterno à Patre eſſe genitum, humanâmque naturam in unitatem Filii Dei eſſe aſſumendam, ſatis indicavit, dum dixit, quod naſcetur ex te Sanctum, Filius Dei vocabitur. Iam enim ex V. T. conſtabat, fidelibus, quis & qualis eſſet ille Dei Filius. Et licèt vocula καὶ etiam connexioni inſerviat, vis tamen ejus copulativa non perit. Nec tamen hoc vult, quòd Mariæ Filius, quâ Mariæ Filius eſt, etiam ſit Filius Dei, ſed quòd inter alia ſigna, ex quibus Chriſtum Dei Filium eſſe agnoſcatur, etiam hoc ſit. Cui interpretationi Piſcatoris mens ſatis congruit, qui collationem illam inter humanam & divinam Chriſti naturam meritò reijcit. Vim autem copulativam nec ipſi adverſarii negare poſſunt: cum non unam, ſed quaſi de Chriſto, ut Deo, aut certè ut homine, in unam cum Deo perſonam aſſumtio loquatur Angelus: utraque enim ratione Chriſtum verum naturalemque Dei Filium eſſe. *ſed paulo tamen poſt in hunc modum ſcribit*: Quamquam ego quidem alium arbitror eſſe ſenſum, ut non de Chriſto, quà Deus, neque quà homo perſonæ conjunctus divinæ, ſed de ſola conceptione, humanaque generatione hoc intelligatur, quaſi dicat Angelus, *vocabitur*, id eſt, erit *filius Dei*, quia non à viro, ſed à Deo, virtute Spiritus ſancti generabitur. Neque enim de Chriſti natura, ſed de modo generationis Angelus agebat. Et cauſſa, quam reddit, quam ob rem Filius Dei futurus ſit, quòd Spiritus ſanctus ſuperventurus eſſet in virginem, eamque obumbratura virtus Altiſſimi, non erat apta ad probandum eo ſenſu, Chriſtum Dei Filium futurum fuiſſe, quatenus Deus, aut quatenus homo in eandem cum Deo perſonam aſſumptus erat; quia potuit etiam purus homo Spiritu ſancto ſuperveniente, & virtute Altiſſimi obumbrante, concipi, qui neutro illo modo Filius eſſet Dei, cùm neque Deus eſſet, neque divinæ conjunctus perſonæ. Ad probandum

dum autem, id, quod naſcitu-rum erat ex virgine, Dei Filium futurum fuiſſe, eo ſenſu, quo expoſui, aptiſſima ratio fuit Angeli, quia non ex viro, ſed ex ſolo Deo concipiendus erat. Itaque etiamſi Chriſtus Deus non fuiſſet, illo tamen modo genitus, quo genitus fuit, meritò Dei Filius vocatus fuiſſet; non ſolùm ut cæteri viri Sancti, de quibus dictum eſt: *Ego dixi, Dii eſtis, & Filii Excelſi omnes*: ſed ſingulari quadam & propria ratione, quòd non alium, quàm Deum haberet Patrem, non ab alio, quàm ab eo generatus. *Quid, quæſo, dici potuit aptius & loco convenientius? Ideo ipſius potiùs verbis, quàm meis, rem totam explicare volui, ut ſimul hominis Pontificii teſtimonio conſtaret, quàm evidens ſit ea, quam nos defendimus, ſententia de ratione in his Angeli verbis expreſſa ob quam Ieſus Dei Filius dicatur. Quid enim aliud, quàm rei evidentia hominem Pontificem, iſtius præſertim, cui ille fuit addictus, diſciplinæ, adigere potuit, ut contra cæterorum omnium, quos viderit, interpretum conſenſum, eam, quam nos volumus, ſententiam ſequeretur? præſertim cùm ſciret, eos, quos hæreticos judicabat, hunc locum pro ſua de Chriſto ſententia urgere. Quamquam videmus, quoſdam*[a] *etiam ex iis, qui Euangelici vocantur, & illi, & nobis*

[a] Vide Gualter. in hunc locum. Hier. Zanch. l. 2. de Trib. Eloh. c. 6. part. 6.

ſed plures cauſas, quare Chriſtus vocetur, id eſt, ex illorum opinione, ſit Dei Filius, aſſerant.

Alter quoque locus adverſarium nihil juvat: qui ſic habet. Ioh. 10. 33. 34. 35. 6. *Reſponderunt ei Iudæi, dicentes; ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam*: id eſt; *quia tu, homo cùm ſis, facias te ipſum Deum. Reſpondit eis Ieſus; Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, Ego dixi, Dii eſtis. Si illos dixit Deos ad quos ille ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolvi ſcriptura: Quem Pater ſanctificavit, & emiſit in mundum, de eo vos dicitis, Blaſphemas: quia dixi: Filius Dei ſum.* Hic inquam locus nobis nihil adverſatur. Nam Chriſtus hic non exprimit cauſam ob quam ſit Deus, ſed ob quam non blaſphemet, licèt dicat ſe eſſe Filium Dei, vel Deum. Non enim erat quæſtio, quare ipſe eſſet Deus, ſed an ipſe blaſphemaret, dicendo ſe eſſe Deum. Quamvis autem demonſtret ſe Deum eſſe, dum oſtendit, ſe non blaſphemare quod ſe Filium Dei profiteatur, hinc tamen minimè ſequitur, quòd cauſas adferat ob quas ſit Deus: ſed ſufficit quòd invicta argumenta adducat, ex quibus cognoſcatur ipſum eſſe Deum. Quare quòd à Patre ſanctificatus, & in mundum miſſus fuerit, eum ne Deum quidem, multo minùs Deum ſummum conſtituit; verùm eum Deum ſummum eſſe evincit. Eſt cauſa non rei, ſed demonſtrationis. Argumentatur quidem Chriſtus à minori ad majus, ſed hâc ratione, ut ſi minori competat titulus proportionaliter minor, etiam majori competat titulus proportionaliter major. Nam ſi ea eſt proportio majorum inter ſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſe, quæ eſt minorum inte ſe; v. g. ſi ita ſe habet adjunctum majus ad ſubjectum majus, ut ſe habet adjunctum minus ad ſubjectum minus: ſi ſubjecto minori, ut magiſtratui, tribuitur adjunctum minus; ſcilicet nomen Deorum; etiam ſubjecto majori, Chriſto, qui omnium magiſtratuum Domiuus eſt, erit tribuendum adjunctum majus, nomen ſcilicet Filii Dei, ſeu Dei ſummi. Nimirum quanta reliquorum attributorum, tanta quoque nominis divini eſt diſparitas. Quemadmodum autem illi, quos dixit Deos, non ideò erant Dii, quòd ad eos ille ſermo Dei factus eſſet, ſic quoque Chriſtus non ideò erat Dei Filius quòd ſanctificatus eſſet & in mundum miſſus. Nam & ad multos alios, qui Dii in Scripturâ non vocantur, ſermo Dei factus fuit: nec quivis Dei ſermo hîc intelligitur, ſed certus, ut articulus ὁ oſtendit: nimirum exprobratio, exhortatio, ac comminatio illa divina, quæ in Pſalmo deſcribitur. Quemadmodum igitur hæc verba, *Ad quos ille Dei ſermo factus eſt*, ipſorum indignitatem, ſic illa, *Quem Pater ſanctificavit ac in mundum emiſit*, Chriſti dignitatem ac majeſtatem deſcribunt & innuunt. Chriſtus igitur & ſubtiliſſimè & efficaciſſimè diſputat: quod magis eluceſcit, ſi tacita, quam Chriſtus inſtituit, antitheſis obſervetur. Etenim Chriſtus eſt is, qui hic in Pſalmo loquens introducitur: nimirum *Elohim* ille de quo *v.* 1. Hoc primò titulus docet *Miſmor le Aſaph*. Nam omnes illi Pſalmi, qui ſic inſcribuntur, agunt de illuſtri illo regno ſpirituali quod poſt, & per converſionem Iudæorum

nobis hac in parte adſtipulari. Prima ergo hæc cauſſa eſt, ob quam Ieſus Dei Filius extitit, quòd non ex viro, ſed ex Deo, virtute atque efficacia ipſius interveniente, conceptus ac generatus fuit; & ſic nullum alium, præter Deum, habuit Patrem. Non eſt autem credibile, ſi alia longè potior fuiſſet cauſſa, ob quam Filius ille ex Maria naſciturus, à primo ſtatim ortu Dei Filius eſſet futurus; Angelum id non fuiſſe indicaturum, itáque verba ſua concepturum, ut intelligeret Maria, aliam adhuc potiorem hujus rei cauſſam adeſſe. Atqui potior fuiſſet ejus rei cauſſa, illa nimirum, quam plæroſque interpretes afferre vidimus, quòd homo ex virgine naſciturus, ſeu mavis humana illa natura, eſſet aſſumenda in unitatem perſonæ Filii Dei, ex eſſentia Patris ab omni æternitate generati. Cur ergo hujus rei ne minimum quidem in Angeli verbis extat indicium? Cur non ita eſt locutus, ut appareret eandem illam perſonam jam antea quidem ab omni æternitate Filium Dei fuiſſe; nunc autem alia adhuc nova ratione extiturum eſſe? Neque enim eſt, quod cum quibuſdam interpretibus dicas, Angelum id aliquo modo indicâſſe voculâ &, *dum non ſimpliciter ait*, Ideò quod naſcetur ex te Sanctum, *ſed*, Ideo & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. *Senſum enim eſſe, non ſolum eam per-*

perſonam, quæ jam antea extiterit, Dei Filium eſſe, ſed etiam Sanctam illam virginis prolem, ob admirabilem conceptionem, vocatum iri Filium Dei. Nam hæc ſententia omninò duos Dei Filios duaſque adeò perſonas in uno Chriſto conſtituit, unum ante virginem, alterum è virgine natum. Quare niſi particulas διὸ καὶ *ſimpliciter velis vertere* ideòque, *ut illud* καὶ & *vel* que *tantum connectendis ſententiis ſerviat; animadvertendum eſt id, quod non ignobilis*

a Ioan. Piſcat. *Euangelicorum interpres*[a] *hoc loco annotavit.* Conjunctio, *inquit*, καὶ, id eſt, ETIAM, eſt hîc nota paris, & notat parem veritatem conſequentis cum antecedente Enthymematis. Quaſi dicatur: Quam verum eſt, te concepturam ex ſingulari operatione Spiritus Sancti, ac proinde virginem: tam etiam verum eſt, Filium illum, quem ſic conceptura ac paritura es, fore Filium Dei. *Idem paulò pòſt negat, talem hîc inſtitui inter humanam & divinam Chriſti naturam antitheſin aut collationem, qualem interpretes illi conſtituunt, & ex particula,* & , *quæ in verbis Angeli extat, exſculpunt.*

b II. cauſa, cur Chriſtus Dei Filius dicatur. *Sed jam tempus eſt, ut ad alias rationes, ob quas Chriſtus Dei Filius dicatur, progrediamur*[b]. *Altera igitur ejus rei cauſſa exprimitur ab ipſo Chriſto Ioh.* 10. 34. 35. 36. *Cùm*

rum Chriſtus in hoc mundo inſtituet, in quo ſi Deus introducatur loqui, ſemper intelligitur Chriſtus, ut cordatus lector ex accuratâ collatione ac inductione haud obſcurè colliget. Deinde idem oſtendit vox *El*, & loquentis ſitus ac geſtus. Chriſto enim omne judicium à Patre datum eſt. Satis quoque ſe ipſum diſtinguit à Patre, dum dicit: *Filii excelſi vos omnes*: non autem Filii mei vos omnes. Accedit denique quod ad illum *Elohim* dicatur: *Surge, Deus, judica illam terram: quoniam tu hæreditabis omnes illas gentes*: quod & Chriſti quaſi proprium eſt. Atque hoc ipſum innuit Euangeliſta, cùm dicit: *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, Ego dixi*: quod ſcitè vetus interpres vertit, *quia*, ſeu, *quod dixi*. Senſus enim Chriſti eſt; An non legiſtis, quòd Ego, ſcilicet Meſſias, dixerim, Dii eſtis. Non agi autem de omnibus promiſcuè magiſtratibus, vel hinc perſpicuum eſt, quòd illa quæ de ipſis dicuntur, in pios magiſtratus non cadant: quòdque *verſ.* 7. cum certis quibuſdam Principibus conferantur, adeòque ab iis diſtinguantur. Senſus igitur Chriſti hic eſt: Si illi, ad quos & de quibus dicitur quòd in judicando inſcii *verſ.* 2. iniqui *verſ.* 3. & infirmi *verſ.* 4. uno verbo inepti & improbi *verſ.* 5. judices fuerint: quòdque ex gratiâ ad Deorum ac filiorum Dei dignitatem evecti ſint: denique quòd ſicut vulgares homines morientur, & ſicut illi, proculdubio tyrannici, Principes cadent: ſi inquam illi rectè vocantur Dii: quantò minus ille blaſphemabit, quòd ſe Filium Dei, id eſt, ſummum Deum dicat, qui eos alloquitur, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

qui in medio ipſorum ſtans judicat, quique ut omniſcius, clementiſſimus, ac potentiſſimus Iudex, ac ſervator eſt ordinatus: qui eos Deos ordinavit & fecit: quique in mundum miſſus eſt, ut ſalute partâ omnibuſque hoſtibus externis deletis omnes gentes ad ſe converſas gubernet ac poſſideat. Non ſine causâ autem ſe Dei Filium, non diſertè Deum vocavit; tum ut ſe à Patre diſtingueret, atque eo ipſo oſtenderet, quomodo eſſet cum Patre unum: tum ut doceret, ſe eſſe Deum illum ſummum. Cùm enim Hebraicè vel Syriacè locutus ſit, ſi ſe vocâſſet Deum ſeu *Elohim*, potuiſſent exiſtimare, quòd eſſet unus ex illis ***Elohim***, quales ſunt magiſtratus: Itaque ut ſe illorum ſorte eximeret, vocavit ſe Filium Dei in ſingulari: illum ſcilicet Filium Dei, de quo univerſum vetus Teſtamentum agit. Haud ſecus ac auctor Epiſtolæ ad Hebræos ſummam Chriſti Deitatem *c.* 1. demonſtraturus dicit: ***Tanto præſtantior Angelis Elohim factus, quanto excellentius præ illis ſortitus eſt nomen***; quâ argumentatione & hodiernum adverſariorum errorem, forſan & quorundam tùm temporis falſam opinionem refutat, quia putabant, Chriſtum non eſſe ſummum *Elohim* ſed aliquem ex factis *Elohim*.

Cæterùm etſi hæc Chriſti ſanctificatio, & in mundum miſſio ipſum Deum ſummum non conſtituat, attamen eum illum eſſe demonſtat. Utraque enim cum generatione Patris adeò eſt conjuncta, ut Chriſtus nec ita ſanctificari, nec ſic in mundum mitti potuiſſet, niſi ab æterno ſummus Deus genitus eſſet. Divinum

36. ***Cùm enim Iudæi blaſphemiæ crimen ipſi objeciſſent, quod homo cum eſſet, Deum ſe ipſum faceret; nempe quia Deum appellârat Patrem ſuum, ſeque cum eo unum eſſe dixerat; ita eis reſpondet***: Nonne ſcriptum eſt in Lege veſtra quia (*hæc vocula abeſt à Græco*) Ego dixi, Dii eſtis? Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolvi Scriptura: quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum, vos dicitis, quia (*ſeu* quòd) blaſphemas: quia dixi, Filius Dei ſum? ***Vbi apparet, hanc Chriſtum afferre rationem, ob quam longè majori jure Filium Dei ſeſe appellârit, quàm judices illi olim Dii fuerint appellati, quòd à Patre ſanctificatus, & in mundum miſſus fuerit. Hæc verò ratio, an Chriſtum Deum illum ſummum conſtituit? An enim miſſio, ut de hac priùs loquamur, Deum ſummum conſtituit? an illa cum generatione ex eſſentia Patris quicquam habet conjunctum? Sanctificatio autem à Patre profecta, num in divinam Chriſti naturam cadit, & non potiùs in humanam? Hoc certè & multi ex adverſariis fatentur, & res ipſa loquitur. Quod enim à Deo ſanctificatur, ſanctitatem aliquam, quacunque tandem in re illa conſiſtat, acquirit. Hoc verò in divinam naturam ab omni æternitate exiſtentem non cadit; in humanam cadit. Neque enim***

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

enim eſt : quod quis dicat, nos etiam Deum, ejuſque nomen ſanctificare [a]*, cui tamen ſanctitatem nullam conciliemus. Quandoquidem manifeſtum eſt, alia ratione Deum à nobis, aliâ nos à Deo ſanctificari. Deus à nobis ſanctificatur, dum Sanctitatem majeſtatemque ejus agnoſcimus, veneramur, prædicamus; nos à Deo, dum ſanctitatem aliquam, quâ cæteroqui deſtitueremur, ex ejus benignitate obtinemus. Quòd ſi modus, quo Deus Chriſtum ſanctificavit, ejuſdem eſſet generis cum eo, quo nos Deum ſanctificamus, & non potiùs cum eo, quo Deus nos ſanctificat, licèt ſpecie ac perfectione differens; quid ſanctificatio illa faceret ad oſtendendum, Chriſtum Dei Filium ſummo jure dici? Num enim ſanctificatio, quæ à nobis proficiſcitur, Deum, in quem tendit, noſtrum conſtituit Filium? & non potiùs ea, quæ à Deo in nos proficiſcitur, nos ejus conſtituit filios; imperfectiore quidem ratione, quàm Chriſtum; quia & ſanctificatio noſtra eſt imperfectior; ſed tamen verè. Qualis autem illa Chriſti ſanctificatio ſit, haud difficulter ex miſſione, quæ ei adjungitur, colligi poteſt. Miſſio enim illa in eo conſiſtit, quòd legationis munus Chriſto ſit ad homines à Deo commiſſum. Sanctificare autem in ſacris literis ſignificat, quempiam ab aliis ſegregare, & ad munus ſingulare deligere, vel ad uſum quendam divi-*

a Eſa. 8. 13. 1. Pet. 3. 15.

vinum quippe officium divinam naturam præſupponit. Sanctificatio autem illa non ſolùm in humanam, ſed etiam in divinam Chriſti naturam cadit. Eſt enim nihil aliud quàm ad munus Mediatoris ordinatio: ſanctiſſima ſcilicet ſanctiſſimæ perſonæ electio ac deſtinatio, ut ſe ipſum ſanctificando omnes Patris electos ſanctificaret. Quâ ſanctificatione Chriſtus quidem acquirit aliquam ſanctitatem: ſed ratione naturæ divinæ non internam & abſolutam, ſed externam ac relativam: ratione verò naturæ humanæ internam quidem, verùm ſummæ Deitati non repugnantem, ſed ab eâ fluentem. Sanctificatio autem quâ nos Deum ſanctificare debemus, Deum quidem non conſtituit Deum, attamen ipſum Deum eſſe oſtendit. Alterius tamen generis eſt ſanctificatio, quâ Pater Filium ſanctificavit, quàm illa quâ nos Deum ſanctificamus. Miſſio quidem ſanctificationem explicat, ſed non eo, quo vult adverſarius, modo. Si enim ſcopum hujus miſſionis conſideremus, patet quòd ſit planè divinus: adeòque & miſſio & ſanctificatio illa planè divina. Concedimus aliàs, quòd hæc Chriſti ſanctificatio ſit ejus ratione utriuſque naturæ ad ſingulariſſimum, nimirum prorſus divinum, munus electio: reſpectu verò naturæ humanæ quædam quaſi præparatio. Si verò, ut vult adverſarius, ſanctificare idem eſt, quod donis ſingulariſſimis, qualis eſt potentia ac ſapientia divina, ad munus auguſtiſſimum in terris obeundum implere, & hoc pacto ab aliis hominibus ſegregatum ad munus illud præparare; nihilque aliud eſt Chriſti di-

vinitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vinitas quam hoc ipſum: cur urget quòd demum in aſcenſione Chriſtus Dei Filius factus ac genitus fuerit? Etenim ſi jam in terrâ divinis attributis fuerat impletus, quid ulteriori perfectione erat opus? Poterant itaque juxta adverſarii Theologiam Iudæi Chriſti argumentationem rejicere; Tu cùm homo ſis, nondum es Dei Filius: ſed cùm Dei Filius eris, homo eſſe deſines. Sic enim de Chriſto diſſerunt adverſarii. Sicut autem munus ipſum Chriſti ſummamDeitatem adſtruit, ita & ſanctificatio, quæ eſt ſingularis ad munus deſignatio. Quomodo autem ſummo Deo aliquid dari queat, ſuprà à nobis fuit explicatum. Cauſam autem cur Dei Filius eſſet, eum hîc adferre non oportuit: imò ne debuit quidem. Sic enim non ex notioribus, ſed ex æque ignotis diſputâſſet. Iudæi enim utrumque negâſſent: nimirum, eſſe quendam Dei Filium ab æterno genitum, & Chriſtum eſſe illum. At aliquem àDeoMeſſiam eſſe ſanctificatum ac in mundum mittendum, negare nullâ ratione poterant. Chriſtus autem ſe eſſe illum, operibus ſuis, adeoque re ipsâ, demonſtrabat. Itaque pro more ſuo ex rebus notioribus ignotiora docet: quod genus demonſtrandi ut eſt populariſſimum, ita & efficaciſſimum. Accedit quòd hîc non diſputaretur quare eſſet Dei Filius, ſed an eſſet. Firmiſſimè autem id probavit Chriſtus. Dixerat ſe eſſe illum Chriſtum, qui det vitam æternam; ſe eſſe Dei Patris Filium, & quidem talem, qui unum ſit cum Patre. Rectè hinc colligebant Iudæi, quòd ſe Deum ſummum diceret; malè, quod ſe ipſum *diviniorem veluti præparare. Quare vel ita hoc loco ſumitur, ut apud Ieremiam, quem ita aliquando* [a] *allocutus eſt Deus*: Priuſquam te formarem in utero, novi te: & antequam exires de vulva, ſanctificavi te, & Prophetam in Gentibus (*Hebr. abeſt* in) dedi te; *quemadmodum & illic, & in hoc Iohannis loco viri docti* [b] *annotarunt: vel idem eſt, quod donis ſingulariſſimis, qualis eſt potentia, ſapientiáque divina, ad munus auguſtiſſimum in terris obeundum implere, & hoc pacto ab aliis hominibus ſegregatum, ad munus illud inſigniter præparare. Miſſio ergo in mundum, ipſum illud munus in ſe complectitur: ſanctificatio autem deſignatio aut præparatio ad id munus eſt. Hæc verò quid ad ſummam Deitatem Chriſto aſſerendam, aut ad ſtabiliendam generationem Chriſti ex eſſentia Patris ab æterno factam, habent momenti? Imò verò tantum abeſt, ut ad ſupremam Deitatem Chriſto aſſerendam quicquam habeant roboris, ut potiùs demonſtrent, Chriſtum Deum ſupremum non eſſe. De miſſione ſuprà* [c] *id docuimus. Idem autem & de Sanctificatione ſtatuendum eſt, quæ ad id munus deſignatio eſt aut præparatio. Nam ſi ipſum munus in Deum ſummum non cadit; nec deſignatio aut præparatio ad id munus in eum cadere poteſt. Quamquam & ex illis idem doceri poteſt, quæ diximus*

[a] Ier. 1. 5.

[b] Vide Iohan. Maldo. in Ier. & Ioh. & Wol. Muſcul. in Ioh.

[c] cap. 15. huius ſect.

mus de locis, in quibus Chriſto aliquid à Deo datum eſſe affirmatur. Qui enim à Deo ſanctificatur, ei hoc ipſo Deus quippiam largitur. Deo autem ſummo nemo quicquam largitur, qui omnibus donat omnia. Sed præterea, ſi Chriſtus Deus ille ſummus fuiſſet, ſi fuiſſet ex eſſentia Patris ab æterno genitus, & eam ob cauſſam Dei Filius; qui fieri potuiſſet, ut id hoc loco reticeret? Nam ſi ullus erat locus, ubi id eſſet exprimendum, hic locus erat. Aſſeruerat Chriſtus, ſe cum Patre unum eſſe; id quod ratione divinæ naturæ dictum eſſe adverſarii volunt. Ideo enim affirmatum ab eo fuiſſet ajunt, Deum eſſe ſuum Patrem, quia ex ejus eſſentia ſit genitus; ideo ſe cum eo unum eſſe, quia eandem numero cum ipſo habeat eſſentiam. Iudæi porrò blaſphemiam eo nomine ipſi objecerant, quòd cum homo eſſet Deum ſeſe faceret. ubi quidem Dei *nomen eo modo accipiunt, quo id in hominem non cadit; & adverſarii noſtri contendunt, eos de Deo ſummo omnino loqui; nempe quia animadverterint, Chriſtum ea ratione Deum ſe eſſe non obſcurè affirmare. At ſi ita ſe res habet, omnino neceſſarium fuiſſet, Chriſtum eam rationem afferre, ob quam Dei Filius ſit, quæ ex eſſentia Patris genitum, eandemque cum ipſo eſſentiam habere oſtenderet. Quomodo enim aliàs dictum illud ſuum, quod à Iudæis blaſphemiæ accuſabatur, defendiſſet?*

ipſum faceret. Se ipſum enim Deum facere, hîc, ut videtur, ſignificat, falsò ſe Deum eſſe profiteri. Rectè autem eos collegiſſe, quod ſummum Deum ſe diceret, ex non-negatione Chriſti, & majori aſſeveratione patet. Tantum enim abeſt ut dictum ſuum revocet aut explicet, ut denuò inculcet, ſe eſſe in Patre, & Patrem in ſe, idque ſaltem ob opera credi velit. Oſtendit autem ſe non blaſphemâſſe, eò quòd ſit à Patre ſanctificatus ac in mundum miſſus. Quàm firma hæc ſit ratio, cognoſcet is, qui, qualisnam, & quo fine fuerit mittendus, ex Scripturis didicerit. Utrumque enim æternam generationem, ac ſummam Divinitatem arguit ac præſupponit: quamvis Chriſtus hîc hoc immediatè non agit, ut ſuam æternam generationem demonſtret, ſed ut ſe unum cum Patre eſſe oſtendat. Æterna enim illa generatio non ſimpliciter ex miſſione, ſed ex tali miſsione rectè concluditur. Sanè inepta eſt miſsio, quæ ſcopum ſuum non aſſequitur. At is, qui ſic miſſus eſt, ni Deus ſummus fuerit, ſcopum miſſionis ſuæ aſſequi non potuit: nam opera planè divina conſummare debuit. Quare & mittens, & miſſus Deus eſt. Chriſtum autem ita miſſum fuiſſe, ut, antequam naſceretur homo in cœlo, adeòque Deus fuerit, (neque enim Angelus ita mitti vel debuit, vel potuit) ex miſſionis illius naturâ ſatis perſpicitur. Eum etiam ita mitti poſſe, qui in cœlo nunquam fuerit, nunquam probabit adverſarius. Nam *Ioh.* 17. 18. vocula καθὼς non omnimodam paritatem, ſed aliquam convenientiam indicat. Nam & ab alio, & alio

& alio modo, & alio fine Chriſtus miſſus eſt quàm Apoſtoli: niſi velimus dicere, quòd Apoſtoli ſint miſſi in mundum, ut eſſent mundi Servatores. Miſit igitur eos, ſicut ipſe miſſus eſt: hoc eſt, ſicut ipſe miſſus erat in mundum, ut ſuo officio fungeretur, ſic & Apoſtoli ut ſuo. Locus autem 1. *Ioh.*4. 1. planè alienus eſt. Nam nec vox *mittere*, ſed *egredi*, nec idem terminus à quo, nec idem terminus ad quem occurrit. Etſi enim legatus Dei ad homines eſſe poſſit etiam is qui in cœlo nunquam fuit, tamen nemo talis legatus eſſe potuit, qualis fuit Chriſtus, quin in cœlo priùs fuerit. Modum verò, quo adverſarii Chriſtum in cælo fuiſſe, & ex eo veniſſe fingunt neſcit Scriptura. Miſſionem quoque non niſi corporalem ex cœlo deſcenſum ſignificare, & ſecundùm naturam humanam Chriſto tantùm competere, unde probat adverſarius? Præterea Chriſtum, ſi in cœlo fuerit, priùs eò aſcendiſſe, abſurdiſſimè probat adverſarius ex *Ioh.* 3. 13. *Et nemo adſcendit in cœlum, niſi is qui deſcendit de cœlo Filius hominis qui eſt in cœlo.* Contrarium enim docet textus. Etenim ſi nemo adſcendit in cœlum, niſi priùs deſcenderit de cœlo, Chriſtum quidem in cœlo priùs fuiſſe, ſed non eò aſcendiſſe oportuit. Nam ſi Chriſtus primò è terrâ aſcendit in cœlum, ita ut ibi priùs non fuerit, primâ adſcenſione priùs aſcendit: quia, juxta ipſummet, nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcenderit, ſcilicet priùs. At pulchrè adverſarius; Si Chriſtus aſcendit, in cœlum eum priùs adſcendere oportuit. Sed urget adverſarius præteritum perfectum ἀναβέβηκεν: quo*ſet: quomodo oſtendiſſet, jure ſe ea, quam adverſarii volunt, ratione Dei Filium ſeſe appellâſſe? Objicitur Chriſto à Iudæis, ex adverſariorum noſtrorum ſententia; Blaſphemus es, quia te Filium Dei ex eſſentia ipſius genitum aſſeris; quia te Deum ſummum facis. Reſpondet Chriſtus: Iure id de me aſſero, nec in eo ſum blaſphemus: quia me Pater ſanctificavit, & in mundum miſit. Quid hoc ad generationem ex eſſentia Dei æternam? quid ad ſummam illam atque independentem Deitatem, quam ſibi aſſeruiſſe Chriſtus creditur? Dices, ſatis Chriſtum indicâſſe, ſe eſſe ex eſſentia Patris genitum, atque adeò ipſum Deum ſummum, quia dixerit, ſe in mundum à Patre eſſe miſſum. Id enim docere, eum, antequam naſceretur è virgine, in cœlis apud Deum perpetuò fuiſſe; inde poſtea in virginis uterum deſcendiſſe, ac hominem eſſe factum; id quod non niſi in Deum ſummum cadat. Sed quàm frivola illa ſint, facilè animadverterent homines, ſi paulùm ſeponere præjudicatam opinionem vellent. Nam primùm & in mundum mitti, & venire poteſt, qui in cœlo nunquam fuit: Aperta ſunt ipſius Chriſti de Apoſtolis verba apud eundem Iohannem, ubi eos etiam ſecum ipſo hac in parte comparat, infrà cap.* 17. 18. Sicut tu (*Pater*) me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. *De falſis autem Prophetis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

phetis ait Iohannis 1. *Epiſt.* 4. 1, multos pſeudoprophetas egreſſos eſſe in mundum. *At nec hi, nec illi vel in cœlo, vel in alio extra hunc mundum loco fuerant, unde poſtea in hunc mundum ingrederentur: ſed illi quidem Chriſti ad homines legati erant conſtituti, atque ad Euangelium iis annunciandum deſignati: hi verò ſponte ſua ad homines venerant, & non ſecùs, ac ſi à Deo eſſent ad eos ablegati, novam quandam inter eos doctrinam promulgare auſi fuerant. Itaque mitti in mundum à Deo aut Chriſto, eſt legatum ipſius ad homines conſtitui; legatus autem Dei ad homines eſſe poteſt, qui in cœlo unquam fuerit. Deinde etiamſi neceſſe omnino eſſet, eum, quem Deus in mundum miſerit, in cœlo priùs fuiſſe, atque inde in terras deſcendiſſe; id quod nos aliàs de Chriſto libenter fatemur; quid tamen prohibet, eum, qui naturâ ſuâ non niſi homo ſit, à Deo in cœlum aſſumi, & mandatis iſtic inſtructum, ad homines deinde in terras mitti? Et ita quidem omnino neceſſe eſt ſtatuere, ſi Chriſtum mitti in mundum non potuiſſe; vel ſaltem non aliter miſſum eſſe ſtatuas, quam ut è cœlis in terras propriè loquendo deſcenderet, ſiquidem ex dictis noſtris ſatis conſtat, miſſionem hanc Chriſto non niſi ſecundùm humanam naturam competere; quæ ſanè non in cœlis, ſed in terris fuit genita; ac porrò,*

ſi

quo ipſo innuit, illud *aſcendere* non eſſe intelligendum de futurâ Chriſti aſcenſione in cœlum, ſed de præteritâ quadam. Rectè obſervat; nam nec nos putamus, quòd ibi proximè agat de futurâ ſuâ aſcenſione in cælum: verùm hinc nullâtenus ſequitur; ergò Chriſtum in corpore jam antè in cœlum aſcenderat. Idne Nicodemo notum erat, quòd univerſa tam N. quàm V. T. ſcriptura ignorat? Agebat igitur de aſcenſu ac deſcenſu Chriſtus qui Nicodemo, tanquam magiſtro in Iſrael, notiſſimus eſſe debebat: nimirum de aſcenſu & deſcenſu illo, quo Deus in deſerto in nube deſcendere & aſcendere ſolebat; quique nihil aliud erat quàm Chriſti aſcenſus & deſcenſus. Sicuti enim Chriſtus regenerationem, quam vocat *terrenam* verbis & argumentis ex lege petitis docuerat. Sic nunc ſuam Deitatem ac incarnationem, itemque ſuam inanitionem ac exaltationem typis ex lege ſumtis declarat ac demonſtrat. Solebat enim Chriſtus ſincerorum diſcipulorum captui ſe accommodare, omnemque ſuam doctrinam ex V. T. notificare. Et Chriſtum non generaliter de quovis in cœlum adſcenſu loqui, vel ex Enochi, Eliæ, & Apoſtoli Pauli in cœlum aſcenſu conſtat. Taceo aſcenſum & deſcenſum bonorum Angelorum. Unde haud difficulter verus verborum Ioh. 6. 62. ſenſus elicitur: *Si ergo Filium hominis ſpectaveritis aſcendentem eò*, ubi *erat priùs*, ſeu, *ab initio*. Non enim hoc vult, quòd tum ibi non fuerit in cœlo, ſed quòd quoad naturam ſuam humanam eò ſit adſcenſurus, ubi ſecundùm naturam divinam, τὸ πρότερον jam, in V. ſcilicet T.

& ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

& ab initio mundi, erat. Quamvis autem Angelus aliquis è cœlo in terras mitti poſſit, non tamen ideò mittetur tali miſſione, de quâ Chriſtus hîc agit. Nec Spiritus ſanctus eâ miſſione mitti poteſt. Alia enim eſt miſſio Filii, alia Spiritus Sancti propria. Quis unquam legit quòd Spiritus Sanctus fuerit ſanctificatus. Num verò Spiritus Sanctus etiam humanam naturam aſſumere potuerit, non diſputamus; iis, quæ in Scripturis revelata ſunt, contenti. Eo ipſo denique, quòd Filius eam aſſumſit, Spiritum Sanctum quoque eandem aſſumſiſſe, & quidem neceſſariò, pernegamus. Ex his quæ de variis Chriſti divinitatis cauſis diſſerit, perſpicuum eſt, quid medirentur adverſarii, nimirùm ut Chriſtum faciant Deum non genere à piis, ſed tantùm gradu diverſum: ſicque interpolatam gentilium apotheoſin ab Orco revocent.

Videamus jam cauſam tertiam, quam tanti faciunt, ut reliquas ferè pro nullis habeant. Quod ideò ab iis fit, ut non ſolùm Chriſtum æternâ ſua Deitate ſpolient, ſed etiam ut ejus officium ſacerdotale funditùs tollant. Quò autem hîc error eſt abſurdior, eò pluribus fulcimentis ac ornamentis indiguit. Quare ſingula paulò diligentiùs excutiamus. Prima autem adverſarii ratio adeò infirma eſt, ut vix ſciam quid propriè urgeat. Velitne, ſimpliciter Chriſtum à Patre in reſuſcitatione mortuorum fuiſſe genitum? & an, tùm primò fuiſſe genitum? Verùm neutrum hinc ſequitur. Non enim ideo primogenitus mortuorum dicitur, quòd in reſuſcitatione mortuorum fuerit genitus, ſed quod

ſi in cœlis fuit, uti & nos agnoſcimus, eò illam aſcendiſſe oportet. & id quidem ipſe Chriſtus indicat, dum apud hunc eundem ſcriptorem ait cap. 3. 13; Nemo aſcendit (*præteriti hoc verbum eſt temporis: eſt enim in Græco* ἀναβέβηκεν, *& res ipſa præteritum exigit*) in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis, qui eſt (*vel potiùs* erat) in cœlo. *Vnde infrà capite* 6, 63. *ait*: Si ergo videritis Filium hominis adſcendentem ubi erat priùs. *Vtrobique de Filio hominis loquitur, & hîc non ait, eum illo ipſo tempore in cœlis eſſe, ſed fuiſſe priùs, ac poſtmodum eò aſcenſurum. Ex quo facilè apparet, eum non de divina natura loqui, quæ nec Filius hominis eſt, nec cœlum unquam deſerere potuit, nec eò unquam adſcendit. Sed præterea an non angelus aliquis, qui perpetuò in cœlis fuerit, inde in terras, atque ad ipſos homines mitti poteſt? Quare id, quod Chriſtus hîc de ſe aſſerit, nullum ſupremæ Divinitatis continet indicium. Vt taceam, etiamſi contineret, non tamen protinus ſecuturum, eum Dei Filium, non verò Spiritum Sanctum eſſe, ſi Spiritus Sanctus etiam eſt, ut illi volunt, ſummus ille Deus. Nam & ille è cœlis mittitur; & nil prohibet, ſi Filius naturam humanam aſſumere potuit, illum quoque eam aſſumere: imò ita neceſſe fuit fieri, ſi is aſſumſit, qui ejuſdem*

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſt cum ipſo eſſentiæ. qua de re alibi.

Nunc ad alias cauſſas progrediendum eſt, ob quas Chriſtus Dei Filius dicatur; iis tamen omiſſis, quæ etiam ipſius fidelibus, licèt adhuc mortalem hanc vitam agentibus, ſi ſummam earum rerum perfectionem demas, communes ſunt; nempe quòd & ſanctitate Deo fuerit ſimillimus, &, ob amorem ejus erga ſe plus quàm paternum, ipſi conjunctiſſimus; de quibus dictum eſt à noſtris [a] alibi ſatis. [b] Tertia igitur cauſſa, ob quam Chriſtus Dei Filius dicitur, eſt ipſius à mortuis reſuſcitatio, reſuſcitatio, inquam, ad immortalem vitam. Ob hanc enim primogenitus ex mortuis à Paulo appellatur, Col. 1. 18. Apoc. 1. 5. Cujuſnam verò primogenitus, niſi Dei? [c] Quanquam reſuſcitationis vox tam latè poteſt extendi, ut etiam quartam ac præcipuam in ſe complectatur cauſſam, ob quam Chriſtus Dei Filius dicatur, nempe Chriſti exaltationem ſeu evectionem ad imperium ac ſummum ſacerdotium, ut infrà clariùs docebimus. Locus autem, qui ob reſuſcitationem laxiùs ſumtam, in qua nimirum etiam conſequens exaltatio comprehendatur, Chriſtum Dei Filium eſſe doceat, illuſtris extat Act. 13. 32. 33. ubi ita Paulus loquitur: Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimplevit

filiis

[a] Vide Socin. contra Wujek. cap. 5. Reſp. ad Claſſ. 3. Arg. 1.

[b] III. Cauſa, cur Chriſtus Dei Filius dicatur.

[c] IV. Cauſa.

quod ipſe ſit primarius inter omnes mortuos hæres. Nam Rom. 8. 29. dicitur, quòd *Deus prædeſtinaverit eos quos præcognovit, ut conformes ſiant imagini Filii ipſius, ut is ſit primogenitus inter multos fratres.* Erit igitur ipſe facto tùm primogenitus, cùm fratres ipſius glorificabuntur. Ergo ſecundùm auctoris rationem tum demum ipſo facto à Patre generabitur. At ſuprà duo ab ipſo didiceramus myſteria: unum quòd Chriſti Divinitas potiſſimùm conſiſtat in regia ejus poteſtate: alterum, quòd poſt extremum judicium illa poteſtatem deponet, adeoque Deus eſſe deſinet. Generabitur igitur Dei Filius tùm cùm Dei Filius eſſe deſinet. Quin nos ipſum imitati concluſerimus: *Chriſtus eſt primogenitus omnis creaturæ.* Col. 1. 15. Eſt autem primogenitus Dei: Ergo Filius Dei genitus fuit vel ante creationem, vel ſaltem in ipsâ creatione. Sed jam fortiora, imò ex adverſariorum opinione invicta argumenta audiamus. Primò nobis objicit locum Act. 13. 32. 33. *Et nos vobis euangelizamus, eam promiſſionem quæ patribus facta eſt, Deum expleviſſe filiis illorum*, id eſt, *nobis, ſuſcitato* (vel excitato) *Ieſu. Vt etiam Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt; Filius meus es tu, ego hodie genui té. Quòd autem excitavit eum à mortuis, non ampliùs reverſurum in ſepulchrum, ita dixit; Dabo vobis firmas illas Davidis beneficentias. Ideo & alibi dicit, Non dabis, Sanctum illum tuum videre corruptionem.* Deinde Rom. 1. 3: *De filio ſuo* (qui) *ortus eſt ex ſemine Davidis ſecundum carnem: declaratus* (ὁρισθέντος) *autem filius Dei potenter ſecundum Spiritum ſanctificationis ex* ſeu *per reſurrectionem à mortuis.* In priori loco, inquit,

cauſa

cauſa cur Ieſus Filius Dei ſit, hæc affertur, quòd is ſit à mortuis reſuſcitatus. Quæ aſſertio tam audax & à textu tam aliena eſt, ut mirer quid homini in mentem venerit. Hoccine Paulus ſibi demonſtrandum ſumſerat, ob quam cauſam Chriſtus ſit Filius Dei? Quid autem ex mortuis reſuſcitatio cum generatione ex Dei eſſentiâ commune habeat, & quomodo Chriſtus ejus verus auctor fuerit, ſuo loco oſtendimus. In poſteriori autem loco non magis veriſimiliter fingit, Chriſtum, qui jam dudum Filius ille Dei & fuerat, & pronuntiatus, & agnitus fuerat, in reſurrectione & aſcenſione demum Filium Dei conſtitutum fuiſſe. Fuit igitur Filius Dei longè antè quam fuerit conſtitutus. Hunc nodum ſolvit egregiâ diſtinctione: fuiſſe quidem antea Filium, ſed non tam perfectè conſtitutum.

Iam neceſſe eſt ut auctorem preſſiùs ſequamur, & quomodo noſtram reſponſionem refutet diſpiciamus. Quòd ut eò faciliùs fiat, noſtram reſponſionem breviſſimè præmittemus, eamque, pro re natâ, & ab adverſarii exceptionibus vindicabimus, & argumentis confirmabimus. Primi autem loci ſcopus eſt: oſtendere, Deum promiſſionem patribus de Meſſiâ factam explevisse. Sive autem ἀναςήσας, *excitans*, id eſt, mundo exhibens, ſive *ſuſcitans*, id eſt, ex mortuis reſuſcitans, interpretemur, Paulus theſin ſuam & pulcherrimè explicuit, & firmiſſimè demonſtravit. Nam Deus promiſerat, ſe & Filium ſuum in mundum miſſurum, & eum ad ſummam gloriam omniumque piorum ſalutem à mortuis eſſe reſuſcitaturum. Filiis ipſorum nobis, (*ita enim è Græco legendum ſuprà monuimus*) reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Cui non abſimilis extat Rom.* 1. 4. *ubi cùm Apoſtolus Chriſtum Dei Filium appellâſſet, ut id uberiùs declararet, addit:* qui factus eſt ei (ei *non habetur in Græco*) ex ſemine David ſecundùm carnem, qui prædeſtinatus eſt (*Græcè* ὁρισθέντος, qui definitus *ſeu* conſtitutus eſt) Filius Dei in virtute ſecundùm Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum. *In priori loco cauſſa, cur Ieſus Filius Dei ſit, hæc affertur, quòd is ſit à mortuis reſuſcitatus. Hanc autem rationem nihil cum generatione ex Dei eſſentia, nihil cum ſuprema illa Deitate, quæ Chriſto competat, commune habere, res ipſa ſatis oſtendit: cum reſuſcitatio res ſit certi temporis, non ab æterno facta, & Chriſto non niſi ſecundùm humanam naturam, ut adverſarii loquuntur, competat; & denique non Chriſto, tanquam vero auctori, ſed Deo Patri adſcribatur; tantúmque abſit, ut ea Chriſtum Deum illum ſummum eſſe arguat, ut potiùs non eſſe demonſtret, quemadmodum ſuprà ſuo loco* [a] *docuimus. In poſteriori autem loco, etſi verba illa*, ex reſurrectione mortuorum, *de tempore tantùm accipi poſſint, quo Chriſtus fuerit*

[a] ſect. 1. cap. 29.

 Dei

Dei Filius conſtitutus; ea tamen ſatis apertè docent, Chriſtum eam ob cauſſam illic Dei Filium conſtitutum dici, quæ locum in ipſo ante reſurrectionem, præſertim tam perfectè, non habuerit: id quod minimè quadrat in æternam illam Filii ex Patris eſſentia generationem, nec in ullam cauſſam, ob quam Chriſtus ſupremus ille Deus dici debeat.

Vt autem res tantò clariùs appareat, videamus, quid ad hæc loca adverſarii reſpondeant. Ad utrunque igitur locum reſponderi ſolet, nihil aliud ſibi velle Apoſtolum, quàm, reſurrectione Chriſti declaratum fuiſſe, eum eſſe Filium Dei naturalem, h. e. ex ipſa Dei eſſentia genitum; idque ſibi vel verbum ὁρισθέντος, definiti, *quod in poſteriori loco extat. Addunt præterea nonnulli, in priori loco verbum* ἀνιστάναι *non ſignificare reſuſcitationem Chriſti ex mortuis, ſed ipſius in carne exhibitionem: quia in ſequenti demum verſic. nempe 34, incipiat Apoſtolus reſuſcitationem ipſius confirmare. Alii reſuſcitationem Chriſti à mortuis verbo illo ſignificari agnoſcunt; ſed ajunt, in Græco eſſe participium aoriſti temporis, quod præteriti ſignificationem habeat, & perinde eſſe, ac ſi dixiſſet Apoſtolus*, reſuſcitatio Ieſu, *ſeu* poſtquam reſuſcitaſſet Ieſum. *Quare Apoſtolum non affirmare, dictum illud Pſalmi, in quo de Chri-*

turum. Utrumque autem demonſtratur ex Pſalmo. Si enim eum, qui Filius ejus erat, hodie genuit; utique mundo exhibuit; eumque à mortuis reſuſcitavit. Verba enim Pſalmi aliter intelligi nec debent nec poſſunt, quàm hoc modo: *Filius meus es tu, ideo hodie genui te*: id eſt, ideò omni illo tempore quo hoſtes tui contra te & me tumultuabuntur clariſſimè oſtendam, quòd ego te genuerim. Sic quoque *Rom.* 1. 3 verus Apoſtoli ſcopus eſt, deſcribere perſonam Chriſti, cujus officia ac beneficia in universâ epiſtolâ erat explicaturus: & genuinus verborum ſenſus hic eſt: Univerſum Euangelium & ſcriptura agit de Filio Dei, qui ſecundùm naturam humanam natus eſt ex Davide, at ſecundùm Spiritum ſanctificationis, id eſt, naturam divinam, potentiſſimè eſt demonſtratus eſſe Filius Dei ex reſurrectione mortuorum. Verum ut hæc clariora ac certiora evadant, videamus quid contra adferat adverſarius. Dicit, non poſſe verbum *Genui* de declaratione generationis ab æterno jam facta accipi, quia ſic concidat ſententia illorum, qui per *hodie* putant ſignificari æternitatem. Sed quid tùm poſtea, etiamſi illorum ſententia hîc non agnoſcatur pro genuinâ? Sane ſi vox אמר eſſet accipienda de internâ Patris allocutione, ſententia ipſorum omnino eſſet admittenda: verùm cum contextus aliud ſuadeat, non eſt quòd ob hanc opinionem genuinum ſenſum negligamus. Maximè autem hoc facit ad promiſſionis Patribus factæ impletionem. Hæc enim verba, *Filius meus es tu, Ego hodie genui te*, præſertim cum antecedentibus ac conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

conſequentibus collata, ipſiſſimam Dei promiſſionem tanquam compendium complectuntur. Neque enim hic ſimpliciter agitur de Filio, ſed de Meſſia, ut patet ex *verſ.* 3. At in hâc declaratione, quòd ſcilicet Meſſias, qui exinanitus ac mortuus fuerat, & contra quem gentes ac populi, humilitate ejus offenſi ac moti, tumultuantur, ſi æternus Dei Filius, omnia ſalutis myſteria, tanquam in faſciculo, continentur. Nam ſi ἀναστήσας explicetur per *exhibens*, utique ex illâ declaratione neceſſariò ſequitur, quòd Deus Filium ſuum, quem promiſerat, ad ſalutem populi ſui in mundum miſerit: ſi verò hic ſignificet *ſuſcitans*, clariùs ex hâc declaratione factæ promiſſionis impletio apparet. Etſi verò utraque expoſitio ſit orthodoxa, ac genuina videatur, nos tamen præferimus poſteriorem; tum quia videtur propinquior & accommodatior; tum ut propius cum hoſte congrediamur. Si enim hâc interpretatione admiſsâ, nihil obtinet, multo minùs ex priori aliquid concludet. Poſteriorem autem ſenſum, quem etiam urget adverſarius, ſuadet vox ἐκπεπλήρωκε, tum ratione præpoſitionis, tum ratione præteriti perfecti, quæ de inchoatâ tantùm impletione, qualis eſt exhibitio, non adeò ſuaviter accipitur: deinde conſuetudo ſcripturæ, quæ demonſtrationem in reſurrectione factam inculcat. Promiſſionis verò patribus factæ impletionem efficaciſſimè oſtendit. Nam omnium reliquarum quaſi colophon eſt & complementum; eaſque, inprimis exhibitionem, præſupponit. Poterat quidem Deus Pater id

Chriſti ex Deo generatione agitur, in ipſa ejus reſuſcitatione impletum eſſe, ſed poſt eam, cùm nimirum fuit exaltatus, & rex à Deo conſtitutus. Verùm reſponſio illa, quæ aſſertur, nempe de declaratione tantùm ejus, quòd Chriſtus Dei ſit Filius, nullius eſt momenti. Etenim quod ad priorem locum attinet, ex quo etiam de poſteriori judicium fieri & poteſt & debet; non poteſt verbum Genui, *de declaratione generationis ex eſſentia Dei ab æterno jam factæ accipi. Nam ut taceam, hoc pacto concidere illud, quod plærique adverſariorum de particula* Hodie *philoſophantur, eâ nimirum Dei æternitatem ſignificari, in qua nihil ſit præteritum aut futurum, ſed præſens tantùm: quandoquidem dici non poteſt, Deum ab omni æternitate declarâſſe, Chriſtum eſſe ex eſſentia ſua genitum: ut, inquam, hoc taceam: alia ſunt, quæ illam interpretationem evertunt. Primùm enim, quid hoc ad impletionem promiſſionis Patribus factæ, quam Deus eorum Filiis re ipſa præſtiterit? Fatentur illi, cum quibus diſputamus, & res ipſa oſtendit, promiſſionem hîc intelligi de Meſſia dando. Quid verò huc pertinet, quòd à Deo patefactum ſit, Chriſtum eſſe talem ipſius Filium, qui ab æterno ex eſſentia ipſius ſit genitus? Etenim & multis aliis modis, quàm Ieſum regem dando aut conſtituendo, Deus id declarare poterat, ſi modò id altoqui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

alioquin verum fuiſſet) ut ſanè declaràſſe, iſti, cùm quibus diſputamus, aſſerunt; & iſto modo declarare non poterat. Tantum enim abeſt, ut id, quòd Deus Ieſum Regem conſtituit, arguat, eum ex eſſentia Dei ab æterno fuiſſe genitum, atque adeò Deum ſummum eſſe; ut potiùs contrarium inde evincatur, quemadmodum à nobis ſuprà [a] *oſtenſum eſt. Nam ſi dicas, eum ſe ipſum Regem conſtituiſſe: primùm id Paulus hoc loco non urget, qui manifeſtè non ipſi Chriſto, ſed Patri & ſuſcitationem ipſius, & porrò declarationem, ut illi volunt, generationis ex eſſentia ſua, tribuit. At illud, non hoc, fuiſſet Apoſtolo urgendum, ſi indicare voluiſſet, ea re declaratum fuiſſe, Chriſtum eſſe Dei Filium ex ejus eſſentia genitum, quòd ſe ipſum ſuſcitàrit. Deinde etiamſi Chriſtus ſe ipſum ſuſcitàſſet, tamen ex ipſa ſuſcitatione, ſive illam de nativitate Chriſti, ſive de ejus à mortuis reſurrectione intelligas, id minimè apparuiſſet; apparere autem debuiſſet, ſi ſuſcitatio Chriſti eâtenus declarare debuit, Ieſum eſſe ex eſſentia Dei genitum, quia ſe ipſum ſuſcitàrit. Non apparuiſſe autem, ſatis liquet. Cui enim, quæſo, in mentem veniret, aut eum, qui naſcatur, ſuæ ipſius nativitatis, aut eum, qui reſurgat à mortuis, reſurrectionis ſuæ auctorem eſſe? cum is, qui naſcitur, antea non fuerit; qui reſurgit, per mortem eſſe deſierit, &, quod ad vires attinet,*

[a] Cap. 18 hujus ſect.

id aliis quoque modis oſtendere, ſicut & oſtendit, verùm hunc elegit. Et ſanè hic modus tam piorum ſaluti, quàm Chriſti gloriæ fuit convenientiſſimus. Hinc autem contrarium evinci, nunquam evincet adverſarius: ſed abſurdè ab officio planè divino ad Deitatis negationem argumentatur. Nec ſolùm id evincit, quòd ſuo Chriſtus conſenſu Rex fuerit conſtitutus, quòdque ſuâ virtute fuerit reſuſcitatus, ſed etiam quòd Pater ipſum conſtituerit Regem, & hoc modo à mortuis reſuſcitàrit. Non itaque priùs Apoſtolo erat urgendum: præſertim cum proximè hoc non ageret, ut oſtenderet, eâ re declaratum fuiſſe, Chriſtum eſſe Dei Filium ex ejus eſſentiâ genitum: ſed id hîc agebat, ut demonſtraret, Deum Patrem adimpleviſſe promiſſionem Patribus factam. Hoc enim Pſalmi dictum non pertinet ad Apoſtoli theſin ſeu concluſionem, ſed ad præmiſſas, & nominatim ad aſſumtionem. Quamvis autem ex alicujus hominis nativitate aut reſuſcitatione ſimpliciter factâ non appareat ipſum eſſe naturalem ac æternum Dei Filium, attamen ex tali nativitate ac reſurrectione, qualis Chriſti, apparet evidentiſſimè: & quidem non ſolùm ex re ipſa: ſed etiam ex ejus antecedentibus, connnexis, ac conſequentibus, itemque divinis promiſſionibus. Nam ut de reſuſcitatione tantùm dicam, ſi is reſurgit, qui reſurgere non potuit, niſi ipſe propriâ ſuâ potentiâ ac dignitate & talia facta ederet, & talia obſtacula removeret, quæ omnipotentiam ac majeſtatem planè divinam requirunt; utique ex reſurrectione conſtat, reſurgentem

rem verè eſſe Deum. Si verò is hoc faciendo Patri ſuo fuit obſecutus, utique Deus ab æterno genitus erit. At talis fuit Chriſti reſurrectio. Nam ut alia divina opera, quæ mortis triduo fecit, omittam, omnibus piorum peccatis perfectiſſimè expiatis, Principem mundi Diabolum, omneſque infernales exercitus tum debellavit. Qui Pſalmum 68, legerit ac cum reliquis Scripturæ partibus prudenter contulerit, longè aliter de Chriſti reſurrectione diſſeret, quàm adverſarii, qui, præconceptâ opinione excæcati, in ipſo Scripturæ meridie tenebras captant, ac palpant. Scripturæ collationem, quæ unica intelligentiæ clavis eſt, nullam niſi ſophiſticam adhibent. Quæ hîc frigidè, imò ineptè adverſarius objicit, omnia in ipſum retorqueantur. Explicet, quomodo ex Chriſti nativitate & reſurrectione Chriſtus, eo modo, quo ipſe cupit, ille Dei filius conſtitutus ac declaratus fuerit. Nonne, ſi res tam jejunè tractetur, ejuſmodi nativitas ac reſurrectio in alium quàm unigenitum ac primogenitum Dei Filium cadere potuit? Hîc ad reſurgentis perſonam & officium, ad reſurrectionis originem, ſcopum, fructum, circumſtantias & modum, ſimiliaque argumenta confugiet. Quod ſi fecerit, eo ipſo ſuperbis ſuis interrogatiunculis ſatisfecerit? Ex iis enim apparent illa omnia: nimirum quòd Chriſtus ſuæ ſuſcitationis auctor, Deus ſummus, quòdque ex eſſentiâ Patris ab æterno genitus fuerit. Eum autem, qui, ſi ſibi conſtet, nullam in univerſo Scripturæ corpore connexionem ac harmoniam videt, nullam harum

attinet, quibus reſurgere queat, ei ſit ſimilis, qui naſci demum debet. Neceſſe ergo eſſet, jam aliunde conſtare, aliam in eo naturam fuiſſe, quæ & ante ejus nativitatem re ipſa jam extiterit, & in morte ejus actu ipſo vixerit, ac porrò ſive nativitatis, ſive reſurrectionis ipſius cauſſa vera extiterit. Atqui id illud revera erat, quod ſuſcitatione declaratum fuiſſe, & ex ea apparuiſſe adverſarii volunt. Denique etiamſi apparuiſſet, Chriſtum ſe ipſum ſuſcitâſſe; quomodo inde apparuiſſet, eum eſſe naturalem illum Dei Filium, ex eſſentia ipſius ab æterno genitum? Nam ne reputamus id, quod ſuprà [a] docuimus, ex adverſariorum ſententia ſequi, potuiſſe animam Chriſti corpus ſuum divina virtute reſuſcitare, ut etiam taceamus, potuiſſe id divina virtute præſtare alium aliquem Spiritum, qui corpori ejus antea fuerit unitus: ſi Deus ſummus ſe ipſum ſuſcitare poteſt, quid prohibet, eum vel patrem ipſum, vel Spiritum Sanctum, quem tertiam Deitatis perſonam faciunt, fuiſſe? Eſto ergo, apparuerit ex ſuſcitatione Chriſti, ipſum ejus fuiſſe auctorem apparuerit, eum Deum ſummum eſſe; quid eſt, quod arguat, eum ex eſſentia Dei ab æterno genitum? Quænam eſt hujus cum illo connexio?

[a] C. 29. hujus ſect.

Deinde, quis verbis Pſalmi inſpectis non animadvertit, hunc eſſe eorum ſenſum, Filius meus es tu: quando-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quandoquidem ego te hodie genui? Quis verò ſimul etiam non animadvertit, ad hunc ſenſum longè magis quadrare, ut verbum Genui *de ipſa generandi actione quam de generationis declaratione accipiatur? Quis eſt, qui, ſi hujuſmodi verba audiat, ita illa velit accipere:* Filius meus es tu, quia hodie declaravi, me te genuiſſe; *& non potiùs ita:* Filius meus es tu, quia te hodie re ipſa genui; *Sed quid multis opus? Nam ſi reſurrectio Chriſti, & eam conſequuta exaltatio, ſeu ad regnum, præſertim ſacerdotale, evectio, eſt quædam ex Deo generatio, & ob eam jure quispiam Dei Filius dici poteſt, etiamſi alia ſublimior generatio non præceſſerit; quid eſt, quòd quis Generationem illam, cujus in Pſalmi verbis ſit mentio, malit de generationis antegreſſæ declaratione, quàm de ipſo generandi actu, ſumere? Siquidem id, quod verbo* Genui *exprimitur, reſurrectione & exaltatione Chriſti perfectum eſt. Docuimus autem jam ante, reſurrectionem Chriſti, quandam fuiſſe ex Deo generationem, & paulo inferiùs pluribus idem docebimus. De evectione autem ad regnum is dubitare non poteſt, qui expenderit, Reges, Principes, ac judices, ab ipſo Deo, tum* Deos, *tum* Filios Dei *ſive* Excelſi *appellari Pſal.* 82. 6. *quem locum Chriſtus citat Ioh.* 10. 34. *ut doceat, ſe haudquaquam blaſphemare, quod ſe Filium*

harum rerum connexionem videre mirum non eſt.

Sed rectè facit, quòd lectorem ad Pſalmum remittit. Nam qui horum verborum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, antecedentia, connexa, & conſequentia obſervat, ac inter ſe confert, facillimè animadvertit, hunc eſſe eorum ſenſum: *Tu es Filius meus, ideo hodie genui te*, id eſt, ideò evidentiſſimè hodie monſtrabo, quòd te genuerim. Nam perſpicuum eſt, quòd Chriſtus fuerit Meſſias tùm cùm gentes ita fuerunt tumultuatæ *v.* 2. quòd jam vinculis & funibus eos conſtrinxerit, *v.* 5. quòd jam tum Pater eum in Regem ſuper Sion unxerit ac conſtituerit, *v.* 5. Nam & vincula & rebellio regiam poteſtatem indicant. Qui enim Rex nondum eſt, in eum rebellio, & quidem talis, committi nequit. At tum, cùm Chriſtus Meſſias ac Rex fuit, etiam Filius Dei, & quidem perfectiſſimè, fuit: non ſolùm juxta Scripturas, ſed etiam juxta adverſarios, qui, Filium Dei eſſe, Chriſtum eſſe, & Regem eſſe, pro ſynonymis, licèt falso, habent, Pater autem hæc verba dixit ad Filium eo tempore, quo hoſtes ita tumultuabantur. Erat itaque, ut clariſſimè ex modo dictis patet, jam tum Filius Dei, & quidem perfectiſſimè. Si autem perfectiſſimè Filius Dei tùm fuit, nullâ ratione hæc verba ita explicari poſſunt: *Tu es Filius meus, quandoquidem ego hodie genui te*: ſed quia jam antè perfectiſſimè Filius fuit, non poſſunt de generatione aliquâ temporariâ adhuc durante intelligi: ſed omnino de generationis alicujus jam antea exiſtentis declaratione ac demon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

monſtratione accipienda ſunt. Hujus argumenti vis longè clarior evadit, ſi perpendatur, de quo tempore vocula *Hodie* juxta Scripturam ſit intelligenda. Debere autem etiam de paſſione & morte Chriſti intelligi, clariſſimè patet ex *Act.* 4. 25. 26. 27. 28. Fuit ergò Chriſtus ante mortem ſuam, & in morte ſuâ jam perfectiſſimè Filius Dei: adeóque falsò generatio illa de reſurrectione vel de ſeſſione Chriſti ad dextram Patris accipitur. Accedit, quòd illud *Hodie* ſit intelligendum non ſolùm de tempore aſcenſionem Chriſti in cœlum ſecuto, ſed etiam hanc noſtram ætatem ſecuturo. Nam hic ſermo Patris ad Filium tum inſtituitur, cùm gentes contra ipſum ac Filium tumultuantur, cumque Chriſtus hæreditabit gentes. At gentes non ſolùm tumultuantur tempore paſſionis Chriſti, ſed etiam poſt Chriſti ſeſſionem ad dextram, imò adhuc hodie: & tum maximè cùm Chriſtus Iudæos totumque terrarum orbem ad ſe convertet. Tum igitur hæc generatio inſigniter quoque locum habebit. Ex univerſæ quoque Scripturæ concentu patet, quòd vox *hodie* accipiatur de tempore univerſi N. T. Hinc nec titulus, nec ulla loci aut temporis circumſtantia Pſalmo præmittitur: ut indicetur, eum non de uno aliquo actu aut die, ſed de multis ſeculis eſſe intelligendum. Accipitur nimirum *hodie* hoc in loco ut *Pſal.* 97. 7. *Heb.* 3. 7, 14. & 13. 8. Quamvis autem hæc allocutio etiam de futurâ Chriſti manifeſtatione ſit intelligenda, nullum tamen dubium eſt, quin per eam quoque exprimatur triplex illa allocutio, quæ *Mat.* 3. 17. *& cap.*

Filium Dei eſſe dixerit. In illo autem loco, non niſi poteſtatis illius atque imperii, ad quod à Deo ſint evecti, habetur ratio. ſiquidem illis generatim omnibus Deorum ac Filiorum Dei nomen tribuitur, quatenus ab hominibus inferioris ordinis diſtinguuntur. Et vide, quæſo, quàm pulchrè hæc & reliquis Pſalmi ſecundi verbis, & Apoſtoli, teſtimonium inde petentis, ſcopo conveniant. Ex utriſque enim apparet, in verbis illis, Filius meus es tu, ego hodie genui te, *de Chriſto rege conſtituendo agi. Cùm enim dixiſſet Deus,* Ego conſtitui regem ſuper Sion montem Sanctum meum; *ſubjicit David:* Narrabo decretum. *quodnam verò decretum, niſi ea de re factum, de qua loqui cœperat, nempe quòd ipſum Deus conſtituerit regem ſuper Sion montem ſuum ſanctum? Quæ verò ſunt decreti verba?* Dominus, *inquit*, dixit ad me, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. *Quid ergo effugia, quid ambages quærimus? Cur non rectà & ſimpliciter hæc de generatione Chriſti, quæ in eo ad regnum per reſurrectionem evehendo conſiſtat, accipere malumus, quàm de declaratione generationis ex eſſentia Dei ab omni æternitate perfectæ, cujus hîc nec vola nec veſtigium apparet ullum? Hoc pacto ad Davidem etiam Chriſti typum hæc verba eleganter, quamquam longè humiliori ſenſu, accommodare*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

modare poſſumus, ad quem ea accommodanda eſſe, & verba ipſa Pſalmi præſe ferunt, & alii ante nos animadvertunt. Nam cùm Deus olim Davidem, ex variis calamitatibus, & ipſis propè mortis faucibus ereptum, conſtituiſſet regem ſuper populum ſuum: eum quodammodo genuit, ac Filium ſuum conſtituit, & quidem talem, qui reſpectu aliorum terrenorum Regum, primogenitus eſſet potentiâ & dignitate evaſurus. Vnde de eodem ita loquitur Deus Pſal. 89. 28. Ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ. *Quod autem Davidi illo ſenſu competit, id longè auguſtiori convenit Chriſto, qui* [a] reſuſcitatus à mortuis, collocatus fuit ad dextram Dei in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubjecta fuere ſub pedibus ipſius; & ipſe datus caput ſuper omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus ipſius omnia in omnibus implentis. *An non tunc à Deo genitus, an non Filius ipſius evaſiſſe meritò dici poteſt? ſiquidem non tantùm ad immortalem vitam per reſurrectionem fuit regenitus, ſed etiam Deo poteſtate atque imperio, ob quod Deus ipſe appellatur Deus, ſimillimus ex ipſius benignitate evaſit,*

[a] Eph. 1. 19, & d.

& *cap.* 17. 5. & *Ioh.* 12. 28. deſcribitur. Quæ omnia ut eò meliùs ac plenius cognoſcantur, obſervandum eſt, in hoc Pſalmo nullâtenus agi de Davide: Nunquam enim de Davide agitur in iis Pſalmis, in quibus Davidis titulus non præmittitur. Quæ res aliàs à nobis explicabitur ac demonſtrabitur. Etſi enim ex collatione facillimè patere queat, tamen ob doctiſſimorum quorundam interpretum ſententiam facta eſt dubia ac intricata. Licèt autem nobis illa ſententia, quæ particulam *hodie* de æternitate explicat, non videatur genuina, attamen ſi vox אמר *dixit*, de internâ allocutione, non verò de enuntiatione Patris accipiatur, non eſt improbabilis. Quicquid ſit, longè magis textui ac Scripturæ congruit, quàm adverſariorum violentiſſima detorſio. Sed redeamus ad noſtram explicationem. Ex illâ igitur neceſſariò ſequitur, verba illa, *Hodie genui te*, non de generationis actione, ſed de generationis declaratione eſſe interpretanda: niſi quis eò abſurditatis prolabatur, ut dicat, Chriſtum nondum perfectè genitum aut Dei Filium eſſe. Quamvis autem reſurrectio Chriſti, & ad regnum evectio, generatio dici poſſet, non tamen ideò Chriſtus Dei Filius dici potuit: Cum nunquam adverſarii probare queant, quòd ob illam fideles Filii Dei in Scripturâ dicantur. In Chriſto autem planè locum habere nequit, cùm ipſe jam antea Filius Dei fuerit. Id quidem quod verbo *genui* hîc exprimitur, etiam in reſurrectione & exaltatione Chriſti perfectum eſt: ita tamen ut ſicut adhuc durat illa exaltatio, ſic continuerit quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

que iſta generatio. Verum *genui* hîc non immediatè ſignificat ipſam generandi actionem, ſed generationis & antegreſſæ, & adhuc durantis declarationem. Dico *immediatè*: quia ſenſus verborum hic eſt: Ego hodie & oſtendi, & oſtendam, quòd ab æterno te genuerim, & in æternum te gignam. In præterito autem perfecto γεγέννηκα etiam præſens & futuram includi, docet non ſolùm propheticus loquendi modus, ſed etiam ipſa rei duratio ac continuatio. Ideo etiam Pater dicit *Ioh.* 12. 29, *Et glorificavi, & iterum glorificabo.* In his itaque verbis non agitur de Chriſto rege conſtituendo, ſed conſtituto. Nam abſonum eſt, eandem rem bis in tam brevi ac myſtico Pſalmo otioſè repeti: præſertim cùm duæ perſonæ loquentes introducantur. Et neceſſe eſt, ut illa verba, quæ iratus Pater ad rebelles loquitur, vim habeant, quàm illa quæ ad Filium ſuum pronuntiâſſe dicitur. Res quidem arctiſſimè inter ſe connexas exprimunt, ſed non eaſdem. Pater exprimit ſcopum, Filius verò modum & media ad illum ſcopum ducentia. Agitur, inquam, de Rege conſtituto, non conſtituendo, ſi conſtitutio de decreto, non verò de executione decreti accipiatur. Nam, ſi per conſtitutionem Regis intelligatur ipſa decreti adimpletio & in thronum collocatio, ejuſque continuatio, libentiſſimè fatemur, quòd per vocem *genui*, etiam Regis conſtitutio exprimatur. Locutio enim Patris, quâ rebelles alloquitur, ſequitur allocutionem ejus, quâ Filium alloquitur. Nam in furore ſuo, id eſt, tum, cùm rebelles perdit, alloquitur hoſtes:

evaſit, Ob ſimilitudinem autem Deo, & angeli & homines filii Dei appellantur; quæ quanto major eſt, tanto majori illis jure hoc nomen convenit. Nulla autem perfectior excogitari poſt eâ, quam Chriſto competere modo docuimus: qua quidem ita & angelos omnes, & homines ſuperat, ut ii reſpectu Chriſti ſervi potiùs quàm filii, dicendi ſint.

Ex his jam apparet, quid etiam de loco altero Rom. 1. 4. *ſentiendum ſit. quamquam is ſe ipſum quoque ſatis, abſque alieno præſidio, adverſus vulgarem interpretationem munit. Nam nec ſcopus Apoſtoli, nec verba, nec res ipſa fert, ut intelligamus, Chriſtum per reſurrectionem à mortuis eſſe declaratum Filium Dei, ex eſſentia ipſius genitum. Quandoquidem ſcopus Apoſtoli eſt, explicare, non quomodo Ieſus Chriſtus declaratus ſit Dei Filius, ſed quomodo ſit. Nam cùm Chriſtum nomine Filii Dei deſcripſiſſet; declarat porrò, quomodo id ſit intelligendum. Et ne quis forte putet, inde ſecuturum, eum filium Davidis, quod tamen Scriptura teſtetur, non eſſe; oſtendit, quomodo utrumque ſimul conſiſtere poſſit; & primùm docet, quomodo is Davidis ſit filius; deinde quomodo Dei. Ait igitur:* qui factus eſt ex ſemine Davidis ſecundùm carnem: qui definitus (*ſeu* conſtitutus) eſt Filius Dei ſecundùm Spiritum ſancti-

ſicationis ex reſurrectione à mortuis. *Annon ipſa oppoſitio oſtendit, quemadmodum illic docetur, quomodo Chriſtus re ipſa ſit Davidis filius; ita hîc oſtendi, quo modo re ipſa Dei ſit Filius? Nam nec declaratio rectè opponeretur verbo* factus eſt; *nec ſibi invicem reſpectus illi diverſi, nempe* ſecundum carnem, *&* ſecundum Spiritum ſanctificationis, *h. e. ſecundùm ſpiritum, quò ſanctificatus fuit Chriſtus. Etenim illud,* ſecundum carnem, *ſubjecti rationem denotaret; iſtud verò,* ſecundum Spiritum ſanctificationis, *cauſſam tantùm efficientem mediam. Deinde vox* ὁρίζειν *nuſpiam in ſacris literis, imò nuſpiam prorſus ſumitur pro declarare: niſi vocem* declarandi *ita accipias, ut tunc ſumitur, cùm quis dicitur rex aut conſul declarari, dum conſtituitur, eique officium hoc decernitur. Nam* ὁρίζειν *propriè quidem ſignificat* definire, determinare: *in ſacris autem literis* [a] *non niſi* conſtituere, decernere, deſignare; *id quod egregiè quadrat in Chriſtum, quatenus interveniente reſuſcitatione rex conſtitutus fuit. Quòd ſi cum interprete veteri* prædeſtinare *velis reddere: quanquam nec verbum ſimplex* ὁρίζειν *eam verſionem poſtulat, nec res patitur: ſatis tamen liquebit, Chriſtum ab æterno Filium Dei re ipſa non fuiſſe. Neque enim prædeſtinatur id, quod eſt, ſed quod non-*

[a] Vide Luc. 22. 22. Act. 2. 23: 10. 42. 11. 29: 17. 26, 31.

hoſtes: ſed Filium alloquitur tum, cùm gentes tumultuantur. Nihil igitur contra nos facit, quòd Chriſtus decretum Patris de ſuo regno recitet. Nos autem ambages non quærimus, ſed verum ac genuinum ſenſum inveſtigamus, quò & horum verborum cum ſe ipſis & cum reliquis Scripturæ partibus accuratiſſimum conſenſum deprehendamus, non verò abſurdum diſſenſum admittamus. Quid vero mirum eſt, quòd adverſario in tam ſublimi Pſalmo veri ſenſus nec vola, nec veſtigium appareat, cùm ipſe in aliis clariſſimis dictis toto cœlo aberret? Meritò itaque illi accomodamus illud Chriſti *Ioh.* 3, 12. *Si terrena dixit vobis* Scriptura, *& non creditis: quomodo, ſi dicat vobis cœleſtia, credetis?* Si adverſarii officium Chriſti, ſacerdotale præſertim, quod & clariſſimis typis corporeis in V. T. adumbratum fuerat, & in hâc terrâ potiſſimùm peractum, non intelligunt, quomodo divinam & æternam ejus generationem credent? Quomodo autem verba Pſalmi præ ſe ferant, ea ad Davidem eſſe accommodanda, ego ſanè nullus video: cùm ne verbulo quidem in toto Pſalmo Davidis mentio fiat. Doctiſſimos, & de Eccleſiâ Dei præclariſſimè meritos viros cum etiam de Davide accepiſſe novi: ſed hoc verba præ ſe ferre non novi. Etſi autem de Davide omnino quoque accipiendus eſſet, nihil tamen hinc contra nos concluditur: cùm nullâtenus ſequatur; verba de typo, ſunt intelligenda de liberâ ac in tempore factâ generatione ac Filiatione: ergo in antitypo nec poſſunt nec debent intelligi de æternæ generatio-nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nis ac Filiationis declaratione. Nec ideò nobis minùs arridet illa de Davidis regno accomodatio, quòd pietatis myſterio repugnet, ſed quòd nulla appareat neceſſitas, cur Davidi applicari, ac non paucæ duriſſimæ interpretationes admitti debeant. Nec uſpiam in Scripturâ hic Pſalmus Davidi applicatur: applicatur autem Chriſto non ſemel. Sed ſi obſervemus, primos hos duos Pſalmos, primum de ſcopo, Beatudine ſcilicet & improborum judicio; alterum de mediis, Regno ſcilicet & officiis Chriſti, adeóque non ſolùm de univerſi Pſalterii ſed etiam de univerſæ Scripturæ myſteriis agere; haud difficulter agnoſcemus, omnia intelligenda eſſe ſpiritualiter ac tantùm de Chriſto. Nam ut Pſalterium eſt totius Scripturæ, ſic hi duo Pſalmi ſunt totius Pſalterii clavis, ac compendium. Quo obſervato, niſi ſincero veritatis ſtudio vehementer fallimur, inſignis quædam lux Scripturas meditanti oboritur. Hinc enim inter alia apparet, quòd licèt in reliquis Pſalmis non rarò Chriſti perſona & regnum per typos deſcribatur, in his tamen de ſolo Chriſto agatur. Verba quoque *Pſalmi* 89. 28. de Chriſto ſolo, non de Davide intelligenda ſunt. Nam in Davidem nec antecedentia, nec conſequentia quadrant.

'Locum verò *Rom.* 1. adeò obſcurare conatur adverſarius, ut niſi ſuâ luce omnia ipſius ſophiſmata diſſiparet, noſtro præſidio vix defendi poſſet. Nam nimis audacter pronuntiat, nec ſcopum Apoſtoli, nec verba, nec rem ipſam ferre orthodoxam ſententiam. Verùm ipſius jactantiam

nondum eſt; & hîc de nulla alia re, quàm de filiatione, ut ita dicam, Chriſti ex Deo agitur; imo ſequetur, in reſurrectione demum eum, ut Filius Dei re ipſa fieret, plenè deſtinatum eſſe. Denique in ſuperiori loco Act. 13. oſtendimus, reſurrectionem Chriſti haudquaquam declaràſſe, Chriſtum ex eſſentia Dei genitum, & hoc pacto Dei Filium eſſe, ſed potiùs contrarium.

Iam quod ad illorum ſententiam attinet, qui verbum ἀνιστάναι *in loco Act. 13. non ad reſurrectionem Chriſti à mortuis, ſed ad ejus nativitatem, & primam exhibitionem referendum eſſe contendunt; etſi id ſalvo argumento noſtro principali concedere, imò urgere etiam poſſemus; oſtendemus tamen, iſtam interpretationem ſuſtineri non poſſe. Primo, quia iſtic, ut ſuprà jam monuimus, agitur de ejuſmodi Dei facto quo impleverit promiſſum ſuum de rege Iſraëliticæ genti præficiendo: quod etiam ex ipſis Pſalmi ſecundi verbis docuimus. Atqui Chriſtus non tunc, cùm natus fuit, ſed cùm reſuſcitatus, & ad dextram Dei collocatus, Dominus ac Chriſtus, ſeu cœleſtis populi divini rex evaſit. Deinde & præcedentia Apoſtoli verba, & ſequentia, quæ illi adverſus nos urgent, de reſuſcitatione ex mortuis ſermonem eſſe oſtendunt. Nam cùm dixiſſet,* Deum ſuſcitaſſe eum (*Chriſtum*) tertia die; *addit:* qui viſus eſt per dies multos

tos his, qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæo in Ieruſa lem: qui uſque nunc ſunt teſtes ejus ad plebem. *Cujus verò rei teſtes? nónne ejus, quam modò commemorârat, & oculis quodammodo uſurpatam ab iis fuiſſe dixerat, nempe reſurrectionis Chriſti, & quæ eam fuit conſequuta, exaltationis? Hujus enim rei propriè erant conſtituti teſtes. vide ſuprà cap.* 1. 22: 2. 32: 3. 15: 4. 33: 5, 32. *confer cum præced. & cap.* 10. 40. 41. 42. *Cùm ergo ſubjicit Apoſtolus:* Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam (*vel* quòd) hanc Deus adimplevit Filiis ipſorum nobis, ſuſcitans Ieſum; *& ipſummet de reſuſcitatione Chriſti è mortuis loqui neceſſe eſt. Idem enim ſe Iudæis Antiochenis nunc annunciare aſſerit, quod cæteri Apoſtoli apud plebem in ipſa Iudæa teſtentur. Quòd ſi ergo illos de reſurrectione, ac conſecuta exaltatione apud plebem teſtari dixit; ſe quoque de ea nunc loqui ſignificat. Quod verò ad ſequentia verba attinet, quæ illi adverſus nos urgent, non probatur iſtic demum, Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis; ſed eo poſito, tanquam ſatis jam probato, tantùm oſtenditur; ita Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ut non ampliùs revertatur in corruptionem. Potuiſſet enim alicui hîc ſuboriri ſcrupulus, reſuſcitatum quidem*

tiam non fert veritas. Nam ex ipſis verbis ſatis perſpicuum eſt, quòd Apoſtolus non tantùm velit oſtendere, quomodo Chriſtus ſit Filius Dei, ſed etiam quòd ſit. Cum enim Chriſtus, tanquam univerſi Euangelii objectum, vocâſſet Filium Dei, per parentheſin ipſius perſonam ex utrâque naturâ pleniùs deſcribit: ſicque non ſolùm tacitæ objectioni, quòd, cùm Filius Davidis ſit, Dei Filius eſſe nequeat, per naturarum diſtinctionem reſpondet, verùm etiam quod primò dixerat, firmiſſimo & in Scripturis fundatiſſimo argumento demonſtrat. Oſtendit quidem, quomodo ſit Filius Dei ſecundùm Spiritum ſanctificationis id eſt, ſecundùm divinam eſſentiam, ſed ſimul oſtendit quare id ſit credendum. Licèt autem doceat, quomodo utrumque, nimirum quòd ſit Filius Dei & Filius Davidis, conſiſtere queat, potiùs tamen oſtendit, quomodo, licèt ſit Filius Davidis, attamen etiam ſit Filius Dei, quàm contrà, quomodo, licèt ſit Filius Dei, tamen etiam ſit Filius Davidis. Pauci enim vel nulli erant, qui Meſſiam negarent fore Filium Davidis: ſed non pauci erant, qui, ſicut & hodie adverſarii, Meſſiam Dei Filium eſſe, vel fore, negabant. Quemadmodum igitur docet Apoſtolus, & quòd, & quomodo Chriſtus ſit Filius Davidis, ſic quoque docet, quòd, & quomodo ſit Filius Dei. Nimirum, quòd ſit Filius Dei, docet in iſtis verbis, *Qui demonſtratus eſt Filius Dei potenter ex reſurrectione à mortuis:* quomodo verò ſit Filius Dei, exprimit in iſtis, *ſecundum Spiritum ſanctificationis.* Declaratio autem rectè opponi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

opponitur verbo *factus eſt*, quia ipſum primò tantùm Dei Filium nominaverat, & quia hoc ipſum tanquam magis dubium probare volebat: itemque reſpectus illi ſecundùm carnem & ſecundùm Spiritum ſanctificationis rectè opponuntur, quia Spiritus ſanctificationis non tam refertur ad vocem ὁρισθέντος, quàm ad verba υἱοῦ θεοῦ. Igitur utrumque ſubjecti rationem vel potiùs partem denotat. Quamvis enim Spiritus ſanctificationis tanquam cauſa efficiens proxima etiam ad declarationem referri queat, propiùs tamen & potiùs hæc verba dererminant verba *Filii ipſius*, cùm verba *in potentiâ*, & *ex reſurrectione*, declarationis modum ac originem ſatis explicent. Quòd autem vox ὁρίζειν in ſcripturâ nihil aliud ſignificet quàm *conſtituere*, *decernere*, *deſignare*, nec res ipſa, nec locus *Actor.* 17. 31. ab ipſomet adverſario citatus admittit. Fieri enim non poteſt ut is, qui jam ante reſurrectionem Filius Dei fuit, per eam demum Filius Dei decernatur ac conſtituatur. At Chriſtum ante reſurrectionem perfecte Dei Filium fuiſſe, nos demonſtravimus: imò veriſſimè, licet non perfectiſſimè, eum talem fuiſſe ipſimet adverſarii fateri coguntur. Vim autem hujus vocis egregie oſtendit locus Actorum paulò ante citatus. Verba ejus hæc ſunt: *Temporibus igitur iſtius ignorantiæ diſſimulatis, Deus nunc denuntiat omnibus ubique hominibus ut reſipiſcant. Eò quòd ſtatuit diem quo juſte judicaturus eſt orbem terrarum per eum virum* ᾧ ὥρισε, *quem definiit* ſeu *declaravit, demonſtravit, fidem omnibus plene faciens,* πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, *illo à mortuis excitato.*

quidem eſſe Chriſtum, nec tamen impletam eſſe promiſſionem Patribus factam: quandoquidem fieri potuerit, ut ita reſuſcitaretur Chriſtus, ut denuò in corruptionem reverteretur. at Meſſiam patribus olim promiſſum, ejuſque imperium durare debere in ſeculum ſeculi, ut Prophetica ſcripta docent. vide 2. *Sam.* 7. 13, 14. *& confer cum loco Heb.* 1. 5. *& Pſal.* 45. 7. *(confer. Heb.* 1. 8.) 110. 1. 4. *& Dan.* 7. 14. *adde & Ioh.* 12. 34. *Hunc ergo ſcrupulum auditoribus eximit Apoſtolus, dum addit*: Quòd autem ſuſcitavit eum à mortuis, amplius jam non reverſurum in corruptionem, ita dixit: Dabo vobis ſancta (*Hebr.* miſericordias, *h. e. promiſſa ex gratia & miſericordia profecta*) David fidelia; *& quæ ſequuntur. Ex quibus intelligitur, eum in proximè præcedentibus de reſurrectione ipſa jam loquutum eſſe, eamque ſatis probâſſe, nunc aliquid ampliùs, ut ſcrupulum omnibus penitùs eximat, de ea docere velle. Quamquam & illud abſonum eſt, Paulum, cùm modo dixiſſet, Chriſtum eſſe primo exhibitum, & vel natum, vel in mundum miſſum, ſtatim ſubjicere, quod Deus eum ita reſuſcitârit à mortuis, ut non revertatur ampliùs in corruptionem. Quis enim nexus? An non patet, hæc poſteriora verba requirere, ut de reſurrectione ipſius proximè loquutus fuerit Apoſtolus.*

Quod vero ad illos attinet, qui ajunt, promiſſionem illam de Chriſto, & porrò etiam illud Pſalmi ſecundi dictum, non implevisse Deum, reſuſcitando Chriſtum, ſed eo reſuſcitato; cum iis non admodum pugnabimus. Nam ipſimet ultro fatemur, ſi reſuſcitatio Chriſti ſtrictè ſumatur, tantùm pro ejus in vitam reditu, ſecluſâ exaltatione conſequutâ; promiſſionem illam divinam, Pſalmique dictum, in ea nondum vere impletum eſſe. Sed animadvertendum tamen eſt, primùm, reſuſcitationis aut reſurrectionis Chriſti nomen, interdum per quandam ſynecdochen cum metonymia conjunctam, complecti univerſam Chriſti gloriam, h. e. immortalitatem ac ſupremam poteſtatem, quam per reſurrectionem eſt conſecutus. Atque in hunc ſenſum omnino accipienda eſſe videtur hæc vox Act. 2. 32, 33: *&* 4. 33. (*confer cum* 5. 32. *&* 10. 40. *& d.*) *& Rom.* 4. 25. *&* 10. 9. *& Phil.* 3. 10. 1. *Pet.* 1. 3. *&.* 3. 21. *Deinde & illud animadvertendum, aoriſtos participiorum, verbis præteriti temporis adjunctos, eam ſæpè vim habere, quam haberent participia præſentis temporis, iiſdem verbis adjuncta. cujus rei exempla habes inter alia Heb.* 1. 4: 7. 27. 11. 9: 2. *Pet.* 2. 6, 15. *ut omittam illud apud Euangeliſtas paſſim obvium*, ἀποκριθεὶς εἶπε reſpondens dixit. *Quare jure ſtatui poteſt, perinde eſſe accipienda Apoſtoli*

Hîc clariſſimè cernitur, quòd vox ὁρίζειν ſignificet aliquid evidentiſſimè oſtendere ac declarare. Nam primò temporibus ignorantiæ, ac denunciationi pulchrè opponitur efficax illa demonſtratio. Deinde ingrata foret repetitio, ſi hîc ὥριζε ſignificaret *conſtituere ſeu decernere*, cùm in eodem verſu præceſſerit ἔστησε, *ſtatuit.* Tertiò nullâ ratione id ſignificare poteſt. Cùm enim illam vim habet, requirit aliquod epitheton ſeu attributum additum: at hîc nullum occurrit: Senſus igitur foret, per eum virum, quem ſimpliciter *conſtituit, decrevit, fecit:* qui ſenſus planè eſt alienus, ne dicam ineptus. Hoc denique docet modus, quo ipſum definivit: nimirum dum Deus Pater per Chriſti reſuſcitationem omnibus ſuis promiſſionibus pleniſſimam fidem fecit. Vox enim *omnibus* non de perſonis credentibus, ſed de rebus credendis eſt accipienda, ut ex Græcâ phraſi ac contextu haud difficulter colligitur. Ὁρίζειν igitur hoc in loco nihil eſt aliud quàm ſingulari Dei conſilio decreta, & in finem deducta, ſumma Deitatis demonſtratio, tam clara, ut Chriſtus ab omnibus aliis hominibus, præſertim filiis Davidis, diſcernatur, & tam certa, ut nemo niſi inſanus aut planè improbus ei reſiſtere queat. Sicut enim logica definitio definiti eſſentiam clariſſimè ac pleniſſimè explicat, ita hic ὁρισμὸς Chriſti perſonam ac officium clariſſimè ac evidentiſſimè ob oculos ponit, ita ut ſit quaſi ocularis quædam demonſtratio.

Quid de illorum ſententiâ, qui verbum ἀνιστάναι in loco *Actor.* 13. non ad reſurrectionem Chriſti à mortuis, ſed ad

ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ejus nativitatem ac primam exhibitionem referunt, judicandum ſit, jam diximus: nimirum illam eſſe planè orthodoxam ac contextui ſatis conſentaneam. Sed quomodo ſalvo ſuo argumento principali adverſarius eam concedere, imò urgere poſſit, ego ſanè non video. Nos, ut eò magis adverſarii argumentatio refelleretur, poſteriorem ſecuti ſumus. Agitur quidem de ejuſmodi facto, quo Deus promiſſum ſuum de exhibendo Meſſiâ implevit. At hoc in Chriſti nativitate perfectè præſtitit. Imò etiam ipſe tum Dominus ac Chriſtus fuit: ut diſertiſſimè Angelus teſtatur Luc. 2. 11. *Natus eſt vobis hodie Servator, qui eſt, Chriſtus Dominus, in urbe Davidis.* Non dicit, poſt aliquot annos naſcetur vobis ſervator, ſed, hodie natus eſt: nec dicit, qui erit aut evadet Chriſtus Dominus, ſed, qui eſt. Itaque planè intolerabilis eſt adverſarii audacia, quòd neget, Ieſum fuiſſe Dominum ac Chriſtum ante ſeſſionem ad dextram Patris: cùm univerſum N. T. contrarium clamet. Iam mirabilem nectit conſequentiam: Apoſtoli teſtati ſunt de reſurrectione Chriſti; ergo non de ipſius nativitate ac exhibitione: quaſi reſurrectio exhibitionem tolleret, & non neceſſariò præſupponeret. Itaque ſicut aliud erat Chriſti exhibitio, aliud reſurrectio, utraque tamen promiſſa, ſic quoque utraque ab Apoſtolo demonſtrari potuit. Adverſarius ipſorum argumento, quòd poſtea demum reſurrectio demonſtretur, non ſolùm non ſatisfacit, verùm etiam ſuam ſententiam evertit. Etenim ſi per verba *Ego hodie genui te* intelligitur ut in præcedenti- *ſtoli verba, ac ſi dixiſſet: Promiſſionem illam Patribus factam Deus implevit*, reſuſcitans (*ut vetus interpres habet*) *vel* reſuſcitando Ieſum: *præſertim quia ad Chriſti ex Deo generationem facit etiam ipſa illius in vitam reſtitutio: cum eo pacto veluti denuò genitus fuerit. ſed multo plus facit immortalitas, quam, reſurrectione interveniente, Chriſtus adeptus eſt. ſiquidem hoc pacto Deo naturâ ſimilis evaſit. Vnde noſtra quoque reſurrectio regeneratio* [a] *dicitur; & Chriſtus affirmat, eos, qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis*, Filios Dei eſſe: cum ſint Filii reſurrectionis, *Luc.* 20. 36. *& Paulus aſſerit*, nos exſpectare adoptionem Filiorum Dei, *nempe* corporum noſtrorum redemptionem, *Rom.* 8. 23. *In immortalitate enim maximè conſiſtit* conſortium *ſeu* participatio divinæ naturæ, *quam commemorat Petrus* 2. *Epiſt.* 1. 4. *Sed maximè omnium huc facit divinum Chriſti imperium ac poteſtas, ob quam perfectiſſima ratione Dei Filius eſt. Itaque ſi omnino participium* ἀναςήσας *interpretari velis*, reſuſcitato *Ieſu*, *ſeu* poſtquam reſuſcitâſſet *Ieſum*; *intelligendum erit, tunc verè ac perfectè impletam fuiſſe promiſſionem illam Patribus factam, de Meſſia ſeu Rege ſingulari Iſraëlitis dando, ac porrò & illud Pſalmi dictum*, Filius meus es tu, ego hodie

[a] Matt. 19. 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

hodie genui te, *cùm Ieſus à Deo reſuſcitatus ad dextram ipſius in cœleſtibus fuit collocatus, & ſic Chriſtus, ſeu Rex ac Dominus, Dei virtute ac beneficio evaſit. Hinc enim, ut ſuprà* [a] *vidimus, D. Auctor Epiſt. Heb. cap. 5. 5. illa Pſalmi verba de glorificatione Chriſti, ſeu Pontificatus honore in ipſum collato, accipit; qui quidem regiam ipſius poteſtatem in ſe complectitur: cùm regnum ipſius ſit ſacerdotale, & ſacerdotium regium. Hinc & alibi in ſacris literis* [b] *pro eodem ſumuntur, Ieſum eſſe* Dei Filium, *& eſſe* Chriſtum, *h. e. Regem populi divini, à Deo unctum, aut* Dominum, *nempe illum unicum, per quem Deus Eccleſiam, & omnia ad eam ſpectantia adminiſtret ac gubernet. Hanc enim ob cauſſam ſumma doctrina de ſuprema Chriſti dignitate, noſtræque de ipſo fidei ac confeſſionis, in eo promiſcuè* [c] *collocatur, quòd* Ieſus ſit Chriſtus *aut* Dominus, *vel quòd* Ieſus ſit Dei Filius. *Hinc etiam factum, ut quoties illa duo, nempe* Chriſtum *eſſe, & eſſe* Dei Filium, *ſimul de Ieſu Nazareno dicuntur, nunquam tanquam diverſa per particulam copulativam* & *connectantur; (quamquam & particula iſta ſæpe explicandi tantum vim habet) ſed ſine ea ubique per appoſitionem jungantur; ut appareat, non res diverſas inter ſe connecti, ſed eandem rem diverſis modis deſcribi. vide Matth.*

a c. 28. hujus ſect.

b conf. inter ſe Mat. 16. 16. Marc. 8. 29. Luc. 9. 20. Ioh. 1. 50. Act. 8. 37: 9. 20, 22. Rom. 10. 9. 1. Cor. 12. 3. Phil. 2. 11. 1 Ioh. 4. 15. 5. 1. & 5. add. c. 2. 22: 4 2, 3: 2. Io. 4. confer & illa Mat. 27. 41, 42, 43. & Luc. 23. 35. quin & cap. 22, 67. 69 70.

c Vide eadem loca.

dentibus ſummo conatu urſit, quòd non tantùm ad immortalem vitam per reſurrectionem fuerit regenitus, ſed etiam Deo poteſtate atque imperio, ob quod Deus ipſe appellatur Deus, ſimillimus ex ipſius benignitate evaſerit; quam abſonum eſt, ipſum nunc demum oſtendere, quòd Chriſtus ita reſurrexerit à mortuis, ut non ampliùs revertatur in corruptionem? Optimus autem eſt nexus inter Chriſti exhibitionem & reſurrectionem, qui illa ejus exinanitionem, hæc verò exaltationem exprimit: quibus duabus partibus Chriſti officium ac ſtatus continetur.

Quæ de ſynecdochicâ ac metonymicâ vocis *reſurrectio* ſignificatione diſſerit, ea poſſunt admitti: nec eſt neceſſe ut ideo prolixè ſingulorum locorum ab ipſo allegatorum genuinum ſenſum inquiramus. Sufficit quòd in uno aut altero loco metonymicè ac ſynecdochiè accipiatur. Sicut autem per ejuſmodi troporum ſyndromen poſſunt ſignificari conſequentia, ſic & antecedentia, v. g. exhibitio in mundum. Deus nempe & in reſuſcitatione, & poſt reſuſcitationem Chriſti promiſſiones ſuas adimplevit. Hæc enim adimpletio non eſt actus inſtantaneus, ſeu indiviſibilis, ſed ſucceſſivus, variiſque partibus conſtans. Et peculiaris aoriſtorum vis & uſus eſt, ejuſmodi actiones vel paſſiones exprimere, quæ inchoatæ quidem ſint, adhuc tamen durent. Hæc, inquam, eſt vis aoriſtorum per ſe conſideratorum ac poſitorum: verùm ſi adjungantur verbis finitis præteriti perfecti temporis, rem non præſentem, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſed præteritam exprimunt: præſertim ſi res ipſa anteceſſionem & conſecutionem quandam poſtulet. Non enim tum actionis partem vel modum, ſed actionem vel paſſionem antegreſſam ſignificant. Exempla ab adverſario allata nihil probant. Nam falſum eſt, quòd *Hebr.* 1. 4. aoriſtus primus, ποιησάμενος, ſignificet rem præſentem. Notat enim rem jam dudum præteritam, ut ex re ipſâ, & aliis ſcripturæ locis perſpicitur: Aoriſtus autem primus activus τεφρώσας 2. *Pet.* 2. 6 15. non præſentem, ſed præteritam actionem exprimit, nec, *in cinerem redigendo*, ſed *redactus* verti debet. In reliquis autem locis *Heb.* 7. 27. *&*. 11. 9. & ἀποκριθεὶς εἶπεν, non occurrit præteritum perfectum, ſed aoriſtus. At cùm aoriſtus per ſe præteritum perfectum non exprimat, quomodo alii aoriſto ſibi adjuncto eam communicare poterit? In primo tamen loco, nimirum *Hebr.* 7. 27, etſi vim præſentis temporis haberet, nihil tamen concluderetur, etiam ideò, quia γένομαι non ſolùm *fieri*, ſed etiam *eſſe* ſignificat: Rectius tamen vertunt illi, qui ipſi vim præteritam, *factus*, hîc tribuunt. Nam & præteritum imperfectum, ἔπρεπεν, & participium præteritum perfectum κεχωρισμένος præcedit. Ex hâc tamen noſtrâ reſponſione minimè ſequitur abſurda adverſariorum ſententia, Chriſtum ante aſcenſionem in cœlum, non fuiſſe ſacerdotem. Non enim hîc agitur de eo, qualis eſſe debuerit in ſui oblatione, ſed qualis eſſe debeat tum, cùm in cœlis pro nobis ὑπερεντυγχάνει. Κατοικήσας autem *Hebr.* 11. 9. habet vim præſentis: ſed præcedit

Matth. 16. 16: 26. 63. *Ioh.* 6. 69: 11. 27: 20. 31. *Eſtque inprimis obſervandum, inſignem illam Petri de Chriſto ejúſque ſumma dignitate confeſſionem, cæterorum quoque diſcipulorum nomine editam, à Matthæo l. d. cap.* 16. 16. *his verbis deſcribi,* tu es Chriſtus, Filius Dei vivi: *à Marco autem cap.* 8. 29. *his tantùm verbis,* Tu es Chriſtus; *à Luca cap.* 9. 20, Chriſtus Dei. *qui duo poſteriores Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores, unam, & quidem potiſſimam confeſſionis illius partem omiſiſſent, ſi aliud eſſet,* eſſe Filium Dei vivi, *aliud,* eſſe Chriſtum. *At ſi utrumque re ipſa idem eſt, nihil revera omiſerunt, ſed breviùs eandem rem expreſſerunt. Iam verò Chriſtum eſſe, ſeu unctum eſſe à Deo, Deum illum ſummum nequaquam conſtituit, nec eſſe arguit; imò contrarium. cùm Deus ſummus ungi à nemine, à nemine rex conſtitui poſſit.*

Et ne quis fortè dicat, aliam adhuc, eamque ſublimiorem ſupereſſe cauſſam, ob quam Ieſus Dei Filius dicatur; id partim ipſius ſcripturæ ſilentio, quæ tantam rem tacere non potuiſſet, partim ex iis, quæ hucuſque attulimus, teſtimoniis ſcripturæ refutatur. Nam ne cætera nunc repetamus; ſi alia ſublimior fuiſſet cauſſa, ob quam Ieſus Dei Filius diceretur, ea nequaquam omitti potuiſſet loco à nobis ſuperiùs examinato Rom. 1. 4. *Ibi enim, ut vide-*

mus, propoſitum fuit Apoſtolo, oſtendere, qua ratione Chriſtus Dei Filius dicatur. Neque verò in alia ſignificatione, quàm quæ maximè inſignis eſt, Filii Dei *nomen iſtic accipit, dum nomine Ieſu Chriſti proprio nondum expreſſo* Filii Dei *appellatione eum deſcribit. Quare maximè inſignem, ſeu mavis, veram ac genuinam ejus appellationis rationem expreſſiſſe cenſendus eſt. Num verò illam ejus rei cauſſam exprimit, quòd Chriſtus ſit ex eſſentia Dei ab æterno genitus, ac porrò Deus ille ſummus? Haudquaquam: ſed eam potius, quæ cum illa ratione pugnat, nec patitur, ut Chriſtus Deus ille ſummus ſtatuatur; cùm eum* conſtitutum *dicat* Dei Filium, *& quidem* ſecundùm Spiritum Sanctificationis, *h. e. ſecundùm Spiritum, quo ſanctificatus fuit, idque ex* reſurrectione mortuorum. *Nam quòd quidam per* Spiritum Sanctificationis *divinam eſſentiam intelligunt, id & ſine omni exemplo, & ſine ratione fit, & cum verbo* definitus *ſeu* conſtitutus, *& denique cum reſurrectione mortuorum, ex qua, vel per quam id factum fuerit, pugnat. Patet ergo, nullam aliam ſublimiorem cauſam extare, ob quam Ieſus Dei Filius dicatur, eâ, quòd à mortuis reſuſcitatus, Dominus ac Chriſtus, ſeu Rex populi divini cœleſtis atque æternus, factus à Deo fuerit. Idem inſuper ex illo Pſalmi 2. loco à nobis*

dit aoriſtus, non tempus præteritum, ὁριστὸν, ſeu determinatum. Illa quoque formula, ἀποκριθεὶς εἶπεν, nihil juvat, tum quòd εἶπεν ſit aoriſtus, tum quòd ἀποκριθεὶς in hiſtoriâ Evangelicâ non reſponſionem, ſed loquentis ad perſonam percipientem, quam grammatici ſecundam vocant, converſionem ſignificet. At inquiat aliquis, ſi quædam adverſarii exempla rejicis, quòd ibi occurrant aoriſti, non tempora præterita, cur *Heb.* 1. 4. negas ποιησάμενος habere vim præſentis, cùm ibi etiam aoriſtus ἐκάθισεν occurrat? Reſpondeo: Sciendum eſt, aoriſtorum vim eſſe indefinitam, unde & ἀόριστοι χρόνοι dicuntur, ita ut nunc præſentis, nunc præteriti temporis vice fungantur: quamvis naturâ ſuâ magis in præteritam ſignificationem inclinent. Ipſorum autem primaria menſura eſt rei, de quâ agitur, natura; ſecundaria ſunt voces ipſis additæ. Cùm igitur ſuprà diximus, Aoriſtos verbis præteriti determinati temporis additos exprimere rem præteritam, hoc non ita intelligi volumus, quaſi eo abſente, ſed aoriſto alio adjuncto, aoriſtus participiorum neceſſariò vim præſentis temporis habeat, ſed quòd tum vi ſolius aoriſti adjuncti vis præterita neceſſariò concludi nequeat. At in hoc loco *Heb.* 1. 4. non ſolùm res ipſa, ſed etiam participium præſens φέρων indicat ποιησάμενος habere vim præteriti. Nulla enim ratio fingi poteſt, cur auctor non perrexerit in tempore præſenti ποιῶν, niſi rem jam conſummatam exprimere voluiſſet. Hæc de aoriſtorum vi inſperſimus, non ideò, quòd eâ aut ignoratâ, aut

in

in his locis, prout nos putamus, negatâ, adverſarii principale argumentum non ſolvatur, ſed quòd non exiguam lucem & his, & aliis Scripturæ locis inferant. Sive igitur *reſuſcitans*, ſive *reſuſcitando*, ſive *reſuſcitato* vertatur, nihil proficit adverſarius. Si autem ἀναστήσας explicetur *excitato*, id eſt, exhibito, vis argumenti magis enervatur. Etſi autem exaltatio Chriſti reſurrectionem ſequens plurimùm etiam ad illam Filii Dei declarationem faciat, tamen non ſine causâ Spiritus Sanctus reſurrectionem urget. Nam ut alias cauſas nunc taceam, illa magis in fidelium oculos occurrit, quàm ſeſſio illa ad dextram Patris: magiſque ad ocularem demonſtrationem eſt accommodata. Unde nullum dubium eſt, quin primò & immediatè ille ὁρισμὸς in reſurrectione factus fuerit: vel ideò, quòd in ipsâ reſurrectione duæ naturæ Chriſti clariſſimè cognoſcerentur. Divina enim Chriſti natura vivo ejus corpore quaſi velo integro tegebatur: ſed eo mortuo, tanquam velo ſciſſo, perſpiciebatur. Non eſt igitur quòd de locis *Luc.* 20. 36. *Rom.* 8. 23. multùm litigemus: cùm ſatis clarum ſit, per adoptionem filiorum Dei metonymicè, non propriè, ſumtam, intelligi corporum noſtrorum redemtionem. Velim tamen obiter mihi reſpondeat adverſarius, quâ fronte negare auſit, nos in futurâ vitâ hæc eadem noſtra corpora geſtaturos eſſe, cùm ipſemet adoptionem filiorum Dei dicat eſſe corporum noſtrorum redemtionem. Mira profectò metamorphoſis, quâ corporum ἀπολύτρωσις pro eorum abolitione habetur. Chriſti autem Deitatem

à nobis ſuperiùs explicato patet. omnes enim, quod ſciam, fatentur, cùm Deus Chriſtum ita alloquitur, Filius meus es tu, *Filii Dei nomen omnium excellentiſſima ratione accipi. Atqui cauſam, cur iſtic Dei Filius dicatur, hanc eſſe vidimus, quòd à mortuis reſuſcitatus, non immortalis tantùm, ſed & Rex populi divini, ac porrò Pontifex, ſalutiſque noſtræ princeps factus fuerit, ut partim ex ipſo Pſalmo, partim ex loco Act.* 13. *& Heb.* 5. *docuimus; cum quibus jungi poteſt locus Heb.* 1. 4. 5. *Cùm enim ibi dixiſſet D. Auctor, Chriſtum, purgatione peccatorum noſtrorum per ſemet ipſum facta, conſediſſe ad dextram Dei in excelſis, addit:* tantò melior *(vel potius* præſtantior*)* Angelis effectus, quantò differentius (*h. e.* præſtantius *ſeu* excellentius) præ illis hæreditavit nomen. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium. *Ex quo loco intelligitur; Filii Dei nomen Chriſto eſſentiale non eſſe; cùm id hæreditâſſe dicatur: nec id nomen eſſe ſummi Dei; cum per exaltationem demùm ſuam, dignitatem ac præſtantiam ei nomini ac titulo parem adeptus fuiſſe dicatur; quod in Deum ſummum non cadit. Adde, quòd res ipſa indicet, de Chriſto ſecundùm humanam naturam, ut loquuntur, ſermonem hîc eſſe;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſſe; ac porrò nomen hoc ejuſmodi eſſe, quod Chriſto ſecundùm naturam illam conveniat. Quò accedit & ſequens locus, Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium, *in quo eadem ſententia exprimitur. Ea enim verba itidem arguunt, non eſſe ſermonem de re ejuſmodi, quæ Dei ſummi ſit propria, quæque ab omni æternitate extiterit. Nam & in futurum verba manifeſtè reſpiciunt; & primo ſeu literali, ut vocant, ſenſu, apertiſſimè de Salomone, Chriſti ea in re typo, fuerunt prolata, ut alii quoque fatentur. Confer inter ſe loca, 2. Sam.* 7. 14, *unà cum præcedentibus & ſequentibus, &* 1. Par. 22. 10*: &* 28. 6. *confer etiam* 3. Reg. 5. 5*: &*. 8. 19. *Neceſſe ergo eſt, ut inter rationem, quâ Salomo Dei filius extitit, & inter eam, quâ Chriſtus Dei Filius eſt, ſimilitudo intercedat atque analogia talis, ut illa hujus imago quædam ſit. At quomodo ea ratio, quâ Salomo Dei filius extitit, imago quædam ejus fuit rationis, quâ Ieſus Dei Filius eſt, ſi Ieſus ideo Dei Filius eſt, quia ex eſſentia Patris ab æterno fuerit genitus, idemque cum Patre ſit Deus? Quod ſi ratione ſummæ charitatis, & inde promanantium beneficiorum, quibus Deus Ieſum eſt proſecutus, inter quæ principem locum tenet regnum atque impeperium cæleſte ipſi conceſſum, Ieſus Dei Filius eſt; rectè Salomon Chriſti typus conſtituitur, & verba de illo*

tatem perfectiſſimâ ratione in divino quod vocat, imperio ac poteſtate conſiſtere, jam ſatis ſuperque fuit refutatum. Perlubens tamen ſcirem, an hoc imperium de poteſtate ſeu jure, an de actu ſeu illius juris exercitio intelligat? Si de illâ; jam ante ſeſſionem ad dextram perfectiſſimâ ratione Dei Filius fuit: ex *Matt.* 28. 18*:* & 11. 27. *Ioh.* 5. 22. Si de hoc; necdum perfectiſſimâ ratione Dei Filius eſt, nec unquam, juxta adverſarios, erit. Nondum, inquam, eſt: quia nondum hoſtes ſuos plenè ſubjecit, adeoque nec regium actum plenè exercuit. Nunquam verò erit: quia, ut adverſarium ſupra philoſophantem audivimus, Chriſtus poſt extremum judicium regiam illam poteſtatem, ob quam & per quam Deus eſt, deponet. Igitur cùm eam jam perfectioni proximam deponat, nunquam perfectiſſimâ ratione Dei Filius erit. In epiſtolâ verò *Heb.* 5. 5. non dicitur quòd Pontificatus collatione Chriſtus Filius Dei factus ſit, ſed contrarium inde colligitur. Cùm enim auctor epiſtolæ ibi agat de vocatione Chriſti ad ſacerdotium, ſi adverſarius vult, quòd tum cùm Filium ad ſacerdotium vocavit, Pater hæc verba, *Ego hodie genui te*, dixerit, utique falſum eſt, quòd non niſi poſt ſeſſionem ad dextram Patris perfectiſſimâ ratione Filius Dei evaſerit. Nullum enim eſt dubium, quin Chriſtus ante ſuam mortem ad regnum & ſacerdotium vocatus fuerit. Ex quibus patet quàm appoſitè hoc dictum alleget. Auctor autem epiſtolæ appoſitiſſimè Pſalmi verba citat, non ideò quòd tum demum Chriſtus ad ſacerdotium vocatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vocatus fuerit, cùm Pater hæc verba ad ipſum dixit, ſed quòd illa vocatio in decreto illo, à Filio enuntiato, contineatur. Rectè aliàs illud, *Ego genui te*, tam de ſacerdotali quàm de regio officio intelligitur: ita ut ſenſus ſit; ego per functionem & conſummationem ſacerdotalis ac regii tui officii efficaciſſimè oſtendam, quòd te genuerim. Quamvis autem regnum Chriſti ſit ſacerdotale & ſacerdotium regium, hæcque duo officia arctiſſimè connectantur, univerſæ tamen Scripturæ adverſatur, quòd regnum nihil ſit aliud quàm ejus ſacerdotium. Connexa non ſunt eadem. Idem ſtatuendum eſt de illâ opinione, quâ fingit, eſſe Dei Filium, & eſſe Chriſtum, in Scripturis pro eodem ſumi. Significant quidem hæc duo eandem perſonam, ſed non eandem rem in illâ perſonâ. Eadem perſona eſt Chriſtus, & Filius Dei: ſed qui hinc deduxerit; Ergo eſſe Chriſtum, & eſſe Filium Dei, ſunt unum & idem; non vigilantis ſed ſominantis more diſſerit. Quidni eadem gratiâ ſic quoque concluſeris: Eadem perſona eſt filius Iſai, & Rex Iſraelis, ergo filium Iſai eſſe, & Regem Iſraelis eſſe, ſunt unum & idem. Summa tamen fidei noſtræ, tam in illis verbis, *Ieſus eſt Chriſtus*, item in illis, *Ieſus eſt ille Dei Filius*, quàm in his, *Ieſus eſt Chriſtus, Filius ille Dei viventis*, comprehenditur. Nimirum, illud ſalutis fundamentum nunc breviùs, nunc pleniùs proponitur. Illi verò, qui aliquando breviùs rem proponunt, non ideo potiſſimam confeſſionis partem omittunt, quia non ſolùm in N. ſed etiam V. T. fidelibus ſatis conſtabat, quòd *illo ſenſu literali prolata, ad hunc myſtico longéque auguſtiori ſenſu, jure atque eleganter referuntur. Patet ergo, nec in verbis Pſalmi 2. ibidem citatis, quicquam de æterna Chriſti ex eſſentia Patris generatione contineri. Denique quis dubitet, cùm Petrus Ieſum Dei Filium eſſe confeſſus eſt, aut nos idem de illo credere ac confiteri jubemur, ſi pro Chriſtianis haberi, & ſalvi eſſe velimus, nomen Filii Dei in perfectiſſima, quâ id Chriſto convenit, ſignificatione ſumi? Atqui id tunc nihil aliud re ipſa ſignificare vidimus quàm Ieſum eſſe Chriſtum, ſeu regem à Deo conſtitutum, ejuſque populo præpoſitum, ut eum æternùm tueatur ac ſervet. Quare hanc potiſſimam eſſe rationem ſtatuendum eſt, ob quam is Dei Filius dicatur, nec potiorem reperiri aliam. Illa verò cùm Chriſtum Deum illum ſummum non conſtituat, ſed potiùs Deum ſummum non eſſe oſtendat; ſequitur, nullam ejus filiationis, ut loquuntur, cauſſam extare, quæ Chriſtum Deum illum ſummum conſtituat.*

Aliquanto plura diximus de prima ratione, quâ oſtenditur, Chriſtum non eſſe Deum illum ſummum, ideo quòd Dei ſit Filius: partim quia ſi rectè animadvertas, plura ſententiæ noſtræ argumenta in ea continentur; partim verò, quia id, quòd Chriſtus Dei Filius ſit, firmiſſimum adverſæ ſententiæ argumentum continere vulgò creditur.

Quare paulò pluribus, quantopere hic vulgò erretur, oſtendendum erat, & vera ſententia de ratione, quâ Chriſtus Dei ſit Filius, comprobanda.

a II. Aſſumtionis argumenti principalis probatio.

a Sequitur nunc altera aſſumtionis argumenti principalis probatio quam brevioribus expediemus. Ea verò eſt, quòd ex ſacris literis liquidò apparet, Chriſtum ſecundùm eam naturam, ſecundùm quam Dei Filius, & quidem unigenitus ac proprius eſt, pro nobis eſſe mortuum. At ſi eatenus eſſet Dei Filius, quatenus eſſet ex eſſentia Dei genitus, & ſic ipſe Deus ſummus, ſecundùm eam naturam mori non potuiſſet ſecundùm quam Dei Filius eſt. Neque, enim Deus ſummus, quâ talis, mori poteſt; imò nulla prorſus ratione poteſt. Iam verò id quod de Chriſto diximus inde patet, quòd ſummus Dei erga nos amor in ſac. literis ex eo oſtenditur, quòd is *Filium ſuum unigenitum*, aut *Filium proprium* pro nobis in mortem tradiderit. Vide Ioh. 3. 16, & confer cum v. 14: & Rom. 8. 32. 1. Ioh. 4. 10. confer cum præced. 9. adde etiam Rom. 5. 10, & confer cum v. 8. At ſi Chriſtus non ſecundùm eam naturam, ſecundum quam Dei Filius fuit, ſed ſecundùm aliam, quæ Filii Dei unigeniti perſonæ acceſſerit,

quòd Chriſtus eſſet Filius Dei, & Filius Dei eſſet Chriſtus. Nomen *Filius Dei* perſonam, nomen verò *Chriſtus* officium exprimit. Hæc autem tam arctè inter ſe ſunt conjuncta, ut nemo rectè poſſit cogitare ac perpendere unum, niſi cognoſcat & agnoſcat alterum. Si autem hæc prorſus eandem rem ſignificarent, non ſolùm nomen *Filius Dei* ineptiſſimè ſtatueretur nomen officii, verùm etiam abſurdiſſima Scripturæ tautologia affingeretur, cùm hæc duo nomina *Chriſtus* & *Filius Dei* conjungit. Nimirum ſi adverſarii acumen nobis placet, cùm Petrus diceret, *Tu es Chriſtus, Filius ille Dei viventis*, nihil dicebat aliud quàm, Tu es Chriſtus, tu es Chriſtus. Per appoſitionem autem ſine copula non tantùm res planè eædem, ſed etiam diverſæ junguntur, ſi eidem perſonæ competant. Sic hîc non eadem res diverſis modis, ſed eadem perſona diverſis attribus deſcribitur. Quomodo autem is, qui ſummus Deus eſt, ungi, & Rex conſtitui poſſit, non ſemel fuit explicatum.

Aliam autem & ſublimiorem cauſam, cur Criſtus Filius Dei ſit, Scriptura nominibus, ac epithetis planè divinis ſatis indicat. Nec *Rom.* 1. 4. vera cauſa planè omittitur, quamvis ibi non tàm doceatur, quare ſit Filius Dei, quàm unde conſtet, & cur credendum ſit ipſum eſſe Filium Dei. Nec ſolum in maximè inſigni, ſed in unicâ ſignificatione, quæ Chriſto juxta ſcripturam competit, Paulus Filium Dei accipit. Per Spiritum verò ſanctificationis omnino divina ejus eſſentia intelligenda eſt. Nunquam enim Spiritus Sanctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſanctus in Scriptura legitur vocatus fuiſſe πνεῦμα ἁγιωσύνης, ſed πνεῦμα ἅγιον: quod aliud exprimit. Et naturæ humanæ Chriſti ſpiritus, id eſt, divina eſſentia, alibi quoque opponi ſolet: ut 1. *Tim.* 1. 16: 1. *Pet.* 3. 19. Ratio quoque dictat: hîc nihil aliud intelligi poſſe vel debere. Nam particula κατὰ neceſſario aliquid Chriſto intrinſecum, nec efficientem, ſed proximam ſubjecti partem ſignificat: cùm iſtius declarationis cauſâ efficiens ſatis ſuperque his verbis ἐν δυνάμει, & ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν exprimatur. Dicitur autem divina Chriſti natura Spiritus ſanctificationis, quia eſt illud altare quod & ſemen Davidis aſſumtum, & omnes fideles ſanctificat. Tot autem, & tanta abſurda ex iſtâ, quam adverſarius fingit, divinâ Chriſti generatione ſequuntur, ut dogma ſacris literis magis adverſum vix excogitari queat. Neque hoc figmentum ex *Heb.* 1. 4. 5. probatur. Sive enim γενόμενος vertatur *exiſtens*, ſive *factus*, hinc tamen non ſequitur, Chriſtum demum per illam exaltationem Filium Dei factum fuiſſe. Nam majoris illius præſtantiæ acquiſitio competit quidem toti perſonæ, ſed ratione naturæ humanæ. Nec vox *hæreditavit* contra nos facit. Nam ſi propriè ſumatur, non ſignificat jus aliquod adventicium, ſed naturale: & hîc per *nomen* non tantùm ſignificatur nomen illud Filii Dei, ſed etiam alii excellentiæ modi, quorum aliqui ipſi non naturæ neceſſitate, ſed voluntatis libertate conveniunt. Eum autem per exaltationem demum ſuam dignitatem ac præſtantiam ei nomini ac titulo parem adeptum fuiſſe, di-

citur

rit, mortuus fuiſſet; nec ſimpliciter de Filio Dei unigenito ac proprio dici poſſet, eum eſſe mortuum, aut pro nobis datum; nec ſummus ille Dei erga nos amor inde poſſet colligi. Quid enim adeò mirum, aliquam unigeniti Filii Dei acceſſionem, ſeu naturam ei adjunctam, pro nobis fuiſſe impenſam, ſi interim ipſe Dei Filius unigenitus, qui ab æterno extiterit, planè ſalvus atque integer manſit, nec ullum vel minimum inde dolorum ſenſit? Cur ergo tantopere id urgetur, quòd Deus Filium ſuum, eumque unigenitum ac proprium, pro nobis tradiderit, íſve pro nobis mortuus fuerit, ut charitatis divinæ magnitudo inde intelligatur? Quòd ſi illum ipſum hominem Ieſum Chriſtum, divina virtute è virgine genitum, à Deo ſanctificatum ac in mundum miſſum, ſupremo rerum omnium dominio atque imperio jam ante jacta mundi fundamenta deſtinatum, qui ſanctitate, qui ſapientia, qui potentiâ Deo ſimillimus, &, ut Paulus [a] loquitur, in Dei forma, Deoque æqualis fuit, quemque adeò Deo unicè charum fuiſſe conſtat; ſi hunc, inquam, ipſum Dei Filium unigenitum ac proprium eſſe credas; tum demum ipſum

[a] Phil. 2. 6.

Dei Filium unigenitum, non acceſſionem ejus aliquam, pro nobis mortuam eſſe intelliges, indeque & Dei, & ipſius Filii unigeniti, qui ſemet ipſum in mortem tam diram noſtrâ cauſa conjecerit, charitatem æſtimare diſces. Hæc de primo hujus ordinis argumento.

citur quidem, ſed non probatur. Nec planè idem ſignificant: *Tu es Filius meus*, &; *Ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium*. Veriſimile enim non eſt, divinum auctorem in tam brevi & nervoſâ demonſtratione loca ſynonyma attuliſſe. Dictum igitur, *Tu es Filius meus*, exprimit Filii naturam: alterum autem, *Ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium*, exprimit ejus exaltationem ac hæreditatem: nimirum quòd omnia quæ Patris ſunt, in ipſius uſum ac honorem ſint inſtituta. Quâ in re Salomo Chriſti typus fuit. Ut enim Deus Salomoni regnum Iſraelis ejuſque fructum conceſſit: ſic quoque Filio ſuo omnium creaturarum, præſertim Eccleſiæ, imperium commiſit, ut omnia ipſi inſervirent. Ex quibus omnibus facilè innoteſcit, quomodo loca ab adverſario citata intelligenda, ipſiuſque argumenta refutanda ſint.

Cæterùm alteram aſſumtionis partem nihilo feliciùs probat: nimirum *Chriſtum ſecundum eam naturam, ſecundùm quam Dei Filius, & quidem unigenitus ac proprius eſt, pro nobis eſſe mortuum*. Nam nihil tale in locis ab ipſo citatis occurrit. Repetit quidem ſophiſma jam toties refutatum: nimirum, quòd hæc talia de Chriſto ſimpliciter dicantur: cùm tamen quivis rectâ ratione præditus intelligat. Multa per tacitam limitationem eſſe intelligenda. Summus Dei Patris erga fideles amor maximè hinc elucet, quòd ille homo qui naturalis ac æternus Dei Filius erat, acerbiſſimos dolores, ac paſſiones ſubeundo, acerbiſſimâ morte obierit, ut ipſorum peccata expiaret, eoſque ad vitam æternam deduceret. Atrocem verò nobis injuriam facit, dum humanam Chriſti naturam aceſſionem neſcio quam vocat. Etſi enim humana Chriſti natura nihil vel ad divinæ perſonæ, vel divinæ naturæ perfectionem contulerit; non tamen eſt nuda quædam Immanuelis acceſſio, ſed eſſentialis pars; quia ipſe ex duabus naturis, divinâ ſcilicet & humanâ, conſtat. At ſi Chriſtus ante mortem Dei Filius potiſſimâ ratione non fuit, quæ quæſo divinæ charitatis magnitudo conſpicitur, quòd eum pro nobis in mortem tradiderit, quem ex purâ puta liberalitate divinitate tanquam rei bene geſtæ præmio coronare volebat? Porro ſi ut in locis ab adverſario allegatis habetur, Deus Filium ſuum unigenitum ac proprium in mundum miſit, eumque pro nobis in mortem tradidit; ſi denique Chriſtus ante mortem Deo æqualis fuit, utique falſiſſima ſunt omnia illa, quæ adverſarius paulo antè

diſſeruit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

diſſeruit: nimirum, quòd ante ſeſſionem ad dextram Patris perfectè Dei Filius non fuerit.

BISTERFELDII CAP. XXXII.

Reſponſio ad argumentum trigeſimum ſecundum, quòd de incarnatione Dei ſummi taceant ſacræ literæ.

Reſpondeo: Incarnationem non ſolùm ab Euangelicæ hiſtoricæ ſcriptoribus aliiſque divinis viris ac Apoſtolis tàm clarè ac frequenter eſſe expoſitam, ut qui eam non videt, nihil habeat præter pertinaciam quod opponat. Cùm enim univerſa Scriptura clamet, Meſſiam ſeu Chriſtum eſſe Deum & hominem, quivis rectâ ratione præditus facilè intelligit, incarnationem ſatis ſuperque doceri. Vt verò eo modo, quo vult adverſarius, inculcetur, planè non eſt neceſſe; imò ſapientiſſimo Dei conſilio, ac diviniſſimo Scripturæ ſtylo repugnat; ut ſub finem hujus libri planum faciemus. Ibi enim hoc argumentum fuſiùs repetit ac urget adverſarius. Hoc autem myſterium à rectâ ratione abhorrere, ac tanquam impoſſibile rejici, nunquam probabit. Ratio quidem corrupta, ac primæ philoſophiæ ignara, futilia quædam argumenta contra illud fingit: verùm ratio quæ infinitam divinæ eſſentiæ perfectionem agnoſcit, ac Scripturam, eâ quâ par eſt modeſtiâ ac diligentiâ, conſulit ac confert, myſterium hoc divinæ naturæ omnibusque ejus attributis quàm convenientiſſimum eſſe fatetur. Quod autem unus ſcriptor divinus in uno loco omittit, vel brevius aut obſcurius proponit, id vel ipſemet, vel alius alibi addit, aut clariùs explicat. Eo ipſo autem dum Euangeliſtæ Chriſti nativitatem ſe deſcribere dicunt, ejus incarnationem apertè docent. Remittunt enim lectorem ad univerſum V. T., ut illinc ejus perſonam

CRELLII CAP. XXXII.

Argumentum trigeſimum ſecundum, quòd de Incarnatione Dei ſummi taceant ſacræ literæ.

Secundum argumentum facere poſſumus, quòd, ſi Chriſtus Deus ille ſummus eſſet, qui, ut illa ſententia poſtulat, è cœlo in virginis uterum deſcenderit, & iſtic incarnatus fuerit, omnino neceſſe eſſet, iſtam incarnationem ab Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus, aliiſque divinis viris atque Apoſtolis, clariſſimè, non uno, ſed plurimis in locis, fuiſſe expreſſam. Etenim ut nonnulla hîc ex iis repetamus, quæ ſunt alibi fuſiùs à noſtris explicata; videmus in ſacris literis clariſſimè creberriméque eſſe expoſita ea, quæ aliquatenus ſunt ad credendum difficilia, ſimul tamen creditu omnino neceſſaria; ut creatio cœli & terræ, Dei de rebus humanis cura, & cogitationum noſtrarum cognitio, reſurrectio mortuorum, & vita ſempiterna hominibus danda. Nec tantùm ea, quæ ſunt creditu omnino neceſſaria; ſed & alia illis, quæ diximus, haud paulò per ſe minora, diſertiſſimè videmus in ſacris literis expreſſa: ut

quòd Chriſtus ſit ex ſemine Davidis ortus. Iam verò Incarnatio illa Dei ſummi, & omninò neceſſaria creditu foret, ſi revera extitiſſet; & tamen creditu difficillima: quorum illud urgent adverſarii, qui nos propterea atrociſſimæ hæreſeos maximæque impietatis accuſant, quòd eam negemus; hoc autem ultrò fatentur, & fateri coguntur. Quis enim non videt, rem eam eſſe à rationis judicio vehementer abhorrentem, & talem ſaltem, quam impoſſibilem ratio ſibi relicta judicet? Quare neceſſe eſſet illam & clariſſimè fuiſſe in ſac. literis deſcriptam, & creberrimè à divinis viris, ſaluti noſtræ optimè conſulere volentibus, repetitam atque inculcatam, ita quidem, ut nemo dubitare poſſet, eam ab illis aſſeri atque urgeri. Atqui id non fieri, partim inde patet, quòd quæcunque loca afferunt adverſarii ad dogma illud probandum, ea ita ſunt comparata, ut conſequentiis ſit opus, quò hanc ſententiam eliciant, Deum illum altiſſimum eſſe incarnatum, ſeu hominem factum; partim quia iis in locis Incarnatio iſta expreſſa non eſt, in quibus, ſi vera eſſet, omninò fuiſſet expreſſa. Etenim cum Matthæus [a] & Lucas [b] hiſtoriam nativitatis Chriſti

[a] Mat. 1. 18. & cap. 2.
[b] Luc. c. 1. 26. & d. & c. 2. 7. & d.

perſonam ac officium diſcat: quod qui didicerit, de incarnatione nullâtenus dubitabit. Adverſarius igitur non aliter diſputat ac ſi hiſtoricum, qui Ludovici XIII. Regis Galliæ nativitatem accuratiſſimè deſcripſiſſet, carperet, quòd non inſeruerit ſuæ hiſtoriæ, ipſum eſſe natum Regem Galliæ & Navarræ, Principem Delphinatus, ſimiliaque jura planè regia, cùm tamen quilibet, non planè regni Gallici ignarus, protinus ſciat, ei hæc omnia liquidiſſimo jure competere, eo ipſo, quo primogenitus Regis Galliæ filius eſt. Iohannem verò obſcurè incarnationem attingere ac delibare, parum abeſt ab impudentiâ. Niſi enim quis ineptiſſima ſomnia clariſſimo ſcriptori affingere velit, tam planè ac clarè hoc myſterium, licèt verbis breviſſimis, docuit, ut in hunc uſque diem nullus adverſariorum vel veriſimilem aliquam interpretationem excogitare potuerit. Dum autem Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores ac Apoſtoli Ieſum Dei Filium, Chriſtum illum mortuum, reſuſcitatum, in cœlum receptum, judicem vivorum & mortuorum, Regem illum prædicant, imò dum minimam ejus officii particulam attingunt, jam incarnationem ſatis illis indicant qui qualia & quanta hæc ſint, ex Scripturis inveſtigant. Hinc creberrimè tanquam evidentiſſimum ſummæ Dei Patris ac Chriſti erga electos charitatis argumentum, ea ex quibus incarnatio perſpicuè apparet, adducunt. Chriſtum autem omnia, quæ ad ſalutem noſtram pertinuerunt, conſummare potuiſſe, etſi ſummus Deus non fuerit, eſt aſſertio hominis nec ejus perſonam, nec officium, nec prima ſalutaris cognitionis fundamenta agnoſcentis. Incarnatio autem illa non ſolùm fuit poſſibilis, ſed, ejuſmodi Patris conſilio poſito, quale in hominum ſalute exſequi decrevit, ſimpliciter neceſſaria: tantumque abeſt ut à divinâ majeſtate ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

te abhorreat, ut nihil ejus omnipotentiam, omniſcientiam, ſummam miſericordiam ac juſticiam, uno verbo, infinitam ejus perfectionem magis patefaciat ac illuſtret. Abſurdus autem eſt adverſarius, dum ſingit aliquid ſuâ naturâ poſſibile eſſe, quòd à Dei majeſtate abhorreat. Verùm quia hujus rei cognitio accuratam officii Chriſti, quod adverſarii impia ſacerdotii Chriſti negatione funditùs tollunt, explicationem poſtulat, alibi hâc de re agendum erit. Tam apertè autem Socini de ſatisfactione Chriſti ſententia non ſolùm ſacris literis, verùm etiam primis philoſophiæ ac juris prudentiæ, vel potiùs ſymbioticæ, principiis refragatur, ut mirari ſatis nequeam, hominem vel unica eruditionis aut Chriſtianæ pietatis guttula imbutum in ejusmodi inſulſam opinionem incidere potuiſſe. Summopere verò dolendum eſt, quòd non pauci, primis & Scripturæ, & philoſophiæ principiis vel neglectis, vel non adhibitis, infauſtum illud figmentum, tanquam ſummi acuminis ſpecimen, vix non adorent, ac teſtatiſſimam de rigidiſſima Chriſti ſatisfactione ſententiam neſcio cujus ſtupiditatis arguant.

Chriſti deſcribant, & quædam commemorent, quæ haud paulo minora ſunt, quàm illa ſummi Dei incarnatio; ut quòd Chriſtus ex ea virgine ſit natus, quæ viro fuerit deſponſata; quòd ex Spiritu Sancto conceptus; quòd Bethlehemi in lucem editus; ne alia repetam, à Luca diligentiſſimè expoſita, à Mathæo omiſſa: quâ fieri poteſt, ut id omiſerint, quod in tota illa re omnium fuiſſet maximum, ac ſcitu credituque maximè neceſſarium, nempe quòd Deus ille altiſſimus in virginis uterum deſcenderit, & carnem ibi aſſumſerit, ac porrò natus fuerit? Præſepe, in quo Chriſtus recèns natus fuerit poſitus, non præterit Lucas; & incarnarionem Dei ſummi, unionem hypoſtaticam naturæ divinæ & humanæ, omiſſurus fuiſſet? cùm nunc adverſarii noſtri de nativitate Chriſti ſine ejus rei mentione diſſerere non poſſint. Qui fieri etiam potuiſſet, ut Marcus totam nativitatis Chriſti, in qua incarnatio contineretur, hiſtoriam præteriret; Iohannes autem, quem Incarnationem deſcripſiſſe volunt, tam breviter, tam obſcurè eam attingeret ac delibaret? Qui fieri poteſt, ut Apoſtoli, cùm homines ad Chriſtum adducerent, & ut in eum crederent, hortarentur, majeſtatemque ejus illum in finem explicarent, nullam rei tam neceſſariæ mentionem facerent? Legatur [a] prima Petri poſt acceptum Spiritum Sanctum concio ad populum, ad quam tria hominum millia in Chriſtum crediderunt, & in ipſius nomen baptizati fuerunt; itemque [b] altera ad eundem populum: nulla ibi incarnationis fit mentio. ſimiliter nec in ſermonibus ejuſdem Apoſtoli, vel [c] ad principes ac ſeniores populi, vel [d] ad Cornelium atque alios, de Ieſu Chriſto habitis. Nulla ejus mentio extat in oratione Pauli, [e] quam Antiochiæ

[a] Act. 2. verſ. 14, & ſeqq.
[b] cap. 3. 13, & d.
[c] cap. 4. 8, & d. & c. 5. 30, & d.
[d] c. 10. 36, & d.
[e] c. 13, 17, & d.

tiochiæ in ſynagoga, nulla in ea, [a] quam Athenis in Areopago, nulla in ea, [b] quam coram Agrippa rege, Feſto præſide, aliiſque compluribus, habuit Cæſareæ. Et Athenis quidem illuſtrem ad eam rem explicandam occaſionem habuit, cùm de ignoto Deo loqueretur. At nihil in omnibus illis Apoſtolorum orationibus de Chriſto legas ſublimius, quàm eum à Deo fuiſſe à mortuis excitatum, in cœlum receptum, Dominum ac Chriſtum factum, dextra Dei exaltatum Principem ac Servatorem, ad dandam pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, conſtitutum judicem vivorum ac mortuorum. Præterea quoties Apoſtoli ſummam Dei erga humanum genus charitatem ac benignitatem in Ieſu Chriſto exhibitam commendant [c]? At quod illuſtrius fuiſſet ejus charitatis argumentum, quàm quòd Deus ille ſummus hominum cauſsâ homo fieri voluerit? Cur ergo iis in locis tantum ea de re ſilentium? Nempe quia nec facta fuit, nec ulla (ut hoc quoque breviter addamus) fuit cauſſa, quæ poſtularet, ut Deus ille ſummus, creator cœli & terræ, carnem aſſumeret. Quandoquidem homo Ieſus Chriſtus divina virtute adjutus, omnia, quæ ad ſalutem noſtram pertinuerunt, tum docendo, tum miracula edendo, tum denique Patri ſuo in omnibus obtemperando, olim in terris præſtare potuit, & re ipſa præſtitit; & quæcunque etiamnum ad ſalutem noſtram perficiendam requiruntur, eadem divina virtute perficere poteſt, atque adeò re ipſa perficit. Quis verò dicere auſit, Deum ſine maxima cauſa, vel potiùs neceſſitate, rem à ſua Majeſtate tantopere abhorrentem ſuſcipere voluiſſe, etiam ſi tandem naturâ ſuâ poſſibilis eſſet? Sed hac in re prolixi eſſe nolumus; quia hinc inde in argumentis noſtris ea attinguntur quæ huc pertinent. Quòd ſi quis hoc quoque pleniùs explicatum videre cupit, alibi [d] apud noſtros legere poterit.

[a] c. 17. 22, & d. [b] c. 26. 2, & d. [c] Vide inter alia Ro. 5. 5. & &c. 8. 31, & d. 2. Cor. 5. 14, & d. adde & v. 14, & d. Eph. 1. 3, & d. c. 2. tot. Col. 1. 12. & d. 1 Tim. 2, 3, & d. 2. Timot. 1. 9, & d. Tit. 2. 11, & d. 3. 4, & d. 1. Pet. 1. 3, & d. 2. Pet. 1. 3, & d. 1. Io. 3. 1, & d. & c. 4. 8, & d. [d] Vide Socin. in fragmentis, pag. 18. & d.

CRELLII CAP. XXXIII.	BISTERFELDII CAP. XXXIII.
Argumentum trigeſimum tertium, quòd Chriſto Spiritus Sanctus datus fuerit.	*Argumentum trigeſimum tertium, quòd* Chriſto Spiritus Sanctus datus fuerit.
Tertium argumentum faciemus, quòd Chriſto Spiritus Sanctus à Deo datus fuerit: qua de re non uno ſcripturæ ſacræ loco legitur. Nam & in veteri Teſtamento, præſertim apud Eſaiam,	*Reſpondemus: Tantum abeſt, ut loca ab adverſario citata oſtendant, Chriſtum non eſſe ſummum Deum, ut illud clariſſimè confirment. Etenim qui ita præditus eſt Spiritu Sancto, ut Spiritus Sanctus ſuper eo quieſcat, ut ipſe virgâ oris ſui percutiat terram, & Spiritu labiorum ſuorum*

ſuorum interficiat impium; ut ipſe alios Spiritu Sancto baptizet; eum ſanè ſummum Deum eſſe oportet. Nam hæc omnia vim omnipotentem, ac liberrimam Spiritus Sancti effuſionem indicant. Nulla igitur eſt adverſarii conſequentia. Etenim Spiritus Sanctus ita quieſcit ſuper Chriſto, ut ipſe ſit fons omnium operationum ac donorum Spiritus Sancti. Neque unctio ſummæ ejus deitati repugnat. Non enim ideò Spiritus ſanctus cum eo & ſuper eum fuit, quia à Deo unctus eſt, ſed ideo unctus fuit, quia Spiritus Domini ſuper ipſum fuit: ut manifeſtum eſt ex Eſaiæ c. 61. 1. *& Luc.* 4. 18. Spiritus Domini Dei (Adonai Iehovih) ſuper me, ea propter, יען, *in Græco* οὗ ἕνεκεν, unxit me Iehovah. *Vnctio autem illa, quâtenus donorum collationem ſignificat, non competit divinæ Chriſti naturæ, ſed humanæ. Senſus igitur hic eſt: quia Spiritus* Adonai Iehovih *ſuper me eſt, id eſt, intimè mecum unitus, imò unus mecum Deus eſt, ideò* Iehovah *Pater me unxit, ut Mediatoris officio fungerer. Nimirum unctio illa non eſt Deitatis Chriſti antecedens, vel cauſa, ſed conſequens. Etenim Spiritus Sanctus ipſi adfuit non ob imperfectionem, quaſi ex neceſſitate quadam Spiritu Sancto indiguiſſet quâ Deus, ſed ob ſummam perfectionem. quâ tanta eſt ipſorum unio, ut ſimpliciter impoſſibile ſit, unum eſſe ſine altero. Sicut igitur ineptè quis argumentaretur: Pater eſt Deus ſummus, ergo Spiritu Sancto ipſo nec indiguit, nec indiget; potuit igitur ſine Spiritu Sancto eſſe & agere; ſic quoque adverſarius hic agit. Nam licet Spiritus Sanctus ſit diſtincta à Filio perſona, alter tamen ſine altero ob eſſentiæ unitatem eſſe nequit. Humana Chriſti natura ipſius ope omninò indiguit. Et fruſtra futiliſſimum ſuum axioma urget: quòd nimirum unctio illa de Chriſto* Eſaiam, aliquot ea de re extant teſtimonia, & in Novo, in quo nonnulla etiam è veteri citantur. Ita enim loquitur Eſaias initio cap. 11: *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ejus aſcendet. Et acquieſcet ſuper eum Spiritus Domini: Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilii & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis,* vel, ut eſt in Hebræo, *timoris Domini.* Ubi de Chriſto ſermonem eſſe, omnes & vident, & fatentur. Sic inito cap. 42. de eodem Chriſto ait Deus: *Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum,* (Heb. *innitar ei;*) *electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea; dedi Spiritum meum ſuper eum.* quæ verba de Chriſto citantur Matth. 12. 17. Et cap 61. 1, Propheta hoc pacto Chriſtum loquentem introducit: *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd unxerit Dominus me.* quæ verba ipſe Chriſtus in ſe impleta teſtatur Luc. 4. 18, & ſeqq. In ipſa verò Euangelica hiſtoria legimus, quomodo Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum à Iohanne baptizatum deſcenderit, ac ſuper eo manſerit, Matth. 3. 16. Luc. 3. 22. & Ioh. 1. 32, 33: unde Lucas cap. 4. initio ait, *Ieſum plenum Spiritu ſancto regreſſum eſſe à Iordane.* & Petrus apud eundem ſcriptorem teſtatur, Act. 10. 38, *quòd unxerit eum Deus Spiritu ſancto & virtute.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Unde Chriſtus ſe *in Spiritu* ſeu *per Spiritum Dei*, dæmonia ejicere aſſerit, (quod & Petrus d. l. Act. 10. non obſcurè innuit,) & Phariſæos blaſphemiæ in Spiritum ſanctum accuſat, quòd auſi eſſent, hujuſmodi miracula, utpote Spiritus Sancti vi perfecta, Beelzebuli dæmoniorum principi adſcribere, Matth. 12. 28, 31. Mar. 3. confer v. 30. cum præced. Lucas autem Act. 1. 2. ait, Chriſtum eâ die, quâ aſſumtus eſt, *præcepiſſe Apoſtolis per Spiritum Sanctum*, h. e. impulſu Spiritus Sancti. Neque enim Spiritu Sancto uſus eſt miniſtro, cujus opera interveniente diſcipulis mandara daret. Quanquam alii voces, *per Spiritum Sanctum*, cum ſequentibus, *quos elegerat*, per trajectionem connectunt: de quo nihil eſt neceſſe hîc diſputare. Eadem enim loci, quod ad noſtrum inſtitutum attinet, vis erit, nempe Chriſtum, impulſore Spiritu Sancto, Apoſtolos elegiſſe. Nec mirum, cùm eſſet *Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilii, Spiritus ſcientiæ*, h. e. qui ſapientiam, intellectum, conſilium, ſcientiam efficiebat, & Chriſto impertiebatur, ut ex loco Eſaiæ 11. à nobis citato apparet.

Chriſto ſimpliciter dicatur. Præterea quamvis tota Deitatis plenitudo in Chriſto corporaliter habitet, ridiculus tamen eſt adverſarius, quòd hinc elicere conatur, humanam naturam Spiritus Sancti auxilio non habuiſſe opus, ſi ipſamet ſecundæ perſonæ Deitatis perſonaliter unita fuit. Quaſi verò tota Deitatis plenitudo in eo corporaliter habitare poſſet, in quo Spiritus Sanctus non habitat. Nam ut ſumma unio, imò eſſentiæ unitas, admittit, ut, perſonarum, licèt diſtinctarum, una aliquid ſine alterâ extra ſe agat, ſic quoque perfectiſſimus illarum ordo minimè fert, ut natura Chriſti divina humanæ naturæ aliqua dona citra Spiritum Sanctum communicet. Nam ut malè infertur; Si Pater eſt ſummus Deus; utique nihil adjumenti ipſi potuit adferre Filius: nihil igitur per Filium condidit: ſic quoque perperam concluditur; Si Filius eſt ſummus Deus, nihil ad cumulum adjicere potuit Spiritus Sanctus: non itaque ſuis donis humanam Chriſti naturam implere debuit.

Ut autem hinc demonſtremus, Chriſtum non eſſe illum ſummum Deum, non eâ nunc utemur ratione, quòd hoc pacto ei quippiam à Deo Patre datum ſit, quod argumentum alibi[a] explicuimus: ſed eâ, quòd Spiritu Sancto nihil ei plane futurum fuiſſet opus, ſi is Deus ille ſummus eſſet: præſertim ſententiâ illâ adverſariorum poſitâ, quòd Spiritus ſanctus perſona ſit à Patre & Filio diſtincta. Quid enim, quæſo, opis afferre poſſit Deo ſummo Spiritus Sanctus? quid eſt, quod Deus ſummus ex ſemet ipſo præſtare nequeat? Neque enim eſt, quod dicant, humanam Chriſti naturam ope Spiritus Sancti eguiſſe. Nam ne illud nunc urgeam, iſta ſimpliciter de Chriſto dici, non dicenda, ſi is Deus ſummus eſſet, ut

[a] h. ſect. cap. 18.

pote

pote de quo illa ſimpliciter ſint neganda; quid opus erat humanæ naturæ auxilio Spiritus Sancti, tertiæ, ut illis placet, Deitatis perſonæ, ſi ipſamet ſecundæ perſonæ Deitatis perſonaliter juncta erat; ſi tota plenitudo eſſentiæ divinæ (ſic illi locum Col. 2.9. interpretantur) in ea corporaliter habitabat; ſi, ut iidem volunt, divina illa natura humanæ omnia, quæ in illam caderent, dona ſupernaturalia largiebatur; ſi vel omnes ſuas proprietates, vel ſaltem plenam omnium rerum ſcientiam ei communicarat, quemadmodum major adverſariorum pars ſtatuit? Num quicquam ad hunc cumulum adjicere Spiritus Sanctus poterat? Cur, quæſo, Chriſtus per Spiritum Sanctum potiùs, quàm per ſuam naturam divinam, vel dæmonia ejeciſſe, vel aliquid præcepiſſe, vel ſapientiâ, intellectu, conſilio, fortitudine, ſcientiâ, timore Domini præditus fuiſſe ſcribitur?

Defenſio Reſponſionis.

SAnctificationem, de quâ *Ioh.* 10.36. agitur, cauſam eſſe cur Chriſtus Dei Filius ſit, ſuprà abundè fuit refutatum. Etſi autem ſanctificatio, quâtenus ſpiritualium donorum collationem ſignificat, Spiritui Sancto peculiariter adſcribatur, non tamen ideo de Patre vel Filio negatur. Operatio eadem eſt, ſed modus operandi diſtinctus. Duplex autem ratio, ab adverſario allata, nullius planè eſt momenti. Confundit enim eſſentialia attributa cum perſonalibus. Nam arctiſſima illa divinæ perſonæ Filii cum humanâ naturâ unio non tam eſt actio, quàm ſpecialiſſima, & incommunicabilis relatio & habitudo: ut infrà perſpicuè explicabitur. Ac licèt Filius, ſit ſubſtantialis illa Patris ſapientia, de quâ *Prov.* 8. agitur, non tamen dona illa humanæ ſuæ naturæ ſine Spiritu ſancto impertiri debuit, vel potuit. Niſi enim hæc omnia per ſuum ac Patris Spiritum operaretur, nec ipſa æterna illa Patris ſapientia, nec Spiritus Sanctus æternus, Patris ac ipſius Spiri-

Defenſio Argumenti.

DIcet fortè quiſpiam, ideò hæc Spiritui Sancto potiùs, quàm divinæ Chriſti naturæ aut perſonæ tribui, quia illa ad ſanctificationem Chriſti pertineant; ſanctificationem autem, licèt toti Trinitati communem, propriè Spiritui Sancto adſcribi. Sed hæc non modò ſine ratione, ſed etiam contra rationem dicuntur. Non commemorabimus nunc illud, non poſſe Spiritui Sancto magis tribui ſanctificationem Chriſti, quàm Patri, cui ea ita adſcribitur [a]*, ut pro cauſſa afferatur, cur Chriſtus ipſius ſit Filius. Hinc enim conſequuturum eſſet, ſi Spiritui Sancto magis ea competeret, quàm Patri; Spiritum Sanctum potiùs Patrem fore Chriſti, quàm Deum illum, qui Chriſti Pater & eſt, & paſſim in N. Teſtamento dicitur. Illud hîc dicemus, quod hujus loci proprium eſt: ſi ulla excogitari poteſt ratio, cur id, quod omnibus illis perſonis commune*

a Ioh. 10. 36.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ne eſt, uni tamen magis adſcribendum ſit, quam alteri; cauſſam hîc fore magnam, cur hæc actio Filio potiùs, quàm alii alicui perſonæ ſit adſcribenda, & cauſſam quidem duplicem. Vna eſt, arctiſſima illa, quæ Filio cum humana ſua natura intercedit, ut adverſariorum fert ſententia, conjunctio. altera, quòd iidem adverſarii volunt, Filium eſſe ſapientiam ac virtutem Dei naturalem, per quam omnia Deus efficiat; & huc illa, quæ Prov. 8. de ſapientia generatim atque abſtractè dicuntur, & illa, quæ 1. Cor. 1. 24. de Chriſto leguntur, trahunt. At cuinam perſonæ divinæ magis conveniret, humanæ Chriſti naturæ ſapientiam, intellectum, conſilium, ſcientiam impertiri, quam ei, quæ & naturæ illi ſit conjunctiſſima, & ipſius Dei ſapientia ſit naturalis? cuinam potiùs, quàm naturali Dei virtuti ac potentiæ competeret, omnia ſtupenda opera per humanam naturam patrare? Chriſti ergo naturæ divinæ potiùs, quàm Spiritui Sancto, ea omnia tribuenda eſſent.

Præterea ex iis quærimus, qui iſtiusmodi exceptione uti velint, num ſtatuant, Spiritum Sanctum plus ad hæc dona humanæ naturæ concedenda, quam divinam ipſius Chriſti perſonam contuliſſe, an utramque perſonam tantundem? Si illud; ſuam ſententiam evertent: ſi hoc; ſcripturam. Nam ſi illud velint; vel non tantum virium fuit in divina illa Chriſti perſona ad id præſtandum, quantum in Spiritu Sancto; vel non tantum voluntatis. Neutrum de ea dici poteſt, ſi Chriſtus ſummus ille Deus fuit, & quidem ejusdem cum Spiritu Sancto eſſentiæ. Si hoc velint; nulla planè erit cauſſa, cur Spiritui Sancto expreſſè tribuatur,

Spiritus foret. Quare opera Spiritus Sancti de Patre vel Filio negare, eſt, unicam Dei eſſentiam in plures portiones diſcerpere.

Ex quibus patet, quàm elumbe ſit adverſarii dilemma. Sanè perſona Chriſti divina tantundem ad dona humanæ naturæ concedenda contulit, quantum Spiritus Sanctus. Cauſa autem cur Spiritui Sancto hæc unctio peculiariter tribuatur, eſt divinus tam ſubſiſtendi quàm agendi ordo, ob quem omnium operationum conſummatio proximè & quaſi immediatè Spiritui Sancto tribuitur. Pari igitur jure nobis quærere liceat, cur Chriſti conceptio ſimiliaque opera Spiritui Sancto, non autem Patri, adſcribantur? Dicet, quia Spiritus Sanctus eſt Spiritus Patris. At in ſcripturis ſæpiſſimè docetur, quòd Filius Spiritum Sanctum mittere ſoleat. Quidni igitur nos quoque illi reſpondeamus: Quia Spiritus Sanctus eſt Spiritus Filii, & frequentiſſimè in Scripturâ à Filio mitti dicitur? Si perſona Chriſti humanæ naturæ hæc dona communicâſſe legeretur, videri poſſet Spiritus Sanctus excludi. At cùm Spiritus Sanctus id feciſſe dicitur, non ſolùm non excluditur Filius, ſed ſimul indicatur, quòd tam Spiritus Sanctus quàm ejus dona à Filio procedant.

tribuatur, quòd homini Chriſto dona illa impertiverit, divinæ ipſius Chriſti naturæ aut perſonæ nuſpiam. Quarè hæc exceptio locum hîc habet nullum; & porrò nec diſtinctio humanæ & divinæ in Chriſto naturæ. Hoc ipſum enim quærimus, cur humanæ naturæ Spiritus Sanctus fuerit datus, ſi ea divinæ naturæ perſonaliter fuit unita.

BISTERFELDII
CAP. XXXIV.

Argumentum trigeſimum quartum, quòd Chriſtus à diabolo tentatus fuerit.

Hoc argumentum modeſtiâ, ſapientiâ, aliiſque Diaboli virtutibus nititur: quæ cùm nullæ ſint, nullus quoque erit adverſarius. Neque Deo ſummo indignum fuit ejuſmodi Diaboli tentationibus ſe exponere. Nam & varii & nobiliſſimi fines hujus rei fuerunt: idque reſpectu Dei Patris, Filii, noſtri, ac ipſius Diaboli. Maximè enim Patris voluntati ac juſtitiæ congruebat, ut is qui variis afflictionibus conſummari; fideliumque peccata expiare debebat, ſtatim poſt ſuam quaſi inaugurationem graviſſime tentationi exponeretur. Deinde hoc Chriſti tum humilitati, tum divinitati ſummopere conveniebat, ut non ſolùm ſuam obedientiam, ſed etiam divinam potentiam teſtatam faceret: ſicque firmiſſimam conſolationem ac fiduciam fideles haberent; nimirum hunc eſſe eum qui nos ex omnibus tentationibus liberare & velit, & poſſit. Denique ut Diabolus confunderetur ac riſui quaſi exponeretur. Neque enim Diabolus hac ſua tentatione divinæ majeſtati illuſit, ſed ſe ipſum turpiſſimè proſtituit; adeóque expertus eſt, ſibi cum longè alio quàm cum primo Adamo rem eſſe. Non igitur hujus tentationis ſcopus erat, ut conſtaret, Deum ſummum poſſe tentationes Diaboli ſuſtinere ac vincere, ſed ut conſtaret, hunc hominem Ieſum eſſe verum Deum, verum

CRELLII
CAP. XXXIV.

Argumentum trigeſimum quartum quòd Chriſtus à diabolo tentatus fuerit.

Quartum hujus generis argumentum eſt, quòd Chriſtus, ut Euangelica narrat hiſtoria[a], à diabolo tentatus, & ad adorationem etiam ipſius ſollicitatus fuerit, quòdque in hunc ipſum finem, ut tentaretur, à Spiritu divino in deſertum fuerit actus. Id enim haud quaquam contigiſſet, ſi is Deus ſummus eſſet. Nam primùm, quid indignius Deo, quàm impio ac nefario hoſti, quem ob contemtum majeſtatis ſuæ, clariſſimè olim conſpectæ, cœlo extruſiſſet, ſeſe tentandum, & ad ipſiusmet adorationem ſollicitandum exponere, atque ad illudendum majeſtati ſuæ ultrò ſe offerre? Deinde quorſum id factum eſſet? An ut conſtaret, Deum ſummum poſſe tentationes diaboli ſuſtinere ac vincere? Num quiſpiam ea de re dubitare poterat, ut experimento eſſet opus? Præterea, quî auſus eſſet diabolus rem tantam

[a] Matt. 4. 1. & d. Luc. 4. 1. & d.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tantam aggredi ? Non commemorabo nunc illud , quòd & dæmones ad divinæ majeſtatis conſpectum contremiſcunt [a], qui etiam ad ipſius memoriam , cœlo ab eo dejecti , & in tartara detruſi, horrent. Finge enim nunc , in ſpiritu malefico , & iræ , & virium Dei inſuperabilium optimè conſcio, ac vinculorum ſuorum, quibus ab eo conſtrictus tenetur , probè memori, tantam impudentiam & audaciam, quantam libet : aſtutiam tamen illi ſummam eſſe ſimul fatebere. Atque utinam ea fatenda non eſſet ! At quo pacto fieri poteſt , ut ſpiritus aſtutiſſimus Deum ſupremum tentet eumque ſeducere conetur , & denique ad rem indigniſſimam ac deteſtabiliſſimam, adorationem nempe ſui, ſollicitare in animum inducat ? Num enim fieri poteſt , ut vel rem , quam impoſſibilem eſſe probè norit, aggrediatur : vel rem hanc impoſſibilem eſſe , planiſſimè non cernat ? Neutrum in eum cadit , qui vel micam ingenii habet , nedum ut in ſpiritum ſubtiliſſimum atque aſtutiſſimum cadat. Adde, quòd , cùm dicit, *Si Filius Dei es , dic ut lapides iſti panes fiant* ; & iterum: *Si Filius Dei es , mitte te deorſum*; ſatis oſtendit, id ſe agere, ut Chriſtus aliqua ratione

ambi

[a] Iacob 2. v. 19.

verum illum mundi Servatorem, qui omnes Diaboli vires ac fraudes deſtruere valeret. Primò igitur fruſtrà Diaboli modeſtiam nobis objicit adverſarius. Quamvis enim antiquo illi Draconi ſatis de ſuâ impotentiâ ac Dei omnipotentiâ conſtet, tamen eò impudentiæ progreditur non rarò, præſertim ſi Deus ipſi lupata aliquantum laxet, ut & coram Deo apparere, & apertiſſima mendacia contra Dei electos, adeóque Deum ipſum effutire haud erubeſcat. Cujus rei clariſſimum exemplum extat in hiſtoria Iobi, qui Chriſti typus fuit. Nimirum tanta eſt ejus malicia, ut ſæpius res ſtultiſſimas, planéque impoſſibiles moliatur. Accedit quòd vel ex errore ac dubitatione, vel ex purâ maliciâ hoc ipſum auſus fuerit. Etſi enim ſit Spiritus ſubtiliſſimus ac aſtutiſſimus, nullum tamen eſt dubium, quin variâ, rerum præſertim divinarum, ignorantiâ, ac graviſſimâ incogitantiâ, quæ rapidis ingeniis familiaris eſſe conſuevit, laboret. Itaque cùm tantum ſit hoc pietatis myſterium, ut ipſi Angeli boni cupiant in illud introſpicere, 1. Pet. 1. 12*: quid mirum, ſi Diabolus vel planè hoc myſterium non credidit, vel de illo ſaltem dubitavit? Sed demus, ipſum hæc omnia & accuratè cognoviſſe & firmiter credidiſſe, nonne potuit execrabilibus ſuis affectibus, inprimis erga Deum, Filium ejus, & univerſam Eccleſiam odio, ita abripi, ut vel aliquâ, vel nullâ ſpe illud tentaret. Si tanta eſt, ut adverſarius vult, ejus ſcientia & aſtutia, nonne æque ſtultus fuit, quòd eum à Deo ſeducere conabatur de quo univerſum V. T. prophetaverat, cujus perſona & officium plurimis iiſque evidentiſſimis ac infallibilibus ſignis demonſtrata fuerant, de quo denique paulò antè ipſe Pater ex cœlo clamaverat;* Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo acquieſco: hunc

audite;

audite; *etſi Chriſtus natura Deus non fuiſſet? Quamvis igitur non paucas nec exiguas ingenii micas adhuc habet, tamen longè pluribus ac majoribus infernalium affectuum flammis eſt obnoxius, ut non ſolùm multa ſtultiſſima, ſed etiam ſibi ſuoque regno pernicioſiſſima incipiat ac urgeat. Quid ipſi morte Chriſti erat pernicioſius? Fatuus tamen perpetuò hoc agebat, ut Chriſtus è medio tolleretur. Hanc ipſius inſaniam graphicè in membris ipſius nobis depingit Pſalmus ſecundus, cùm ad invictum piorum ſolatium, Dei de impiorum tumultibus, quorum Diabolus eſt fons & incendiarius, cachinnum deſcribit. Accedit ſumma ejus audacia ac impudentia: quam tamen adverſarii hac in parte ſuperare videntur. Potuiſſet enim longè ſubtiliùs acutiúſque Chriſto objicere, ſi adverſariorum doctrina vera eſt, Si Filius Dei aliquando eris, dic ut lapides iſti panes fiant; Si Filius Dei eris, mitte te deorſum. Faciliùs enim eum ſic in dubitationem præcipitare potuiſſet, ſi juxta adverſarios ei objeciſſet, quòd nondum revera, vel ſaltem nondum perfecta ratione Dei Filius eſſet, ſed demum poſt tot horribiles afflictiones evaſurus eſſet. Sed noluit Diabolus planè omnes ſcientiæ ac modeſtiæ limites egredi: diſsimilis adverſario; qui ſuprà remis velisque hoc agebat, ut Chriſtum demum per reſurrectionem Dei Filium factum fuiſſe probaret, hîc verò fateri cogitur, cælitus fuiſſe auditum, ipſum jam tum revera Dei Filium fuiſſe. Etſi ergo Diaboli arma, in ſe ſpectata, ſatis ſubtilia ac valida fuerint, tamen reſpectu Chriſti revera fuerunt futilia ac ridicula. Sed quid ageret? meliora contra tantum Ducem ac athletam non habuit. Nimirum ſicut hoſtium Chriſti, adeóque Diabolicorum exercituum, conatus, licet ſint & aſtutiſſimi, & fervidiſſimi, &* ambigere incipiat, utrùm revera Dei ſit Filius, quem ſe eſſe cœlitùs paulo ante [a] audiverat, & porrò tanquam rei aliquo modo dubiæ uberiora quærat argumenta. At quî potuit ullo pacto ſperare, id ſe apud illum Dei Filium, qui ex eſſentia divina ſit genitus, efficere poſſe? Num fortè putamus, hoſtem in hoc pugnandi genere exercitatiſſimum, quem mille fallaciarum architectum vulgo etiam appellant, eo tentandi genere hîc uſum, quod eſſet ad decipiendum omnium ineptiſſimum, atque adeò, ad fortiſſimum ſapientiſſimumque ducem oppugnandum, arma expediiſſe tam futilia, tamque ridicula? Quid proficeret Satan, ſi apud hominem etiam vulgarem, cui modò mens ſana ſit, rationibus aliquibus efficere conaretur, ut dubitaret de ſe, an homo eſſet, & non potiùs ſubſtantia homine inferior? An non hic luſus potiùs eſſet, quàm tentatio? At multò magis riſu dignum fuiſſet, perſuadere velle rationibu Filio Dei, ex eſſentia divina genito, ut dubitet, utrùm ſit Dei filius, nec ne.

[a] Matt. 3. 17.

Longè verò aliter ſe rem habere intelliges, ſi animadvertas, Chriſtum tali ratione Dei Filium fuiſſe pronunciatum à Deo,

Deo, quæ ad eſſentiam ipſius non pertineret, quæque charitate divina reverà niteretur, & in eo maximè conſiſteret, quòd deſignatione jam eſſet Meſſias, ſeu Rex populi divini cœleſtis atque æternus, qui poſtea demùm re ipſa evaſit. Facilè enim intelliges, non tam ineptè pugnaſſe vaferrimum hoſtem, cùm id in dubium vocavit, & fidei ſcuto ad ipſius tela excipienda fuiſſe opus. Taceo nunc alia, quæ in illa tentationis Chriſti hiſtoria occurrunt, ut quòd ei Satan in montem altiſſimum perducto, omnia hujus mundi regna, eorumque ſplendorem, tanquam non ſatis cognitum, aut non ſatis oculis ejus obſervatum, oſtenderit, ut eum ad ſe adorandum tanto faciliùs alliceret: quódque coram ipſo, eundem in finem, auſus fuerit dicere, [a] *Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt; & cui volo, do ea.* Apparet enim, ſatis intellexiſſe Satanam ſibi non cum Deo ſummo rem eſſe, ſed cum eo, qui homo ſubſtantiæ ratione eſſet, ex ſingulari autem Dei charitate ipſius Filius. quem quia Deus tentandum ſibi ultrò obtuliſſet, ut virtutis ac pietatis ſuæ daret documentum; eum ſuis artibus à Deo abſtrahere, non putavit

[a] Luc. 4. 6.

& potentiſſimi, Deo tamen planè ſunt ridiculi: ſic quoque Diabolus Dux per ſe callidiſſimus juxtà ac validiſſimus à mulieris Semine pedibus conculcatur. Sanè prorſus ridiculus fuit Diaboli conatus, ſi divina Chriſti potentia perpendatur: verùm ſi conſideretur, quòd divina Chriſti natura humanam naturam certamini quaſi expoſuerit, ſeque ad tempus quaſi occultaverit, non ridicula, ſed fortiſſima tentatio fuit. Satis etiam ex medicorum libris conſtat, quòd Diabolus hominibus melancholia laborantibus perſuaſerit, ipſos non homines ſed lupos, urſos, imò vitra ac ollas fictiles fuiſſe.

Minimè itaque eſt neceſſe, ut Chriſtum ſummâ ac naturali ſuâ Deitate privemus, quò Diaboli aſtutia ac modeſtia ſarta tecta maneat: præſertim cùm luculentum modeſtiæ ſuæ ſpecimen in his verbis ediderit: Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt: & cui volo, do ea. *Unde clariſſimè apparet, Diabolum non veris argumentis, ſed impudentiſſimis mendaciis uſum fuiſſe: adeóque de ejus animo cuivis veritatis ſtudioſo conſtare poteſt. Quid ſi daremus, Diabolum pro ſua aſtutia victoriam deſperaſſe, beneque ſciviſſe, & quòd Chriſtus ſummus Deus ſit, & quòd nulla prorſus tentatione ſeduci queat, nonne potuit ipſum tanquam ſceleratum carnificem Deus quaſi cogere, ut hoc ſuo auſu ſe ſuumque regnum proſtitueret ac perderet, Chriſti verò ejusque membrorum gloriam promoveret? Ex quibus & ſimilibus lector ingenioſus haud difficulter animadvertit, adverſariorum obvia quæque arripere, ſæpiùsque magno conatu ea urgere, quæ planè nihil difficultatis in ſe continent.*

penitus impoſſibile. Sed & hæc, & alia quædam lector ingenioſus per ſe animadvertet.

Denſen-

Defenſio Reſponſionis.

CHriſtum tantùm ſecundùm humanam naturam tentatum fuiſſe, ſatis eſt perſpicuum: eum autem hâc tentatione non ſe, ſed Diabolum ludibrio expoſuiſſe, eventus ſatis ſuperque docet. Sed ut oſtenderetur, humanam naturam, divinæ perſonaliter unitam, poſſe tentationes ſuſtinere ac vincere, minimè fuit ſupervacaneum. Quòd ſi Diabolus ſpem aliquam conceperat, quidni potuerit ſibi falſiſſimam aliquam ſpem imaginari, cùm firmiſſimas illas Patris promiſſiones in dubium vocarit? Forſan fuit ſectæ Socinianæ fundator, ut exiſtimarit, Ieſum eſſe, Filium Dei non naturâ, ſed gratiâ. Ipſum olim in cœlo Deum, & in ipſo omnia ipſius decreta vidiſſe, nobis abſurdè affingitur. Quamvis enim rectiſſimè doceamus, decreta Dei idem eſſe cum Deo ejuſque eſſentiâ, hinc tamen nullâtenus ſequitur, eum, qui Deum cognovit, ut Diabolus ante lapſum, ipſa etiam Dei decreta cognoviſſe. Hanc enim ad rem non qualiscunque cognitio, vel viſio, ſed perfectiſſima divinæ eſſentiæ comprehenſio, quæ ſoli Deo competit, requiritur. Nam quamvis Diabolus totam Chriſti perſonam aggreſſus ſit, at tamen ejusmodi tentatio propriè & proximè tantùm in humanâ naturâ locum habuit: neque enim divina natura ejusmodi tentationi obnoxia eſſe poteſt.

Denique licèt argumentum adverſarii Diaboli teſtimonio non nitatur, nititur tamen ejus ſapientiâ, modeſtiâ, ac poteſtate abſolutâ: quaſi nihil ſtulte aut impru-

Defenſio Argumenti.

NOn eſt autem, quòd quis dicat, iſta, quæ ex hiſtoria illa deduximus, propterea non conſequi; quòd ſecundùm humanam tantùm naturam tentatus fuerit Chriſtus, non ſecundùm divinam. Etenim ne alia nunc repetam, ſuperius non ſemel dicta; eadem nihilominus abſurda ſequuntur, etiamſi ſtatuas, Satanam, naturam tantùm humanam, ſed ſummo tamen Deo perſonaliter unitam, & indiſſolubili nexu copulatam, tentaſſe, &, ut ea tentaretur, Deum voluiſſe. Etenim indignum fuiſſet Deo ſummo, in natura ſibi perſonaliter unita, impio ac teterrimo hoſti ſeſe ludibrio habendum, & ad ipſius adorationem ſollicitandum offerre. Siquidem humana natura nihil facere poterat, niſi divina conſentiente. Quare Satanas, naturam Chriſti humanam ad ſui adorationem ſollicitans, ſimul divinam naturam, ut in tam horrendum ſcelus conſentiret; idque humanæ naturæ permitteret, ſollicitaſſet. Supervacaneum etiam fuiſſet, oſtendere, naturam Deo ſummo perſonaliter unitam, poſſe tentationes Satanæ ſuſtinere ac vincere. Quis enim ea de re dubitare poterat? Vnde etiam patet, non potuiſſe Satanam vel minimã de ea vincenda ſpem concipere? Quid enim? num credere potuit Satanas, fieri poſſe, ut eò uſque divina natura deſereret humanam, ſibi perſona-

ſonaliter uniam, ut ipſi ſuccumberet, ut atrociſſimum facinus ſuſciperet, & porrò etiam æternæ damnationi obnoxia fieret? Non vidit Satan, ſibi non cum ſola humana, ſed ſimul etiam cum divina natura rem fore; & hanc ſeducendam eſſe, ac ſcelus ei perſuadendum, ſi illa vinci debeat? Quid ergo reſtat aliud, quàm ut dicas, Satanæ nihil de unione illa humanæ naturæ cum divina conſtitiſſe? Sed quid? an Satanas, qui hoc ipſum oppugnandum ſibi ſumſit, quòd Ieſus eſſet Filius Dei, non intellexit, quid verba illa ſignificarent? At, ſi adverſariorum ſententia vera eſt, ſignificant, hominem illum Ieſum unam eſſe perſonam cum Filio illo Dei, ab æterno ex Dei ſubſtantia generato. Quis credat, ſi, ut adverſarii volunt, incarnatio illa Filii, ex Dei eſſentia ab æterno generati, fuit in ſacris literis prædicta, virgini Mariæ annunciata, & poſtmodum re ipſa perfecta, ac tum ab ipſa Maria, tum ab aliis agnita, inque Chriſti baptiſmo cœleſti voce declarata, Satanæ hac de re nihil conſtitiſſe? præſertim ſi olim in cœlo Deum, & in ipſo omnia ipſius decreta (hæc enim adverſariis idem re ipſa ſunt cum Deo ejusve eſſentia) vidit; ac porrò intellexit, fore, ut ſecunda Trinitatis perſona illis temporibus incarnaretur. Sed in re clara pluribus opus non eſt. Illud tantùm addimus, cùm Satanas Chriſtum eò adducere voluerit, ut dubitaret, utrùm eſſet Dei Filius, ille nimirum, quem ſe eſſe, divinâ paulo antè voce pronunciari audiverat; non eſſe conſentaneum, eum in tentando illam naturam præteriiſſe, ſecundùm quam ille Dei Filius eſſet. Hanc autem divinam eſſe volunt adverſarii. Quare vel huic ſententiæ, vel limitationi, quâ tentationem iſtam ad humanam naturam reſtringunt, illis eſt renunciandum.

Non arbitramur autem, quemquam cordatorum hominum dicturum, hoc argumentum ex diaboli, qui mendax ſit Spiritus, teſtimonio eſſe ductum. Etenim nos contrà, quàm diaboli verba volunt, urgemus, illum ipſum hominem, quem diabolus tentabat, fuiſſe atque eſſe Dei Filium, cœleſti voce non multò antè in baptiſmo commendatum. Non ergo ex teſtimonio diaboli argumentum ducitur, quaſi is id ipſum dixerit, quod nos volumus; ſed partim ex facto Dei, Chriſtum tentari, & Satanæ inſidiis obiici volentis; partim ex ſenſu, dictis, factisque Satanæ, tanquam effectis; quæ exiſtere non potuiſſent, niſi ſententia noſtra vera eſſet.

prudenter, nihil malicioſè aut impudenter, nihil denique coactè ac violenter dicere vel facere poſſet.

CRELLII CAP. XXXV.

Argumentum trigeſimum quintum, quòd Chriſtus primogenitus ſit omnis creaturæ.

Quintum argumentum inde duci

BISTERFELDII CAP. XXXV.

Reſponſio ad argumentum trigeſimum quintum, quòd Chriſtus ſit primogentius omnis creaturæ.

Reſpondimus: Quòd Chriſtus dicatur primoge-

mogenitus omnis creaturæ, ſummam ejus Deitatem non negat, ſed confirmat. Nam etiamſi concedamus, quòd eo ſenſu dicatur primogenitus omnis creaturæ, quòd ſit princeps hæres omnium, id eſt, quòd omnes creaturæ ad ipſius gloriam conditæ ſint, firmiter tamen hinc ſequitur, ipſum eſſe ſummum Deum. Præſerſertim ſi perpendatur cauſa, ob quam ipſum Apoſtolus ſic vocat: nimirum, quia omnia illa quæ v. 16. recenſuit, per ipſum, & in ipſum condita ſunt. *Hinc autem ſequi, ipſum neceſſariò in creaturarum numero contineri, quomodo probat adverſarius?*

duci poteſt, quòd Chriſtus dicatur *Primogenitus omnis creaturæ,* Col. 1. 15, atque ipſe ſe eodem ſenſu *principium creaturæ Dei* vocet, Apoc. 3. 14. Illud autem prius adverſarii de eo ſecundùm divinam naturam dictum eſſe, & iſtius naturæ non exiguum argumentum continere volunt: cum tamen primogenitum ſemper in eorum numero contineri neceſſe ſit, quorum, præter parentes, primogenitus dicitur, ac porrò Chriſtum numero creaturarum comprehendi, quarum primogenitus dicitur; id quod in Deum ſummum non cadit.

Defenſio Reſponſionis.

QUòd Chriſtus non ita dicatur omnis creaturæ primogenitus, ut hoc ipſo in illarum numero contineatur, præterquam quòd nullâ ratione nitatur, vel hinc manifeſtum eſt, quòd *verſ.* 18. Apoſtolus ipſum eorum, quorum numero includere volebat, non ſimpliciter primogenitum dixerit, ſed primogenitum ex mortuis. Itaque ſi hîc quoque creaturarum numero contineri debuiſſet, addidiſſet utique particulam *ex.* Repugnat quoque ratio ab Apoſtolo allata. Etenim ſi ob hoc nomen ex eorum genere eſt, quorum dicitur primogenitus, erit quoque ex genere inviſibilium: quod quàm ab omni veritate alienum ſit, cuivis conſtat. Accedit quòd per creaturam, quâ talem, omnia condi nequeant. Quamvis autem adverſario Piſcatoris interpretationem concedamus, nihil tamen hinc contra

Defenſio Argumenti.

NAm quòd vulgò ita locum exponunt, ac ſi dictum eſſet, Chriſtum eſſe genitum ante omnem creaturam, id, ſi ad eum modum accipiatur, ut Chriſtus ex numero omnis creaturæ penitus eximatur, ſine ullo exemplo ſit, & contra receptam tum in ſacris literis tum in vulgari ſermone, loquendi conſuetudinem. Id quod & doctiſſimi quidam inter adverſarios viri ſatis animadverterunt. Iohannes enim Piſcator, etſi illam expoſitionem ut orthodoxam probet; conſiderandum tamen proponit, an non diverſa, quam affert, expoſitio genuina ſit; nempe ut intelligamus, Chriſtum dici primogenitum omnis rei creatæ, eò quod ſit princeps hæres omnium. & paulo pòſt addit: Nam quò minùs hoc nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

men πρωτότοκος de divina Filii Dei ex ſubſtantia Patris generatione accipiendum videatur, facit nativa ejus ſignificatio. Propriè enim eum ſignificat, qui primo partu in lucem eſt editus: τίκτειν enim parere ſignificat, non gignere: & matri convenit, non patri. Deinde vix reperias exemplum, ubi nomen ex πρῶτος & præterito medio compoſitum genitivum ita regat, quaſi ſit participium conſtans ex præpoſitione πρό. Ita enim hîc exponitur, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, quaſi ſit, προτεχθεὶς πάσης κτίσεως, id eſt, τεχθεὶς πρὸ πάσης κτίσεως.

contra nos proficit. Nam ſummæ Divinitatis argumentum certiſſimum eſt, eſſe ultimum omnium creaturarum ſcopum: id quod hoc Chriſti epitheto exprimitur. Etenim qui omnium princeps hæres eſt, omnium dominium poſſidet, uſumque ac fructum percipit. Quæ quidem dignitas Chriſto non tantùm quâ Deus eſt, ſed etiam quâ talis homo, competit, verùm ob ſummam Deitatem. Niſi enim ſupremus Deus eſſet, Princeps ejusmodi hæres minimè eſſe potuiſſet. Vulgaris tamen interpretatio non eſt ſimpliciter repudianda. Nam Apoſtolus eam ſatis indicat *verſ.* 17, dum dicit: *Et ipſe eſt ante omnia, & omnia illa per eum*, ſeu in eo *conſiſtunt*. Si enim genitus fuit, & ante omnia fuit, utique neceſſum eſt, ut ante omnia genitus fuerit. Nec alio ſenſu primogenitus dici poteſt, ſi non tam hæreditatis quàm generationis ratio hîc habenda eſt. Niſi ante omnia genitus fuit, quomodo eorum primogenitus dici poteſt? Quomodo Angelorum primogenitus, ratione generationis ac originis dicetur, ſi quatuor mille annos poſt ipſos genitus fuit? Adde, quòd omnino ſic hæc vox πρωτότοκος interpretanda ſit, ſi idem, ut vult adverſarius, ſignificat, quod Apoc. 3. 14, *Principium creaturæ Dei*. Quâ enim ratione principium creaturæ Dei eſſe potuit, ſi ante eam non fuit? Nec obſtat, quòd τίκτειν propriè *parere* ſignificat, non *gignere*, & matri conveniat, non patri. Eſt enim evidentiſſimum, quod hîc ſit aliqua ſynecdoche ſpeciei pro genere: ſecùs nec reliqua, verbi gratiâ, à Deo gigni, nec Chriſtus primogenitus mortuorum, adhibitâ hâc voce, dici potuiſſet. Quamvis autem exemplum non occurreret, in quo nomen ex πρῶτος & præterito medio compoſitum, genitivum ita regat, quaſi ſit participium conſtans ex præpoſitione πρὸ, contextus tamen illum ſignificatum ſatis exprimit. Verùm ſive *primogenitus* accipiatur de hæreditate, ſive de generatione, nihil contra nos efficit adverſarius. Neque enim Chriſtus ratione hæreditatis primogenitus eſſe poteſt, niſi etiam talis ſit ratione originis: neque viciſſim poteſt eſſe primogenitus ratione originis, niſi quoque talis ſit ratione hæreditatis. Cum igitur uterque ſenſus

ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſatis ſit genuinus, & unus ex altero neceſſariò fluat, rectè procul dubio fecerimus, ſi utrumque conjungamus, hæcque verba, *primogenitus omnis creaturæ*, interpretemur: *Qui eſt natus ante omnem creaturam, quique eſt Princeps omnium hæres.* Quæ explicatio non ſolùm Chriſti dignitati, ſacrarum literarum profunditati, ſed etiam Apoſtoli ſcopo, & ſequenti declarationi maximè congruit.

BISTERFELDII CAP. XXXVI.

Reſponſio ad argumentum trigeſimum ſextum, quòd Chriſtus ſit æqualis Deo.

Satis audax eſt adverſarius, quòd hunc locum Phil. 2. 6. *& ſeqq. adferre audeat, in quo clariſſima ſummæ Chriſti Deitatis argumenta occurrunt. Cùm enim jam ante ſuam ex Mariâ nativitatem in formâ Dei fuerit, cum ſe Deo Patri æqualem eſſe rapinam non duxerit, cùm ſe ipſum carnem humanam aſſumendo exinaniverit, cùm à Patre ſuo ſuper omnia exaltatus ac nomen ſuper omne nomen ſortitus fuerit, cùm denique omnes creaturæ ipſi divinum honorem exhibere debeant, quis non videt, Chriſtum eſſe ſummum Deum, niſi is qui anticipatâ opinione excæcatus, ob ſynecdochicam vocis* Deus *pro Patre uſurpationem, ob admirabilem ad quam ſuâ ſponte ſe obligavit obedientiam, ob prorſus divinam, ipſius naturæ ac operibus debitam, exaltationem, nomen ac honorem, eum Deum factum eſſe fingit? Nihilo fortius eſt præſens argumentum. Ubi enim didicit, quòd æquale ſemper aliam habeat eſſentiam ab eo, cui æquale eſt. Ergo Dei attributa, quæ inter ſe æqualia ſunt, ac juxta adverſarios re ipſa diſtinguuntur, diverſas habebunt eſſentias: Deus itaque res erit compoſitiſſima, adeòque res facta: non igitur Deus. Eant jam cum præclaro hoc philoſophico principio, & majeſtatem*

CRELLII CAP. XXXVI.

Argumentum trigeſimum ſextum, quòd Chriſtus ſit æqualis Deo.

Locus ad Phil. 2. 6, & ſeqq. qui adverſus nos urgeri ſolet, non unum ſententiæ noſtræ continet argumentum, Nam præter ea, quæ ſuperiùs urſimus, quòd Chriſtus à Deo ſimpliciter poſito aliquoties ibi diſtinguatur; quòd Deo obediens factus; quòd ab eo exaltatus fuerit; quòdque ei à Deo nomen ſuper omne nomen donatum; quòd dignitas ac honor illi datus, in gloriam Dei Patris, tanquam ultimum ſcopum, tendere affirmetur; præter hæc, inquam & illud arguit, Chriſtum Deum illum ſummum non eſſe, quòd Deo æqualis fuiſſe dicitur. id quod adverſarii plærique de eo ſecundùm divinam naturam dictum, & apertum illius naturæ documentum eſſe contendunt. Atqui æquale ſemper aliam habet eſſentiam ab eo, cui æquale eſt. Aliàs idem ſibi ipſi æquale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

æquale eſſet: cum tamen æqualia relata, ac porrò oppoſita ſint. Si ergo æqualis eſt Chriſtus Deo, & quidem, ut illi putant, ratione eſſentiæ & proprietatem eſſentialium; aliam eſſentiam Dei, aliam Chriſti eſſe neceſſe eſt. Quare vel duæ divinæ eſſentiæ independentes, ſeu duo Dii ſummi ſtatuendi erunt; vel Chriſtus ſummus ille Deus non erit.

Plura argumenta afferri poſſent ſed his contenti nunc erimus; præſertim quia eorum nonnulla infrà attingentur, cùm ex principiis, quæ ipſa ratio ſuppeditat, ſententiam noſtram probabimus. Neque enim ita ex ratione argumentabimur, ut ad ſacra teſtimonia ſubinde non ſimus adverſarios revocaturi.

tem Dei tueantur. Sed dent operam ne à Philoſophis rideantur: Si enim æqualia non poſſunt habere eandem eſſentiam, vel nulli rerum modi erunt, vel una eſſentia plures modos habere non poterit. Omnia quidem æqualia ſunt relata, adeóque oppoſita: ſed quòd ſubſiſtentiæ relativè oppoſitæ eandem infinitam eſſentiam habere nequeant, qui probat adverſarius? Conſulat primam philoſophiam, & inveniet, in primo ente neceſſariò relativam oppoſitionem inveniri. Perfectiſſima enim unitas ſine ſummâ concordantiâ, ſumma concordantia ſine relativâ oppoſitione eſſe nequit. Præterea ſimillimum neceſſariò eſt ejuſdem cum eo, cui eſt ſimillimum, eſſentiæ. Summa enim ſimilitudo eſt tantùm in uno tertio diverſorum. At quæ tantùm in uno tertio differunt, ea neceſſariò in eſſentiâ conveniunt: ſecùs differrent in tertiis plurimis. Sed Filius eſt character ſubſiſtentiæ Patris; ergo ſummè ſimilis: adeóque ejuſdem cum eo eſſentiæ. Ergo ratione ſubſiſtentiæ eſt ſimilitudo, ratione eſſentiæ æqualitas. Nam identitas eſt logicè loquendo, quædam ratione numeri paritas. Verùm hæc & ſimilia infra erunt clariora. Nam recta ratio, à ſacris literis edocta, pulchrè oſtendit, quomodo unicus ſit ſummus & æternus Deus, quamvis ſint tres diſtinctæ perſonæ.

CRELLII

SECTIO. III.

In qua oſtenditur, Spiritum Sanctum Deum ſummum non eſſe, ut pateat, ſolum Patrem Deum ſummum eſſe.

Sequitur nunc, ut oſtendamus id quod tertio loco demonſtrandū nobis ſumſimus, Spiritum nempe ſanctum non eſſe Deum illum ſummū. Quam-

BISTERFELDII

SECTIO III.

In qua oſtenditur, Spiritum ſanctum eſſe Deum ſummum, quò pateat, Solum Patrem non eſſe Deum ſummum.

Quomodo adverſarius in ſuperioribus demonſtraverit, ſolum Patrem eſſe Deum illum ſummum; lector Scripturæ, ac rectæ rationis ſtudioſus, ex reſponſionibus noſtris cernere poteſt. Longè autem clarior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rior erit horum argumentorum vanitas, ſi noſtrorum hominum argumenta, quibus pietatis myſterium oſtendunt, cum his conferantur. Concedimus aliàs, Spiritum ſanctum ſummum Deum, imò nullâ ratione Deum eſſe poſſe, ſi Chriſtus ſummus Deus non ſit. Contrà verò evidentiſſimum eſt, Chriſtum ſummum Deum eſſe, ſi Spiritus Sanctus vel ſummus Deus ſit, vel etiam æterna & infinita Dei virtus. Is igitur, qui Spiritus Sancti attributa, ſine omni exceptione divina, rectè perpenderit, nullo negotio intelliget, aut Chriſtum ſummum Deum eſſe agnoſcendum, aut Spiritum Sanctum, prout in ſacris literis deſcribitur, negandum. Quare non eſt, ut hîc ſubſiſtat adverſarius. Niſi enim firmiora argumenta adduxerit, veritas procul dubio apud nos ſtabit. Sive enim ea, quæ de Spiritu Sancto in ſcripturis omittuntur, ſive ea quæ de eo traduntur, accuratè penſitemus, nihil Spiritus Sancti æternitati, omnipotentiæ, omniſcientiæ, infinitæque perfectioni, iis omnibus derogatur.

Quamquam res ex iis, quæ de Chriſto diſputavimus, facilè decidi poteſt. Etſi enim illa quoque ſacrarum literarum teſtimonia, quæ oſtendunt, ſolum Patrem eſſe ſummum illum Deum, ſimul validè demonſtrant, Spiritum Sanctum Deum ſummum non eſſe; cùm conſtet, Spiritum Sanctum non eſſe Patrem: tamen iis hoc loco non utemur. quandoquidem hoc loco non ex eo, quòd Pater ſolus ſit Deus ſummus, demonſtramus, Spiritum Sanctum Deum ſummum non eſſe: ſed contrà ex eò, quòd Filius & Spiritus Sanctus Deus ille ſummus non ſit, oſtendimus, ſolum Patrem Deum ſummum eſſe. Verùm illis teſtimoniis, quibus oſtendimus, Chriſtum non eſſe Deum illum ſummum, demonſtrare hîc etiam poſſumus, Spiritum Sanctum non eſſe Deum ſummum. Neque enim fieri poteſt, ſi Chriſtus Deus ſummus non eſt, ut Spiritus Sanctus Deus ſummus ſit. Vnde nec ullus unquam, quòd ſciam, extitit, qui, cùm Chriſtum pro Deo ſummo non haberet, Spiritum Sanctum tamen pro Deo ſummo agnoſceret. Et ratio ejus rei eſt manifeſta, ſive rem ipſam, ſive adverſariorum ſententiam ſpectes. Nam quod ad rem ipſam attinet; quo pacto fieri poſſet, ut Chriſtus Spiritum ſanctum mitteret, hominibusque daret, ſi Spiritus Sanctus Deus ſummus eſſet, Chriſtus non eſſet? Num enim Deum ſummum mittere ac dare poſſet, qui eo foret inferior? Quod verò ad adverſariorum ſententiam attinet; ſtatuunt illi, Spiritum Sanctum ut à Patre, ita & à Filio eſſentiam ſuam habere. At quomodo Deus ille ſummus eſſentiam ſuam ab eo habere poteſt, qui Deus ſummus non ſit? quomodo creator à creatura? is, qui ab omni æternitate fuerit ab eo, qui certo demum tempore extitit? Quare cum demonſtraverimus, Chriſtum Deum ſummum non eſſe; poſſemus hic ſubſiſtere, nec alia afferre argumenta, quibus doceremus, Spiritum Sanctum Deum ſummum non eſſe. Veruntamen, ut res tanto fiat manifeſtior, aliis adhuc

argumentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

argumentis idem demonſtrabimus. Et primò quidem inde ducemus argumenta, quòd in ſacris literis non pauca de Spiritu Sancto ſunt omiſſa, nequaquam omittenda, ſi is Deus ſummus eſſet de. inde ex illis argumenta petemus, quæ de Spiritu ſancto expreſsè in iiſdem ſacris literis traduntur.

CRELLII
CAP. I.

Argumentum primum, quòd Spiritus ſanctus nuſpiam apertè Deus in ſacris literis appelletur.

Quod ergo ad prius argumentorum genus attinet; primùm ab ipſo Dei nomine incipiemus. Etenim nullus proferri poteſt ſcripturæ locus in quo Spiritus ſanctus apertè Deus appelletur. At ſi Spiritus ſanctus Deus ille ſummus eſt, qui fieri poteſt, ut ne unus quidem in tam prolixo ſacrarum literarum codice extet locus in quo is apertè ac perſpicuè Deus appelletur? De Patre tot, tamque aperta extant loca, ut nemo negare poſſit, eum eſſe Deum, niſi idem ſolem in meridie lucere audeat negare. De Chriſto itidem, licèt Deus ſummus non ſit, aliquot tamen ſunt aperta ſacrarum literarum loca, quæ illum Deum eſſe oſtendant, omnibus vulgò nota. De Spiritu ſancto nullus omnino extabit, etiamſi æquè ac Pater, Deus ille altiſſimus ſit, & Chriſto non modò non minor, ſed etiam, cùm hic naturâ homo ſit, major? Accedit, quòd, ex adverſariorum ſententia, omninò ad ſalutem creditu eſt neceſſarium, Spiritum ſanctum eſſe Deum, & quidem ſummum. Et ſanè ſi Deus ſummus eſſet, ſcitu id videretur omnino neceſſarium. Cui enim fidelium liceret Deum ſuum ſupremum ignorare, eumque non colere? Eadem autem res ſimul talis foret, ut, niſi divinitus nobis revelaretur, de ea nobis nihil conſtare, præſertim certò, poſſet: cum ſenſibus noſtris non ſit ſubjecta. Quomodo ergo res tanta, tam neceſſaria ſcitu, tam abſtruſa, non fuiſſet à viris divinis, ipſo divino Spiritu impellente, clarè

BISTERFELDII
CAP. I.

Reſponſio ad argumentum primum, quòd Spiritus Sanctus nuſpiam apertè Deus in ſacris literis appelletur.

Reſpondemus: Etſi Spiritus Sanctus nullibi in Scripturâ ita Deus dicatur, ut hæc propoſitio ibi occurrat, Spiritus Sanctus eſt Deus, *attamen divina nomina, & attributa toties ac tam clarè ipſi attribuuntur, ut eum planè cæcutire oporteat: qui hinc clariſſimè non cernit, quòd ipſe ſummus Deus ſit. Iniquus eſt igitur adverſarius, qui certum diſſerendi modum Spiritui ſancto præſcribat: quique rem ideo negat, quod hâc vel illâ ratione non ſit propoſita, cùm modo æquipollente ac accommodatiſſimo ſit expoſita.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

clarè expoſita, atque ex profeſſo tradita? quomodo non ſubinde repetita atque inculcata, ut à nemine, niſi in media luce cæcutire vellet, poſſet ignorari? At quem locum illi proferent, ubi ex profeſſo traditum atque apertè ſcriptum ſit, Spiritum ſanctum eſſe Deum? Nullum certè tot adverſariorum myriades, tot viri docti, & in ſacrarum literarum lectione aſſiduè verſantes, per tot ſecula, quibus iſta de Spiritu ſancto ſententia viguit invenire potuerunt. Quod facilè apparebit, ſi præcipuos, quos in medium adferunt, locos examinaverimus, quibus oſtendere conantur, Dei nomen Spiritui ſancto tributum eſſe.

Defenſio Reſponſionis.

QUò hæc ſatis ſpecioſa adverſarii ratio plenè refutetur, quàm accuratiſſimè ſacrarum literarum ſtylus eſt conſiderandus. quod ut pro ratione inſtituti noſtri fiat, quædam communiter, quædam verò ſpecialiter ſunt obſervanda. *Communiter* notandus eſt ſacrarum literarum ſcopus, & differendi modus. Quod *ſcopum* ſacrarum literarum attinet, minimè exſtimandum eſt, eo fine Sacram Scripturam à Deo datam eſſe, ut infideles pariter ac fideles per eam illuminentur ac ſerventur, ſed tantùm ut fideles adulti eam vel legentes, vel audientes ad ſalutem deducantur, infideles verò ejus luce excæcentur. Quamvis itaque ſacra Scriptura omnia ad ſalutem neceſſaria ſatis perſpicuè tradat, ita ut infideles planè ſint inexcuſabiles, . fidelibus autem ſit lucerna pedum; multa tamen etiam ſummè neceſſaria myſteria ita in eâ proponuntur, ut impii ea vel in dubium vocandi, vel etiam planè negandi anſam facilè arripiant. Hoc ſe ita habere, vel hinc patet, quòd nullum dubium ſit, quin Spiritus Sanctus omnes hæreſes nominatim prædicere ac in Scripturis conceptis verbis con-

Defenſio Argumenti.

M*Ittemus autem hîc illum locum, quo nonnulli uſi, vel potiùs abuſi ſunt*, Spiritus [*eſt*] Deus *Ioh.* 4. 34. *ut pote in quo à plæriſque adverſariis animadverſum atque oſtenſum fuit*, Spiritus *nomen, Spiritum Sanctum non denotare, ſed Spiritualem ſubſtantiam. Ibi enim de Patre revera eſt ſermo, ut antecedentia verba manifeſtè demonſtrant: nec vox* Spiritus *ſubjecti locum habet (unde & articulo deſtituitur, qui tamen voci* θεὸς *præfixus eſt) ſed prædicati. Senſus enim eſt*, Deus eſt Spiritus. *h. e. Spiritualis eſſentia ſeu ſubſtantia. Hæc igitur, quia apud adverſarios hodie vel omnes, vel plærosque in confeſſo ſunt, nunc mittamus.*

Verùm plærorumque cùm de hoc argumento diſputatur, Achilles is eſt locus, qui extat Act. 5. 3, 4. *ubi cum Petrus, ut quidem in vulgata verſione legitur, dixiſſet Ananiæ:* cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? *addit paulò poſt:* Non es mentitus homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

hominibus, ſed Deo. *Multum etiam à nonnullis tribuitur illis Pauli,* 1. Cor. 6. 19, 20. *ubi cùm dixiſſet :* Membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, *&c. addit :* Glorificate & portate(*ita habet editio vulgata*) Deum in corpore veſtro. *& illis in eadem Epiſt. cap.* 12. 4, 5, 6: Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus : & diviſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. *præſertim, quia infra* verſ. 11. *dicitur :* Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis, prout vult. *Afferri etiam ſolent ex veteri Teſtamento illa Davidis verba*, 2. Sam. 23. 2, 3 *:* Spiritus Domini loquutus eſt per me, & ſermo ejus per linguam meam. Dixit Deus Iſraël mihi, locutus eſt fortis Iſraël. *Addunt præterea ea loca, in quibus Spiritum Sanctum Iehovam putant appellari. Primùm ajunt*, Deut. 32: 12. *dici :* Dominus *ſeu* Iehova ſolus dux ejus (*nempe populi, Iſraëlitici in deſerto*) fuit : & non erat cum eo Deus alienus. *At de Spiritu Sancto idem affirmari, nempe quòd deduxerit Iſraelem*, *Eſa.* 63. 14 *: ubi legitur ;* Spiritus Domini (*Iehovæ*) ductor ejus fuit. *Deinde ajunt, Iehovam* *Exod.*

condemnare potuiſſet. Verùm non ſolùm divinæ ſapientiæ fideliumque docilitati, ſed etiam juſticiæ divinæ, ac infidelium ſuperbæ contumaciæ longè magis conſentaneum erat, ut ſacrarum literarum lux ita temperaretur, ut vivâ fide tanquam internâ luce præditi illuſtrarentur, infidelitate autem tanquam internâ cœcitate detenti perturbarentur. Ex quo ſapientiſſimo juſtiſſimoque Dei conſilio earundem quoque *ſtilus* fluit. Neque enim ſacræ literæ ſcholaſticâ docendi methodo, quæ rem definitionibus, diſtributionibus, ſimilibusque ſubtilioribus differendi generibus explicare ſolet, delectantur, ſed popularem docendi modum obſervant, quæ non tam à priori, ut loquuntur, quàm à poſteriori res notificat. Hinc frequentiſſimè effectis, & adjunctis utitur. Quæ docendi ratio ut omnis generis ingeniis, ita & divinis rebus eſt accomodatiſſima. Tanta enim eſt divinorum myſteriorum ſublimitas tantaque difficultas, ut niſi hoc modo Spiritus ſanctus infirmitati noſtræ conſuleret, vix ac ne vix quidem aliquid ſolidi de iis cognoſcere poſſemus. Accedit quòd Scriptura omnia ad pietatis praxin dirigat : adeoque potiùs ſoliditatem quàm ſubtilitatem ſpectet. Illud tamen Scripturæ artificium eſt planè divinum, quòd ejus dogmatibus diligenter penſitatis accurateque inter ſe collatis, tanta lux inde emicet, ut nihil unquàm plenius, certiùs, ſolidiùs, ac ſubtiliùs proponi poſſit. Ex quibus quivis facilè cernit, diligentem ac prudentem collationem eſſe expeditiſſimam Scripturæ clavem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

vem. Neque enim uno in loco de unâ eâdemque re, præſertim ſi divinam majeſtatem immediatè concernat, multa coacervare ſolet, ſed admirabili varietate, tanquam nimias divinæ lucis ſtrictutas, variis in locis ſpargit ac diſtribuit. Quare ſpecioſum quidem, ſed reverâ iniquiſſimum eſt adverſarii poſtulatum, quo vult, ut cùm res non raro, ut videtur, leves copiosè à Scripturâ exponantur, divinæ quàm frequentiſſimè ac copioſiſſimè inculcentur. Videmus enim, Spiritui ſancto longè aliud arridere. Quàm parcus enim eſt in divina eſſentiâ, ejusque attributis explicandis? At illa univerſæ theologiæ, imò omnium diſciplinarum, radices ac baſes eſſe quis niſi planè ſtupidus ignorat? Hanc autem ſuam parcitatem ineffabili dexteritate compenſat, dum rerum omnium narrationem ita inſtituit, ac diſponit, ut lucidiſſima ſint divinorum attributorum ſpecula. Quare negamus, ſalutis myſteria quàm diſertiſſimè in Scripturis tradi debuiſſe: ſed dicimus, ſufficere, ſi ita nobis proponantur, ut nemo ea negare queat, niſi vel ſacræ Scripturæ divinam auctoritatem, vel rectæ rationis uſum repudiare velit. Iam ad ea quæ diſputationem noſtram *ſpeciatim* concernunt, deſcendamus. Ubi ante omnia obſervandum eſt, quod diviniſſimæ epiſtolæ, quæ eſt catholicus V. T. commentarius, auctor ad Hebræos protinus in ſuo veſtibulo docet; nimirum quòd Deus olim πολυμερῶς & πολυτρόπως Patribus per Prophetas fuerit locutus. Ex quo aliisque plurimis Sacræ ſcripturæ locis conſtat, Deum omnia

Exod. 4. 12. Num. 12. 6. & alibi, profeſſum eſſe, ſe loquturum per Prophetas. At Act. 1. 16. idem Spiritui Sancto tribui; uti & loco paulò antè citato, 2. Sam. 23. 2. Tertiò ajunt, Iehovam ſæpiùs fuiſſe irritatum ab Iſraëlitis. At hoc ad Spiritum ſanctum referri Eſai. 63. 10. Heb. 3. 8, 9. Act. 7. 51. Denique verba illa Iehovæ Iſa. 6. 9. & d. Spiritui ſancto tribui Act. ult. verſ. 25, 26. Hæc, quantum hucusque animadvertere potui, præcipua ſunt teſtimonia, quibus probare adverſarii conantur, Spiritum Sanctum Deum, vel, quod majorem aliquo modo vim habet, Iehovam eſſe appellatum.

Sed primùm in nullo iſtorum locorum apertè ſcriptum eſt, aut ex profeſſo traditum, Spiritum Sanctum eſſe Deum: cum ubique per conſequentiam aliquam id ſit concludendum; & illa quidem, ex quibus concluditur, Spiritum ſanctum Iehovam eſſe appellatum, fere diverſiſſimis in locis ſint ſcripta. Itaque ne milleſimus quidem inter rudiores, niſi ab alio admoneatur, alia cum aliis eſſet collaturus, præſertim ita; ut hujusmodi concluſionem, qualem adverſarii volunt, inde eliceret. Etſi verò nos legitimas conſecutiones minimè repudiamus: oſtendimus tamen, neceſſe hîc eſſe, ut tales exſtent in ſac. literis loci, in quibus apertè ſcriptum ſit Spiritum ſanctum eſſe Deum quia fieri non poſſit, ſit is Deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Deus ille ſummus ſit, quin id apertiſſimè ac creberrimè ſit ſcriptum, atque ex profeſſo explicatum. Itaque, ſi talia loca proferri non poſſunt; concludi jure poteſt, conſequentias, quæ ad eam rem probandam nectuntur, legitimas non eſſe. Id autem, ſi eas examinaveris, quas proferri ab adverſariis vidimus, haud difficulter deprehendes. Etenim argumenta, quæ ex iſtis locis petuntur, plæraque eâ potiſſimùm ratione nituntur, quòd quæ in uno loco Deo aut Iehovæ tribuuntur, ea vel alibi, vel eodem in loco Spiritui ſancto tribuantur. Quæ ratio quàm fallax ſit, ex eo poteſt intelligi, quòd hoc pacto non tantùm concludi poſſet, Spiritum ſanctum eſſe Deum aut Iehovam, ſed etiam Spiritum ſanctum eſſe Patrem, aut Filium; itemque Filium eſſe Patrem, & contrà quia ipſi adverſarii contendunt, opera Trinitatis ad extrà eſſe indiviſa, ſeu omnibus perſonis communia; & loca non pauca proferunt, ubi vel iiſdem in verbis, vel in diverſis, eadem res tribuatur vel omnibus illis perſonis, vel earum duabus. Et ratio ſatis eſt manifeſta, cur ejuſmodi conſequentia illegitima ſit. quia res ſimiles à diverſis cauſſis proficiſci, aut circa diverſa objecta verſari, aut diverſis ſubjectis ineſſe poſſunt: imo eadem prorſus opera à diverſis cauſis vel coordinatis, ut loquuntur, ſeu inter ſe unitis, vel ſubordinatis, quarum nimirum altera pendeat

ab

omnia quidem ad ſalutem neceſſaria ab initio mundi Patribus ſignificaſſe, ſuam tamen doctrinam ita diſpenſaſſe, ut indies clarioribus modis ac pleniori gradu eam proponeret. Unde tres periodi, vel ut Scriptura loquitur עֹלָמִים *ſecula*, obſervanda ſunt; in quibus quidem ſingulis tres perſonæ cognitæ fuerunt, ſed non ſine ſingulari modo ac ordine. Primum ſeculum fuit Patris, in quo licèt Dei Filius ſæpiſſimè Angeli officium ſubierit, omnia tamen ad Patrem retulit. Alterum eſt Filii: in quo ejus cognitio & cultus quaſi maximè urgetur. Ideò Chriſtus dicit Joh. 16. 14: *Non enim loquetur, Spiritus ſanctus, à ſe ipſo, ſed quæ audiverit loquetur, & ventura annuntiabit vobis. Ille me glorificabit, quia ex meo ſumet.* Tertium ſeculum erit Spiritus ſancti, ſeculum illud ſeculorum, in quo electi divinitatem ejus, omnipotentiam ac Majeſtatem non tàm audient, quàm re ipsâ experientur. Nam Spiritus ſanctus quaſi proximè erit omnia in omnibus. Quamvis autem, ut jam diximus, in quolibet ſeculo tres perſonæ cógnitæ fuerint, & neceſſariò ad ſalutem cognoſci debuerint, univerſæ tamen ſalutis œconomia uni perſonæ fuit applicata. Nam quicquid in primo ſeculo inſtitutum fuit, eò quaſi immediatè ſpectavit, ut ex Filii ac Spiritus ſancti operibus Pater quàm clariſſimè cognoſceretur; quæ verò in ſecundo ſeculo geruntur, eò præcipuè deſtinantur, ut Filius agnoſcatur: in tertio demum ſeculo Spiritus ſanctus ſeſe quaſi effundet. Nam in perfectiſſimâ ejus participatione vita æterna conſiſtet. Conjunctiſſima

tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tamen planéque mutua & reciproca eſt horum trium teſtium notificatio. Ex his facile intelligitur Scripturæ conſuetudo, cur creberrimè ac ferè ſemper Patrem Deum vocet: ſæpiſſimè quidem, non tamen toties, Filiùm, quoties Patrem; deniquè rariſſimè Spiritum ſanctum: imò nunquam disertè legatur, *Spiritus ſanctus eſt Deus*. Deinde quia Pater tanquam inviſibilis & lucem inacceſſam habitans deſcribitur; Filius autem ut fidelium mediator, & Spiritus Sanctus ut Advocatus, intimè in ipſorum cordibus habitans. Itaque cum hi duo operatione ſuâ ſe ipſos ſatis indicent, non fuit opus, ut toties expreſsè Deus vocarentur. Accedit tertia cauſa longè maximi momenti, quòd uterque tam Filius quam Spiritus ſanctus relativa nomina habeant, eaque ex nomine Dei combinata. Nam dum Chriſtus Filius Dei, & Spiritus ſanctus Spiritus Dei vocatur, quilibet rectâ ratione utens facilè intelligit, præſertim ſi ipſorum attributa ac opera perpendat, eos quoque eſſe Deum. Quis enim neſcit, Filium eſſe ejuſdem cum Patre eſſentiæ, & Spiritum eſſe ejuſdem eſſentiæ cum eo cujus eſt Spiritus? Minùs quoque neceſſarium eſt, ut Spiritus ſanctus disertè vocetur Deus quàm Filius; tum quia Filius aſſumſit naturam humanam, quæ in hunc uſque diem incredulis ſummæ Deitati repugnare videtur; tum quia Spiritus ſancti operatio eſt proxima atque intima; tum deniquè quia Filii Deitate cognitâ Sp. ſancti Deitas non poteſt eſſe obſcura. Quare ut quæ fuſius diximus ſummatim complectamur, dicimus: Quod & ſubſiſtendi

ab altera, eive ſubſerviat, proficiſci poſſunt. Si quid præterea videtur eſſe roboris in illis locis, id ſingulis excuſſis, nullum eſſe, facilè deprehendetur.

Vt igitur ſingulos, quantum opus erit, examinemus; primus ex Act. 5. citatus, nequaquam id, quòd adverſarii volunt, probat. Primùm, quia, ut ab aliis [a] *quoque animadverſum eſt, aliter in Græco, quam in vulgata verſione legitur. Neque enim iſtic ſcriptum eſt*, Mentiri te Spiritui Sancto, *quod Græcè eſſet* ψεύσασθαί σε τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ: *ſed* mentiri te Spiritum Sanctum, *vel (ut doctiſſimus quidam* [b] *inter adverſarios interpres reddidit)* ut falleres Spiritum Sanctum, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *quam verſionem & alii quidam* [c] *attigerunt: ſed præjudicata illis opinio obſtitit, ne penitus approbarent. Comprobat autem hanc verſionem id, quod infrà legitur verſ. 9. ubi idem Ananiæ & Sapphiræ crimen his verbis explicat Petrus;* Quid utique convenit vobis, (*ſeu* quid eſt, cur convenerit inter vos) tentare Spiritum Domini? *Idem nempe eſt*, Tentare Spiritnm Sanctum, *&* Spiritum Sanctum ψεύσασθαι. *Tentarant autem illi Spiritum Sanctum, quia perinde egerant, ac ſi explorare vellent, num Spiritus Sanctus in Apoſtolis habitans, ſeu ipſi Apoſtoli, Spiritus Sancti in ſeſe habitantis vi, fraudem animadverſuri eſſent,*

[a] Vide Eraſmi annotat. & Bezam.

[b] Iohan. Piſcat.

[c] Beza.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſſent, nec ne. Vnde idem, quem ſuperius laudavimus, interpres, qui ita reddiderat verba verſic. 5, Ut falleres Spiritum Sanctum; *ad eum modum illa poſtmodum explicat:* ut fallere conareris Spiritum Sanctum, id eſt, nos Apoſtolos, in quibus agit Spiritus, & quibus revelat, quæ opus eſt ad ædificationem Eccleſiæ. Metonymia adjuncti. *Non commemoro nunc illam eorum verborum explicationem, quam Eraſmus tradidit, & alii quoque viri docti ſunt ſequuti, quòd,* mentiri Spiritum Sanctum, *ſit ſimulare Spiritum Sanctum. Ex his autem facilè apparet, haudquaquam ex eo loco concludi poſſe, Spiritum Sanctum eſſe Deum. cum alia modo de Spiritu Sancto loquatur Petrus, alio de Deo. Illic dicit;* mentiri *ſeu* fallere *ac ludificari* Spiritum Sanctum*: hîc,* mentiri Deo. *Illud ſimpliciter objectum, circa quod fraus ac ludificatio verſetur, denotat: hoc verò ſcopum ultimum, in quem injuria ac contumelia iſta redundet. Ideo enim Petrus, poſtquam dixiſſet, Ananiam fallere voluiſſe Spiritum ſanctum, eumque mendacio ſuo ludificari; addidit, eum non hominibus mentitum, ſed Deo: ut is peccati ſui gravitatem tanto magis cerneret. q. d. non debes putare, hanc injuriam ad nos tantùm ſpectare, & in nobis terminari. tendit enim illa in contumeliam ipſius Dei. Id verò addere nequa-*

ſiſtendi operandique modus ac ordo, & ſapientiſſimum Dei conſilium ejuſque œconomia, & univerſæ Sacræ ſcripturæ conſuetudo requirat, ut eo modo ac non alio Sacroſancta Trinitas in Scripturis manifeſtetur.

At nullum locum in universâ Scripturâ occurrere, in quo ex profeſſo traditum atque aperte ſcriptum ſit, Spiritum ſanctum eſſe Deum, vel ambiguè ab adverſario dicitur, vel apertè refutatur. Si enim hoc ita intelligat, ut aliquam propoſitionem petat, in quâ dicatur, *Spiritus Sanctus eſt Deus*, concedimus: ſed monſtret mihi quoque propoſitionem; *Pater eſt Deus.* Si verò hoc velit, ut ex locorum refutatione velle videtur, quòd nullibi aliquid de Spiritu ſancto dicatur, quod vel in eodem, vel in alio loco de Jehovâ dictum eſſe Scriptura teſtetur, affirmat id quod ſacrarum literarum lectio evidenter refellit. Cùm autem noſtri inſtituti hîc ſit, adverſarii argumentis ſatisfacere potiùs, quàm ſententiam noſtram probare, hâc vice nobis ſufficiat, loca ab ipſo enervata tueri ac confirmare.

Ac primò quidem, quantum ejus exceptio, quòd in nullo iſtorum locorum apertè ſcriptum, aut ex profeſſo traditum ſit, Spiritum ſanctum eſſe Deum, valeat, paulò ante vidimus. Quòd verò conſequentiam, quæ ſynonymiâ nititur, repudiat, ejus pertinaciam ſatis indicat. Cui etiam adſcribendum eſt, quòd legitimas conſecutiones ſacrarum literarum collatione nixas rejicit: quo ipſo quàm egregiè de divinâ veritate mereatur, infrà oſtendetur. Sanè actum eſt de univerſo Chri-
ſtianiſmo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſtianiſmo, ſi omnes illæ conſequentiæ illegitimæ cenſendæ ſunt, quibus alia quàm frequentiſſimè ac creberrimè ſcripta atque ex profeſſo explicata inferuntur. Rationem quoque communem quâ hæ conſequentiæ nituntur, ſophiſticè depravat. Neque enim ſimpliciter ita concludimus: Quæ in uno loco Deo, aut Iehovæ tribuuntur, ea vel alibi, vel eodem in loco Spiritui Sancto tribuuntur: ergo Spiritus Sanctus eſt Iehovah, ſed ita argumentamur: Quæ in uno loco Deo aut Iehovæ tanquam propria ejus attributa ac opera tribuuntur, ea vel alibi, vel eodem in loco Spiritui Sancto eodem modo tribuuntur: ergo Spiritus Sanctus quoque eſt ille Deus, & ille Iehovah. Quod noſtrum principium planè eſt invictum, & primo rectæ rationis lumine ac dictamine nititur. Nam cuicumque competit operatio propria, ei etiam competit vis proportionalis: & cui competit vis operandi propria, ei quoque neceſſariò competit eſſentia: Itaque ubi pluribus eadem operatio propria æqualiter tribuitur, ibi neceſſe eſt ut iis una eademque eſſentia competat. Hæc axiomata ita ſuâ luce radiant, ut iis negatis non ſolùm univerſa pietas, ſed etiam omnis humana ſcientia funditus tollatur. Fallaciſſima autem eſt adverſarii applicatio, dum contendit, pari ratione poſſe concludi, Spiritum ſanctum eſſe Patrem aut Filium. Etenim communia cum propriis confundit. Quamvis enim opera Patris etiam dicantur opera Spiritus vel Filii, nunquam tamen illa eodem modo ac ordine ſingulis tribuuntur. Quare accuratiſſimè obſervandum

nequaquam fuiſſet opus, ſi dixiſſet, Ananiam mentitum eſſe Spiritui ſancto, eique ex doctrina Apoſtolica jam conſtitiſſet, Spiritum ſanctum eſſe Deum ipſum. Non abſimilis eſt huic locus 1. *Theſſ.* 4. 8. *ubi cùm dixiſſet Apoſtolus, quæ præcepta illis dederit per Dominum Ieſum, & qua conditione illos vocarit Deus, addit*; Itaque qui hæc ſpernit, (*Gr. ſimpliciter*, qui ſpernit,) non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum Sanctum in nobis. (*Gr.* in nos.) *q. d. ut pote qui Spiritum ſuum ſanctum nobis dedit, quo nos regi, & cujus impulſu nos loqui apparet. Vnde patet, eam injuriam, ac noſtri præceptorumque à nobis traditorum contemtum, in ipſum Deum vergere. Sed deinde, etiamſi diceretur, Ananiam mentitum fuiſſe Spiritui ſancto, & ſimul mentitum Deo; inde tamen non ſequeretur, Spiritum ſanctum eſſe Deum. Nam uno eodémque actu poteſt quis duobus mentiri, & uni quidem per alterum; ſeu uni immediate, ut hic Spiritui ſancto in Apoſtolis habitanti; alteri mediatè, ut Deo. Sic qui fideles perſequitur, perſequitur Chriſtum ipſum: qui Apoſtolos audit ac recipit, vel contra ſpernit, audit ac recipit, vel ſpernit Chriſtum; qui Chriſtum, ipſum etiam Deum, qui eum miſit, Matth.* 10.40. *Luc.* 10.16. *Num verò inde quiſquam concluſerit, vel fideles*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

fideles, vel Apoſtolos eſſe Chriſtum; vel Chriſtum eſſe eum, qui ipſum miſit, nempe Patrem? Atqui ſi ita licet argumentari: Ananias mentitus eſt Deo: Ananias mentitus eſt (eodem nimirum tempore & actu) Spiritui ſancto: Ergo Spiritus ſanctus eſt Deus; ita etiam licebit argumentari: Paulus a *perſecutus eſt Chriſtum; Paulus perſecutus eſt (eodem nimirum tempore & actu) fideles: Ergo fideles ſunt Chriſtus. vel, Qui Apoſtolos audit, audit Chriſtum; atque idem audit eum, qui miſit Chriſtum: Ergo is, qui miſit Chriſtum eſt Chriſtus. Quid verò ad has argumentationes reſpondebunt adverſarii? proculdubio, plus eſſe in concluſione, quàm in præmiſſis. Idem ergo ſibi reſponſum putent. Ita enim concludendum erat: Ergò aliquis, qui mentitus eſt Spiritui ſancto, mentitus eſt Deo. uti & in illis, quæ nos attulimus: Ergo aliquis, qui perſecutus eſt fideles, perſecutus eſt Chriſtum: aliquis, qui audit eum, qui Chriſtum miſit, audit ipſum Chriſtum. Plura de hoc loco diximus, quia plus in eo roboris ponitur: nec tamen omnia, quæ dici adhuc poſſent. Cætera aliquanto breviùs percurremus.*

a Act. 9. 4. 5: 22. 7, 8: 26. 14, 15.

Quod ergo ad ſecundum locum attinet, qui extat 1 *Cor.* 6. 19, 20: *non habetur in Græco.* & portate *Deum in corpore veſtro, nec* Dei *nomine Spiritus ſanctus intelligitur, ſed ab eo apertè diſtinguitur. Ita enim*

vandum eſt, opera perſonis divinis attributa vel conſiderari quâ opera divina ſunt, vel quâ hujus aut illius perſonæ opera divina ſunt. Si priori modo conſiderentur, rectiſſimè concludimus, ſingulas perſonas, quibus illa competunt, eſſe Deum ſeu Jehovam, minimè verò eſſe hanc aut illam perſonam. Si verò ſpeciali modo aut ordine alicui tribuantur, non eodem modo, aut ordine tribuuntur alii. Itaque ut ex communis operationis æquali applicatione eſſentiæ unitas, ita ex eorum quibus attribuuntur diſtinctione, perſonarum diverſitas irrefutabiliter colligitur. Hinc vox *Iehovah*, item *Deus*, aliquando propriè ſeu communiter & eſſentialiter, aliquando, & quidem frequentiùs, impropriè ſeu ſynecdochice & perſonaliter accipitur. Quamvis igitur res ſimiles à diverſis cauſis proficiſci, aut circa diverſa objecta verſari, aut diverſis ſubjectis ineſſe poſſint: imò eâdem prorſus operâ à diverſis cauſis vel coordinatis, vel ſubordinatis proficiſci queant: fieri tamen non poteſt, quin is ſummus Deus ſit, cui ſummi Dei propria effecta, propria objecta, & propria adjuncta tribuuntur.

Quibus rectè obſervatis adverſarii argutiæ facilè diſſolvuntur. Atque ut primum locum ab ipſius injuriâ quàm clariſſimè vindicemus, noſtram demonſtrationem præmittemus: tum inſtantiis ipſius ſatisfaciemus. Sic itaque diſputamus ex hoc loco. Cuicumque *primariò* mentitus eſt Ananias, is eſt Deus. At Spiritui ſancto, *primariò*, mentitus eſt Ananias. Ergò Spiritus ſanctus eſt Deus. Majorem proba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

probamus ex v. 5. *Non mentitus es hominibus ſed Deo.* Poſſumus autem majorem etiam ſimpliciter ſic formare: Cui mentitus eſt Ananias, is eſt Deus. Sive enim juxta mentemPetriAnanias tantùm mentitus ſit Deo, ſive non tàm hominibus quàm Deo, id nobis perinde eſt, quia hanc phraſin *mentiri Deo* eodem modo ſumimus in aſſumptione, quo in propoſitione. Si autem Ananias non hominibus, ſed Deo eſt mentitus, utique cuicunque eſt mentitus, is Deus eſt. Nam non ſolùm hominum excluſione omnes aliæ perſonæ (cum hoc in loco Angeli locum habere nequeant) excluduntur, ſed etiam diſertâ Dei expreſſione id ipſum clariſſimè docetur. Aſſumtionem probamus duplici ſyllogiſmo ex *v.* 3. 4. Primò: Quem hoc actu fallere conatus fuit Ananias, illi hoc actu fuit mentitus. At Ananias hoc actu voluit fallere Spiritum ſanctum: *verſ.* 3. Ergò Ananias hoc actu fuit mentitus Spiritui ſancto. Propoſitio ſatis eſt manifeſta. Nam mendacium illud erat medium, quo Spiritum ſanctum fallere cogitabat. Deinde: Quem hoc actu Ananias tentavit, illi hoc actu fuit mentitus. At hoc actu tentavit Spiritum Domini: *verſ.* 9. Ergò hoc actu mentitus fuitSpritui ſancto. Propoſitio ſeu major negari nequit. Quem enim aliquis ſeriâ rei occultatione tentat, ei omnino mentitur. Eſt igitur manifeſtum, quòd Ananias mentitus fuerit Spiritui ſancto, cumque nonniſi Deo mentitus ſit, Spiritus ſanctus ſit Deus. Atque ideò peccatum gravius fuit: quia peccatum in Spiritum ſanctum commiſſum longè gravius eſt peccato

enim totus locus in Græco legitur: An neſcitis, quòd corpus veſtrum templum ejus, qui in vobis eſt, Spiritus Sancti ſit, quem habetis à Deo; & non ſitis veſtri? Emti enim eſtis pretio. Glorificate igitur Deum in corpore veſtro, & in Spiritu veſtro, quæ ſunt Dei. *Nónne hîc Spiritus Sanctus à Deo manifeſtè diſtinguitur, dum dicitur,* quem (*ſcil. Spiritum Sanctum*) habetis à Deo? *de eodem autem Deo loquitur etiam in ſequentibus,* Glorificate igitur Deum in corpore veſtro, *&c. De Spiritu ſancto in iis Apoſtolum non loqui, vel illud eſt argumento, quòd de eo loquitur, cui nos tanquam mancipia emti pretio ſumus. Quis autem uſpiam legit, nos Spiritui ſancto emtos eſſe? Patri nos eſſe à Chriſto emtos ac mancipatos, tum res ipſa loquitur, tum facilè conſtare poteſt ex illis Apocalypſeos verbis, quæ extant cap. 5. 9, 10: & c. 14. 4. Quòd ſi dicant, inde probari, Spiritum Sanctum eſſe Deum, quia nos ejus templum ſimus; templum enim non eſſe niſi ipſius Dei: primùm non ſequetur, Spiritum ſanctum hîc appellatum eſſe Deum, & quidem apertè; qua de re nunc eſt quæſtio. Multa enim loca iidem adverſarii ſolent proferre, ex quibus evincere conantur, vel Spiritum ſanctum, vel Chriſtum eſſe Deum, nempe ſummum, ubi tamen Chriſto, aut Spiritui ſancto,* Dei *nomen attributum*

 non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

non eſſe, tum ipſi fatentur, tum omnes cernunt. Deinde templum poteſt eſſe non tantùm ſummi Dei; ſed etiam ejus, qui illi ſit in imperio cultuque divino, non hominum tantùm opinione, ſed revera ſubordinatus. Poſtremò eatenus tantùm concedi poteſt, templum non eſſe niſi ipſius Dei, quatenus templum non alterius alicujus perſonæ honori revera dicatum eſt, nec ab alia perſona, diviniori quodam jure poſſidetur; ac principaliter incolitur, quàm à Deo. Cæteroquin & ab angelis aliqua ratione, tanquam Dei miniſtris incolitur, & in eo virtus atque efficacia Dei quodammodo habitat, ita ut & ipſius virtutis divinæ templum eſſe jure dici queat. quandoquidem Deus efficaciâ ac virtute ſuâ incolit templum ſuum, illud præſertim, de quo in illo ad Corinthios loco agitur. Quare ſi quis ex eo, quòd corpus noſtrum Spiritus ſancti templum ſit, concludere velit, eum eſſe Deum; illi demonſtrandum eſt, ita corpus noſtrum Spiritus ſancti templum dici, ut intelligatur, eum eſſe perſonam cujus honori corpus noſtrum ſit dicatum, & à qua corpus noſtrum eo jure, quod divini numinis proprium eſt, poſſideatur, ac principaliter incolatur. At id demonſtrare impoſſibile eſt; & falſum eſſe, vel ex eo apparet, quòd in loco huic noſtro ſimillimo, qui extat ſuprà in eadem ad Corinthios epiſtola cap. 3. 16. inde non obſcurè probat Apoſtolus, nos

peccato in Patrem vel Filium commiſſo. Licet enim hoc peccatum Ananiæ non videatur fuiſſe peccatum in Spiritum ſanctum per excellentiam ſic dictum: tamen in ipſius perſonam quaſi immediatè fuit commiſſum; quia evidentiſſimam ejus operationem hoc ipſo in dubium vocavit, imò negavit. Fuit igitur peccatum in Sp. ſanctum non ratione modi, ſed objecti. Iam videamus, quid contra nos excipiat adverſarius. Primò dicit, non haberi in Græco, ψεύσασθαί σε τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, *mentiri te Spiritui ſancto*; ſed ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *ut falleres Spiritum ſanctum.* Utrumque quidem concedimus; ſed utramque phraſin eodem recidere contendimus. Admittimus enim illam interpretationem, *Vt falleres Spiritum ſanctum*, id eſt, ut fallere conareris. Re ipsâ enim non fefellit, nec fallere potuit. Sed ideóne infirmatur noſtrum argumentum? Imò magis confirmatur. Fieri enim nullâ ratione poteſt, ut aliquis aliquem ejusmodi actu fallere conetur, niſi ei mentiatur. Poteſt aliquis alicui mentiri, nec tamen animum fallendi habere, modò fallere propriè ſumatur: ſed nullo modo poteſt quis verbis falſum dicendo aliquem fallere niſi ei mentiatur. Quid enim alicui mentiri, eſt aliud, quàm coram aliquo mentiri, ſeu falſum, quod ſcit eſſe falſum, aſſeverandi animo coram aliquo dicere. Quamvis autem ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, & πειρᾶσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, non ſint planè idem, attamen affinia ſunt ac inter ſe conjuncta. Poſſumus enim aliquem tentare, quem non poſſumus fallere Tentare enim

enim hoc in loco eſt alicujus ſcientiam explorare, ſeu experiri num ſciat: fallere autem hîc eſt, alicui aliquid falſi perſuadere, ſeu aliquem in errorem præcipitare. Quare denuò argumentum noſtrum corroboratur. Quem enim quis mentiendo tentat, illi perfectò mentitur. Imò poteſt aliquis alicui mentiri, quem tamen non tentat: ut ſi quis homini, quem probè novit rerum Indicarum ignarum eſſe, multa de Indiâ mentiatur, mentitur quidem illi, ſed eum non tentat. At viciſſim fieri nequit, ut eum tentet, niſi ei mentiatur, vel ſaltem falſum dicat. Tentabant autem Spiritum ſanctum, quia explorare volebant, num Spiritus ſanctus hanc fraudem animadverſurus eſſet, non verò num in Apoſtolis habitaret? Itaque omnis hæc injuria primariò redundabat in Spiritum ſanctum. Apoſtoli enim aperte teſtabantur, ſe non ſuâ ſapientiâ, ſed ex Spiritus ſancti revelatione talia ſcire. Rectè autem facit adverſarius, quòd non commemorat Eraſmi ſententiam, *mentiri Spiritum Sanctum*, eſſe *ſimulare Spiritum ſanctum*. Quilibet enim videt, hanc gloſſam à textu eſſe alieniſſimam. Quomodo enim ejusmodi occultatione Spiritum ſanctum ſimulare vel potuit, vel velle potuit? Non igitur alio, ſed efficaciori modo Petrus loquitur de Spiritu ſancto, quàm de Deo. Illîc quidem dicit, fallere Spiritum ſanctum: hîc verò, mentiri Deo. At illud non tantùm ſimpliciter objectum, circa quod fraus ac ludificatio verſetur, denotat, ſed longè magis ſcopum ultimum, in quem injuria ac contumelia iſta redundet, indicat.

nos eſſe Dei templum, quia ipſius Spiritus in nobis habitet. quemadmodum & Iohannes probat, Deum in nobis manere, quia de Spiritu ſuo nobis dederit, 1. Ioh. 3. 24. 4, 13. *Nam ſi Spiritus ſanctus talis eſſet perſona, qualem diximus, atque adeò ipſe Deus ſupremus; quid opus eſſet inde concludere, Deum in nobis manere, aut nos templum ipſius eſſe, quia ipſius Spiritus in nobis ſit; & non potiùs ex eo, quia ipſe ille Spiritus, qui in nobis habitet, Deus ſit? Quid, inquam, opus eſt oſtendere nos eſſe templum Dei, qui à Spiritu ſancto diſtinctus ſit, & eo interveniente in nobis habitet; & non potiùs Dei, qui ſit Spiritus ille ipſe in nobis habitans, & non per aliam, ut adverſariis noſtris placet, perſonam, ſed per ſe ipſum, nos tanquam templum ſuum incolens? Verùm enim verò norant Apoſtoli, ſupremi numinis non eſſe, perſonâ ac ſubſtantiâ ſuâ templum qualecunque in terris incolere, & in hominum pectoribus habitare, ſed virtute atque efficaciâ ſuâ. ideo non ex eo, quòd ipſemet Spiritus ſanctus, qui in nobis habitat, Deus ſupremus ſit, concludunt, nos Dei templum eſſe, aut Deum in nobis manere; ſed ex eo, quòd Dei illius Spiritus in nobis habitet, & ab eo nobis datus fuerit. Cujus enim numinis Spiritus, ſeu vis atque efficacia, alicubi habitat, illud ipſum numen ibi habitare dicitur, & ejus templum illud eſt, in quo virtus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſius veluti ſedem fixit.

Tertius locus, qui extat 1.Cor. 12. 5,6, itidem contrarium apertè probat. Manifeſtè enim illic Spiritus unus *ſeu* idem, *diſtinguitur & ab* uno *eodemve* Deo, *& ab* uno *eodemve* Domino, *qua de re ſuperiùs*[a] *actum. Quòd ſi ex unitate operationis, quæ ex collatione v. 6, & 11. apparet, velint colligere, eundem eſſe Deum illum unum, & unum Spiritum; primùm aliud eſt, Spiritum ſanctum eſſe illum unum Deum; aliud eum unum illum Deum appellari, qua de re hîc agitur. Deinde concludendum erit, etiam Deum illum, qui per Spiritum ſuum iſta omnia operatur, eundem eſſe cum Spiritu illo ſuo; quia eædem operationes utrique conveniant: h. e. Patrem eſſe Spiritum ſanctum, & contra: imò tres, quæ ſtatuuntur, perſonas eſſe unam, ac de ſe invicem prædicari; quia eædem ſint earum operationes ad extra, de quibus hîc ſermo. Sed hac de re ſuperiùs etiam dictum.*

Similiter nec quartus locus, qui extat 2.Sam.23.2,3, probat, Spiritum ſanctum eſſe Deum, ſed potiùs, non eſſe; nedum ut Deus aut Iehova apertè ibi appelletur. Nam apertè illic à Domino ſeu Iehova, qui Deus ille unus eſt, diſtinguitur, dum Spiritus Domini ſeu Iehova dicitur. qua de re in ſequentibus[b] *plura. Quòd autem illi ita argumentantur: Deus loquutus eſt per Davi-*

a ſect. 1. cap. 4.

b infrà cap. 5.

dicat. Etenim cùm iſtius mendacii ſcopus fuerit, fallere Spiritum ſanctum, neceſſe eſt ut ſicut fallere mendacii, ita fallendus injuriæ præcipuus ſcopus fuerit. Qui enim actionis proximæ objectum & ſcopus eſt, eum etiam mediæ actionis ſcopum eſſe, quis non animadvertit? Aliis autem verbis utitur Petrus: qui *verſ.* 3. Ananiæ conſilium & ſcopum: *verſ.* 4. eventum: *nono* autem *verſu* modum actionis exprimit. Quo ipſo peccati quidem gravitatem patefacit, ſed inſimul oſtendit in quem & contra quem peccarit. Mens igitur Petri eſt: Cum Spiritum ſanctum, qui Deus eſt, fallere conatus fueris, quamvis ipſum nullâ ratione fallere potueris, non tamen hominibus, ſed Deo mentitus es, quia omnis illa fraus, quam erga nos exercuiſti, in Spiritus ſancti contumeliam redundavit. Etſi autem non fuiſſet opus, ut Petrus hoc diceret, commodiſſimè tamen dixit. Tametſi enim Ananiæ ex doctrinâ Apoſtolicâ conſtare poterat, Spiritum ſanctum eſſe Deum, verâ tamen fide id non credebat; ſecus tam atrox peccatum non commiſiſſet. Quod locum 1. *Theſſ.* 4. 8. attinet, etiamſi is prout vult adverſarius explicetur, nihil tamen contra nos facit. Nam quicunque in ſenſu comparato ita ſpernitur, omnino juxta Apoſtolum eſt Deus. Sed jam negat ſequi, Spiritum ſanctum eſſe Deum, etiamſi diceretur, Ananiam mentitum fuiſſe Spiritui ſancto, & ſimul mentitum Deo. Poſſe enim aliquem uno eodemque actu duobus mentiri; & uni quidem per alterum: ſeu uni immediatè, ut hîc Spiritui ſancto in Apoſtolis habitanti;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tanti; alteri mediatè, ut Deo. Verùm propoſitionem noſtram univerſalem eſſe, ſupra ex hoc loco demonſtravimus. Præterea perſpicuum eſt, quòd primariò, ac, ut adverſarius loquitur, mediatè Ananias Spiritui ſancto fuerit mentitus. Ei enim primariò mentitus fuit, quem primariò tentavit ac fallere conatus fuit. At Spiritum ſanctum primariò tentavit, eumque fallere voluit. Ipſi enim in Apoſtolis mentitus fuit in iiſque eum tentavit ac fallere conatus fuit. Nec potuiſſet omittere Petrus Spiritûs ſancti exceptionem, ſi adverſarii exceptio locum haberet. Debuiſſet enim ſic efferre: *Non hominibus, nec Spiritui ſancto, ſed Deo mentitus fuiſti.* Item, *Deum fallere voluiſti, Deum tentâſti.* Accedit quòd quivis cernat, non niſi perſonam tentari & falli, ac non niſi perſonæ aliquem mentiri poſſe? Quis unquam audivit, quod virtus aliqua tentetur, fallatur, aut virtuti aliquis mentiatur? At ſi Spiritus ſanctus, eſt perſona, utique Deus erit. Aliud enim ſine maximâ abſurditate fingi nequit. Loca autem *Matth.* 10. 40. *Luc.* 10. 16. nihil ad rem faciunt. Non enim in illis dicitur: *Non homines recipiunt, ſed me. Non homines contemnit, ſed me.* Imò etſi ejuſmodi dicta occurrerent, rectiſſimè tamen argumentaretur, qui eum, quem in ſenſu comparato ſeu ſublimiori vel recepiſſent, vel contemſiſſent, Deum eſſe concluderet. Itaque tum demum hunc ſyllogiſmum; Paulus perſecutus eſt Chriſtum: Paulus perſecutus eſt fideles: Ergò fideles ſunt Chriſtus: nobis obiiciat, cùm ex Scripturis hanc propoſitionem oſtenderit: *Quemcunque Paulus eſt perſe-* *Davidem: Spiritus ſanctus loquutus eſt per Davidem: Ergo Spiritus ſanctus eſt Deus; quivis facilè cernit, quàm fallax ſit hæc argumentatio: cum conſtet ex puris affirmativis in ſecunda figura, ut in ſcholis loquuntur. Quod ſi argumentum ejuſmodi admittendum eſt, ita quoque concludere poterimus; Deus Pater loquutus eſt per Davidem: Spiritus ſanctus loquutus eſt per Davidem: Ergo Spiritus ſanctus eſt Deus Pater. Major enim tum propter communionem illam operationum, quam inter perſonas Trinitatis ſtatuunt, ab adverſariis eſt concedenda, tum propter ipſa ſacræ ſcripturæ dicta. Nam ut unum tantùm nunc producam locum; Act.* 4. 25. *ajunt de Deo Patre Apoſtoli, quòd* per os David pueri, *ſeu* ſervi ſui loquutus fuerit, *nempe* Spiritu ſancto, *ut habet interpretatio vulgata. Deum autem Patrem iſtic intelligi, patet ex* verſ. 27. *ubi Ieſus appellatur puer ſeu Filius illius, quem Apoſtoli alloquuntur, Dei. Et ſanè loquebatur Deus per Spiritum ſuum, ſeu Spiritu ſuo interveniente, per Davidem, quatenus ei Spiritu, atque efficaciâ ſuâ, & patefaciebat ea quæ dicere debebat, & ad ea proferenda illum impellebat. Sic in Apocalypſi cap.* 2. & 3. *ſub finem ſingularum Epiſtolarum ad Angelos Eccleſiarum Aſiaticarum leguntur illa verba:* Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.

 Atqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Atqui in illis Epiſtolis perpetuò loquitur Chriſtus Dei Filius. Quare ſi adverſarios argumentantes ſequi deberemus, concludendum foret, Spiritum illum, nempe ſanctum, eſſe Chriſtum Dei Filium. Loquebatur nimirum illic Chriſtus, ſed per ſpiritum ſuum, cui propterea etiam loquendi actio ibidem tribuitur. Quòd ſi invertere majorem ſuam velint adverſarii, & hoc modo argumentari: Quicunque per Davidem loquutus eſt, is eſt Deus Iſraelis; ea propoſitio nec continebitur in loco citato, ex quo argumentum ducitur; nec erit admittenda, niſi ita ſumatur: Quæcunque perſona principaliter loquuta eſt per Davidem, ea eſt Deus ille Iſraëlis. Iam ſi ſubſumas: Spiritus ſanctus eſt perſona, quæ principaliter loquuta eſt per Davidem; ea itidem nec in loco citato continebitur, nec ullo pacto erit concedenda. Sed deinde alio modo de Deo ibi loquitur David, alio de Spiritu ſancto. De hoc dicit: Spiritus Domini locutus eſt per me; *de ipſo autem Deo: Dixit Deus Iſraël* mihi; *nec eâdem de re utrobique eſt ſermo. In priori enim verborum parte ſignificatur, quòd Deus per ſpiritum ſuum ad prophetias edendas Davidem impulerit: in poſteriori, quòd ipſemet Davidi aliquid dixerit, ſeu annunciari curarit, nempe de regia dignitate, quam ei* [a] *per Samuelem primùm detulit, poſtea per* [b] Nathanem, *etiam quoad poſteros,*

[a] 1. Sa. 16. 13.
[b] 2. Sa. 7. 12, & d. conf. d. 1. 2. Sam. 7. verſ. 28. 3. Reg. 5. 5. & 8. 19, & d, 1. Par. 22 8, & d. & Pſal. 88, 4. 20, & d.

perſecutus, is eſt Chriſtus: quemadmodum nos probavimus hanc majorem, ut vocant, *Cuicunque Ananias, juxta mentem Petri, eſt mentitus, is eſt Deus*. In noſtro igitur ſyllogiſmo non eſt plus in concluſione quàm in præmiſſis. Quare cùm nobis his verbis, quamvis ſat multis, non dum reſponſum fuerit, adhuc plura & ſolidiora deſideramus. Nec felicius argumentum ex 1. *Corinth.* 6. 19, 20. petitum ſolvit. Nam, ut cetera omittamus, in Scripturâ teſtatiſſimum eſt, non eſſe templum niſi ipſius Dei. Fatemur tamen, ex hoc loco non poſſe deduci, Spiritum ſanctum fuiſſe appellatum Deum. Sed templum poſſe eſſe alicujus, qui Deo ſit in imperio cultuque divino ſubordinatus, qui probat ex Scripturâ? Sed quamvis darem, rem ita ſe habere: hinc tamen adhuc ſequitur, Spiritum ſanctum eſſe perſonam. Neque enim nudæ alicui virtuti imperium cultusque divinus competit. Spiritum ſanctum autem eſſe perſonam, cujus honori corpus noſtrum ſit dicatum, & à quâ corpus noſtrum eo jure, quod divini numinis proprium eſt, poſſideatur, ac principaliter incolatur ex hâc unicâ Scripturæ phraſi, *Corpus veſtrum eſt templum Spiritus ſancti*, patet. Nam ex ipsâ templi definitione ſatis conſtat, quòd ejus, cujus eſt, honori ſit conſecratum, quòd ab eodem poſſideatur, ac incolatur, præſertim cùm Spiritus ſanctus in fidelibus toties habitare dicatur. Verba autem 1. *Cor.* 3. 16, quòd *Spiritus Dei habitet in vobis*, præcedentium, *quòd templum Dei ſitis*, non tam ſunt probatio quàm explicatio. Nam eo ipſo quo Spiritus ſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſanctus in fidelibus habitat, templum Dei ſunt. Sed ſint priorum probatio. An non id, quod obſcurius eſt, nimirum nos eſſe templum Dei, ex eo quod clarius atque teſtatius eſt, ſcilicet Spiritum Dei in nobis habitare probari potuit? Præterea obſervandum eſt, voci θεοῦ non eſſe appoſitum articulum, ſed ſimpliciter dici, οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, *quòd templum Dei eſtis:* verùm in ſequentibus eſſe articulum adjectum: καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Unde facilè apparet, quòd in priori commate vel communiter, vel pro ipſo Spiritu ſancto, in poſteriori pro Patre & Filio accipiatur. Secus planè ſupervacaneus foret articulus: imò longè commodiùs loco τοῦ Θεοῦ fuiſſet ſubſtitutum αὐτοῦ. Vis itaque argumenti Apoſtolici hæc eſt: Si Spiritus Dei, puta Patris, in vobis habitat, utique templum Dei eſtis. Is enim eſt Deus. Quin etiam ſi utrobique per Deum ſolus Pater intelligendus foret, congrua tamen adhuc foret Pauli diſſertatio. Nam omnia ad Patrem tanquam ad ordine primum à Scripturâ referri ſolent. Ad hæc etſi Deus ea, quæ templum ipſius dicuntur, etiam virtute ac efficaciâ ſuâ inhabitet, quòd tamen ſuâ perſonâ ac ſubſtantiâ ea non incolat, immenſitati ejus adverſatur: quam quia adverſarius non credit, mirum non eſt quòd talia aſſerat. Præterea cum Spiritus ſanctus non ſolùm in fidelibus habitare, ſed etiam fidelium corpora ipſius templa eſſe dicantur, haud difficulter ea, quæ de numinis vi ſeu efficaciâ differit, refelluntur.

Quamvis autem adverſario largiamur, quòd *ſteros, confirmavit. Hac igitur in re Deus non per Davidem eſt loquutus, ſed per alios Davidi. Quòd verò id nihilominus per Spiritum Dei factum eſt, id quod ad vim illorum verborum attinet, planè per accidens eſt. Perinde enim fuiſſet, ſi Deus coràm, ſine ullo Propheta, qui divino afflatu duceretur, Davidem fuiſſet alloquutus.*

Facile jam eſt ad illa quoque loca reſpondere, quibus probare alii conantur, Spiritum ſanctum Iehovam appellari. In nullo eorum apertè ſcribi, Spiritum ſanctum eſſe Iehovam aut Deum, id quod ad argumentum noſtrum evertendum requirebatur, quivis cernit. Sed nec illud probant, Spiritum ſanctum eſſe Iehovam. Cum enim dicitur Deuter. 32. 12, Dominum ſolum fuiſſe ducem *populi Iſraëlitici; voculâ* ſolus *non niſi eatenus excluduntur eæ, ſive res, ſive perſonæ, quæ ſunt Domino hac in parte ſubordinatæ, quatenus ſupremi duces ejus populi eſſe negantur. Quòd ſi ab actione educendi populum ex Ægypto eâ particulâ penitus excluderentur; concludendum eſſet, vel Moſen non duxiſſe illum populum, quod tamen hiſtoria ipſa apertiſſimè docet, vel eum etiam eſſe ipſum Iehovam. Quod idem de Angelo illo dicendum eſſet, quem Deus ait præceſſurum coram populo, & cuſtoditurum ipſum in via, & introducturum in locum, quem præparavit, in quo Angelo nomen ſuum futurum*

futurum aſſerit, Exod. 23.20,21. Sed benè eſt, quòd ipſa loci verba docent, voculam ſolus, *Diis alienis, perſoniſque Deo minimè ſubordinatis reverâ opponi; in quarum numero nequaquam eſt Spiritus ſanctus, qui in Moſe inprimis habitans, populum ducebat, ut ex illo Eſaiæ, quod citatum eſt, cap. 63. 11. intelligi poteſt. Non eſſe autem Spiritum hunc ipſum Iehovam, qui ſolus dicitur populum illum duxiſſe, inde apparet, quòd in his ipſis Eſaiæ verbis, quæ cum illo Deuteronomii loco conferuntur, à Domino ſeu Iehova diſtinguitur, dum Domini Spiritus appellatur; & mox ad ipſum illum Iehovam ſermonem convertens Propheta;* ſic, *inquit,* deduxiſti populum tuum.

Ad alteram rationem: Iehova dixit, ſe locuturum per Prophetas; Atqui Spiritus ſanctus loquutus eſt per Prophetas: Quare Spiritus ſanctus eſt Iehova: reſponſio jam patet ex iis, quæ de loco 2. Samuel. 23. 2. dicta ſunt. Syllogiſmus enim eſt ex meris affirmativis in ſecunda figura. Quòd ſi hæc ratio firma eſt, ſequetur, Angelos quoque ipſum Iehovam eſſe. Nam in loco citato Nu. 12. 6. dicit Iehova, ſe in viſione apparitorum Prophetis, vel per ſomnium ad illos loquuturum. At hoc etiam fecerunt angeli, ut liquet tum aliis ex locis, tum inprimis ex prophetia Ezechielis, Danielis [a], *& Zachariæ* [b], *atque ex Iohannis Apo-*

[a] Vide Dan. 8. 16, 17. & 9. 21. &c. d. & 10. 5, & d.
[b] Zach. 1. 8, 9, 14, 19. & 2. 1, 3 & d. & 4 1. & d. & alibi ſæpius.

quòd 1 *Cor.* 12. 5. 6. Spiritus ſanctus non vocetur Deus, ſed per Deum ibi ſynecdochicè intelligatur Pater, minimè tamen ſic elabitur. Nam ex tali unitate operationis qualis *verſ.* 6. & 11. exprimitur, eſſentiæ unitas firmiſſimè concluditur. Cùm enim divinæ actiones non niſi ab eo qui Deus eſt proficiſci queant; omnes autem divinæ actiones Spiritui ſancto, & nominatim liberrimo ejus arbitrio diſertè hîc tribuantur, eædem quoque Patri ubique adſcribantur neceſſe eſt, vel plures eſſe ſupremos Deos: quod tanquam abſurdiſſimum omnes repudiant: vel hos duos eſſe Deum unum. Hinc verò inferre Patrem eundem, id eſt, eandem eſſe perſonam cum ſuo Spiritu, univerſo contextui, in quo toties à ſe invicem diſtinguuntur, manifeſte adverſatur. Quare cùm & eſſentiæ unitas, & divinæ perfectioni congrua diſtinctio omnino ſit admittenda, niſi textum evertere velimus, nullaque alia quàm perſonalis vel à rectâ ratione excogitari, vel in ſacris literis reperiri queat, Spiritum ſanctum & Deum, & quoad perſonam à Patre diſtinctum eſſe, rectiſſimè concluditur. Ex loco 2 *Sam.* 23. 2. 3 non ſolùm Spiritus ſancti Deitas ſufficienter, ſed etiam Chriſti ſuprema Deitas clariſſimè probatur. Sic enim, ipſo adverſario præſcribente, diſputamus. Quicunque principaliter locutus eſt per Davidem, is eſt Deus Iſraëlis. At Spiritus ſanctus principaliter locutus eſt per Davidem. Ergò Spiritus ſanctus eſt Deus Iſraëlis. Minorem probo ex verſ. 2. *Spiritus Iehovæ locutus eſt per me, & ſermo ejus fuit ſuper,* vel per, *linguam meam.* Unde ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſic argumentor. Qui locutus eſt, דִּבֶּר, per Davidem, is principaliter per ipſum fuit locutus. Etenim cujus inſtrumentum fuit David, is fuit cauſa locutionis principalis. At David fuit inſtrumentum Spiritus ſancti: nam per eum fuit locutus. Deinde; Cujus ſermo fuit per linguam Davidis, is principaliter fuit locutus per Davidem. Nam ſi Spiritus ſanctus non eſſet cauſa principalis, nec ſermo ei attribui poſſet, multo minùs ſermo per linguam Davidis. Quæ rationes ex univerſo N.T. confirmantur, ubi non ſolùm λαλεῖν, εἰπεῖν, quæ ſunt actiones cauſarum principalium propriæ, verùm etiam cum præpoſitione διὰ, Spiritui ſancto attribuuntur. Etſi autem *verſ.* 3. alia perſona intelligatur, hinc tamen etiam evincitur, quòd Spiritus ſanctus principaliter per Davidem fuerit locutus. Nam ſi tantùm cauſa inſtrumentalis eſſet, non deberet ita contradiſtingui à Deo Iſraelis, ſed ei ſubordinari, ſicque enunciari: Deus Iſraelis per Spiritum ſuum ad me, vel per me locutus eſt. Dum autem Spiritus ſancti Deitatem oppugnat, ad Ieſu Chriſti ſupremam Deitatem probandam viam nobis munit. Is enim eſt Deus ille Iſraelis, de quo *verſ.* 3. agitur: ut non ſolùm alibi ex *nomine Elohe Iſrael, Zur Iſrael*, & epitheto, *dominator in hominibus juſtus*, ad oculum demonſtrabimus, ſed etiam ſine prolixâ collatione ex ſequentibus apertiſſimum eſt. Nam ille Deus Iſrael, qui dominatur in timore *Elohim*, non poteſt eſſe tantùm Deus, ſed etiam neceſſariò eſt creatura. Abſurdum enim eſt, eum, qui tantùm Deus eſt, in Dei timore dominari.

pocalypſi.[a] *quin & in Euangelica hiſtoria, & in Apoſtolorum Actis ejus rei exempla habemus. Ac ne longiùs abeamus à locis, quos adverſarii producunt; ille ipſe, qui verba iſta ad Moſen habuit Exod.* 4. 12, *Angelus fuit, Dei perſonam ſuſtinens, ut*[b] *alibi docuimus; & etiamſi quis id fateri nolit, tamen cùm*[c] *per Angelos Lex diſpoſita ac tradita dicatur in manu mediatoris; neceſſe eſt, ut fateatur, in Lege ferenda angelos Moſen, de quo verba illa Ex.* 4. *agunt, allocutos eſſe.*

Idem vitium eſt in tertia ratione, nempe, ut in ſecunda figura ex puris affirmativis ducatur concluſio: Iſraelitæ irritârunt Iehovam: Iſraëlitæ irritârunt Spiritum ſanctum: Ergo Spiritus ſanctus eſt Iehova. Id quod illo ipſo, qui citatur, Eſaiæ loco refutatur, dum is Spiritus Iehovæ eſſe dicitur. Ait enim: Ipſi autem ad iracundiam provocaverunt, & afflixerunt Spiritum ſancti (*Heb.* ſanctitatis) ejus, *i. e. Domini ſeu Iehovæ. de eo enim ſermo eſt. vid. v.* 7, *& d. Similis autem argumentatio foret; Iſraëlitæ inobedientes fuerunt Iehovæ, eumque exaſperarunt: Iſraëlitæ fuerunt inobedientes voci Iehovæ & exaſperârunt os ejus: Ergo vox Iehovæ, aut os ejus, ſunt ipſe Iehova. Vel; Iſraëlitæ afflixerunt Spiritum ſanctum, eique reſtiterunt. Iſraëlitæ afflixerunt Moſen, eique reſtiterunt, ut hiſtoria non uno loco teſtatur. imò*

[a] Apoc. 1. 1. 17. 1, & d. & 19. 9. 10. & 21. 9. & d. & cap. 22. 8. & d. & v. 16.

[b] Vid. l. de Deo & ejus attrib. c. 15.

[c] Gal. 5. 19.

eatenus illi potiſſimùm afflixerunt Spiritum ſanctum, eique reſtiterunt in deſerto, quatenus Moſen, in quo habitabat, afflixerunt, eique reſtiterunt. Vnde ſequetur, ſi adverſarii rectè argumentantur, Moſen eſſe ipſum Spiritum ſanctum. Animadvertendum autem eſt, verba Heb. 3. 8, 9. non ita tribui Spiritui ſancto, quaſi ea ex ipſius, ut illi cenſent, perſona eſſent prolata: ſed quia Spiritûs ſancti impulſu fuerint pronunciata. Aliàs ſequeretur, Spiritum ſanctum ipſum Davidem eſſe, quandoquidem Spiritus ſanctus hoc loco dicitur etiam illa verba [a] pronunciaſſe, Hodie ſi vocem ejus, nempe Dei audieritis, & quæ ſequuntur. Atqui certum eſt, tum iſta verba, tum cætera, quæ ab initio Pſalmi leguntur, ex Davidis perſona pronunciari. Sic ſuprà vidimus, Spiritui [b] tribui, quòd ea dixerit, quæ ex Chriſti perſona apertiſſimè pronunciantur. Ita ergo illa dixit Spiritus ſanctus in Davide, quemadmodum & clamare in cordibus noſtris dicitur Abba Pater; Gal. 4. 6. nempe quia nos in ipſo, h. e. illius impulſu, ita clamemus, Rom. 8. 15. & quemadmodum pro nobis dicitur gemitibus inenarrabilibus intercedere, ibid. verſ. 26 quia facit, ut nos rogemus ac ſuſpiremus ad Deum.

a Pſ. 95.

b Apoc. c. 2. & 3.

Quod ad ultimam probationem attinet; ideo Spiritui ſancto tribuuntur Dei ipſius apud Eſaiam verba, quia ea Eſaias Spiritûs ſancti impulſu

pulſu

minari. Timor enim Dei eſt creaturæ intelligentis officium. At Deus Iſrael qui non tantùm ſit Deus, ſed etiam creatura, ac, ut ex loci circumſtantiis patet homo, nullus alius fingi poteſt quàm IeſusChriſtus. Iterum: is Deus Iſraelis, qui ſicut lux matutina orietur Sol, eſt Jeſus Chriſtus. At Deus Iſraëlis, de quo hîc agitur, orietur ſicut lux matutina Sol. Ergò Deus Iſraëlis de quo hîc agitur eſt Jeſus Chriſtus. Propoſitionem non ſolùm antecedentia & conſequentia, ſed omnium Prophetarum conſenſus probat: Itaque hâc vice ea pio lectori meditanda relinquimus. Quòd ut eò faciliùs feliciuſque fiat, horum verborum verum ſcopum, ac ſenſum indicabimus. Alienæ enim interpretationes ea vehementer obſcurârunt. Complectitur autem in his ſuis ultimis verbis, ac quaſi cygneâ cantione, David diviniſſimam regni Chriſti prophetiam, ut paulo diligentiùs perpendenti clariſſimum eſt. Genuina verò ac tam textui quàm circumſtantiis ac rei ipſi congrua verborum interpretatio hæc eſt. 1. *Et hæc ſunt verba Davidis noviſſima. Dictum Davidis filii Iſai, dictum viri qui conſtitutus eſt excelſus, unctus Dei Iacob, & amœnus Pſalmis Iſraelis.* 2. *Spiritus Iehovæ loquutus eſt per me, & ſermo ejus ſuper linguam meam.* 3. *Dixit Deus, Iſrael, mihi locuta eſt rupes Iſraelis, qui dominatur in homine*, ſeu hominibus. *Iuſtus: qui dominatur in timore Dei.* 4. *Et ſicut lux matutina orietur Sol, ſicut mane, in quo non ſunt nubes: à ſplendore, à pluviâ germen exiſtet è terrâ.* 5. *Quia non ſic domus mea cum Deo: (nam pactum æternum poſuit mihi, pactum ordinatiſſimum in omnibus, &*

confir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

confirmatiſſimum , *& quia omnis mea ſalus omniſque mea oblectatio ipſe*, vel fiet) *ut non germinare faciat*, vel non germinet. 6. *At Balijahal tanquam ſpicæ removebuntur omnes: quia non capientur manu.* 7. *Sed vir qui aggreditur eos, replebitur ferro, & ligno lanceæ: & igne comburendo comburentur etiam in propriâ ſede.* Conſulatur quoque paraphraſis Chaldaica, quæ hunc locum haud parum illuſtrat. Et licet alio modo de Spiritu ſancto, alio de Deo Iſraëlis, David loquatur, tamen ita loquitur de Spiritu ſancto, ut ſe ejus cauſam inſtrumentalem apertè profiteatur. Itaque etſi illa interpretatio quam adverſarius adfert vera eſſet, nihil tamen contra nos concluderet.

Cæterùm Spiritum ſanctum eſſe Jehovam, non ſolùm ex collatione *Eſaia* 63.10. 11. 14. cum *Deut.* 32. 12, ſed etiam ex re ipſa apparet. Si enim divina perſona non eſt, cur dicitur ab Iſraëlitis dolore affectus, vel potiùs ad iram concitatus? cur in ipſorum medio poſitus? cur denique quod eos faciet requieſcere? Cur à Jehovâ diſertè diſtinguitur, ſi nihil eſt aliud quàm ipſius virtus? Diſtinguitur autem à Domino, ſeu Jehovâ, non ſimpliciter & communiter, ſed ſynecdochicè ac ſpecialiter ſumto. Is autem Angelus de quo *Ex.* 23. 20, 21. agitur, non fuit Angelus creatus, ſed Dei Filius æternuſque Deus, ut à noſtris ſatis ſuperque fuit demonſtratum.

pulſu pronunciaverit. Quemadmodum autem non ſequitur, quia Eſaias quoque ea verba pronunciaverit, ideo ea ex ipſius perſona dicta eſſe, & ſic Eſaiam eſſe Iehovam: ita nec de Spiritu ſancto, cujus impulſu ea pronunciavit, concludendum eſt. Eſt autem & hîc animadvertendum, quod in loco 2. Sam. 23. notavimus, non dici de Spiritu ſancto, eum ad Eſaiam *verba illa dixiſſe, ſed tantùm* per Eſaiam. *At Iehova non tantùm per Eſaiam illa dixit, ſed etiam, ut ex ipſa prophetia apparet, ad Eſaiam; quia eum tanquam perſona perſonam eſt coràm allocutus; id quod Spiritui ſancto nec hîc, nec alibi uſpiam tribuitur. Quòd ſi enim Spiritus ſanctus alicui quippiam dixiſſe legitur, id non aliter factum eſſe deprehenditur, quàm quòd prophetæ alicujus interventu quippiam fuit alicui à Deo annunciatum. Quia enim divino afflatu Prophetæ loquuti ſunt; ideo Spiritus divinus per eos loquutus dicitur. At cùm coràm Deus quempiam alloquitur, aut angelus perſonam ejus ſuſtinens; Spiritus ſanctus eundem alloquutus eſſe non dicitur. Et de primo quidem argumento noſtro hactenus.*

Licèt autem Deus per Angelos aliquando fuerit allocutus prophetas, nuſpiam tamen legitur, quòd Angeli locuti ſint per prophetas, eo modo quo id de Spiritu ſancto toties inculcatur, vel quòd Angelorum ſermo fuerit ſuper vel per linguam prophetarum, ut de Spiritu ſancto 2. *Sam.* 23. 2. legitur. Illum verò, qui *Ex.* 4. 12. ad Moſen locutus fuit, Angelum fuiſſe, quàm ab omni veritate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

alienum ſit, inter alios firmiſſimè oſtendit Clariſſ. Vir, D. Alſtedius, ſocer meus venerandus, in Prodromo religionis triumphantis. Denuò nobis vitioſum ſyllogiſmum affingit, ſed vitioſiſſimè. Nam nec nos ita argumentamur, ipſe verò verba Scripturæ planè pervertit. Quod ut quàm evidentiſſimè pateat, ſic diſputamus. Quicunque *Pſal.* 95. à. v: 8. *Hodie cùm vocem ejus audieritis*, uſque ad finem loquitur, is eſt Iehovah. At Spiritus ſanctus eſt is, qui ibi loquitur. Ergò Spiritus ſanctus eſt Iehovah. Propoſitionis tot occurrunt in prædicto loco firmamenta, quot verba. Quem enim Iſraelitæ in Maſsâ & Meribâ irritaverunt, quem probarunt; cujus opera viderunt, qui quadraginta annis faſtidio eos habuit, qui de iis hoc dixit, cujus vias non cognoverunt, qui juravit, cujus denique eſt requies illa, is neceſſariò eſt verus & æternus Iehovah. Quod Sole meridiano clariùs elucet *Exo.* 17. 1. præſertim *verſ.* 7. *Vocavitque nomen loci Maſſa & Meribah, propter jurgium filiorum Iſrael, & quod tentâſſent Iehovam, dicendo: Num eſt Iehovah in medio noſtri, in interiori noſtro, vel non?* Aſſumtio evidentiſſimè probatur ex *Heb.* 3. 7. διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus.* Et 4. 3, 7, 8. Nam præterquam quòd τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον cum articulo, item vox λέγει occurrat, expreſsè etiam additur, quòd is hîc loquatur qui antea dixerat *v.* 4. de Sabbatho, & qui iterum locutus fuit, qui denique denuò diem aliquem conſtituit. Quæ omnia quàm ineptè Davidi applicentur, quis non videt? Verùm non ſolùm ex hâc collatione, quæ tamen quemvis ſanâ ratione utentem convincere debet, ſed etiam ex ſolius Pſalmi inſpectione clariſſimum eſt, non creaturam aliquam, ſed Deum loqui. Quin ille, de quo ab initio Pſalmi uſque ad illa verba *Hodie* &c. agitur, Iehovah ſit, nemo niſi mentis impos negabit. Illum quoque qui poſtea uſque ad finem Pſalmi loquitur Iehovam eſſe, ex re ipsâ patet. At hunc eſſe alium ab illo, verba verſ. 7. *Hodie ſi ejus vocem audiveritis*, apertiſſimè docent: adeò ut qui utrumque illum perſonam eſſe inficiatur, eo ipſo ſe ne hominem quidem eſſe oſtendat. Unde infallibiliter ſequitur, duos inter ſe diſtinctos, duas, inquam, perſonas, eſſe verum & æternum Iehovam unam, cui ut omnes obediant, graviſſimâ hortatione excitantur; alteram, quæ illam hortationem inſtituit. Peſonam autem, quæ hîc hortatur, eſſe Spiritum ſanctum, ex ejus operatione, & Iſraëlitarum peccato, haud obſcurè cognoſcitur. Nam murmuratio illa, quâ dicebant, *Num Iehova eſt in interiori noſtro?* immediatè virtutem & efficaciam ejus negabat: unde etiam graviſſimè, ut qui peccatum in Spiritum ſanctum commiſerint, puniti fuerunt. Accedit quòd Chriſtus ubique in N. T. diſcipulis ſuis promittat, Spiritum ſanctum fore illum qui ſe glori-

ficet,

ficet, qui de ſuo accepturus, uno verbo, qui illos in omnem illam de ſe veritatem ſit introducturus *Ioh.* 16. 13. & ſeqq.

Illum verò de quo in initio Pſalmi agitur, & ad cujus cultum homines excitantur, eſſe Chriſtum, tum auctor epiſtolæ ad Hebræos *c.* 3. *v.*6. & ſeqq. tum ipſi tituli ſatis ſuperque indicant: imò res ipſa docet. Hîc enim agitur de agnitione & cultu Meſſiæ, ad quem Eccleſia ſeſe excitat, & exhortatur. At illa nomina, *Rupes ſalutis*, *El gadol*, *Melech gadol*, *Hhal Kol Elohim*, *factor noſter*, *cujus nos ſumus paſcua*, aliaque Epitheta ibi occurrentia, eſſe Chriſti propria, etſi cuivis ſacras literas ritè meditanti facilè innoteſcat, pleniorem tamen demonſtrationem ob quorundam pertinaciam poſtulant: quam alii loco reſervabimus. Ex quibus jam apertiſſimum eſt, quàm frigidæ & ineptæ ſint adverſarii ad *Eſ.* 63. *c.* exceptiones: item quam audax & abſurda, ne dicam, impudens, ſit iſta objectio, quâ fingit, certum eſſe, omnia illius Pſalmi verba, præſertim poſteriora, *Hodie ſi vocem ejus* &c. ex Davidis perſonâ pronuntiari. Unde, quæſo, res quæ ab omni ſenſu communi abhorret, certa eſt? Tantamne rem falsâ *Apoc.* 2. *&* 3. citatione conficiet? Illa verba, *Qui aures habet ad audiendum, audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis*, ex Chriſti perſonâ apertiſſimè pronuntiari, quo vel leviſſimo indicio probat? Imò contrarium ſatis apparet: nimirum quòd alius ſit, qui Eccleſias ſigillatim alloquitur, alius qui generatim Eccleſiis loqui dicitur. Sed demus, veram hîc eſſe adverſarii opinionem. Quis quæſo nexus? Quæ ſequela? Sermo Chriſti, ejus Spiritui attribuitur; ergo hæc opera & attributa prorſus divina de Davide enuntiantur. Etenim ſi illa Pſalmi verba ex Davidis perſonâ pronunciantur, etiam de ipſo enuntiantur: cùm ſermo ſit reflexus: id eſt, cùm is qui loquitur, de ſe ipſo loquatur. Forſan poſſet objici *Heb.* 4. 7. ἐν Δαβὶδ: ſed quivis cernit, ex illis verbis nullâtenus ſequi, quòd David illa verba ex ſuâ perſonâ pronunciarit; ſed ſenſum eſſe, *in Davide*, id eſt, in Pſalmis Davidis, & per Davidem: ut tempus, quo hæc Spiritus Sanctus dixerit, &, Spiritum ſanctum hæc per Davidem tanquam organum ſuum dixiſſe, innueretur. Nam paulò pòſt ipſemet adverſarius dicit: *Non ſequitur, quia Eſaias quoque ea verba pronunciaverit, ideo ea ex ipſius perſonâ dicta eſſe.* Quare loca *Gal.* 4. 6. *Rom.* 8. 15. *&* 26. alieniſſimè citantur ab adverſario.

Ad ultimam probationem ut reſpondeat, non pauca contra diſerta textûs verba pronunciat. Negat enim, dici de Spiritu ſancto, eum *ad Eſaiam* verba illa dixiſſe, ſed tantùm per Eſaiam. cum expreſſiſſimè *Actor.* 28. extet, quod non ſolùm Spiritus ſanctus per Eſaiam ad patres ſit locutus, ſed etiam quòd dixerit, (eſt enim λέγον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,) *Abi*

ad populum hunc. quæ verba ad Eſaiam fuiſſe directa vel cæcus videt. Nimirum explicat Paulus, quomodo Spiritus ſanctus fuerit allocutus patres, dum nempe Eſaiæ injunxit ut ad populum abiret, & loqueretur. Quod etiam ex Eſaiâ manifeſtiſſimum eſt: Eſa. cap. 6. verſ. 8. 9. *Et audivi* (ſcilicet ego Eſaias) *illam vocem Domini*, Adonai, *dicentis*, vel potiùs *dicentem*, ut Apoc. 1. 10. *Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi; Ecce ego. Et dixit; Vade, & dic populo huic.* Unde liquidò conſtat, Spiritum ſanctum non ſolùm hæc immediatè dixiſſe ad prophetam Eſaiam, ſed etiam hujus miſſionis unà cum aliis primum auctorem & ultimum ſcopum fuiſſe, adeoque falſiſſimum eſſe, quòd Spiritui ſancto nec hîc, nec alibi uſpiam tribuatur, quòd tanquam perſona perſonam coràm ſit allocutus: quòdque nunquam Spiritus ſanctus aliquem allocutus eſſe dicatur, cùm Deus coram quempiam alloquitur. Verùm ſequiturne hinc, Spiritum ſanctum eſſe Filium? Sic putat adverſarius ſuprà; & ſic argumentatur: *Filius allocutus eſt Eſaiam. Spiritus ſanctus allocutus eſt Eſaiam.* Ergò *Spiritus ſanctus eſt Filius.* Sic, inquam, nobis inſultare ſolent. Sed nemo noſtrum ſic diſputat, ſed ita formatur ſyllogiſmus: Quicunque hoc dixit ad Eſaiam, is eſt Deus. At Spiritus ſanctus hoc dixit ad Eſaiam. Ergò Spiritus ſanctus eſt Deus. Deinde quamvis multi doctiſſimi viri exiſtiment, hæc verba, *Quem mittam, ac quis ibit nobis*, immediatè quoque fuiſſe Filii, id tamen accuratum non eſt. Nam per *Kol Adonai*, id eſt, vocem Domini, tantùm intelligitur Spiritus ſanctus, ut Scripturæ collatio docet: nec ullibi in Scripturâ legitur, quòd hoc Filius dixerit, quamvis Spiritus ſanctus hîc de Filio locutus ſit. Et ni vehementer univerſus Scripturæ concentus me fallit, illa verba verſ. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Iehovah exercituum, plena eſt tota terra gloriâ ejus*, nec de Patre, nec de Spiritu ſancto, ſed tantùm de Filio propriè ſunt intelligenda. Nam *Iehovah Zebaoth* eſt nomen Chriſti perſonale & proprium: & nunquam, quantum ego hucuſque obſervare potui, Patri tribuitur. Verùm longâ ac operoſâ hanc ad rem, tum ob adverſariorum pertinaciam, tùm ob quorundam etiam eruditiſſimorum virorum præconceptam opinionem, demonſtratione opus eſt. Sufficiat hîc innuiſſe: quamvis certiſſimum ſit, ſi paulo accuratiùs, ac diſtinctiùs in divinis nominibus & epithetis verſaremur, adverſarios longè clariùs, acriùs ac efficaciùs refutatum iri.

BISTERFELDII
CAP. II.

Reſponſio ad argumentum ſecundum, quòd nuſpiam in ſacris literis præcipiatur, ut Spiritum ſanctum adoremus, aut invocemus, & ne exemplum quidem ejus rei extet.

Reſpondemus primò; Etſi expreſſis verbis in Scriptura hæc vel ſimilia præcepta non habeantur, Adorate, *aut*, invocate Spiritum ſanctum, *eum tamen Deum ſupremum eſſe. Suprà enim oſtendimus, & quare ſacræ literæ parciùs de Spiritûs ſancti cultu differant. Deinde negamus, nullum præceptum aut monitum extare, Spiritum ſanctum adorandum, vel invocandum eſſe. Extant enim in ſacris literis mandata, in quibus præcipitur, quòd univerſus cultus divinus ipſi exhiberi debeat: & in quibus ſeveriſſimè prohibetur, ne divino cultu defraudetur. Nullius quoque hominis exemplum occurrere, qui Spiritum ſanctum invocaverit, non magis verum eſt quàm præcedentia.*

CRELLII
CAP. II.

Argumentum ſecundum, quod nuſpiam in ſacris literis præcipiatur, ut Spiritum ſanctum adoremus, aut invocemus, & ne exemplum quidem ejus rei extet.

Alterum argumentum illud eſto, quòd nuſpiam in S. literis aut præcipitur, aut aliqua ratione monetur, ut Spiritum ſanctum adoremus, aut invocemus. imò tantum abeſt, ut ullum hac de re præceptum aut monitum extet, ut ne exemplum quidem ullius hominis ibi occurrat, qui id fecerit. Quamquam autem in Spiritum ſanctum in Symbolo, quod Apoſtolicum vocant, credendum eſſe dicitur: quo pacto & in Eccleſiam Catholicam, & in cætera, quæ ibi recenſentur, credendum eſſe multi veterum dixerunt, in ſacris tamen literis nuſpiam expreſſè dicitur, in Spiritum ſanctum eſſe credendum, aut quemquam in ipſum crediſſe. At qui fieri poſſet, ut, ſi Spiritus ſanctus Deus ille ſummus eſſet, ea omnia apertiſſimè non præciperentur, & quàm plurima earum rerum invenirentur in viris piis exempla? Primùm quidem ideò, quia illa omnibus eſſent ad ſalutem ſcitu factuque neceſſaria, ſi Spiritus ſanctus Deus ſupremus eſſet. deinde verò quia non modò de Patre toties illa ſunt apertiſſimè ſcripta; ſed de Filio etiam, partim præcepta, partim monita extant, & exempla quàm plurima, etiamſi hunc Deum illum ſummum non eſſe oſtenderimus. Quanto ergò plura de Spiritu ſancto extarent, ſi is Deus ſummus eſſet?

Defenſio Reſponſionis.

ANtequam ad alia pergamus, diligenter repetenda ſunt illa, quæ ſuprà de Scri-

Defenſio Argumenti.

COnantur quidem adverſarii interdum conſequentiis quibusdam

buſdam evincere, iſta aliquo modo in ſacris literis contineri; verùm hîc non conſequentiis agendum eſt, ſed apertis, ut docuimus, præceptis, quæ cuilibet, etiam ſimplici homini, pateant. De invocatione putant nonnulli, ſe exemplum habere, tum apud Paulum [a], qui communicationem Spiritûs ſancti optet Corinthiis; tum apud Iohannem [b], qui gratiam & pacem à ſeptem Spiritibus, qui in conſpectu throni Dei ſint, ſeptem Eccleſiis Aſiaticis precetur. Verùm non parùm falluntur. Nam quod ad Pauli votum attinet; aliud longè eſt, optare, ut communicatio Spiritus ſancti ſit cum aliquibus; aliud, ipſum Spiritum ſanctum invocare. Illud enim nil eſt aliud, quàm optare, ut Spiritus ſanctus cum hominibus communicetur, aut jam communicatus apud eos perſiſtat. Neque enim communicationem Spiritûs ſancti activè ſumit Apoſtolus, quaſi nimirum optet, ut Spiritus ſanctus aliquid communicet, alioquin addidiſſet nomen rei alicujus, quam communicari à Spiritu ſancto Corinthiis velit; ſed, ut explicuimus, paſſivè. quo pacto ſumitur communicatio ſanguinis Chriſti, & participatio corporis Chriſti, 1 Cor. 10. 16. ubi eadem in Græco vox eſt, quam in loco 2 Cor. 13. ult. communicationem vetus interpres vertit. Explicat nempe Apoſtolus, dum communicationem Spiritûs ſancti Corinthiis

a 2. Cor. 13. ult.

b Apoc. 1. 4.

Scripturæ conſuetudine diximus. Nimirum Dei conſilio non eſſe conſentaneum, ut tot tamque aperta de Spiritûs ſancti Deitate atque cultu teſtimonia in ſacris literis occurrant, quot & quàm clara de Deo Patre aut Filio inveniuntur: tum quia plenior Spiritus ſancti manifeſtatio futuro ſeculo reſervatur: tum quia omnis gloria Patri ac Filio exhibita in ipſum redundat: tum denique quia internis operationibus ipſe ſe fidelibus ſatis manifeſtat. Quod vel ex locis, præcedenti capite ab adverſario citatis, cognoſci poteſt. Nam Rom. 8. 15. dicitur: Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis rurſus ad metum, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba, id eſt, Pater. Et verſ. 26. 27: Itidem autem & Spiritus unà ſublevat infirmitates noſtras. Quid enim precemur ut oportet, non novimus: ſed ipſe Spiritus interpellat pro nobis ſuſpiriis ineffabilibus. Qui verò ſcrutatur corda, novit quis ſit ſenſus Spiritus, quia ſecundùm Deum interpellat pro ſanctis. Et Galat. 4, 6: Quoniam autem eſtis filii; emiſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, id eſt, Pater. Ex his, inquam, locis apparet, quòd divinus Spiritûs ſancti honor non tam in eo conſiſtat, ut preces noſtras terminet, ſeu earum ſit objectum, quàm ut eas nobis dictet, ſeu earum ſit fons & auctor. Quemadmodum enim Chriſtus nobis Patrem reconciliavit, &, ut ita dicam, reunivit, ſic Spiritus ſanctus nos reunit Patri. Hinc plerumque in Scripturâ à fidelium parte ponitur, quòd quaſi ab ipſorum partibus ſtet, atque ad ipſos ſpecialirer pertineat: quam ob cauſam etiam vocatur paracletus,

thiis | Ioh.

Ioh. 14. 16, 26. & 15. 26. & 16. 7. Mirum igitur non eſt, quòd ejus invocatio expreſſè non præcipiatur, cùm ejus, ut ita dicam, officium ſit, invocare potius, id eſt, facere invocare, quàm invocari. Atque hoc etiam ordini perſonali maximè congruit. Ut enim Pater in omnibus tanquam prima origo & fons, Filius tanquam medium, ſic Spiritus ſanctus tanquam ultimus conſummator, qui colophonem imponat, in ſacris literis celebratur. Ne tamen quis in errorem adverſariorum qui Spiritum ſanctum invocandum eſſe negant, laberetur, Scriptura ſatis perſpicuè cavit. Nam ut ex multis pauca adferamus in medium, qui non videt quòd Chriſtus *Matt.* 28. 19. Spiritus ſancti divinum cultum, id eſt, ſalutarem in ipſo fiduciam, ſpem, ac invocationem ſanciverit, næ is non ſimplicis, ſed pertinaciſſimi nomen merebitur. Etſi enim adverſarii ſe in mille formas torqueant, nunquam tamen nobis extorquebunt, *in nomen alicujus baptizare*, juxta ſtylum ſcripturæ, eſſe, auctoritate, juſſu, ſecundùm ejus voluntatem, in ejuſque divinam gloriam aliquem baptizare: præſertim cùm hîc ſimul de Patre uſurpetur. Eum enim, in cujus nomen aliquid fit, ejus actionis primariam eſſe cauſam efficientem, & exemplarem, ultimumque ejus ſcopum ſeu finem, vel ex civilibus actionibus conſtat. Itaque hanc propoſitionem vi phraſeos conſtituimus: In cujus nomen aliquis debet baptizare, eum & baptizans, & baptizandus invocare debet. At in nomen Spiritûs ſancti debent baptizare Apoſtoli omnes gentes. Ergò,

thiis precatur, quâ inprimis ratione Deum ac Chriſtum ſuam erga eos gratiam ac dilectionem teſtari cupiat, eâ nimirum, ut Spiritum ſanctum illis largiatur, aut jam datum in illis porrò foveat atque augeat: Mirum autem eſſet, ſi Paulus à Spiritu ſancto, ut à perſona divina aliquid hîc precaretur, ejus mentionem alibi in ſimilibus votis ab eodem toties fuiſſe prætermiſſam. qua de re in ſequentibus.

Quod ad Iohannis votum attinet; ipſe Spirituum illorum numerus ſatis indicat, eum locum ad invocationem Spiritûs ſancti, quem illi tertiam Divinitatis perſonam eſſe volunt, nihil facere. Septem enim perſonæ loco unius forent conſtituendæ; ita ut loco trium Divinitatis perſonarum habituri eſſemus novem. Quod cum viderent alii, dixerunt per ſeptem illos Spiritus intelligendam eſſe variam Dei virtutem, ſeu, ut illi loquuntur, varia Spiritûs ſancti dona. Itaque perinde eſſe, ac ſi ab ipſo Spiritu ſancto gratiam & pacem precaretur Iohannes. Sed præterquam quòd adverſarii inter ſe ea de re non conſentiunt, (alii enim ſeptem præcipuos Dei angelos, alii multiplicem Dei ac Chriſti providentiam eo nomine intelligunt) quid eſt, quod doceat, eam Dei virtutem à Spiritu ſancto, quæ tertia ſit Deitatis perſona, proficiſci? & hunc invocari, cùm à ſeptem illis Dei Spiritibus gratiam & pacem Iohannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

precatur ? Nullum eſt vel minimum ejus rei in Apocalypſi, ubi eorum Spirituum aliquoties ſit mentio, indicium. Vide præter hunc ipſum capitis 1. *locum, cap.* 3. 1. *&* 4. 5. *&* 5. 6. *quæ duo loco confer cum Zach.* 4. 2, 10. *unde illa quodammodo ſunt deſumpta. His in locis eos Spiritus videbis appellari* Dei *Spiritus. Coram ejus throno ii dicuntur conſiſtere. Eosdem dicitur habere Chriſtus, & quidem tanquam oculos & cornua. Oculorum enim inſtar illi ſunt, quia per eos inſpiciat ac curet ſuos iisque provideat; cornuum autem inſtar, quia per eos hoſtes feriat, & à ſuis arceat ac propulſet. Quódnam hic Spiritus ſancti, tertiæ nimirum Divinitatis perſonæ, indicium? An non res ipſa monet, ſi multiplex Dei virtus atque efficacia, quam Chriſto communicavit, intelligenda eſt, Iohannem, dum ab illis Spiritibus graciam & pacem precatur, eos quidem ita commemorare, ac ſi perſonæ quædam forent à Deo & Chriſto diſtinctæ; interim tamen revera medium tantùm modumque exprimere, quo gratiam & pacem à Deo proficiſci in Eccleſias velit; atque ita tacitè Dei ipſius, quem primùm nominaverat, invocationem repetere, utpote cujus illi primò ſint Spiritus, & cui quodammodo miniſtrent ? quam ob cauſam etiam Deo illos ſtatim ſubjunxerit. Veruntamen quia & Chriſtos eos Dei Spiritus habet, iiſque utitur; ideo*

Ergò, & Apoſtoli, & omnes gentes debent invocare Spiritum ſanctum. Cumque baptiſmus ſit prima hominis Chriſtiani initiatio ac conſecratio, quis non intelligit, hâc ipsâ baptismi formulâ innui, omnem divinum cultum Spiritui ſancto à fidelibus exhiberi debere. Quod ipſum etiam ſimpliciſſimo homini ſatis indicatur, cùm corpus fidelium Spiritus ſancti templum 1 *Cor.* 6. 19. dicitur. Cùm enim templum in V. T. univerſi divini cultus, publici præſertim, officina, ac quaſi armamentarium fuerit, quivis nullo negotio animadvertit, ejus cultui omnia conſecrata eſſe debere, cujus templum fideles in novo Teſtamento dicuntur. Nemo enim tam hebes eſſe poteſt, niſi præconcepta opinio ipſum transverſum abripiat, qui non cernat, illum qui in templo habitat, cultu, in templo exerceri debito & ſolito, glorificandum eſſe. Iam unicum videamus Scripturæ locum, in quo ea ſeveriſſimè prohibentur, quæ prohiberi minimè poſſent, niſi Spiritus ſanctus invocandus, divinoque cultu afficiendus eſſet. Is ſit paulo antè explicatus *Pſa.* 95. cum *Heb.* 3. & 8. collatus. Ille igitur, cui Iſraëlitæ *Exo.* 17. non fidentes horribile peccatum committebant, quem tentare aut probare non debebant, cujus opera quadraginta illis annis, quibus verſabantur in deſerto, ab ipſis videbantur, qui contumaces illos reprobavit, cujus viæ ſine præſentiſſimæ ſalutis periculo ignorari non poterant, qui juramento addito eos à promiſsâ requie rejiciebat, qui æternam requiem & promittit & præſtabit; ille, inquam, cui hæc talia & tanta univer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

univerſim & ſigillatim competunt, omninò eſt invocandus, in eum credendum, ei denique confidendum. At is eſt Spiritus ſanctus: ut paulo antè manifeſtè oſtendimus.

Sed & exempla, eaque longè illuſtriſſima in Scripturis occurrunt, quòd Spiritus ſanctus invocatus fuerit, quæ adverſarius quidem refellere conatur, ſed admodum infeliciter. Nam quod primum locum 2. Cor. 13. 13. *Gratia Domini Ieſu Chriſti, & Charitas Dei τȣ̃ Θεȣ̃, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis, Amen*, attinet, ſatis planum eſt, quòd quemadmodum is, cujus gratiam, itemque is, cujus charitatem Paulus precatur, eo ipſo invocatur, ſic etiam is, cujus communicationem ſimul precatur, ſimul invocetur. Secus ille, à quo illam precaretur, omitteretur: cùm tamen in precandi formulis tam à quo quàm quid aliquis alicui precetur, indicari & debeat, & ſoleat: præſertim hîc, ubi non ſolùm duo, à quibus aliàs idem Apoſtolus precari conſuevit, diſertè adduntur, ſed etiam diſertè communicatio à præcedentibus contra diſtinguitur. Quare ſine ratione adverſarius allegat locum 1. *Cor*. 10. 16. ubi Apoſtolus non precatur κοινωνίαν, *communicationem*, alicujus rei, ſed dicit: *Nonne poculum benedictionis eſt* κοινωνία, communio, *corporis Chriſti?* At hîc dicitur, κοινωνία, *communicatio Spiritûs ſancti ſit vobiſcum*. Jam quis ſenſus eſſet horum verborum? Communicatio paſſiva Spiritûs ſancti ſit vobiſcum. Longè alia phraſis ſolet adhiberi, cùm paſſiva tantùm communio exprimitur. Ex quibus patet, *ideo mentione illorum facta, Chriſtum etiam commemoravit, & ab eo gratiam ac pacem illam Eccleſiis precatus eſt. Quare votum hoc, & in eo comprehenſa opis divinæ imploratio, propriè ad Deum & Chriſtum refertur, impropriè ad Spiritus illos. quæ cauſa eſt, cur ab aliis divinis viris eorum mentio in ſimilibus alioqui ſalutationibus & votis omittatur. Qui Angelos intelligi volunt, ii dicunt, ad eos tantùm ſecundariò, tanquam ad miniſtros referri invocationem illam, non tanquam ad dominos, veroſque gratiæ ac pacis illius largitores, atque ideò alibi eorum mentionem prætermitti; Chriſto autem eos propterea præponi, partim quia Dei, cui proximè ſubjiciuntur, primò (quam ob cauſam etiam infrà c. 3. nomen Hieroſolymæ novæ inter Dei & Chriſti nomen interjicitur) partim, quia de Chriſto plura dicturus erat Iohannes. Ideo enim ejus mentionem ad finem reſervâſſe, ut orationis ſerie minimè turbata, liberiùs in ejus laudes excurrere poſſet. Nam ſi Spirituum mentionem ad finem reſervare voluiſſet, longiori hyperbato ei fuiſſet utendum, vel nova oratio ordienda. Apparet ergo, nihil in his locis eſſe, quod ad invocationem Spiritûs ſancti ſtabiliendam pertineat. Atque hic illud commemorare operæ pretium eſt, quod viri docti [a] annotarunt, Hilarium in duodecim de Trinitate libris, Spiritum ſanctum nuſpiam* appel-

[a] Eraſ. præfat. in Hilar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

appellâſſe Deum, nuſpiam dixiſſe adorandum, ſed tantùm promerendum: quod idem in aliis, tum illius; tum ſuperiorum temporum ſcriptoribus obſervant. Quin tantam habuit verior de Spiritu ſancto ſententia vim, ut etiam poſt ea tempora, quibus Spiritus ſanctus pro Deo ſummo haberi cœpit, Eccleſiaſticæ preces propè omnes ad Deum Patrem & Chriſtum dirigerentur, non ad Spiritum ſanctum. extantque adhuc diverſi Pontificiorum [a] *libri, ſuperiori ſeculo editi, in quibus ſacrorum ac ceremoniarum apud eos uſitatarum ratio deſcribitur, ubi expreſſis verbis monetur, obſervandum eſſe, quod omnis oratio dirigatur ad Patrem, aut ad Filium, nulla ad Spiritum ſanctum: quia donum non petatur à dono, ſed à largitore doni. Non ignoramus quidem uſitatum inter illos hymnum, quo orant, ut Spiritus ſanctus veniat, & corda ſuorum fidelium repleat: ſed cauſſa tamen, quæ affertur, quòd donum non petatur à dono, ſed à largitore doni, univerſalis eſt, ejuſque rationem in precibus Eccleſiaſticis ferè omnibus habitam, in omnibus prorſus habendam fuiſſe, patet. Eſt autem illa precandi conſuetudo ſat apertũ verioris, quæ olim in Eccleſia viguit, ſententiæ veſtigium. Nam ſi Spiritus ſanctus eſt Deus ſummus, Patri, & Filio, quem illi etiam Deum ſummum eſſe volunt, per omnia æqualis; cur non æquali honore dignus fuit*

[a] Miſſale Cracovienſe: Rationale divinor. officiorum.

patet, genuinum horum verborum ſenſum eſſe: Et communicatio Spiritûs ſancti, id eſt, & communicatio, quâ Spiritus ſanctus ſe ipſum communicat, ſit vobiſcum. Unde clariſſimum eſt, indirectam invocationem hîc contineri; hanc nimirum, Ego invoco Spiritum ſanctum, ut ſe vobis communicet. Quod ſecundus locus *Apoc.* 1. 4. efficaciſſimè confirmat, qui adverſarium ita urget, ut vix inveniat quò ſe vertat. Nam jam ſuperſtitioſam & idololatricam illorum opinionem opponit, qui per ſeptem illos Spiritus ſeptem Angelos intelligunt: quaſi hæc interpretatio univerſæ Scripturæ non è diametro adverſetur: jam dicit, Iohannem, dum ab illis ſpiritibus gratiam & pacem precatur, eos quidem ita commemorare, ac ſi perſonæ quædam forent à Deo diſtinctæ, interim tamen reverâ medium tantùm modumque exprimere quo gratiam & pacem à Deo in Eccleſiam proficiſci velit. Sed hoc tantùm vaniſſimum eſt effugium. Quâ ſpecie enim fingi poteſt, quòd hæc verba καὶ ἀπὸ, & à, tantùm medium modumque exprimant, præſertim cùm illi ſeptem ſpiritus diſertiſſimè à Patre diſtinguantur: imò, ſi adverſariorum ſententia vera ſit, Spiritus ſanctus nihil aliud ſit quàm donum, ac procul dubio ſub illâ gratiâ ac pace contineatur: nec omnis gratia à Spiritu ſancto proficiſci poſſit. Quivis igitur, niſi qui oculos veritati claudit, cernit, quod ut à primo & tertio, ſic etiam à ſecundo gratiam ac pacem precetur. Nam quod objicit, ſic novem perſonas fore, nullius eſt momenti. Etenim vel mediocriter in ſcripturis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

pturis, præſettim in hoc libro, Apocalypſi, verſato conſtat, quòd pleraque figuratè ac typicè deſcribi ſoleant, quòdque per metonymiam effecti per ſeptem Spiritus unus Spiritus ſeptemplicia dona effundens intelligatur. Ut enim malè quis concluderet, etiam primum eſſe tres, quia eſt, erat, & venturus ſeu futurus eſt, ſic pari ratione hîc ineptiret: Imò quod ſeptem Spiritus hîc nominantur, divinam Spiritûs ſancti omnipotentiam ac perfectionem exprimit. Numerus enim ſeptenarius in rebus bonis eſt certiſſimum ſummæ perfectionis in eo genere argumentum. Adde, quòd eo ipſo doceatur, Spiritum ſanctum eſſe unicum illud veteris ac N. T. candelabrum, quod univerſam Eccleſiam illuminet, ſuorumque donorum radiis impleat. Senſus igitur hic eſt: *Et à Spiritu ſancto*, qui omnis perfectionis, gratiæ, ac pacis perfectiſſimus eſt conſummator. Tot autem ſunt contra adverſarii reſponſionem argumenta, quot de his ſeptem ſpiritibus occurrunt loca. Nam. *cap.* 3. 1. nulla planè ratio excogitari poſſit, quare, ſi adverſarii expoſitio vera eſſet, non æquè illi Spiritus Chriſto ac Patri poſtponerentur, ejuſque organum conſtituerentur. Deinde cùm hîc diſertè vocentur πνεύματα τοῦ Θεοῦ, cur ab iis ſuprà fuiſſet precatus gratiam ac pacem, niſi eſſent perſona à Patre diſtincta? Accedit, quòd ſint ante thronum. At ſi Spiritus ſanctus nihil eſt aliud quàm accidentalis quædam virtus, quomodo unus idemque jam ante thronum, jam apud Chriſtum, jam in fidelium cordibus eſſe poteſt? Hinc cùm c. 4. 5. dona Spiritûs ſancti innuuntur, omittitur articulus τὰ, ut ita Spiritus ſancti dona ſeu effecta ab ipſo donante ſeu auctore diſcernantur. Denuò c. 5. 6. docetur hunc Spiritum eſſe Spiritum Chriſti: planè juxta illud quod dicitur Zach. 4. 6: *Non in exercitu, neque in potentiâ, ſed in ſpiritu meo,*

fuit judicatus? Cur preces vel omnes, vel ſaltem pleræque, non æquè fuerunt ad ipſum directæ, atque ad Patrem aut Filium? Id nempe obſtitit, quod primis illis temporibus extra controverſiem fuit poſitum, quodque ſacræ literæ ſatis apertè teſtantur, & hodie non pauci, ſibi in es parùm conſentientes, fatentur, ipſum Spiritum ſanctum donum eſſe. Qua de cauſſa Hilarius, antè laudatus, ſuam de Trinitate ſententiam dicto illo Chriſti Matt. 28. 19. *Illuſtrans ac confirmans, ita verba illa*, Baptizantes in nomine (*Gr.* in nomen) Patris & Filii & Spiritus ſancti, *explicat lib.* 2. *de Trinitate, ſub ipſum initium:* in confeſſione auctoris. & unigeniti, & doni. *quod pluribus ibidem verbis perſequitur. Quare cum ita de Spiritu ſancto ſentirent, nou ad ipſum, ſed ad Patrem & Filium, ejus doni largitorum, preces direxerunt: ſcientes, non à dono peti donum, ſed à lorgitore doni. quam conſuetudinem ne ɔontrvrius quidem erroc per tot ſecula penitus mutare potuit.*

dicit Iehovah exercituum. Ubi candelabrum illud ſeptem lucernis conſtans unus ſpiritus eſſe explicatur juxta 1 Cor. 12. 5. *Et Spiritus Iehovæ Zebaoth appellatur*, juxta Eſai. 11. 5. Quod autem ex Miſſali Cracovienſi citat adverſarius, Donum non peti à dono, ſed à largitore doni, id rectè intellectum non caret fundamento. Si enim ſic intelligatur, quòd Spiritus ſanctus non tantùm ſit largitor, ſed etiam donum, quodque in ſacris literis plerumque preces ad Patrem & Filium dirigi ſoleant, veriſſimum eſt. Id autem non fit, quòd non æquè ſit dignus honore ac Pater aut Filius, ſed quòd id divino ordini ejuſque officio maximè congruat. Nam tam certum ſupremæ Deitatis argumentum eſt, tale donum eſſe, quàm talem doni largitorem. Cur autem, cùm pleræque orationes ad Patrem tantùm aut Filium concipiantur, in his tamen duobus locis, à nobis explicatis, etiam ad Spitum ſanctum dirigantur, in ſequenti capite explicabitur.

CRELLII
CAP. III.

Argumentum tertium, quòd Spiritûs ſancti mentio plurimis in locis omiſſa fuerit, nequaquam omittenda, ſi is Deus ille ſummus eſſet.

Tertium argumentum inde duci poteſt, quòd in plurimis ſcripturæ locis, ubi Patris & Filii, nonnunquam & Angelorum, aliarúmve rerum ac perſonarum, fit mentio, nulla fiat Spiritûs ſancti: cùm tamen ejus mentio fieri debuiſſet non minùs, quàm Patris & Filii; magis autem quàm Angelorum, aliarúmve rerum ac perſonarum, ſi is Deus ille ſummus foret, Patri ac Filio, ut illi loquuntur, per omnia æqualis. Quod ut planum fiat, primùm ea producemus loca, in quibus Patris & Chriſti tantùm fit mentio; deinde

BISTERFELDII
CAP. III.

Reſponſio ad argumentum tertium, quòd Spiritus Sancti mentio plurimis in locis omiſſa fuerit, nequaquam omittenda, ſi is Deus ille ſummus eſſet.

Reſpondemus, negando conſequentiam. Nam etſi plurima loca occurrant, in quibus non ſolùm Patris & Chriſti, ſed etiam aliarum perſonarum & rerum, nulla autem Spiritus ſancti mentio fiat, hinc tamen minimè ſequitur, quòd Spiritus ſanctus ſupremus Deus non ſit. Sufficeret enim ſi in paucis locis talia ipſi tribuerentur, ex quibus ipſum ſupremum Deum eſſe neceſſariò ſequeretur. At jam in innumeris talia de Spiritu ſancto docentur, quæ niſi Scripturæ, & rectæ rationi vim facere velimus, ipſius ſupremam Deitatem abundè teſtantur. Etſi igitur nullæ rationes à nobis adferri poſſent, quare in locis citatis nulla expreſſe Spiritus ſancti mentio fiat, tamen non ideo quæ alicubi ſcripta ſunt, neganda ſunt, quia non ubique fuerunt inculcata. Verùm non deſunt rationes, & quidem clariſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

clariſſimæ, ac in ſacris literis fundatiſſimæ, ob quas ſæpiùs Scriptura de Spiritu ſancto nihil diſertè dicat; quarum aliæ ſunt communes, aliæ certis locis ſpeciales. Prima & communiſſima eſt ſingularis illa ſalutis œconomia, quâ tribus quaſi gradibus ac periodis Deus ſe manifeſtare voluit. In primâ periodo præcipua fuit manifeſtatio Patris, in ſecundâ Filii, in tertiâ erit Spiritûs ſancti. In primâ manifeſtavit ſe Filius ut cognoſceretur Pater; in ſecundâ manifeſtavit ſe Pater ut cognoſceretur Filius; in tertia manifeſtabit ſe uterque ut cognoſcatur Spiritus ſanctus. Quæ varia ſalutis diſpenſatio perfectiſſimo perſonarum ordini, intimæque earum habitudini reſpondet. Vt enim Pater ordine ſubſiſtendi & agendi eſt primus, ita & revelatione. Et ut Filius ordine ſubſiſtendi ac agendi eſt ſecundus, ita & manifeſtatione: Spiritus verò ſanctus ut ordine ſubſiſtendi & agendi eſt tertius & ultimus, ſic quoque ordine ſeſe glorificandi. Verùm tam arcta eſt trium illarum perſonarum unio, & tam intrinſeca relatio ac habitudo, ut eo ipſo, quo manifeſtatur una, altera quoque notificetur, eo tamen diſcrimine, ut ad unius pleniorem quaſi ac immediatiorem cognitionem proximè tendatur. Hinc dum Pater manifeſtatur, implicitè etiam manifeſtatur Filius & Spiritus ſanctus: dum manifeſtatur Filius, ſimul cognoſcitur quoque Pater & Spiritus ſanctus: ſed cùm Spiritus ſanctus manifeſtabitur, omnes tres, quoad fieri poteſt, manifeſtiſſimè cognoſcentur. Sequens enim cognitio præcedenti ſemper gradum aliquem addit. Quo admirabili docendi modo trium perſonarum ſumma convenientia, eſſentiæ ſcilicet unitas, & perfectiſſima differentia, ſubſiſtentiæ nimirum diverſitas, mirificè docetur ac indicatur. Hinc tam divinum eſt Sacrarum literarum artificium, ut tacendo quoque Spiritus ſancti perſonam ac officium exprimant. Dum enim in N. T. rarior in multis locis fit ejus mentio, interim tamen ex infinitis argumentis conſtat, nihil vel Patrem, vel Filium ſine ipſo agere, ſatis perſpicuè eo ipſo innuitur, ipſi omnium rerum conſummationem ac quietem quaſi propriam adſcribi. Hinc jam altera ratio fluit, nimirum quòd Spiritûs ſancti manifeſtatio in Patris ac Filii manifeſtatione ſatis ſuperque, pro hujus periodi ac ſtatus ratione, contineatur. Nam in hoc ſecundo, ut cum Scripturâ loquar, ſeculo, omnia ad Chriſti cognitionem proximè ordinantur. Chriſtus, ut Logicè dicam, eſt proximum ac immediatum thema: reliqua omnia ſunt ejus argumenta. Itaque ſi tàm crebrò adderetur Spiritus ſanctus, abumbraretur quaſi Chriſti cogni-

deinde illa, ubi mentio fit aliarum ſive perſonarum, ac præcipuè angelorum, ſive rerum, quæ multo minùs, quàm Spiritus ſanctus, commemorari debuiſſent ſi is ſummus ille Deus eſſet. Quia verò prioris generis loca pænè ſunt innumera; nos ea tantùm hîc recenſebimus, quæ aliquanto ſunt illuſtriora atque ea præcipuè, quæ eodem orationis complexu idem de Deo & Chriſto enunciant; cætera lectoris diligentiæ reſervantes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cognitio. Nam ſi tàm disertè Spiritui ſancto omnia opera attribuerentur, facilè homines in illam opinionem deſcenderent, non Chriſtum, ſed Chriſti Spiritum tantùm gerere curam Eccleſiæ: cùm jam videamus, multos adverſariorum in illum errorem pronos, imò jam præcipitatos. Spiritûs ſancti igitur omiſſione Chriſti gloria huc uſque clariùs elucescit. Vnde tertiò ſequitur, pro materiæ ſubjectæ ac occaſionis varietate aliquando Spiritûs ſancti mentionem convenientiſſimè omitti. Si enim vel de attributo, vel de operatione, vel de manifeſtatione aliquâ Patri & Filio propriâ, Spiritui autem ſancto non ita communi, agatur, accurata diſſerendi ratio ſuadet, ne expreſſa ipſius mentio fiat. Quare ut ſummatim omnia complectar, & divinarum perſonarum tam in ſubſiſtendo quàm in agendo ordo, & ſalutis adminiſtratio, & ſubjectæ materiæ diverſitas non ſolùm permittit, ſed etiam, ſi profundiùs ſubtiliuſque rem ſcrutemur, requirit, ut in multis Scripturæ locis Spiritus ſancti mentio omittatur. Quod ut clariùs evadat, loca ab adverſario allata explicabimus, unde ingenioſus lector facilè aliorum quoque interpretationem animadvertet.

Defenſio Argumenti.

INcipiemus autem à Iohanne; in cujus hiſtoria euangelica primum illuſtribus illis Chriſti verbis dabimus locum, quæ extant cap. 17. 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te (*Pater*) ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. *Non urgemus nunc illud, quòd Pater ſolus dicatur Deus verus: id enim fecimus* [a] *in ipſo operis hujus initio: ſed quòd Patris tantùm & Filii fiat mentio, & in horum tantùm duorum cogitione vita æterna, ſeu ejus adipiſcendæ ratio collocetur: cùm tamen, ſi Spiritus ſanctus non minus, quàm Pater, ille verus Deus eſſet, non minùs, in illius, quàm in hujus cognitione vitam æternam conſtitutam eſſe neceſſe foret: ac porrò non minus illius, quàm hujus, facienda fuiſſet mentio;*

[a] ſect. 1 cap. 1.

Defenſio Reſponſionis.

ET quidem quod ad primum locum attinet, haud obſcurum eſt, cur hîc nulla Spiritûs ſancti mentio fiat, ſi occaſio & tempus, cùm hæc verba Ioh. 17. 3. *Hæc eſt autem illa vita æterna, ut cognoſcant te illum ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, à Chriſto dicta ſunt, obſervetur. Non enim hîc agitur ſimpliciter de cognitione ad vitiam æternam neceſſariâ, ſed de cognitione, prout ipſam Chriſtus ante ſuam paſſionem, adeòque & aſcenſionem, revelare voluit, & debuit. Nam plurima, eaque maxima, Spiritûs ſancti effuſioni reſervabantur. Inſtituit enim Chriſtus hîc preces tanquam ſacerdos ſanctum ſanctorum adhuc ingreſſurus, non verò ingreſſus, multò minus egreſſus. Quare & à myſteriorum divinorum diſpenſatione, & à Chriſti officio ac ſtatu, & ab ipſius Spiritûs ſancti operatione alienum fuiſſet, ſi Chriſtus expreſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

expreſſam Spiritûs ſancti mentionem hîc feciſſet. Neque enim Chriſtus Spiritum ſanctum, ſed potiùs Spiritus ſanctus Chriſtum manifeſtare debebat. Hinc toties inculcat Chriſtus, niſi ipſe abierit, Spiritum ſanctum non venturum. Hinc perſpicuum eſt, præſertim ſi generalia paullò ante dicta repetantur, quàm infirma, imò nulla ſit adverſarii argumentatio. Chriſtus autem ſui mentionem omninò facere debuit, non ſolùm quia eſt mediator, adeóque per ipſum Pater manifeſtabatur, verùm etiam quia jam erat tempus ut ipſe glorificaretur. Nos itaque rectiùs concludimus: Niſi Spiritus ſanctus divina perſona fuiſſet, ac peculiare tempus ipſius manifeſtationi deſtinatum eſſet, minimè potuiſſet omitti: cùm non ſolùm ex aliis plurimis Scripturæ locis, ſed etiam ex præcedentibus ac ſequentibus capitibus conſtet, ejus cognitionem non minùs ac Patris & Filii neceſſariam eſſe.

Quam reſponſionem noſtram egregiè illuſtrat ac confirmat locus *Iohan. c.* 8.16. & ſeqq. Cùm enim toties inculcet Chriſtus, Spiritum ſanctum de ſe teſtaturum, ipſiuſque teſtimonium ubique, præſertim in N. T., tanquam Colophonium allegetur, fieri nequit, ut Chriſtus illud hîc ideò omiſerit, quòd ad veritatem judicii Chriſtus minùs conferret. Cur ergo teſtimonium ejus non commemoravit? Quia Chriſtus hîc tantùm voluit ac debuit commemorare præſentia teſtimonia, non futurum. Nam nondum ad illam perfectionem ſtatûs Eccleſiæ pervenerat, ut Spiritus ſanctus excellenti illo modo teſtaretur. Nondum enim erat Spiritus

mentio; nedum ut legatus divinus potiùs fuiſſet commemorandus. Neque eſt quòd dicant, in Patris & Chriſti cognitione cognitionem Spiritûs ſancti contineri. Id enim licèt alioquin veriſſimum ſit, ad argumentum tamen noſtrum labefactandum nihil facit. Continetur enim Spiritûs ſancti cognitio in cognitione Dei & Chriſti; ſed non tanquam perſonæ alicujus à Deo Patre & Chriſto diſtinctæ, verùm ut rei diviniſſimæ à Patre per Filium hominibus communicandæ. Nam alioquin in Dei quoque cognitione Chriſti cognitio non ſemel a*includitur; & contrà, in Chriſti cognitione Dei cognitio. nempe quia qui Chriſtum novit ac videt, Patrem novit ac videt,* Ioh. 8.19: & 14.7,9. *& contrà nemo novit, Patrem, nec ad eum venit, niſi per Filium.* Matth. 11.27. & Ioh. 14,6. *ita ut neceſſe ſit, Filium etiam noſſe, qui ſalutarem Patris cognitionem vult adipiſci. Et tamen Chriſtus in loco illo noſtro non ſatis habuit, vel ſolius Patris, vel ſui tantùm unius facere mentionem, ſed utriusque cognitionem conjunxit: nempe quia perſonas illas divinas exprimere voluit, in quarum cognitione vita æterna conſiſtat. Quòd ſi ergo Spiritus ſanctus perſona eſſet divina à Patre & Filio diſtincta; non minùs illius, quàm harum duarum perſonarum mentionem feciſſet: ſiquidem in illius cognitione non minùs, quàm in illarũ, vitæ æternæ cognitio*

a 1. Cor. 10.5. Eph. 1. 17. Col. 1.10. 2. Pet. 1. 3,8: & 2.20: 3.18. 1. Jo. 2.3. 4,13: & cap. 3.6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cognitio conſiſteret. Sed jam ad alia pergamus, & quia à Iohanne cœpimus, cætera, quæ apud eundem, partim in Euangelica ejus hiſtoria, partim in Epiſtolis, partim denique in Apocalypſi extant, addamus. Et in Euangelica quidem hiſtoria ita inter alia ait Chriſtus, cap. 8. 16. *& ſeqq. quem locum* [a] *ſuprà alia occaſione excuſſimus:* Si judico ego, judicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, Pater: & in Lege veſtra ſcriptum eſt, quia (*vel* quòd) duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me ipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater. *Cur, quæſo, non ſimiliter & Spiritûs ſancti fecit mentionem, ſi is Deus ſummus eſt, perinde ut Pater? An ille minùs ad veritatem judicii Chriſti conferebat, quàm Pater, licèt unus cum illo Deus eſſet? an minùs teſtimonium de Chriſto perhibebat? Cur ergo ejus teſtimonium non commemoravit; cum pluralitas teſtium fide digniſſimorum, majus teſtimonio pondus addat; & hîc Chriſtus numerum ſimul & dignitatem teſtium urgeat? Certè in illo* 1. Ioh. 5.7, *qui hodiè vulgò legitur, loco, quamquam nec* [b] *in veteribus codicibus Græcis, nec in Syriaca interpretatione, nec in pleriſque veteribus Latinæ editionis codicibus, extante, & à non paucis Græcis interpreti-*

[a] ſect. 2. cap. 20.

[b] Vide Annot. Eraſmi & verſionem Lutheri, ipſo vivente editam. & Ioh. Buchenhagium Pomeranum, in Iona Propheta expoſito, & edito Wittebergæ, anno 1550. p. d. 2. & ſeqq.

Spiritus ſanctus, πνεῦμα ἅγιον, non, τὸ πνεῦμα ἅγιον, id eſt, teſtimonium illud illuſtre Spiritus ſancti, quod in donis iſtis mirabilibus ſe exſerebat; quia Ieſus nondum glorificabatur. *Ioh.* 7. 39. Si igitur Spiritûs ſancti de Chriſto teſtimonium nondum fuit, quanto minùs ipſius Spiritûs glorificatio? Itaque planè impertinens fuiſſet, ſi Chriſtus futurum Spiritûs ſancti teſtimonium allegâſſet, cùm de præſentium teſtimoniorum firmitate, ac auctoritate cum Iudæis diſputaret. Ternarius autem teſtium numerus non orienti Euangelii Luci, ſed meridianæ conveniebat ac debebatur. Sanè numerus ille teſtium non vacat myſterio. Nam ſi recte obſervatur ac applicatur, non ſolùm N. T. ſed etiam vetus mirificè illuſtrat. Quæ verò adverſarius contra locum 1. *Ioh.* 5. 7. adducit, exigui apud homines veritatis ſtudioſos ſunt momenti. Quid Græci Latinique interpretes, quidque recentiores quidam de eo ſenſerint, nos, qui in ejuſmodi ſalutis myſteriis à nullius hominis arbitrio aut judicio pendemus, parum movet. Neque ipſorum opera jam ad manus habere potuimus, ut infirmas ipſorum conjecturas refutaremus. Nobis hâc vice ſufficit, quòd in Britannico Eraſmi codice, & in Complutenſi editione, & nonnullis, teſte Bezâ, Stephani veteribus libris, diſertiſſimè legatur: &, quod caput rei eſt, quòd ſine maximâ abſurditate omitti nequeat. Varietas lectionum non locum ſuſpectum reddit, ſed Arrianorum fraudem, ac ſacrilegium detegit. Nam primò ſi hæc verba omittenda ſunt, protinus ineptiſſima oritur tauto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tautologia. Quid enim opus erat eos otioſè repetere, quos in verſu immediatè præcedente diſtinctè, & quidem per gradationem, recenſuerat? Sed quæ vis aut uſus eſt particulæ *Et*, ſi *verſ.* 7. negligatur? Quæ autem connexio, niſi conjunctio ſyllogiſtica, *quia* vel *nam*, in præcedenti verſiculo occurrat? Et licet demus, quod tamen multis modis eſt inconveniens, *verſ.* 8. non eſſe legendum ἐπὶ τῆς γῆς, quàm ab omni rectâ ratione eſt alienum, Iohannem, qui ſubtiliſſimè ac efficaciſſimè diſputare conſuevit, cùm primarium & ſuorum, & univerſorum ſacrorum librorum thema, nimirum *Chriſtum eſſe Filium Dei*, infallibilium teſtium auctoritate probare vellet, Patris, Filii, & Spiritûs ſancti teſtimonia, quæ toties diſertiſſimis verbis Chriſtus allegaverat, neglexiſſe? Præſertim cùm in ſequentibus divini teſtimonii ipſiuſque Patris infallibilem auctoritatem ingeminet. Quæ omnia ipſo Sole meridiano clariora evadunt, ſi, quid per Spiritûs, aquæ, & ſanguinis teſtimonium intelligatur, attendamus. Nimis enim perſpicuum eſt, hæc tria teſtimonia à tribus illis, Patris nimirum, Filii & Spiritûs ſancti teſtimoniis eſſe diverſiſſima: ita ut ſi Iohannes illa omiſiſſet, ejus demonſtratio mutila & manca, ne dicam ridicula, eſſet. Verùm de his ſuo tempore, Deo dante, clariùs uberiúſque agemus. Eſt enim hic locus una ex præcipuis ſacrarum literarum clavibus: verùm vanarum opinionum nebulis vehementer obſcurata ac enervata. At ſi Spiritus ſanctus tantùm eſt virtus & efficacia Patris, quomodo diſtinctum

ab eo

pretibus ſeu Patribus, quos vocant, imò & nonnullis Latinis omiſſo, à recentioribus quibuſdam repudiato, ac denique cum reliquo contextu malè cohærente, & ob varietatem lectionis ſuſpecto; in illo, inquam, loco teſtimonii Spiritûs ſancti peculiariter fit mentio. Et poteſt ſanè peculiariter ejus teſtimonium commemorari, etiamſi perſona divina à Patre ac Filio diſtincta non ſit: nempe quia teſtimonium, quod Deus per eum de Chriſto edidit, aliquid habuit à cæteris peculiare, ita ut ſeorſim propemodum ab utroque teſtari viſus fuerit: ſed cauſa afferri non poteſt, cur omiſſum fuerit ejus teſtimonium, ſi is perſona eſt divina à Patre & Filio diſtincta. Quòd ſi is virtus & efficacia Dei Patris eſt, ejus teſtimonium in Patris teſtimonio rectè comprehenditur; ut quidem fit in eodem illo primæ Iohannis Epiſtolæ capite, ubi locus modò dictus vulgo nunc legitur, v. 9. 10, quos confer cum duobus verſiculis præcedentibus. Addi his poteſt & ille c. 5. Euangelicæ hiſtoriæ locus v. 13: Pater meus uſque modò operatur, & ego operor: *imò & omnia, quæ ſequuntur, ubi de admirandis Chriſti operibus, & jam tum perfectis, & poſtea perficiendis ſermo eſt, ubi nulla fit mentio Spiritûs ſancti, qui tamen omnino æquales in iſtorum operum effectione partes unà cum Patre & Filio habuiſſet, ſi unus eſſet cum utroque Deus. Sed, ut*

antea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

antea indicavimus, ejuſmodi loca omnia recenſere nimis longum foret. Inſpiciantur & illa cap. 14. 22: *&* 15. 24: *&* 16. 3.

Iam ut ad Epiſtolas ejuſdem Apoſtoli veniamus; quid illud eſt, quòd legitur 1. *Epiſtola cap.* 1. 3: ſocietas noſtra ſit (*vel potiùs* eſt) cum Patre, & cum Filio ejus Ieſu Chriſto? *Cur non additur etiam* cum Spiritu ſancto, *ſi is eſt perſona ab utroque diſtincta, & utrique tamen per omnia æqualis, imò unus cum utroque Deus? Quid item illud cap.* 2. 24: Si in vobis permanſerit, quod audiſtis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis? *Cur non & in Spiritu ſancto? Quid illud* 2. *Epiſt. v.* 3: Sit vobiscum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Jeſu Filio Patris? *cur non & à Spiritu ſancto? qua de re poſtea plura, ubi de ſalutationibus Paulinis. Adde his verba v.* 9. *ejusdem Epiſtolæ:* Qui permanet in doctrina (*nempe Chriſti*) hic & Patrem & Filium habet. *cur enim non & Spiritum ſanctum?*

Ad Apocalypſin quod attinet: ut omittam nunc ea loca, in quibus cum Deo & Chriſto aliæ res aut perſonæ junguntur, poſtea à nobis recenſenda; quàm illuſtris eſt ille locus c. 5. 13? *ubi omnes, quæ uſpiam ſunt, creaturæ dixiſſe leguntur:* Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, gloria, & poteſtas in ſecula

ab eo teſtimonium conſtituere poteſt? Neque enim comprehenditur ejus teſtimonium in teſtimonio Patris, ſed Patris teſtimonium tanquam ordine primum, ob certa corollaria, exaggeratur. Nec *Ioh.* 5. 13. Spiritûs ſancti mentio fieri debuit. Etſi enim ex ſacris literis conſtet, quòd omnia quæ Pater in creaturis operatur, etiam Spiritus operetur, tamen quia ſpecialis illa Spiritûs ſancti operatio adhuc futura erat, addi non potuit. Nam admirandis Chriſti operibus jam editis Spiritus ſanctus adhuc promittebatur. Loca autem *Ioh. c.* 14. 22. *&* 15. 24. *&* 16. 3. non juvant adverſarium, ſed eum refutant. Nam quod primum locum attinet, nec manifeſtatio, nec manſio illa ſine Spiritu ſancto fieri poteſt: imò dum Spiritus ſanctus fideles inhabitat, Pater & Filius apud illos manere dicitur: ut vel ex *verſ.* 19. patet. Ex ſecundo autem reſponſio noſtra expreſsè confirmatur. Cùm enim juxta *verſ.* 16. Paracletus nondum venerit, cur diceretur, Iudæos ipſum hâc ratione odiſſe. Unde etiam liquet, quòd loco ultimo Spiritus ſanctus addi non potuerit. Etenim ſi nec Patrem, nec Filium, qui ſe manifeſtaverant, cognoverunt, quomodo cognoviſſent Spiritum ſanctum nondum manifeſtatum. Dum igitur in his & ſimilibus locis nulla Spiritûs ſancti mentio fit, ejus perſona futurúmque officium haud obſcurè innuitur.

Satis quoque indicat adverſarius, quòd Spiritûs ſancti officium nondum cognoverit, cùm ex epiſtolis Iohannis argumentatur. Cùm enim Spiritus ſanctus ſit

ſit ipſum vinculum, Pater autem & Filius ſint hujus ſocietatis quaſi termini, admodùm alienum fuiſſet, ſi nos ſocietatem cum Spiritu ſancto habere diceremur. Sic quoque nos non dicimur manere in Spiritu ſancto: quia ipſe manet in nobis: prout docetur 1. *c.* 2. *v.* 20. 27. A Spiritu ſancto autem, cur ea, quæ precatur epiſtolâ ſecundâ, non precatus fuerit, paulo pòſt intelligemus. Uno verbo: Intimæ & quaſi proximæ Spiritûs ſancti unioni repugnat, ut hæc talia, qualia adverſarius poſtulat, ipſi attribuantur.

Quæ verò ex Apocalypſi magno conatu urget, ea omnia unâ reſponſione diluuntur. Nimirum quòd *Apoc.* 5. 14. & c. 11. 15. & c. 12. 10. & c. 14. 4. & c. 20. 6. & c. 21. 22. & c. 32. 1, 23: quòd, inquam, in nullo illorum locorum agatur de vitâ æternâ, adeóque nec de regno Spiritûs ſancti, ſed de regno Patris ac Filii in hâc vitâ inchoando, ac conſummando. Hinc varii motus in hoc regno deſcribuntur, qui cum quiete à Spiritu ſancto fidelibus præparatâ non conveniunt. Quamvis autem *cap.* 22. 1. per fluvium dona Spiritûs ſancti intelligenda ſint, tamen minimè intelligi poteſt illa Spiritûs ſancti communicatio, quæ vitæ æternæ eſt propria. Non ignoro, hanc noſtram de illis locis ſententiam non ſolùm adverſariis, ſed etiam orthodoxis quibuſdam, iiſque doctiſſimis viris, novam videri: verùm tam certa eſt, ut ſine eâ V. & N. T. prophetiæ ſint meræ tenebræ; eamque ſatis ſuperque, quantum noſtrum inſtitutum attinet, Brighitmannus demonſtravit.

Ex Pauli autem ſalutionibus nihil quoque ſecula ſeculorum. *Cur non: ut hodie omnia adverſariorum templa perſonant: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto? cur tantùm, Sedenti in throno & Agno? Sedentem autem in throno eundem cum Patre eſſe, qui ex toto illo cap.* 5. *aliisque in eodem libro ſcriptis non intelligit, næ illum parùm intelligere oportet. Huc pertinent &* [a] *illa c.* 11. 15: Factum eſt regnum (*Græcè* facta ſunt regna) hujus mundi, Domini noſtri, & Chriſti ejus *& cap.* 12. 10: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti ejus. *cur non, & Spiritûs ſancti? Neque enim eſt, quod quis dicat,* Dei noſtri *nomine Spiritum ſanctum includi. Nam nec uſpiam, ut ſuprà* [b] *vidimus, Spiritus ſanctus in Scripturis appellatur Deus; & is hîc Deus noſter appellatur, cujus Chriſtus ſeu unctus eſt Ieſus: dicitur enim,* & poteſtas Chriſti ejus, h. e. *Dei noſtri. Atqui Chriſtus non eſt Spiritûs ſancti Chriſtus; nec ita uſpiam appellatur; ſed Dei Patris, ut ſatis apertum eſt ex* Pſal. 2. *Neque enim à Spiritu ſancto, ſed Spiritu ſancto à Deo, nempe Patre, eſt unctus, Act.* 10. 38. *adde Eſa.* 42. 1. *Matt.* 12. 17. *Eſa.* 61. 1. *Luc.* 4. 18. *Pertinent huc & illa c.* 14. 4: Hi emti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno *cur enim non & Spiritui ſancto? Similia ſunt, quæ leguntur de illis, qui partem habent*

[a] Vide ſect. 8. cap. 2.

[b] cap. 2. hujus ſect.

habent in reſurrectione prima, c. 20. 6: Erunt, *inquit*, ſacerdotes Dei & Chriſti. *cur non & Spiritûs ſancti? Sic &* cap. 22. 22: Dominus Deus omnipotens templum illius (*Hieroſolymæ novæ*) eſt, & Agnus. *& verſ. ſeqq.* Claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus eſt Agnus. *& cap.* 22. *v.* 1: Oſtendit mihi fluvium aquæ vitæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & Agni. *& vers.* 3. Sedes Dei & Agni in illa (*nova Hieroſolymâ*) erit. *Quibus locis nulla eſt cauſa, cur Spiritus ſanctus omitti debuerint, ſi is perſona divina eſt à Patre & Filio diſtincta, utrique tamen æqualis.*

Iam ut ad alios ſcriptores ſacros veniamus; quid clarius eſt illis Pauli Apoſtoli ſalutationibus, quæ in omnium ipſius Epiſtolarum initiis extant, Gratia & pax à Deo Patre, *vel* Patre noſtro, & Domino noſtro Ieſu Chriſto? *Non multùm etiam diſſimilis clauſula extat in Epiſtola ad Eph. cap.* 6. 23. *ubi Paulus* Pacem fratribus & charitatem cum fide *precatur* à Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto. *Salutationem autem Paulinis illis ſimilem vidimus in ſecunda Iohannis Epiſtola verſ.* 3. *Cur verò ne ſemel quidem Paulus à Spiritu ſancto gratiam & pacem fidelibus eſt precatus? An minùs ejus gratia fidelibus erat neceſſaria, licèt Deus ille*

quoque obtinet adverſarius. Tres enim ſunt cauſæ, ob quas nec ipſe, nec alii Apoſtoli in ſuis ſalutationibus ordinariè illa dona à Spiritu ſancto precari debuerint, licèt ipſe Deus ſupremus ſit. *Prima* eſt, quia plena Spiritûs ſancti manifeſtatio nondum advenit; ut jam non ſemel oſtendimus; ac diſertus ille de Spiritu ſancto loquendi modus perfectiori Eccleſiæ ſtatui reſervatur. *Altera* eſt, quòd Spiritus ſanctus ſatis perſpicuè includatur: dum Deus Pater Pater, vel Jeſus Chriſtus Dominus noſter vocatur. *Nemo enim*, ut docet Paulus 1. Cor. 12. 3. *poteſt Dominum vocare Ieſum, niſi in vel per Spiritum ſanctum.* Etſi igitur Apoſtoli Patrem & Filium præcipuè manifeſtare debebant, tamen omnes fideles & ſacrarum literarum gnari ſatis intelligunt, in iſtis precationum formulis includi etiam Spiritum ſanctum: ſed tantùm implicitè. Sicut enim licèt omnes fideles in V. T. ſemper in nomine Chriſti Patrem invocaverint, Chriſtus tamen *Ioh.* 16. 24. id factum negat, quia tum demum hoc erat futurum, cùm ipſe apertiſſimè ipſis locuturus eſſet de Patre, *verſ.* 26: ſic etiam à Spiritu ſancto nihil explicitè, vel apertè petitur, niſi ad plenam ipſius manifeſtationem reſpiciatur. Ideo etiam Paulus cùm expreſsè à Spiritu ſancto aliquid precatur 2. *Cor.* 13. 13, neque Chriſtum Dominum noſtrum, neque Deum Patrem Patrem vocat, ut eo ipſo doceat, Spiritum ſanctum ſemper includi, cùm Deus Pater, vel Chriſti, vel noſter Pater, aut Chriſtus Dominus noſter vocatur. *Tertia* cauſa cur Spiritus ſanctus in ejuſmodi precationum formulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mulis non expreſsè ponatur eſt, quia ipſe quoque eſt id, quod fidelibus Apoſtoli precantur. Nam ipſe ſub illâ gratiâ & pace Dei comprehenditur. Ipſe enim eſt perfectiſſima & intima illa pax. Nam ipſe donat ſe ipſum. Senſus igitur illarum formularum eſt, Oremus Deum Patrem & Filium ejus, ut Spiritus ſanctus in vobis habitare, voſque illius donis implêre velit. Itaque nec adeò congruum, multo minùs neceſſarium eſt, ut à Spiritu ſancto hæc expreſsè precentur Apoſtoli. Quod ipſum Paulus quoque egregiè innuit, dum paulò antè citato loco etiam res, quas aliâs precatur, mutat, & non gratiam ac pacem à Deo Patre & Chriſto, ſed gratiam Domini Ieſu Chriſti, & Charitatem Dei, & communicationem Spiritûs ſancti precatur: quò nimirum exprimeret, in uſitatioribus iſtis formulis in gratiâ & pace communicationem, quâ ſe Spiritus ſanctus fidelibus communicat, comprehendi. Ex his jam conſtat, quomodo ad reliqua loca his ſimilia reſponderi debeat, & quo jure hîc triumphet adverſarius. Sed quæ cauſa eſt, quòd tantùm in his duobus locis expreſsè Paulus & Iohannes à Spiritu ſancto aliquid precentur? Ea ex textus circumſtantiis apparet. Paulus volebat quaſi obſignare eam epiſtolam, quam ad homines tumidiores ac inter ſe diſcordes, qui Spiritûs ſancti virtutem in Paulo ſe exſerentem ferè contemnebant, ſcribebat: quò itaque ipſorum defectum eò manifeſtiùs indicaret, ideò expreſſiùs ejus correctionem à Spiritu ſancto precatus fuit. Ideo dicit verſ. 9. *Hoc etiam optamus*, τὴν ὑμῶν κατάρ-

ille ſummus eſſet? an minùs erat pacis ſeu felicitatis, quam fidelibus optabat, auctor? aut minùs dignus erat, cui invocationis honorem expreſſe tribueret, quàm Deus Pater, & Chriſtus? Certè vel hoc ſolum quemvis monere deberet, ne de tertia aliqua Divinitatis perſona cogitaret. Quòd verò idem Paulus alicubi communionem Spiritus ſancti precatur, id nihil ad invocationem Spiritûs ſancti facere, cap. præcedente vidimus. Reſponſum etiam eſt ad illa Apocalypſeos verba, ubi Iohannes à ſeptem ſpiritibus, qui ſint coram Dei throno, gratiam & pacem Eccleſiis precatur. Accedant illa ejusdem Apoſtoli vota pro Theſſalonicenſibus ſuſcepta : Ipſe autem Deus & Pater noſter, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dirigat viam noſtram ad vos 1. *Theſſ.* 3. 11. *&* 2. *Theſſ.* 2. 15: Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui dilexit nos *&c.* exhortetur (*vel potiùs* conſoletur) corda veſtra. *Adde & illa cap.* 1. *v. ult.* & vos in illo (*nempe Domino noſtro Ieſu Chriſto glorificemini*) ſecundùm gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti. *Extant apud eundem Apoſtolum & alia loca, ubi nulla Spiritus ſancti ſit mentio, Deo Patre & Chriſto commemorato. Sic Col.* 2. 2. *commemorat* myſterium Patris, & Chriſti. 2. *Theſſ.* 1. 1. *ſcribit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bit , Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. *ſic in Epiſt.* 1. *ad Timoth. cap.* 1. 1. *ait, ſe eſſe* Apoſtolum Ieſu Chriſti ſecundùm imperium Dei Salvatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ. *Neque enim eſt, quod quis putet, eandem hic perſonam deſcribi. Nam & præter ipſam orationis formam, conſuetudo Apoſtoli, Deum à Chriſto paſſim diſtinguentis, & collatio aliorum locorum, eandem ſententiam continentium, Deum Patrem nomine* Dei Salvatoris *deſcribi oſtendit. vide initia duarum ad Corinthios Epiſtolarum, itemque illarum, quæ ad Galatas, Eph. Coloſſ. extant; quin & initium poſterioris ad eundem Timoth. & ad Tit. in quo poſtremo loco eodem modo, quo hîc, Deum deſcribit, dum eum* Salvatorem noſtrum *appellat. Neque enim ea vox Chriſti ſolius eſt propria. Dei primùm eſt ſervare; propter illum etiam aliorũ, & maximè Chriſti, quem ille Salvatorem excitavit ac miſit, & poſtmodum dextrâ ſuâ exaltavit. vide Act.* 5. 31: 13. 23. 1. Ioh. 4. 14. *conf. cum v.* 9. 10. *Hinc Deus Salvator appellatur in eandem ad Tim. Epiſt. c.* 2. 3. *ubi quidem à Chriſto ſatis manifeſtè diſtinguitur verſ. duobus ſeq. adde c.* 4. 10. *Tit.* 2. 10. 3. 4. *ubi Deum Salvatorem itidem à Chriſto apertè diſtinguit verſ. duob. ſeq. quod fit etiam Iudæ v.*
ult.

καταρτισιν , *veſtrum connexum* , *veſtram inſtaurationem* , vel potiùs *perfectam veſtram inſtaurationem.* Scitè enim Syrus: *veſtram perfectionem.* Iterum verſ. 11. *Quod reliquum eſt, fratres, gaudete*, καταρτίζεσθε, *compingimini*, *inſtauramini*, vel potiùs, *perfectè inſtauramini*: Syrus, *perfecti eſtote, conſolatione fruimini, idem ſapite, in pace agite: & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum*: hoc eſt, & communicatio Spiritûs ſancti erit vobiſcum. In Apocalypſi autem expreſsè, & quidem non ſine inſigni amplificatione, Spiritus ſanctus poni debuit, tum quia in illis temporibus, de quibus Apocalypſis agit, ejus operatio maximè neceſſaria & conſpicua futura erat; tum quia periodus Apocalyptica ad ejus regnum uſque ſe extendit, adeóque magis magisque ejus radii emicant; tum denique ut oſtenderetur, omnes illas Spiritûs ſancti operationes proximè ac immediatè ad Chriſti, ejusque regni gloriam deſtinatas eſſe. Atque hanc ob cauſam eum Chriſto præpoſuit, ut Chriſtus omnium illorum ſcopus conſtitueretur. Accedit, quòd in hoc libro dona & operationes Spiritus ſancti variis typis corporeis ſæpè repræſententur: quod haud commodè fieri potuiſſet, niſi ipſorum fons in initio libri expreſsè indicatus fuiſſet. Nihilo magis ipſum juvant loca 1. *Tim* 5, 21. *& cap.* 6. 13. *&* 2. *Tim.* 4. 1. Nam in illis locis agitur de teſtibus quaſi externis, non verò internis. Spiritus autem ſanctus eſt teſtis internus. Hinc cùm Apoſtolus de ſe ipſo aliquid teſtatur, Spiritum ſanctum appellat; cùm verò alium adhortatur, non item: quia intimæ Spiritûs ſancti operationi hoc
non

non congruit. At *Epheſ.* 5.5. per Chriſtum & Deum non diverſæ perſonæ, ſed eadem intelligitur. Quantam autem vim habeat articulus, ſuprà ſatis à nobis fuit oſtenſum. Verùm etſi daremus, quod hîc duæ diverſæ perſonæ intelligerentur, nihil tamen ampliùs obtineret adverſarius, quàm ex locis paulò ante explicatis, ubi expreſſa duarum fit mentio. Peculiaris tamen hîc latet emphaſis in omiſſione Spiritûs ſancti. Senſus enim eſt, nullum fornicatorem, aut immundum, aut avarum habere partem in regno Chriſti & Dei, adeoque multo minùs in regno Spiritûs ſancti. Non agi autem de unâ perſonâ Tit. 2. 13, apertè falſum eſt. Nam non ſolùm vis articuli, quam adverſarius fruſtra oppugnat, ſed etiam vox ἐπιφάνεια, ac univerſus contextus, contrarium evidentiſſimè demonſtrat. Nullibi enim in Scripturâ ἐπιφάνεια Patri, ſed ſemper Filio tribuitur: cui adde quod *El gadol*, id eſt, Deus magnus, in V. T. ſit nomen Chriſti proprium. Quid autem de Iudæ *verſ.* 4 ſtatuendum ſit, ſuprà patuit. At voculam καὶ, *Et*, Epheſ. 5. 5. eſſe exegeticam, non eſt obſcurum. Poſſunt autem communia ſpecialioribus tam poſtponi quàm præponi: & omnino gradatio hîc locum habet, quia ſenſus verborum hic eſt: In regno Chriſti, qui eſt Deus. Petrus autem 2. *Epiſt.* 1. *verſ.* 1. per *Deum noſtrum & ſalvatorem noſtrum* unam & eandem perſonam intelligit ut non ſolùm ex articuli unitate, verùm etiam ex voce *juſtitiæ* apparet. Ad *verſum* autem 2. eodem modo reſpondetur, quo ad ſalutationes Pauli. Peculiaris tamen ratio accedit

ult. ubi dicitur: Soli Deo Salvatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria, &c. *Quare ut ad locum noſtrum ex Epiſtola* 1. *ad Tim adductum redeamus; quæ diverſæ perſonæ, Pater nempe & Filius nulla mentione facta Spiritûs ſancti, connectuntur. Idem fit in eadem Epiſtola alibi. Nam ut locum cap.* 5. 21. *qui ad ſecundum ordinem à nobis ſuprà conſtitutum pertinet, nunc prætereamus, ita cap.* 6. 13. *loquitur Paulus*: Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, ut ſerves mandatum *&c. & in* 2. *ad eundem Tim. Epiſt. cap.* 4. 1: Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, per (*Gr.* ſecundùm) adventum ipſius (*vel* ſuum) & regnum ejus (*vel* ſuum;) prædica verbum *&c. Similia ſunt & illa apud eundem Apoſtolum Eph.* 5. 5. *ubi negat, ullum fornicatorem, aut immundum, aut avarum,* habere hæreditatem in regno Chriſti & Dei. *& Tit.* 2. 13. *ubi commemorat* adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. *Nam quod adverſarii nonnulli, ob unitatem articuli, Dei & Chriſti nomini præfixi, eandem perſonam utroque illo nomine deſignari contendunt; in eo vehementer falluntur.*

Articuli enim unitas non ſemper unitatem ſubjecti, ſed ſubjectorum diverſorum conjunctionem quandam ſæpe notat, ut docuimus [a] in loco ſimili apud D. Iudam, verſ. 4. ubi de hominibus quibusdam impiis ait, quod ſolum dominatorem, vel, ut eſt in Græco, ſolum herum Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negent; ubi unus & hero illi Deo, & Domino Ieſu Chriſto articulus eſt præfixus, & tamen diverſæ perſonæ, Deus nempe Pater, & Chriſtus, inter ſe junguntur. Diverſas autem perſonas nomine Dei & Chriſti in locis citatis intelligi, ex eo patet, quòd Paulus, uti & alii ſacri ſcriptores, Deum ſubjectivè poſitum, ut in utroque ſit loco, perpetuò à Chriſto diſtinguunt. Adde, quòd in loco Eph. 5, ſi eandem perſonam deſignare voluiſſet Apoſtolus, nomen Dei præpoſuiſſet, tanquam generalius, ac minùs diſtinctè perſonam illam, quam intelligebat, denotans; nomen autem Chriſti, tanquam diſtinctius, illius explicandi cauſa ſubjeciſſet; cum nunc contrà faciat. Neque enim eſt, quòd fortè putes, incrementi cauſa id feciſſe Apoſtolum, qui ab humiliori titulo ad altiorem aſcendere voluerit. Siquidem id tum locum habuiſſet aliquem, ſi vox Dei epitheti ſeu prædicati inſtar de aliquo ſubjecto fuiſſet elata, non verò ad ipſum ſubjectum deſignandum adhibita: quod ſi unum eſt, ejusmodi

[a] ſect. 1. cap. 7.

accedit 1. Cor. 8. 9. Nam quia tantum multi Dii & multi Domini ex V. T. fuerant objecti, minimè opus erat, ut Spiritûs unitas aſſereretur: præſertim cùm in V. T. nonniſi Spiritus Elohim & Iehovæ mentio fiat. Indicari autem perſonam diſtinctam 1. Cor. 12. 4, alibi probabitur. Facilè quoque ſolvuntur argumenta ex Act. 20. 21. 1. Theſſ 1. 9, 10. 2. Theſſ. 3. 5. Iudæ 1. Apoc. 12. 17. & c. 14. & 20. Si enim obſervetur, quâ Eccleſiæ periodo, quâ occaſione, & quomodo iſta dicta ſint; item quòd ex conſuetudine Scripturæ Spiritus ſanctus hìc ſubintelligendus ſit, nulla ſupererit difficultas. Imò ſi hæc reliquis non allegatis dextrè applicentur, perſpicuum evadet, quòd illa Spiritûs ſancti omiſſio ſpecialem ipſius operandi modum egregiè indicet.

Nec majorem vim ſecundus locorum ordo habet. Cùm enim Luc. 9. 26. & Apoc. 3. 5. &. 1. Tim. 5. 21. de iis rebus agatur, quæ regnum Spiritûs ſancti antecedunt, ejus mentio fieri non debuit: præſertim cùm Spiritus ſanctus nunquam tanquam externus teſtis, aut judex, ſed tanquam internus à Scripturâ introducatur. Quare ineptiſſimum eſt, quod objicit adverſarius; An majus pondus accedebat dictis, ſi omiſſo Deo ſummo, ejus ſervi; omiſſo creatore, creaturæ, commemorarentur? Quaſi verò hæc cauſa ſit. Quaſi verò in Patris & Filii nominatione non ſatis ponderis ineſſet, etiamſi nulla Angelorum mentio fieret! Quaſi, etſi Spiritus ſanctus perſona non eſſet, ejus teſtimonium Angelorum teſtimonio non præpollêret! Quod verò Pater nunc exprimatur, ut Luc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Luc. 9.26, nunc omittatur, ut *Luc.* 12.8, eò docetur, unam eandemque rem nunc breviùs adeóque obſcuriùs, nunc fuſiùs adeóque expreſſiùs proponi. quod ipſum omne robur adverſarii argumentis adimit. Chriſtum autem in locis allegatis omnes cœleſtes perſonas, quarum conſpectum revereri debeamus, recitare voluiſſe, probet adverſarius.

Tertium agmen æque inefficax eſt atque duo priora. Minimè enim conveniebat, ut *Apoc.* 3. 12. Spiritûs ſancti nomen inſcribi diceretur, cùm hoc vitæ æternæ ſit proprium, in hoc autem loco agatur de nomine fidelibus in hâc vitâ adhuc degentibus inſcribendo: ut vel ex ſolo Hieroſolymæ deſcenſu patet. Itaque non ſolùm non debuit, ſed nec potuit nomen Spiritûs ſancti addi: quamvis operatio Spiritûs ſancti in ipsâ inſcriptione ſatis manifeſtè indicetur. Ipſe enim eſt arrhabo hæreditatis. Creſcunt omnino ut Chriſti, ita & fidelium nomina: ſed nomen Spiritûs ſancti omnibus colophonem imponet; nec juxta Scripturam locum habebit, niſi cum Deus erit omnia in omnibus. Locus quidem *Heb.* 12. 22. 23. 24. eſt illuſtriſſimus, verùm nihil prorſus favet adverſario. Neque enim hîc omnes res & perſonæ divinæ recenſentur, ſed tantùm eæ, ad quas fideles accedunt. At nos non accedimus ad Spiritum ſanctum, ſed Spiritus ſanctus venit ad nos & in nos, noſque ad cæleſtem illam panegyrim deducit. Agitur nempe hîc de acceſſionis quaſi termino, non de interno impulſore. Hinc ut aliæ res diviniſſimæ, quæ in ipſis fidelibus ſunt, omit-*modi gradatio obſervari non ſolet, ſed potiùs ſpecialiora ejus nomina generalibus, diſtinctiora confuſis ſubjici ſolent. Meritò ergo & hæc loca, uti & ille Iudæ à nobis hac occaſione adductus, cæteris exemplis addi debent, quibus oſtendimus, Deum & Chriſtum commemorari ſolere, nulla facta mentione Spiritûs ſancti, qui tamen non minùs foret commemorandus, ſi perſona eſſet divina, ab utroque diſtincta, utrique tamen æqualis. Hujusmodi autem loca etiam apud Petrum extant, qui initio poſterioris Epiſtolæ idem bis facit, quod Iohannem & Paulum inprimis facere docuimus. Ita enim ait verſ.* 1: Iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, in juſticia Dei noſtri, & Salvatoris Ieſu Chriſti. *& rurſus verſ.* 2: Gratia vobis & pax adimpleatur (*vel* multiplicetur) in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri. *Non multùm differunt à locis hucusque citatis, imò eandem, quod ad inſtitutum noſtrum attinet, vim habent illa, in quibus vel de iis agitur, qui divinum in nos imperium habent, vel de noſtro erga illos officio, Dei tantùm ac Chriſti mentione facta, licèt aliquanto diverſa ratione. Ex quibus nonnulla adducemus, ut alia etiam ſimilia lector à nobis monitus obſervet. Pertinet huc locus ille celebris,* 1. *Cor.* 8. 6. *ubi de iis agitur, qui divinum in nos imperium habent, & divino à no-*

à nobis cultu ſunt afficiendi : Nobis unus eſt Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum : & unus Dominus, Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum. *Cur enim non additur* , & unus Spiritus ſanctus , *ut quidam, errori ſuo velificantes , contra omnium antiquorum codicum fidem addere ſunt auſi ? Additur is quidem , imò præfigitur uni Domino , & uni Deo , in eadem Epiſtola cap.* 12. 4. *quia ibi de Spiritu ſancto , ſeu efficacia divina , ejusque in hominibus Chriſtianis effectibus , præcipuè erat ſermo. ſed hîc omitti non debebat , ſi æquè ac Pater & Chriſtus , divinum in nos imperium habet , & cultum divinum meretur. Cauſa , inquam , afferri juſta poteſt , cur commemoratus fuerit , etiamſi perſona à Deo ac Chriſto diſtincta non ſit ; ſiquidem res perſonis , & quidem divinis , non ſemel in ſacris literis adjunguntur , ut & alibi à noſtris , & à nobis ipſis paulo pòſt nonnullis exemplis oſtendetur. Sed nulla cauſa juſta afferri poteſt , cur in hujusmodi locis omiſſus fuerit Spiritus ſanctus , ſi eſt perſona divina, Patri & Filio per omnia æqualis. Spectant huc illa ejusdem Apoſtoli verba, quæ extant in Actis* cap. 20. 21. *ubi ſummam & ſuæ prædicationis , & noſtri officii explicat , & ſe teſtificatum , ait ,* Iudæis atque Gentibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *& illa ejusdem* 1. *Theſſ.* 1. 9, 10: Converſi eſtis ad Deum vivum à ſimulachris, ſervire Deo vivo & vero; & expectare Filium ejus de cœlis (quem ſuſcitavit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit (*Gr.* eripit) nos

omittuntur, ſic quoque perſona diviniſſima, quæ in nobis habitat. Taceo quòd hîc tantùm recitentur , quæ typis Chriſti ſeculum repræſentantibus reſpondent.

Admittimus igitur per Deum judicem omnium ſolum Patrem hîc intelligi , verum Dei nomen ſubjectivè poſitum tantùm pro Patre ſumi, multa Scripturæ loca non admittunt. At neceſſario plures judices ac Deos eſſe, ſi plures perſonæ ſint, quàm verum ſit, infra videbimus. Plures quidem judices , ſi non eſſentialis ſed perſonalis judicii ratio habeatur , ſunt ; ſed plures Dii nullâtenus. Eo ipſo , quo adverſarius nodum ſibi objectum ſolvit , ſe ipſum quoque refutat. Nimirum eas , ſcilicet tum perſonas tum res , hîc recenſeri, ad quas acceſſiſſe rectè dici poſſumus quæque extra nos conſiſtunt , & illis typis eleganter reſpondent, & aliquâ ratione opponuntur : uno verbo , ea quæ extra nos ſunt , non verò quæ ſingulari modo in nobis exiſtunt. Cùm autem Spiritus ſanctus in nobis habitet , & quidem modo ſingulariſſimo , recenſeri utique non debuit. Nos autem non dicimur ſocietatem habere cum Spiritu ſancto , quia ipſe non tam eſt ſocietatis terminus , quàm intima cauſa , ac vinculum, Philoſophi dicerent , non eſt ſocietatis noſtræ terminus externus & remotus , ſed intimus ac proximus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nos ab ira ventura. *& 2. Theſſ.* 3. 5. Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate (*Gr.* charitatem) Dei,& patientia (*Gr.* patientiam, *ſeu* patientem expectationem) Chriſti. *Atque ut alia etiam miſceamus, licèt de alia re agentia; ita ait Iudas verſ.* 1: his qui ſunt in Deo Patre dilecti, & Chriſto Ieſu conſervati. *& Iohannes in Apocalypſi ita homines pœnam divinitùs ſibi infligendam metuentes, loquentes introducit:* Cadite ſuper nos (*montes nimirum & petræ*) à facie ſedentis ſuper thronum,& ab ira Agni. *& cap.* 12. 17: qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti. *& cap.* 14: Hìc patientia ſanctorum, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu *& cap.* 20: animæ decollatorum propter teſtimonium Ieſu,& propter verbum Dei. *Alia, prolixiùs, aut aliâ orationis formâ, cùm de rebus divinis loquantur, Dei tantùm & Chriſti faciunt mentionem, paſſim obſervare licet.*

Iam ut ad alterum ordinem locorum à nobis conſtitutum tranſeamus; angelorum fit mentio, Spiritu ſancto prætermiſſo, primùm in illis Chriſti verbis, quæ extant apud Lucam cap. 9. 26; Qui me erubuerit, & meos ſermones; hunc & Filius hominis erubeſcet, cùm venerit in majeſtate (*vel* gloria) ſua, & Patris & ſanctorum Angelorum. *quibus ſimilia ſunt, quanquam in re contraria, illa ejuſdem Chriſti, quæ leguntur Apocalypſ.* 3. *6:* Qui vicerit *&c.* confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. *& illa Pauli* 1. *Tim.* 5. 21: Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis angelis, ut hæc cuſtodias ſine præjudicio. *Quis credat, potuiſſe omitti Spiritum ſanctum, & angelos potiùs ejus loco commemorari, ſi is perſona divina eſſet, à Patre & Filio diſtincta, & utrique æqualis? An majus pondus accedebat dictis, ſi omiſſo Deo ſummo, ejus ſervi, omiſſo creatore, creaturæ commemorarentur? Dices ex illa omiſſione id, quod volumus, concludi non poſſe; quia aliàs idem de Patre foret concludendum. Eum enim in loco duobus illis, quos ex* Luc. 9. *&* Apoc. 3. *citavimus, ſimili omitti, ſolis angelis commemoratis, nempe* Luc. 12. 8. *ubi ait Chriſtus:* Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei, qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. *Reſpondeo, ideo hic angelorum tantùm fieri mentionem, quia ii ſoli ex perſonis cœleſtibus re ipſa præſentes aderunt in judicio, cùm Chriſtus nomina illorum, de quibus ſermo eſt, aut confitebitur, aut negabit. At in locis à nobis antea productis, quia Patris quoque fit mentio, apparet, Chriſtum ac Paulum voluiſſe omnes cœleſtes perſonas, quarum conſpectum revereri debeamus, & coram quibus laudari honorificentiſſimum, reprehendi ac repudiari ignominioſiſſimum ſit, commemorare: atque ità ne eas quidem præterire, quæ numine tantùm ſuo præſentes ſint, aut olim ſint futuræ. Vnde conſequitur, Spiritum ſanctum, in iſtiuſmodi locis, ſi divina perſona foret, omitti nequaquam potuiſſe; ſed vel angelorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

loco fuiſſe nominandum, vel, ſi hos etiam commemorare placuiſſet, iis præponendum.

Iam verò, ut res alias Deo & Chriſto, omiſſo Spiritûs ſancti nomine, adjungi doceamus; locum habemus inſignem in Apocalypſi, ex qua multa antea produximus teſtimonia, cap. 3. 12. *ubi Chriſtus præmium vincenti his inter alia verbis proponit:* Scribam, *inquit*, ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei, novæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum. *Vbi vides, inter Deum & Chriſtum, ſeu utriusque nomen, interiici Hieroſolymam novam, ejusque nomen. Cur non etiam dicebat, ſe ſcripturum ſuper eum Spiritûs ſancti nomen, cur Hieroſolymæ potius, quàm Spiritûs ſancti, ſi hic Deus ille ſummus eſt? Claudat tandem agmen illuſtris item locus, qui extat* Heb 12. 22, 23, 24 *ubi non tantùm cum Deo & Chriſto junguntur Angeli, ſed & homines pii, partim vivi, partim mortui, eorumve ſpiritus, & res quædam aliæ ſacræ, ad quas Chriſtianis hominibus per Chriſtum patefactus eſt aditus, nulla mentione Spiritûs ſancti facta. Ita enim ibi loquitur divinus ſcriptor:* Acceſſiſtis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitivorum, (*Gr.* myriadas Angelorum, panegyrin *ſeu* conventum univerſalem & Eccleſiam primogenitorum) qui conſcripti ſunt in cœlis, & judicem omnium Deum, & ſpiritus juſtorum perfectorum, & Teſtamenti novi mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem meliùs loquentem quàm Abel. *Quis credat, in tam prolixa perſonarum, quas ob præſtantiam ſummam divinas appellare licet, potuiſſe omitti Spiritum ſanctum, ſi is ejusmodi perſona divina eſſet, qualis Pater aut Chriſtus?*

Neque verò eſt, quod quis dicat, Dei judicis omnium *nomine Spiritum ſanctum comprehendi: Id enim tum tolerabile aliquo modo eſſet, ſi vel unus proferri poſſet manifeſtus ſcripturæ locus, in quo Spiritus ſanctus Deus appelletur. Sed deinde quis vel ex locis, & ſuprà, & paulo antè non exiguo numero prolatis, non perſpicit, Dei nomen ſubjectivè poſitum Patrem denotare, & ea ratione tum à cæteris omnibus perſonis, tum ab ipſo Chriſto diſtingui? Et ſanè nemini veriſimile eſſe poteſt, Patrem hîc omiſſum eſſe, quem in locis ſimilibus nuſpiam vidimus omiſſum. Nuſpiam autem commemoratus fuit, præterquam ibi, ubi* Deus judex omnium *commemoratur. Neque vero eſt, quod quis dicat, Patrem quidem intelligi, ſed non ſolum, verùm & Spiritum ſanctum. Nam ſi plures perſonæ intelligerentur, deberet perſona Chriſti non minus, quàm Spiritûs ſancti, eo nomine includi, ut quidem adverſariorum de perſonis divinitatis fert opinio. Atqui Chriſti mediatoris perſona apertè à Deo illo diſtinguitur, dum ſeparatim poſtea commemoratur, & præterea nullo modo concedendum eſt, plures Dei perſonas; nec ſimul tamen plures Deos ac judices eſſe. Hîc autem non* judices omnium Dii,

ſed judex omnium Deus *commemoratur. Sed obiiciet fortè aliquis, ſi ratio ex illo loco ducta vim aliquam haberet, non tantùm ſecuturum, Spiritum ſanctum perſonam non eſſe, ſed ne rem quidem ſacram aut divinam, quales hîc recenſeri videmus; vel ſaltem res hîc commemoratas diviniores Spiritu ſancto eſſe; quod ne nos quidem conceſſerimus. Reſpondemus autem, hanc objectionem robur aliquod habituram, ſi res omnes, ſaltem diviniſſimæ, fuiſſent enumeratæ, ut perſonas diviniſſimas ac ſanctiſſimas omnes videmus eſſe enumeratas; & , ſi eadem hîc ratio rerum diviniſſimarum omnium, quæ perſonarum eſſet. At aliter ſe res habet. Ipſorum enim bonorum nobis à Deo per Chriſtum promiſſorum, nempe immortalitatis, & remiſſionis peccatorum, nulla expreſſa fit mentio; ſed illius tantùm locus figuratè commemoratur, nempe Sion mons & cæleſtis Ieruſalem; hujus verò cauſa efficiens media, nempe Chriſtus novi Fœderis mediator, & aſperſio ſanguinis, meliora loquens præ Abele; & utriusque cauſa efficiens prima Deus. Eodem modo nec Spiritus ſanctus, qui inter bona nobis promiſſa continetur, commemoratus fuit. Nempe quia perſonas quidem omnes recenſere voluit, cum quibus conjunctionem aliquam ac communionem, vi religionis Chriſtianæ habeamus, ita ut ad eas acceſſiſſe rectè dici poſſimus: res autem ſacras ac divinas eas tantùm voluit commemorare divinus Auctor, quæ extra nos aliqua ratione conſiſtunt, & illis, ad quæ populus Iſraëliticus olim acceſſit, cum ei Lex è monte Sina per Moſen mediatorem promulgaretur, eleganter reſpondent, & aliqua ratione opponuntur. Hoc autem in numero non eſt efficacia ſeu virtus divina, quæ in nos à Deo manat, atque in corda noſtra mittitur; uti nec ipſa peccatorum remiſſio, & immortalitas. At ſi Spiritus ſanctus eſſet perſona, ad illum non minùs, quàm ad Patrem, acceſſiſſemus, & cum eo communionem ac ſocietatem haberemus ſummam; nec in tam prolixa & accurata perſonarum, cum quibus conjunctio nobis intercedat, enumeratione omitti ulla ratione potuiſſet. Sed non mirum eſt, eum hîc omitti: cum & Iohannes, ut ſuprà vidimus, communionem noſtram cum perſonis divinis, quæ κατ' ἐξοχὴν ita dici merentur, deſcribens, [a] dicat,* ſocietatem noſtram eſſe cum Patre, & Filio ejus Ieſu Chriſto: *intra has perſonas eam conſiſtere indicans. Spiritûs ſancti quidem communio eſt nobiſcum; quia ejus participes reddimur: ſed nos cum illo ſocietatem non dicimur habere: quia ſocietas noſtra non eſt cum dono, ſed vel cum eo, qui nobis largitur donum, vel cum eo, qui idem unâ nobiſcum habet, ejusdemve aliqua ratione conditionis eſt.*

[a] 1. Ioh. 1. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. IV.

Argumentum quartum ex Matth. 11. 27. *Nemo novit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis novit: niſi Filius*, &c.

Satis multa hucusque protulimus teſtimonia, in quibus Spiritus ſancti mentio omittitur, non omittenda, ſi perſona divina eſſet. Unum nunc ſubjiciemus locum, qui Paulo eſt à ſuperioribus teſtimoniis diverſus, & ſimilior illis, in quibus aliquid expreſsè de Spiritu ſancto negatur. Quia licet Spiritus ſancti expreſſam mentionem non faciat, generalibus tamen verbis quippiam de eo negat, quod negari non poſſet, ſi is perſona divina eſſet, à Patre & Filio diſtincta. Is verò locus extat Matth. 11. 27. ubi ita Chriſtus ait: *Nemo novit Filium, niſi Pater; neque Patrem quis novit, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Hoc autem quomodo verum eſſet, ſi Spiritus ſanctus eſſet perſona divina, à Patre & Filio diſtincta, & utrique per omnia æqualis? Nam & Filium, noſſet quiſpiam præter Patrem, & Patrem præter Filium, nempe Spiritus ſanctus; & noſſet quidem ſine ulla alterius revelatione.

CAP. IV.

Reſponſio ad argumentum quartum ex Matth. 11. 27. Nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius revelare.

Reſpondemus negando conſequentiam: Hîc non fit mentio Spiritûs ſancti, ergo Spiritus ſanctus non eſt perſona divina. Nam excluſiva non excludit incluſa. At Spiritum Sanctum hîc includi, univerſa Scriptura docet. Non additur autem hîc Spiritus ſanctus: quia de iis agitur qui hominibus tùm temporis myſteria revelabant ſeu teſtabantur: at nondum teſtabatur Spiritus ſanctus.

Defenſio Argumenti.

N*Eque verò dici hîc poteſt, vocem* Nemo *tantùm ad creaturas excludendas poni. Cur enim aliàs additur,* niſi Pater? *cur is excipitur? Num fortè & ille inter creaturas eſt, ut propterea expreſſe excipiendus fuerit? Excipitur enim id tantùm, quod alioquin ſub nomine generali comprehenditur, & quod niſi exceptum fuiſſet, generali oratione comprehenſum cenſeri poſſet, & ſic idem de eo vel affirmatum vel nega-*

Defenſio Reſponſionis.

VOcem excluſivam *Nemo* cùm grano ſalis eſſe accipiendam non ſolum ex aliis Scripturæ locis, ſed etiam ex hoc ipſo liquido conſtat. Si enim adverſarii argumentationem imitemur, nec Pater ſe ipſum, nec Filius ſe ipſum cognoſcet. Dicitur enim, *Nemo novit Filium niſi Pater*: & viciſſim, *Nemo novit Patrem niſi Filius.* Deinde quis credat, quòd Spiritus Dei non cognoſcat Deum, præſertim cùm Paulus 1 Cor. 3. 11. dicat: *Ita ea quæ ſunt Dei nemo novit niſi Spiritus Dei.* Ergo juxta adver-

adverſarium nec Deus novit ea quæ ſunt Dei. Et verſ. 10: *Nobis autem Deus ea revelavit per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei.* Unde manifeſtum eſt, quòd Spiritus ſanctus in loco allegato non excludatur, ſed includatur. Si enim Deus per Spiritum, qui omnia ſcrutatur, ſe fidelibus revelat, quomodo Spiritus non cognoſceret Deum? Quare à Sacrâ ſcripturâ, omnique ratione valde alienum eſt, quod adverſarius pronuntiat, ne ſuſpicionem quidem eſſe, factâ Patris & Filii mentione Spiritum ſanctum includi. Expreſsè autem poni non debuit, quia hîc tantùm agitur de Patris & Filii manifeſtatione: Nondum enim perfectionis tempus advenerat, quo Spiritus ſanctus Filium, multo minùs ſe manifeſtaret. Quamvis enim ab initio orbis operationibus ſuis ſe oſtenderit, tamen Scriptura ſingularem illam manifeſtationem reſpicit.

negatum, quod de cæteris ejus generis rebus affirmatur aut negatur. Eadem difficultas eſt de Filio, ſi adverſariorum ſententiam ſpectes. Neque enim eum, quà Filius Dei eſt, creaturam eſſe volunt. At hîc, quà Filius eſt, ſpectatur. Non eſt etiam, quod quis dicat, Spiritum ſanctum tacitè includi in Patre & Filio. Nam ſi Spiritus ſanctus eſt perſona ab utroque diſtincta, quo jure id aſſeritur? Deinde, an magis includitur Spiritus ſanctus in Patre & Filio, quàm vel Filius in Patre, vel contrà Pater in Filio? certè non magis. Quare ſi ideo nulla Spiritûs ſancti facta eſt mentio, quia is in utroque includitur; non debuit expreſsè vel Filii, vel Patris fieri mentio, quia alter in altero includatur. Et ſanè Patris mentio apertiùs includit Filium, aut Filii mentio Patrem, quàm utriusque mentio Spiritum ſanctum, ſi hic eſt perſona ab utroque diſtincta; imò hunc includi, ne ſuſpicio quidem eſt. At iſtic ipſa nomina apertam habent ad ſe mutuò relationem. Quare Spiritûs ſancti potiùs facienda fuiſſet mentio; quàm vel Patris, cùm de cognitione Filii agitur; vel Filii, cùm de cognitione Patris. Non eſt denique, quòd quis dicat, Spiritum ſanctum inter eos comprehendi, quibus Filius Patrem, aut ſe ipſum velit revelare; quia ut eſſentiam, ita & cognitionem Patris ei largiatur. Etenim ut taceam, non revelari quippiam cuipiam, niſi jam exiſtenti; de ea revelatione hic ſermo eſt, quæ certo demum tempore fiat, & à Filii voluntate pendeat, non verò à naturæ neceſſitate. Atqui illa, ſi dici debet, revelatio, quæ fiat per proceſſionem Spiritûs ſancti ex Filii eſſentia, & ab æterno facta eſſe, & non à voluntate Filii, ſed à naturæ neceſſitate pependiſſe creditur. An non res ipſa indicat, homines hîc intelligi, quibus Chriſtus per Euangelii doctrinam Patris notitiam tradere velit? Quamquam præterea hoc ipſum, quod in hac exceptione aſſeritur, Spir. ſanctum Deum ſummum non eſſe, demonſtrat. Neque enim Deus ſummus eſt, qui eſſentiam ſuam, & quicquid habet, ab alio aliùsve habet, ſed quia à ſe ipſo; ut de Chriſto diſputantes[a] docuimus.

a ſect. 2. cap. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. V.

Argumentum quintum, quòd Spiritus ſanctus à Deo ſæpiſſimè diſtinguatur.

Poſtquam ſatis de iis dixiſſe videmur, quæ de Spiritu ſancto in ſacris literis non habentur, minimè prætermittenda, ſi is Deus ille ſummus eſſet; ſequitur, ut ea quoque videamus, quæ de eo in ſacris literis expreſsè traduntur, ſuntque ejusmodi, ut Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe doceant. Ea verò duplicis ſunt generis. Quædam enim ejusmodi ſunt, ut propriè ſumta non magis perſonis, quàm cæteris rebus conveniant, aut etiam perſonis nullo modo competant, ſed rerum tantùm propria ſint: quædam verò ejusmodi, ut propriè quidem ſumta perſonis ſolis conveniant, verùm Spiritui ſancto per tropum quendam tribuantur, quibus adjungemus etiam quædam, quæ primò ac per ſe ſuppoſitis conveniunt, rebus autem cæteris non niſi conſequenter. Nos à prioribus incipientes, non tantùm Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe docebimus, ſed ne perſonam quidem: quanquam hoc poſterius non omnibus, quæ afferemus, argumentis; ſed tamen non paucis.

Primum ergo argumentum ex iis rebus ductum, quæ non magis perſonis, quàm rebus, conveniunt, illud eſto, quod Spiritus ſanctus à Deo, ſeu Iehova, ſæpiſſimè apertiſſimeque diſtinguitur. Sæpiſſimè autem Spiritum ſanctum atque apertiſſimè à Deo ſeu Iehova diſtingui, vel illa oſtendunt loca, in quibus Dei aut Iehovæ ſpiritus appellatur, aut Deus ſeu Iehova eum ſpiritum ſuum vocat; qualia ſanè extant in ſacris literis non pauca, ex quibus ſuprà vidimus unum atque alterum ab adverſariis productum, ut oſtenderent, Spiritum ſanctum Deum aut Iehovam dici, ejusve nomine intelligi, illa nempe 2.Sam.23.3. Eſa.63.10. adde ex multis, hinc inde in ſacra ſcriptura extantibus, hæc pauca, Eſa.11.2:42,1:59,21:61,1. Ioel.1.28. Matth.3.16:12,28. Rom.15.19. 1.Cor.2.11,12,14:3,16:6,11. Vidimus etiam ſuprà ex eadem Epiſtola alios locos, ubi alia ratione Spiritus ſanctus à Deo diſtinguitur. cap.6.19. & cap.12.4, 5, 6. quin & 2.Cor. ult. v. ult. qui loci ab adverſariis produci ſolent, ut Spiritum ſanctum perſonam

CAP. V.

Reſponſio ad argumentum quintum, quòd Spiritus ſanctus à Deo ſæpiſſimè diſtinguatur.

Quàm nihil illis, quæ in Scripturâ de Spiritu ſancto prætermiſſa ſunt, obtineat adverſarius, cuivis ſacrarum literarum conſuetudinem obſervanti conſtare cùm poſſit, diſpiciamus jam quid ea contra ſupremam Spiritûs ſancti Deitatem faciant, quæ de ipſa traduntur. Attributa autem illa vel rebus etiam, vel ſolis perſonis conveniunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

perſonam divinam eſſe doceant. Sed in re manifeſta non opus eſt pluribus. Commemoravimus autem ea potiſſimùm ſcripturæ loca, in quibus adverſarii de ipſa Spiritûs ſancti perſona ſermonem eſſe vel fatentur, vel etiam urgent, ne quis de dono tantùm ab illa profecto verba fieri, & illud tantùm, non verò Spiritum ſanctum propriè ſic dictum, Dei ſpiritum appellari contendat. de qua diſtinctione in ſequenti argumento agetur.

Defenſio Reſponſionis.

AD primum argumentum reſpondemus: Non ſequi: Spiritus ſanctus diſtinguitur à Iehovah vel Deo. Ergo non eſt Iehovah vel Deus. Univerſa enim hæc argumentatio diverſæ illarum vocum ſignificationis confuſione nititur. Nam vox *Iehovah*, & *Deus*, vel ſumitur propriè, adeoque communiter & eſſentialiter: vel impropriè, ſeu ſynecdochicè, ſpecialiter ſcilicet & perſonaliter. Si priori modo accipiatur, nunquam Spiritus ſanctus diſtinguitur à Iehovah vel Deo. Si poſteriori, pro Patre ſcilicet, vel Filio, diſtinguitur quidem, ſed hinc nullâtenus ſequitur, eum non eſſe Deum.

Defenſio Argumenti.

VErùm ajunt, cùm Spiritus ſanctus à Deo aut Iehova diſtinguitur, Dei aut Iehovæ nomine Patrem intelligi, vel etiam Filium, qui itidem ſit Iehova. Ideo enim utriusque Spiritum dici, quia ab utroque procedat. Similem exceptionem vidimus [a] *de Chriſto, qui itidem à Deo creberrimè diſtinguitur. Eadem autem, quæ ad illam exceptionem iſtic diximus, iisve ſimilia, hîc quoque dici poſſunt. Quare cùm inde ea peti poſſint, nil eſt neceſſe ea hîc repetere.*

[a] Vide ſect. 2. cap. 1.

Idem argumentum Filio applicatum ſuperiùs urſit. Quare non eſt, quòd diutiùs hîc illi immoremur. Tantum autem abeſt, ut hoc pietatis myſterio adverſetur, ut illud potiùs probet. Cùm enim is, qui aliàs Jehovah vel Deus dicitur, alibi à Iehovâ diſtinguatur, nec niſi unus Iehovah eſſe queat, neceſſariò ſequitur, plures perſonas eundem eſſe Iehovam.

BISTERFELDII
CAP. VI.

Reſponſio ad argumentum ſextum, quòd Spiritus ſanctus ſit Dei virtus.

Reſpondemus negando conſequentiam. Quamvis enim Spiritus ſanctus ſit Dei virtus, attamen eſt ſuprema Deitatis perſona. Alia enim Dei

CRELLII
CAP. VI.

Argumentum ſextum, quòd Spiritus ſanctus ſit Dei virtus.

Secundum hujus ordinis, ſed ſectionis hujus ſextum argumentum eſto, quòd Spiritus

ſanctus Dei ſit virtus ſeu efficacia, ea nimirum, (ut rem obiter explicemus) quæ à Deo procedit, atque in homines manans, eos ſanctificat ac conſecrat, & varios atque admirabiles in iis effectus parit quam *afflatum divinum* appellare ſolent. Iam verò Dei virtus ſeu efficacia, Deus ſummus perſonáve ſupremæ Deitatis eſſe non poteſt: ut in defenſione hujus argumenti meliùs intelligetur.

Dei virtus eſt ſubſtantialis, alia accidentalis. Virtus Dei accidentalis *non eſt, nec eſſe poteſt perſona Deitatis ſuprema. At* virtus Dei ſubſtantialis *alia eſt eſſentialis, alia perſonalis.* Virtus Dei eſſentialis *eſt ipſa Dei eſſentia, ſicque non ſolùm Pater, & Filius, ſed etiam ipſe Spiritus ſanctus habet virtutem.* Virtus *autem* Dei perſonalis *eſt ſuprema Deitatis perſona. Quæ diſtinctio ſi locis ab adverſario citatis applicatur, facilè ſolvuntur. Nam in quibusdam non agitur de virtute Dei ſubſtantiali, ſed accidentali: ex iis igitur ſi deducatur argumentum, neganda eſt minor: in quibusdam autem agitur de virtute ſubſtantiali perſonali; & tùm neganda eſt conſequentia. Spiritum ſanctum autem eſſe virtutem ſeu efficaciam accidentalem à Deo procedentem atque in homines manantem, tam abſurda eſt ſententia, ut non ſolùm univerſam Theologiam, ſed etiam plurima rectæ rationis principia evertat.*

Defenſio Argumenti.

SPiritum autem ſanctum virtutem Dei eſſe ſeu efficaciam, ipſos adverſarios noſtros in ſacris literis paulò exercitatiores haud fugit. Eſt enim inter alios manifeſtus admodum locus Luc. 24. 49. ubi ait Chriſtus:* Et ego mitto promiſſum Patris mei in (*Gr.* ſuper) vos. Vos autem ſedete in civitate (*Gr. additur* Hieruſalem,) quoadusque induamini virtute ex alto. *ubi ab omnibus, quod ſciam, interpretibus animadverſum eſt, nomine virtutis illius, quâ ex alto indui debebant Apoſtoli, Spiritum ſanctum intelligi. & hoc erat illud promiſſum Patris à Chriſto ſuper illos mittendum. vide inter alia*

Defenſio Reſponſionis.

SPiritum ſanctum eſſe Dei virtutem, concedimus quidem, ſed id malè probat adverſarius ex Luc. 24. 49. Quod antequam oſtendamus, obſervandum eſt, aliud eſſe, Spiritum ſanctum eſſe virtutem; aliud, ipſum eſſe efficaciam. Illud enim δύναμιν ſeu potentiam: hoc ἐνέργειαν ſeu actum denotat. Eſt autem virtus ſubſtantialis, vel accidentalis: ſed efficacia non eſt niſi accidentalis. Etſi autem paulo antè citato loco per promiſſum Patris per metonymiam adjuncti occupati pro ſubjecto occupante intelligatur Spiritus ſanctus, tamen virtus ex alto non immediatè ſignificat Spiritum ſanctum, ſed Spiritûs ſancti effectum ſeu donum, nimirum magnitudinem illam animi, quâ Apoſtoli erant inſtruendi ad prædicandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dum Euangelium, cujs origo etiam Spiritus ſanctus innuitur, dum dicitur *proficiſci ex alto*. Sed *Actor*. 1. *verſ*. 8. Spiritus ſanctus non dicitur virtus, ſed diſertè à virtute tanquam ejus fons diſtinguitur, his verbis: *Sed recipietis virtutem Spiritus ſancti, poſtquam ſupervenerit ſuper vos*. Si enim, ut vult adverſarius, *Spiritus ſancti* hîc eſſet genitivus ſpeciei, ſanè inſipida foret tautologia, cùm ſupervenire Spiritum ſanctum ſuper Apoſtolos nihil aliud foret quàm Apoſtolos recipere virtutem. Adde quòd virtus accidentalis, qualis hîc omninò intelligenda, non dicatur ſupervenire ſuper aliquem. Quod uberiùs patet ex *Act*. 2. 3. 4. Ridiculum enim eſt, virtutem accidentalem conſediſſe ſuper unumquemque. Quod autem attinet locum *Luc*. 1. 35. non negamus, per virtutem Altiſſimi intelligi Spiritum ſanctum. Nam Spiritus ſanctus reverâ eſt virtus Altiſſimi, ſed quæ ſupervenerit in Mariam, quæque eam inumbraverit, id eſt, ſubſtantialis ſit. Quod autem virtus & Spiritus frequentiſſimè ſolent in ſacris literis copulari, id non tam oſtendit, Spiritum ſanctum eſſe virtutem, quàm illum ab illâ virtute cum quâ conjungitur diſtingui. Sic *Luc*. 4. 14. ἐν τῇ δυνάμει τȣ͂ πνεύματος aliud eſt δύναμις ſeu virtus, aliud πνεῦμα, ut vel ex articulo τῇ cognoſcitur. Et in *Actis* c. 10. 38. primo innuitur cauſa ſeu fons: *Vnxit ipſum Spiritu ſancto*: tum effectus, *Et virtute*. At *Rom*. 1. 4. per Spiritum ſanctificationis non intelligitur Spiritus ſanctus, ſed divina Chriſti natura, nec ἐν δυνάμει, *in virtute*, præciſè notat virtutem Spiritûs ſancti, *alia Act*. 1. 4, 5, 8: 2, 4, 33. *Itaque hic locus etiam ad alios, quibus Spiritus ſanctus* virtutis divinæ *nomine ſignificetur, illuſtrandos fuit adhibitus. Adſcribere hic libet duorum doctiſſimorum ſacræ ſcripturæ interpretum, alterius Pontificii, alterius Euangelici, verba ad locum Luc* 1. 35. *annotata ubi ita ait Angelus ad Mariam virginem*: Spiritus ſanctus ſuperveniet in (*Gr*. ſuper) te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. *Prior enim ille* [a] *interpres, poſtquam dixiſſet, Gregorium, Chryſoſtomum, Victorem, Damaſcenum, Bedam, Theophylactum, virtutem Altiſſimi interpretari Chriſtum, ſeu Dei Filium, ſubjicit; Alii, quem ante vocaverat Spiritum ſanctum, nunc virtutem Altiſſimi vocari putant, ut Euthymius: quem minorem licèt, & ſolum auctorem, veriſimiliora tamen dicentem, quàm plures, majoreſque illos, ſequi malo. Eſt enim ejuſdem ſententiæ repetitio, quâ Hebræi, præſertim in Canticis, frequenter utuntur, verſum unum una concludente ſententia, quæ priore parte verſus aliis, poſteriore aliis repetatur verbis, ut*: Qui [b] habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. *Eodem enim modo videmus, Angelum paulò antè dixiſſe*, Ave gratia plena, Dominus tecum, *eandem ſententiam verbis diverſis variantem. Idem enim eſt, ut illic docuimus*, Gratia plena, Domi-

[a] Ioh. Maldo.

[b] Pſal. 2. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Dominus tecum. *Et ſolet Spiritus ſanctus, ſicut* digitus, *ſic etiam* virtus Dei *eadem ſimilitudine vocari, ut infra c.* 24. 49. Vos autem ſedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. *Itaque virtus, & Spiritus, frequentiſſimè ſolent in ſacris literis copulari. ut infrà cap.* 4, 14. *& in Actis. c.* 10. 38. *Rom.* 1. 4. *&* 15. 13. 1. *Cor.* 2. 4 *Eph.* 3. 16. 1. *Theſ.* 5. 5. *Poſterior verò ita ſcribit* : [a] Et virtus Altiſſimi, δύναμις ὑψίςȣ. *Id eſt, idem ille Spiritus ſanctus, qui eſt virtus procedens ex Altiſſimo, hoc eſt, Deo Patre. Periphraſis. Repetitur enim* κατ' ἐπεξήγησιν *eadem ſententia aliis verbis. Sic infrà* 24, 49. *Spiritus ſanctus nominatur virtus ex alto*, δύναμις ἐξ ὕψȣς. *His & alii quidam* [b] *viri doctiſſimi adſtipulantur. Nam quòd Veterum plærique per virtutem Altiſſimi Filium Dei intellexerunt, id, ne rationem à doctiſſimo Pontificiorum interprete allatam nunc repetam, aliis quoque argumentis refutatur. Primùm, quòd Matt.* 1. 20, *ubi Angelus Ioſepho eandum rem explicat, ſolum Spiritum ſanctum commemorat, non omiſſurus Filium Dei, ſi eum Gabriel hoc loco nominatim cum Spiritu ſancto conjunxiſſet, & ſuæ conceptionis auctorem conſtituiſſet : cùm non major hic illius commemorandi eſſet cauſa, quàm illic. Deinde quia hoc pacto Chriſtus ſui ipſius Filius ſtatueretur, quandoquidem*

[a] Iohan. Piſcat.

[b] Iohan. Calvin.

ſancti, ſed Chriſti. *Rom.* quoque 15. 13 tria diſtinguuntur: primò ſpes: deinde virtus Spiritûs ſancti, prima ſpei cauſa: tertiò Spiritus ſancti iſtius virtutis origo. Idem judicandum eſt de loco 1. *Cor.* 2. 4. nimirum quòd innuatur cauſa, *Spiritus*, & effectus, *virtus*, niſi forſan Spiritus opponatur ſapientiæ humanæ, & virtus verbis, ita ut ſenſus ſit: ſed in demonſtratione ſpiritualis ſapientiæ, & virtutis : quæ utraque proficiſcuntur à virtute Dei. Manifeſte autem adverſarium refutat locus Epheſ. 3. 16: *Vt det vobis pro divite ſuâ gloriâ, ut virtute corroberemini per Spiritum ſuum in interiore homine.* Etenim ſi fideles corroborantur in virtute per Spiritum, utique Spiritus non eſt ipſa virtus : cauſa ſiquidem propriè dicta non eſt ipſe effectus. Denique 1. *Theſſ.* 1. 5. ſatis apertè quoque diſtinguitur virtus à Spiritu : *Quoniam*, inquit, *Euangelium noſtrum conſtitit apud vos non locutione duntaxat, ſed etiam virtute*, id eſt, miraculis, & *Spiritu ſancto*, id eſt, donis ejus, *& certâ perſuaſione multâ*, id eſt, evidentiſſimâ demonſtratione : vel ut alii explicant, *virtute & Spiritu ſancto*, id eſt, virtute quam ſuppeditavit Spiritus ſanctus. Uno verbo, virtus Spiritûs ſancti, & Spiritus ſanctus copulantur, non quaſi ſint unum & idem, ſed tanquam cauſa & effectus. De loco *Luc.* 24. 49. paulo antè diximus. Et licet per δύναμιν ἐξ ὕψȣς propriè ac immediatè intelligeretur Spiritus ſanctus, id tamen nihil contra nos facit : quia nos concedimus, Spiritum ſanctum eſſe virtutem Altiſſimi. Magis tamen genuina videtur prior interpretatio. Si autem Spiritus ſanctus ſolet virtus Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Dei eâdem ſimilitudine vocari, quâ digitus, prout dicit Maldonatus, quem adverſarius pro ſe allegat, eoque ipſo ejus ſententiam probat, planè nullum eſt ipſius argumentum. Nam cur is, qui per tropum digitus Dei dicitur, non poſſit eſſe perſona? Cæterùm etſi veterum ſententia genuina forſan non ſit, non tamen eſt improbabilis. Sanè duo adverſarii argumenta eam nullâtenus refutant. Nam quod Lucas diſtinctiùs, id Matthæus potuit exprimere compendioſiùs. Deinde falſum eſt, quòd Chriſtus ob tam admirabilem conceptionem ac generationem Dei Filius dicatur. Si autem per virtutem Altiſſimi intelligeretur Filius Dei, & per obumbrationem naturæ humanæ aſſumtio, tum omnino hæc obumbratio proxima cauſa eſſet, quare id quod ex Maria genitum eſt, ſit Filius Dei.

Adhæc quamvis per virtutem Altiſſimi virtus Spiritûs ſancti intelligenda eſſet, non ipſe Spiritus ſanctus, (quod tamen nos non dicimus) non tamen ideo Spiritus ſanctus conſtitueretur pater Chriſti Non enim is pater eſt qui humanam Chriſti naturam ſuâ virtute producit, ſed qui eum ab æterno generat. Neque Filius Dei hic erat nominandus: Non enim interrogabat Maria, quomodo & quare Filius ſuus ſit futurus Filius Dei, ſed quomodo ipſa, quæ virgo eſſet, ſit conceptura, & paritura Filium.

Tertius locus 1. *Cor*. 2. 4. 5. non probat quod vult adverſarius. Non enim Spiritus ſanctus hîc dicitur virtus. Et quamvis Apoſtolus pro Spiritu & virtute poneret virtutem Dei, nihil tamen adverſarius profi-

quidem ſuperiori ſectione [a] *oſtendimus, Chriſtum ob tam admirabilem conceptionem ac generationem Dei Filium appellari.* [a] c. 31.

Dicet fortè quiſpiam alius, virtutem Altiſſimi, nec Filium hoc loco ſignificare, nec Spiritum ſanctum; ſed efficaciam à Spiritu ſancto manantem. Duas enim hîc cauſas efficientes conceptionis Chriſti commemorari; alteram Spiritûs ſancti perſonam, alteram ipſius virtutem. Sed primùm ea ratio obſtat, quam de Filio modò attulimus. quia hac ratione Spiritus ſanctus Pater Chriſti conſtitueretur; qua de re infrà [b] *ſeparatim agemus.* [b] c. ſeq. *Deinde ſi ulla hîc perſona præter Chriſti Patrem fuiſſet nominanda, talis præſertim, quæ in virginem ſuperventura, conceptionem Chriſti efficere deberet; Filius ille fuiſſet nominandus, quem adverſarii cenſent è cœlo in virginis uterum deſcendiſſe, & iſtic carnem humanam aſſumſiſſe. Atqui jam docuimus, & in hac exceptione, quam nunc refutamus, ponitur, Filium in verbis angeli, tanquam ſuæ conceptionis auctorem non fuiſſe nominatum. Denique iſtiuſmodi ſententia poſtularet, ut virtus illa, cujus in verbis angeli ſit mentio, Spiritus ſancti virtus appellaretur, aut Altiſſimi nomine, cujus virtus eſſe dicitur, Spiritus ſanctus intelligeretur. Prius autem factum non eſſe, quivis cernit. Poſterius inde refellitur, quòd tum ex verbis ſequentibus,*

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rum ex collatione cum v. 32. *ſatis apparet*, Altiſſimi *voce Patrem Ieſu Chriſti deſignari. Quare hic alter eſt locus, ex quo probatur, Spiritum ſanctum virtutem ſeu efficaciam divinam eſſe.*

Tertius locus extat apud Paulum 1. Cor. 2. 4. 5. *ubi ait:* Et ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritûs & virtutis: ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. *Vbi vides, Apoſtolum pro eo, quod antea duabus vocibus* Spiritûs & virtutis *expreſſerat, poſtea tantùm reponere* Virtutem Dei. *Quibus addi debent & illa Petri verba in Actis* [a] *de Chriſto*: Quomodo unxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute. *& illa Angeli apud Lucam* [b] *de Iohanne Baptiſta:* Et ipſe præcedet ante illum in Spiritu & virtute Eliæ. *Idem enim revera* Spiritûs *aut* Spiritûs ſancti, *&* virtutis *nomine deſignatur. Neque verò refert, quòd alicubi commemoretur* virtus Spiritûs ſancti. *Etenim & virtutis ſeu efficaciæ iterum poteſt eſſe virtus ſeu efficacia alia, à priori illa pendens: & præterea obſervandum eſt, genitivum* Spiritûs ſancti *jure optimo haberi poſſe pro genitivo ſpeciei. quo pacto &* donum Spiritûs ſancti *ſumitur pro dono, quod eſt Spiritus ſanctus, Act.* 2. 38: 10, 45. *c.* 11. 15, 16, 17. *&* arrhabo

[a] Act. 10. 38.

[b] Luc. 1. 17.

proficeret: quia non dicitur quòd hæc Dei virtus ſit ipſe Spiritus ſanctus. Par eſt ratio *Actor.* 10. 38. Etſi autem adverſarius ex his locis non probet, Spiritum ſanctum eſſe virtutem Dei: nos tamen id ultrò concedimus & fatemur. Sed locus *Luc.* 1. 17. à propoſito alieniſſimus eſt. Neque enim ſpiritus Eliæ eſt Spiritus ſanctus, ſed tantùm Spiritûs ſancti impulſus. Et quivis cernit, admodum abſonum fore, ſi quis Spiritum ſanctum vellet vocare ſpiritum Moſis, ſpiritum Eſaiæ, ſpiritum Eliæ, ſpiritum Pauli. Plurimum verò refert, quòd variis in locis virtus Spiritûs ſancti commemoretur. Quamvis enim virtutis poſſit eſſe virtus, hinc tamen patet, Spiritum ſanctum non eſſe virtutem accidentalem, ſed ſubſtantialem. Et licet in locis citatis, *donum, arrhabo*, & *promiſſio Spiritûs ſancti*, poſſit admitti genitivus ſpeciei, ideo tamen minimè probatur, in locis aliis eſſe genitivum ſpeciei ubi occurrit virtus Spiritûs ſancti. quia antecedentia & conſequentia id non admittunt.

Nihil quoque roboris habet, quòd ſi *Epheſ.* 3. 7. 10. virtutis divinæ loco reponatur Spiritus ſanctus, nullum reverâ ſententiæ diſcrimen inducatur. Id enim in omnibus cauſis ſubordinatis locum habet: unde tamen nullâtenus ſequitur, cauſam minùs principalem eſſe principalem. Præterea abſurdiſſimus ſenſus in infinitis locis oriretur, ſi ubi Spiritûs ſancti fit mentio, divina virtus ſeu efficacia, divinusve efflatus reponatur. Neque cùm id, quod in ſpiritu Dei factum eſt, in Dei digito fieri dicitur, docetur, Spiritum Dei nihil aliud eſſe quàm accidentalem virtu-

virtutem, ſed quod uno loco propriè refertur, id in alio impropriè exprimitur.

Et licèt omnes Prophetiæ, & alia admirabilia dona atque opera Spiritui ſancto tanquam cauſæ proximæ, atque interiùs in hominibus operanti adſcribantur, manet tamen perſona à Patre & Filio diſtincta. Hujus enim cauſa eſt naturalis harum perſonarum ordo: quo ut Spiritus ſanctus ordine ſubſiſtendi & agendi eſt ultimus, ſic quoque proximus. Hîc intima operatio rerumque conſummatio ipſi peculiariter adſcribitur. Itaque propter divinam omnium trium perfectionē fieri nequit, ut Pater & Filius ſua efficaciâ ea omnia efficiant, non interveniente Spiritûs ſancti perſonâ tanquam causâ maximè immediatâ effectum attingente. Contrà potiùs, ſi ipſe nihil aliud ſit quàm virtus quædam accidentalis, ratio nulla reddi poteſt, cur ſine eo Pater & Filius nihil efficere queant. Satis enim ex Scripturâ conſtat; Spiritum ſanctum eſſe talem perſonam, ſine quâ nihil effici, multo minùs perfici queat: ſatis quoque notum eſt, opera illa & dona extraordinaria eſſe Spiritûs ſancti effecta. Ex divinarum quoque perſonarum unione ac communione ſatis perſpicitur, omnia opera quæ Spiritui ſancto adſcribuntur, & ipſi quoque Patri ac Filio attribui. Dei autem ſummi non eſſe, ut perſonaliter in hominibus habitet, eâdem facilitate negatur, quâ aſſeritur.

arrhabo Spiritûs *pro arrhabone, qui eſt Spiritus ſanctus,* 2. Cor. 1. 22. & 5. 5. *ut tum per ſe facilè intelligitur, tum ex collatione cum verbis Eph.* 1. 14. *perſpicitur. ſic &* promiſſio Spiritûs ſancti *Act.* 2. 33. *accipitur pro re promiſſa, quæ eſt Spiritus ſanctus. Sed nihil opus eſt pluribus exemplis: cùm ſatis frequenter genitivus alteri nomini ſubjectus, ejus ſpeciem certam ſignificet, uti à veris doctis obſervatum eſt.*

Adjici locis hucuſque allatis poſſunt verba Eph. 3. 7, 20. *in quibus ſi virtutis divinæ loco repoſueris Spiritum ſanctum, nullum revera ſententiæ diſcrimen videbis induci: quemadmodum etiam contrà, ubi Spiritus ſancti ſit mentio, ſi repoſueris virtutē ſeu efficaciam divinam, divinúmve afflatum, nulla ſententiæ diverſitas emerget; licèt ibi, ubi virtutis nomen, tanquam genus, ei eſt præpoſitum, loquendi ratio aliquantùm ſit mutanda; aut ubi id explicandi causâ eſt adjectum, poſtea non ſit ampliùs repetendum. Addi etiam poſſunt illa Chriſti apud Lucam verba cap.* 11. 20, *in quibus aſſerit, ſe* in digito Dei *ejicere dæmonia. ubi facilè videre eſt,* digiti *nomine virtutem & efficaciam Dei intelligi, uti & alibi* [a] *in ſacris literis contingit: quo pacto etiam* manus Dei *ſumitur. Ideo enim id per quod Deus opera ſua perficit, h. e. ejus virtus, ſeu efficacia, manus aut digitus dicitur, quia nos manibus & digitis opera noſtra efficere ſolemus, quemadmodum alii jamdudum animadverterunt. Atqui apud Matthæum* [b] *eandem rem exprimens*

[a] Pſal. 8. 4. conf. Ex. 8. 19.

[b] Matth. 12. 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Chriſtus, ait, ſe in Spiritu Dei *ejicere dæmonia; ut idem ſit Dei digitus, ſeu virtus & efficacia, quod Dei Spiritus.*

Denique Spiritum ſanctum Dei virtutem ſeu efficaciam eſſe inde apparet, quòd & prophetiæ, & alia admirabilia dona atque opera, quæ ex virtute atque efficacia illa, quam afflatum divinum *appellare ſolemus, proficiſcuntur, omnia Spiritui ſancto, tanquam cauſæ proximæ, atque interiùs in hominibus operanti, adſcribuntur; idque non quia divinitus patefactum ſit, Spiritum ſanctum ea efficere; ſed quia id ex re ipſa ſatis pateat, ſi modò conſtet, divina virtute iſta perfici. vide* Luc. 1. 41. 67: 2. 26, 27. Act. 4. 8, 31: 6. 10, 55: 9. 31: 10. 44, 45, 47: 11. 15, 16, 24, 28: 13. 2, 4, 9, 52: 15. 8, 28: 16. 6, 7: 20. 23, 28: 21. 4, 11. *& (ut alia quàm plurima ſacræ ſcripturæ loca prætercam)* 1 Cor. 12. 4, 7, & d. 2. Pet. 1. 3. ult. *Vnde etiam cùm aliquem divinitus afflatum fuiſſe, ac cœleſti virtute completum, ſignificare volunt divini ſcriptores, eum Spiritu ſancto repletum eſſe dicunt, vel, ſimili aliquo loquendi modo uſi, eum Spiritu divino præditum eſſe affirmant. At ſi Spiritus ſanctus non eſſet ipſa Dei virtus atque efficacia, ſed perſona à Patre & Filio diſtincta, nulla foret cauſa, cur ea omnia Spiritus ſancto, tanquam cauſæ proximæ, atque interiùs in hominibus operanti adſcriberentur. quandoquidem fieri poſſet, ut Pater & Filius ſuâ efficaciâ ea omnia efficerent, non interveniente Spiritûs ſancti perſonâ, tanquam cauſa mediâ. Certè etiamſi conſtaret, prophetiam, aut aliud aliquod donum devinitûs proficiſci; non poſſet tamen ſine peculiari revelatione divina conſtare, Spiritum ſanctum tanquam mediam proximamque cauſam ad eam rem perficiendam interveniſſe. At ſacræ literæ ita ea de re loquuntur, ut ſatis apertè indicent, ex re ipſa, ſine alia peculiari revelatione, de eo conſtare. Neque*
a 1 Cor. 2. 1. *verò Paulus, cùm ad Corinthios* [a] *ſcribens dixit, verba ſua fuiſſe in oſtenſione Spiritûs. nempe divini; aut inter alia commendaſſe ſe ipſum, tanquam Dei ſervum,*
b 2 Cor. 6. 4. in [b] Spiritu ſancto; *ex ſuis demum verbis intelligi voluit, ſe Spiritu ſancto fuiſſe præditum, & ab eo ſua dicta factave profecta; ſed ex re ipſa. Quòd ſi dicas, ideo omnia illa Spiritui ſancto adſcribi, eaque de re fidelibus omnibus conſtitiſſe, quia Spiritus ſanctus ſit ipſe Deus, à quo omnia illa proficiſci nemo neſciat; is præterquam quòd rem ſumet hîc controverſam, & iis hominibus, quibus Paulus v. g. potiſſimùm demonſtrare volebat, ſe Spiritu divino loqui, incognitam; nodum etiam minimè ſolvet. Neque enim Spiritui ſancto opera illa adſcribuntur eo modo, quo Patri, qui omnium confeſſione Deus ſummus eſt; neque eâ, quâ Filio; ſed, ut ipſi quoque adverſarii ex parte fatentur, ratione quadam propria ac peculiari, h. e. ut cauſæ proximæ, atque in hominibus interiùs operanti. & hoc eſt, quod ſacræ literæ locis ſuprà adductis, aliiſque infinitis ſibi volunt. Atqui hac de re nihil conſtaret ex ipſis operibus divina virtute perfectis, ſi Spiritus ſanctus eſſet Deus ille ſummus, à Patre tamen ac Filio perſona diſtinctus. imò ſi Spiritus ſanctus eſſet Deus ſummus, concludendum potiùs foret, Spiritum ſanctum non eſſe talem operum iſtorum cauſam.*

Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Dei enim ſummi non eſt, ut perſonaliter in hominibus habitans, opera aliqua in iis, aut per eos perficiat; ſed ut virtutem atque efficaciam illis ſuam inſpiret, & eo pacto opera admiranda in iis aut per eos patret.

Defenſio Reſponſionis plenior.

QUemadmodum non ſequitur, Chriſtum non eſſe perſonam divinam, quia eſt Dei ſapientia, ac virtus: ſic quoque non ſequitur, Spiritum ſanctum non eſſe perſonam divinam, licèt ſit Dei virtus. Virtus enim Dei, ut paulo ante diximns, non eſt unius modi: Nam virtus Dei propriè dicta non eſt qualitas, ut falſiſſimè docet adverſarius, ſed ſubſtantia. Eſt autem Dei virtus ſubſtantialis, ut & ſapientia, duplex: alia eſſentialis; quæ tribus perſonis eſt communis: alia perſonalis; quæ perſonam conſtituit. Dicitur enim Spiritus ſanctus Patris ac Filii virtus, quia ipſe eſt proxima ac immediata omnium divinorum operum cauſa. Nec ſi Filius virtus Patris eſſet, ideo una ex illis duabus virtutibus eſſet fruſtra. Alio enim modo Filius, alio Spiritus ſanctus eſt Patris virtus, ut ſuo loco fuſius docebitur.

Poſterior quoque diſtinctio, quam ſibi adverſarius objicit, in ſacris literis eſt fundata: Nam vox *Spiritus ſanctus* ſumitur vel propriè, & tum plerumque gaudet articulo: vel impropriè, ſeu metonymicè, pro ejus donis & operibus: quod vel ex ſolo *Ioh.* 7. 39. clariſſimum eſt: *Nondum enim erat Spiritus ſanctus.* Hoc ſi propriè ſumatur, falſiſſimum eſt. Quis enim neſcit Spiritum ſanctum ante illud tempus ſe infinitis modis demonſtrâſſe? Intelligitur igitur per metonymiam ejus effectus. qui vel facultas & qualitas quædam

Defenſio Argumenti plenior.

SAtis, ut videmur, argumentum noſtrum hucusque confirmavimus. Verum tamen cum duæ ad id reſponſiones afferri vel ſoleant, vel poſſe videantur; eæ nobis ſunt refellendæ. Prior majorem argumenti propoſitionem petit, quam inſtantiâ conantur infringere adverſarii. Ajunt enim, Chriſtum quoque Dei virtutem ſeu potentiam appellari. 1 *Cor.* 1. 24. *& tamen eum non modò perſonam eſſe, ſed etiam ipſum Deum ſummum. Verùm hoc poſterius nos refutavimus; & hoc ipſo quoque ſatis refellitur, quòd is Dei, nempe ſummi, ſit virtus, eaque ratione à Deo ſummo manifeſtè diſtinguatur. Sed deinde nos virtutis & efficaciæ nomen in argumento noſtro propriè ſumimus. Vnde autem illi probabunt, Chriſtum eſſe Dei virtutem, ſive potentiam, propriè ſic dictam? Nam ſive potentiæ nomen de ea accipiant virtute, quæ naturaliter in Deo habitet, ſive de ea, quæ ex ipſo tanquam fonte ſuo emanet, & creaturis etiam aliqua ratione communicetur; neutra perſona eſt, ſed qualitas quædam; & illa quidem proprietas Dei eſſentialis, tribus, ut illi volunt, perſonis communis. Chriſtum autem perſonam eſſe, omnes &*

 norunt

norunt & urgent. Idem intelligi poteſt etiam ex altero elogio, quod eodem in loco 1 Cor. 1. 24. *Chriſto tribuitur, nempe, quòd Dei ſapientia dicitur. Dei enim ſapientia, propriè loquendo, attributum ſeu proprietas ejus eſt naturalis, per quam Deus & intelligit omnia, & aptiſſimè conſilia operaque ſua diſponit. Hæc verò perſona nequaquam eſt, ſed itidem attributum ejus eſt, ſeu proprietas naturalis, tribus, ut adverſariorum fert ſententia, perſonis communis. Certè cùm Chriſtus perſona ſit à Patre diſtincta, Pater autem in ſe ipſo ſuâve perſonâ ſapientiam omnem, quâ omnia intelligit ac diſponit, habeat, nec quiſquam per aliam perſonam intelligat, ſed per ſe ipſum ſibique inſitam ſapientiam; non poteſt Chriſtus, propriè loquendo, Dei ſapientia eſſe. Similiter igitur nec Dei potentia. Eadem enim utriuſque rei eſt ratio. Intelligendum igitur eſt, quemadmodum ſermo crucis eodem ad Corinthios* [a] *loco, Dei virtus ſeu potentia dicitur; ſimiliter &* [b] *Euangelium; quia nimirum in eo ſingularis Dei virtus ſeu potentia exſeratur, omnibuſque credentibus manifeſtè appareat: ita & Chriſtum Dei virtutem, ſeu potentiam, itemque ſapientiam dici, quia in eo ſumma potentia Dei ac ſapientia exſerta fuerit, & in eo clariſſimè ab omnibus credentibus perſpiciatur. Inſpiciatur ipſe locus, & conferantur inter ſe v. 18. & 24. atque ita rem ſe habere facilè unusquiſque animadvertet. Ex his autem apparet, inſtantiam hanc ad argumentum noſtrũ convellendum nihil habere momenti, ſiquidem nos de efficacia Dei propriè ſic dicta loquimur, & Spiritum ſanctum ipſam Dei virtutem ſeu efficaciam ab eo procedentem atque manantem eſſe oſtendimus. Certè vel ex ipſorum adverſariorum ſententia,*

a 1. Cor. 1. 18.
b Rom. 1. 16.

dam eſt, vel effectio & actio. Etſi autem hæc diſtinctio plurima loca ab adverſario etiam allata explicet, non tamen omnibus eſt applicanda. Nam etiam Spiritus ſanctus, propriè ſumto hoc vocabulo, Dei virtus proprie dici poteſt, ſed ſubſtantialis.

Adverſarii autem contra eam ratio nullius eſt momenti. Veriſſima enim cauſa, cur illa virtus atque efficacia metonymicè tantùm Spiritus ſanctus dicatur, non verò Pater & Filius, eſt illa quam attingit, nimirum quia proximè & immediatè à Spiritu ſancto proficiſcitur, mediatè autem à Patre & Filio per Spiritum ſanctum. Ordo igitur ac perfectio perſonarum naturalis prohibet quo minùs eam ſine Spiritu ſancto exſerant. Etſi enim eadem ſit, ut ita loquar, eſſentiæ eſſentialiſque virtutis propinquitas, non tamen eſt eadem propinquitas perſonæ, nec idem agendi modus. Subſiſtentia enim terminat eſſentiam, adeòque una eſt propior alterâ. Sic quamvis pater opera Filii ſuâ quoque virtute immediatè attingat, tamen quia id facit per Filium, Filio peculiariter attribuuntur. Partim autem ex Spiritûs ſancti proprietate, partim ex re ipsâ cognoſcitur, Spiritui ſancto ea opera tanquam cauſæ proximæ, adſcribi.

tentia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tentia, aliter Chriſtum, aliter Spiritum ſanctum Dei virtutem eſſe neceſſe eſt. Nam ſi Chriſtus eſt virtus Dei ſubſtantialis, perſonam ſuam propriam habens; & Spiritus etiam ſanctus talis Dei virtus eſt; duæ in Deo erunt virtutes ſeu potentiæ ſubſtantiales perſonalitatem ſuam habentes; & duæ illæ perſonæ, quà tales, ſibi prorſus erunt ſimiles. quorum neutrum fieri poteſt. illud, quia alterutra efficacia fruſtra foret; cùm una ad omnia perficienda penitus ſufficiat. in eo autem, qui nihil ipſe fruſtra facit, nihil etiam prorſus eſt fruſtra, nihilve ſupervacaneum. quin & impoſſibile id eſt: quia duæ ejusdem planè rationis formæ in eodem ſubjecto conſiſtere non poſſunt, niſi fortè ſecundùm diverſas partes. id quod in Deo locum non habet. Nam alioqui res in infinitum abiret. qua de re alibi [a] dicemus explicatiùs. Hoc verò poſterius ideo conſiſtere non poteſt, quia perſonas illas divinas, quatenus ab eſſentia diſtinctæ ſint, diſſimiles eſſe & volunt, & velle coguntur. Quare ne abſurda illa, quæ diximus, eveniant, neceſſe eſt ſtatuere, Spiritum ſanctum eſſe virtutem ejusmodi, quæ perſona non ſit. Et hæc de priori ad argumentum noſtrum reſponſione.

[a] Lib. 2. ſect. 1. c. 5.

Poſterior in diſtinctione ſita eſt, quâ cæteroqui crebrò utuntur adverſarii, cùm de Spiritu ſancto ſermo eſt. Ajunt enim, duplici modo Spiritûs ſancti vocem ſumi: nunc pro tertia divinitatis perſona; nunc pro ejus effectu, ſeu dono ab eo manante: & illam quidem propriè Spiritum ſanctum appellari; hoc verò metonymicè. Cauſſam enim pro effectu poni. Non memini quidem legere, eam reſponſionem ad hoc ipſum argumentum noſtrum accommodari: ſed quia tamen accommodari poſſet, operæ pretium eſt eam hîc excutere; præſertim quia nihil ſpecioſiùs dici poſſe videatur. Nam cum nos per virtutem ſeu efficaciam Dei intelligamus vim quandam, à Deo ejusque naturali potentia in homines manantem; dicere quis poſſet, eſſe quidem Spiritum ſanctum hujusmodi Dei virtutem, ſed metonymicè acceptum. Illam enim Dei efficaciam, effectum ſeu donum Spiritûs ſancti eſſe propriè ſic dicti. Hoc autem loco de Spiritu ſancto non metonymicè, ſed propriè accepto, non de ipſius dono, ſed de ipſo diſputari. Argumentum igitur noſtrum inefficax eſſe, & ad rem nihil facere. Aliquanto autem aliter nos in hac reſponſione donum Spiritûs ſancti ſumimus, vel ſaltem latiùs id extendimus, quàm adverſarii vulgò ſolent. Quantum enim hucusque deprehendere potui, ſolent illi per Spiritus ſancti donum intelligere facultates illas admirabiles, hominibus divina virtute inſertas, ut facultatem prophetandi, linguis loquendi, & alia, ſive viſibilia, uti vocantur, ſive inviſibilia, ſeu mavis occultiora, Spiritûs ſancti in hominibus effecta. At illa Dei virtus, de qua loci ſacrarum literarum à nobis adducti loquuntur, iſtiusmodi facultas, vel facultates potiùs, non eſt, ſed earum effectrix, utut ipſa iterum à potentia in Deo naturaliter reſidente fluat. Quare, ſi tam ſtrictè Spiritûs ſancti donum acciperetur, non poſſet hæc reſponſio ad argumentum noſtrum, aut loca, quibus id confirmavimus, accommodari; niſi quis forte dicere velit, in omnibus illis locis, in quibus Spiritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſanctus & virtus Dei, tanquam ἰσοδυναμοῦντα ſive æquipollentia ponuntur, vel alterius loco collocatur Spiritus ſancti, aut divinæ virtutis nomen, pro ejuſmodi facultate homini divinitus ingenerato uſurpari; nuſpiam verò de efficacia divina facultatum ejuſmodi in hominibus effectrice. id quod nec adverſarii facilè dixerint, nec conſiſtere ullo modo poteſt, ut partim ipſi loci paulo diligentiùs inſpecti unumquemque docebunt, partim ex ſequentibus intelligetur. Quare ut iſta diſtinctio ad argumentum noſtrum aliquid videatur facere, ponemus, adverſarios eam quoque divinam efficaciam, à naturali Dei potentia manantem: mirandorum in hominibus effectuum cauſam, Spiritûs ſancti donum conſtituere, & ſic non propriè, ſed metonymicè tantùm Spiritûs ſancti nomine intelligi; quia nimirum à perſona divinitatis tertia, quæ Spiritus ſanctus propriè appelletur, manet.

Vt igitur exceptionem iſtam jam refellamus; dicimus, nequaquam eſſe concedendum; illam Dei virtutem atque efficaciam, quæ hoc loco intelligitur, metonymicè tantùm Spiritum ſanctum dici, & non potiùs propriè, quatenus quidem proprietas locum hîc habet. Nam ſi metonymicè tantùm Dei Spiritus aut Spiritus ſanctus appellaretur, nempe quia à Spiritu ſancto propriè ſic dicto proficiſcatur; nulla foret cauſa, cur ea non ſimiliter Pater aut Filius appellaretur, ſiquidem non minùs à Patre, ac Filio, quàm à Spiritu ſancto proficiſceretur, etiam ex adverſariorum ſententia: cum ſit effectus quidam potentiæ Dei naturalis, quæ ex ipſorum ſententia tribus divinitatis perſonis communis eſt; & Patri quidem primò ineſt, tanquam divinitatis fonti; per eum deinde, ut ipſi volunt, Filio & Spiritui ſancto, qui ab eo ſuam habeant eſſentiam. Neque eſt, quod dicas, ideo potiùs Spiritum ſanctum appellari afflatum illum, quàm Patrem aut Filium; quia à Spiritu ſancto immediate proficiſcatur, à Patre autem & Filio non niſi mediate. Etenim quid prohibet, Patrem aut Filium, cùm eandem in ſe habeant potentiam, ad omnia efficacem, quam Spiritus ſancti perſona, eam etiam per ſe, perinde ut Spiritus ſancti perſona, exſerere? ut ſanè exſeruiſſe ex ſacris literis videmus. imò quî fieri poteſt, in hac eſſentiæ, omniumque ad eam pertinentium unitate, ut non æque immediate Pater ac Filius virtutem ſuam exſerat, quàm Spiritus ſanctus? Ita enim Pater & Filius virtutem ac potentiam ſuam, unde efficacia ſeu afflatus ille divinus immediate proficiſcitur, Spiritui ſancto communicaſſe cenſetur, ut eadem tamen numero in Patre ac Filio remanſerit, & eodem plane actu à tribus illis perſonis exſeratur. Vnde ergo illud diſcrimen, quòd Spiritus ſanctus immediate, Pater & Filius mediate eam exſerant? Quòd ſi autem æque immediate Pater & Filius vim atque efficaciam illam exſerunt; nulla eſt cauſa, cur vis illa magis Spiritus ſanctus, quàm Pater aut Filius dicatur, ſi ea non ſit ipſe Spiritus ſanctus, ſed ideo tantùm ita appelletur, quia ab eo proficiſcatur. Non repetimus id, quod antea diximus, etiamſi Pater & Filius non niſi mediate, Spiritus ſanctus immediate eam exſereret, id tamen ex re ipſa, ſine

peculiari revelatione divina conſtare non poſſe; cum tamen videamus, ſimul ac aliquid divina virtute atque afflatu factum eſſe conſtiterit, id protinus Spiritui ſancto, tanquam cauſæ proximæ adſcribi. Sed deinde reſponſione illa adverſarii in quibusdam locis à nobis adductis uti non poſſunt, niſi ſimul evertant unum ex præcipuis argumentis, quibus probare conantur, Spiritum ſanctum ſuppoſitum perſonamque eſſe; illud nempe quod ducitur ex actionibus perſonarum, aut ſaltem ſuppoſitorum propriis. Nam in loco primo ex Luc. 1.34. *à nobis adducto, ubi Spiritus ſanctus dicitur ſuperventurus ſuper Mariam, ipſi adverſarii perſonam Spiritus ſancti videntur intelligere, præſertim cum actio* ſuperveniendi *proprie non niſi perſonæ, vel ſaltem ſuppoſito conveniat. Taceo, & in loco Epheſ.* 3.20. *à nobis citato, virtutem ſeu potentiam divinam dici operari in Apoſtolis. Novam præterea rationem, quâ reſponſio iſta evertatur, ſequenti capite videbimus.*

BISTERFELDII
CAP. VII.

Reſponſio ad argumentum ſeptimum, quòd Chriſtus Spiritus ſancti filius foret, ſi is Deus ſummus eſſet.

Hoc argumentum in ſuperioribus jam eſt ſolutum. Ibi enim vidimus, nec ſingularem Mariæ conceptionem, nec illam Ioh. 14. 34. *ſanctificationem, nec denique illam* Rom. 1.4. *demonſtrationem, divinitatis Chriſti cauſam eſſe, ſed tantùm ſigna, ac indicia. Quò accedit, quòd in ultimo loco Spiritus ſanctificationis non Spiritum ſanctum, ſed divinam Chriſti naturam ſignificet.*

CRELLII
CAP. VII.

Argumentnm ſeptimum, quòd Chriſtus Spiritus ſancti filius foret, ſi is Deus ſummus eſſet.

Tertium hujus ordinis argumentum, quod ad proximè quoque præcedentis defenſionem ſpectat, conſtituere poſſumus, quòd ſi Spiritus ſanctus Deus foret, aut perſona ſaltem aliqua; Chriſtus etiam Spiritûs ſancti foret filius; imò rectiùs hujus, quàm Patris filius diceretur. id quod ſe ipſum evertit. Vidimus enim ſupra [a], Chriſtum ideo primùm appellatum fuiſſe Dei Filium, quòd Spiritus ſanctus ſuper Mariam matrem ejus ſupervenerit, & virtus altiſſimi eam adumbrarit, atque adeò Chriſtus Spiritûs ſancti vi conceptus ac generatus fuerit. Quòd ſi Spiritus ſanctus perſona eſt, quæ immediatè eam vim in virginis utero exſeruit, & Chriſtum produxit; Spiritus ſanctus Chriſti Pater eſt magis, quàm Deus Pater, qui non niſi mediatâ, ſeu aliâ perſonâ interveniente, id præſtiterit. Præterea illa ſanctificatio Ioh. 10.34, 35, quam ipſe Chriſtus pro cauſa affert, cur Filium Dei ſe ipſum jure dixerit, Spiritui ſancto etiam competet, præſertim ex adverſariorum diſciplina. Ii enim, licet omnia opera ad extrà, ut loquuntur, toti Trinitati communia eſſe velint, creatio-

nem

[a] Sect. 2. cap. 31.

nem tamen Patri, redemtionem Filio, ſanctificationem Spiritui ſancto magis propriè convenire aſſerunt. Denique & Paulus a, ut itidem ſuprà vidimus, ait: Chriſtum eſſe *conſtitutum Dei Filium in potentia, ſecundùm Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum*; propriam ac proximam illius filiationis cauſam conſtituens Spiritum ſanctificationis. Quòd ſi is vel perſona eſt, vel à perſona Spiritûs ſancti proficiſcitur; Spiritus ſanctus Pater Chriſti erit. à qua abſurditate longè abeſt noſtra ſententia, quæ Spiritum ſanctum non perſonam aliquam ſtatuit, ſed Dei virtutem & efficaciam; quæ utut ad generationem Filii concurrerit, non concurrit tamen tanquam Pater, ſed tanquam id, per quod Pater generavit. Quòd ſi Spiritus ſanctus perſona non eſt, nec Deus ille ſummus eſt, utpote qui neceſſariò perſona eſt & ſanè de eo ipſo inter nos & adverſarios hîc eſt quæſtio, utrùm Spiritus ſanctus perſona ſit divina, à Patre nimirum diſtincta: Hoc ergo tertium ſit hujus ordinis argumentum.

a Rom. 1. 4.

CRELLII
CAP. VIII.

Argumentum octavum, quòd Spiritus ſanctus hominibus à Deo donetur.

Quartum argumentum ex iis rebus ductum, quæ de Spiritu ſancto in ſacris literis apertè traduntur, eſto illud, quòd Spiritus ſanctus hominibus à Deo detur quódque eum homines precibus à Deo impetrent, accipiant, habeant; quemadmodum propè innumera ſacrarum literarum loca docent; è quibus ſufficit inſpexiſſe vel hæc pauca: *Luc.* 11. 13; *Ioh.* 7. 39: 14. 16, 17: *Act.* 5. 32: 15. 8: *Rom.* 5. 5: 1. *Cor.* 6. 19. Unde & donum appellatur Spiritus ſanctus. *Act.* 11. 17, quem confer cum præced. imò omnibus iis in locis, ubi fit mentio *doni Spiritûs ſancti*

BISTERFELDII
CAP. VIII.

Reſponſio ad argumentum octavum, quòd Spiritus ſanctus hominibus à Deo donetur.

Reſpondemus negando conſequentiam. Quamvis enim Spiritus ſanctus reverâ ſit donum, tamen eſt ſummus Deus. Neque enim omne donum, & quicquid precibus impetratur, eſt in poteſtate donantis, eo ſenſu, quo vult adverſarius. Nam in poteſtate alicujus eſſe *ipſe accipit pro, ſuperioris imperio ſubjici, ut is qui ſit in alterius poteſtate, non ſuo, ſed ſolùm alterius arbitrio aliquid agat. At ſic Spiritus ſanctus, quamvis donatur, non eſt in alterius poteſtate. Sed ad donationem ſufficit, ut id quod circa donum fit, fiat ex donantis voluntate, & non fieri poſſit ſine illâ. Et ſic donatur Spiritus ſanctus. Nam inter ipſum & donantem non eſt ſubordinatio, ſed coordinatio. Pater & Filius donant Spiritum ſanctum, quia non niſi ipſis gratiosè volentibus Spiritus ſanctus alicui datur: verùm & Spiritus ſanctus unà cum iis conſentit, ſeque ipſum gratiosè dat. Eſt itaque conſenſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſenſus non imperii, ſed amicitiæ: quâ quicquid vult perſonarum una, vult & altera, & non poteſt velle una ut aliquid fiat, quin idem & altera velit. Ejuſmodi igitur donatio, qualis eſt Spiritûs ſancti, ſupremæ ejus Deitati nullatenus repugnat. Neque verum eſt, omne donum ita fieri illius, cui donatur, ut ab eo poſſideatur: ſi poſſideri *propriè & juridice ſumatur. Tum enim ejuſmodi habitionem ſignificat, quæ cum imperio in rem donatam ſit conjuncta. At Deus uxori pium maritum, famulis benignum dominum, ſubditis denique magnanimum Regem donat. Ergone maritus poſſidetur ab uxore, dominus à famulis, & Rex à ſubditis? Itaque parum acutus eſt adverſarius, cùm voces Scripturæ juridice explicat, & quidem ita ut nec in jure ejuſmodi interpretatio ubique locum inveniat. Nullum autem hujus donationis eſſe finem, nullum fructum, audaciſſimum eſt effatum: & nimis docet, adverſarium non magis Spiritûs ſancti vim quàm ejus perſonam cognoviſſe. Sane ejuſmodi donis ac effectis Deus aliquem complere nec vult, nec poteſt, niſi ipſe Spiritus ſanctus ipſi donetur. Non autem neceſſe eſt, ut Pater alicui donetur, quia eo ipſo quo Spiritus ſanctus donatur, omnia Patris dona donantur. Nec ex Spiritûs ſancti imperfectione, ſed ex ipſius perfectione oritur, quòd ipſe dona ſua fidelibus communicare nequit, niſi ſe ipſum unà communicet: cùm nec Pater hæc dona communicare queat, niſi Spiritum ſuum det. Cur autem Spiritus ſanctus ſit à Patre & Filio impetrandus, cauſa jam ſæpiùs fuit indicata. Nimirum hoc perfectiſſimus ſubſiſtendi & agendi modus poſtulat. Quodque raro (nam peti aliquando ſuprà oſtendimus) à ſe ipſo petatur, id à ſapientiſſimâ ſalutis œconomia, ac diſpenſatione proficiſcitur: quâ plena Spiritûs ſancti manifeſtatio vitæ* ſancti. Docuimus enim ſuprà a, genitivum iſtic non eſſe cauſæ efficientis, ſed ſpeciei: aliàs & dona potiùs, quàm donum Spiritûs ſancti, fuiſſent commemoranda, & ipſo non fuiſſet ſignificatum, homines vel accepiſſe, vel accepturos Spiritum ſanctum, quod tamen ſacræ literæ ea loquendi ratione utentes indicare omnino voluerunt; ſed tantùm ejus aliquod effectum. Ex his autem evincitur, Spiritum ſanctum non eſſe Deum ſummum. Hic enim à nemine cuiquam datur aut donatur, à nemine precibus impetratur. Nam primùm omne donum, & quicquid precibus impetratur, eſt in poteſtate donantis. Deus autem ſummus in alterius poteſtate non eſt; alioquin hoc ipſo quempiam ſe ipſo ſuperiorem habiturus, ac porrò ſummus non futurus. Quid, quòd donum ſit etiam illius, cui donatur, ita ut ab eo poſſideatur. Num verò Deus ſupremus ita hominis mortalis eſſe poteſt, ut ab eo poſſideatur? Præterea, quorſum tantum homini daretur donum? quis illius fructus? nullus certè excogitari poteſt alius, quàm ut illi in homine exiſtant effectus, quos à Spiritu ſancto produci ſacræ literæ teſtantur. Quid verò? num ut hujuſmodi effectis

a cap 6. hujus ſect.

ctis ac donis aliquem compleat Deus, opus eſt, ut ipſemet homini donetur? An cùm Pater aliquem hujuſmodi donis implet, neceſſe eſt, ut ipſemet ei donetur? Cur autem Spiritus ſanctus idem non poſſit; quod Pater, ſi itidem ſummus eſt, atque adeò idem cum Patre Deus? Denique quid cauſæ eſt, cur à Patre aut Filio nobis ſit impetrandus Spiritus ſanctus, ſi ipſemet eſt ſummus ille Deus? cur à ſemet ipſo non datur, ſi modò dari poteſt?

vitæ æternæ reſervatur. Quòd autem Spiritus ſanctus ſemet ipſum det, non in uno, ſed in plurimis ſcripturæ locis manifeſtè docetur.

Defenſio ac Confirmatio hujus Argumenti uberior.

AD hæc non video, quid reſpondere illi poſſint, qui aſſerere non dubitant, (neque verò aliter, ut poſtea patebit, poſſunt) ipſam Spiritûs ſancti perſonam hominibus, unà cum ſuis effectis dari. Itaque alii ita declinare conantur ictum, ut aſſerant, non ipſum Spiritum ſanctum propriè ſic dictum hominibus à Deo dari: ſed ejus effectum, vel potiùs effecta varia, qualia ſunt illa, quæ 1. Cor. 12. [a] *ſat fuſe recenſentur, aliáve fidelibus omnibus communia. Hæc enim Spiritûs ſancti nomine per metonymiam ſignificari, cùm is hominibus dari, & ſic ab illis accipi atque haberi dicitur. Cauſam enim efficientem poni pro effectu. Quamquam nonnulli, qui metalepſin in phraſi eſſe ajunt, paulo aliter rem videntur accipere. Neque enim videntur ipſum Spiritûs ſancti nomen pro ejus effectis ſive donis accipere, ſed pro ipſa illa, quam ſtatuunt, divina perſona. interim tamen*

[a] Verſ. 8. & d.

Defenſio Reſponſionis.

QUid nos, qui aſſerere non dubitamus, ipſam Spiritûs ſancti perſonam hominibus unà cum effectis ſuis dari, reſpondeamus, jam videt adverſarius. Illorum tamen reſponſio, qui per Spiritum ſanctum per metonymiam efficientis pro effectu intelligunt dona Spiritûs ſancti, viriſſima eſt, multiſque in locis genuina: & ex 1. Cor. 12. evidentiſſimè demonſtratur. Clariſſimè enim diſtinguuntur τὰ χαρίσματα à Spiritu *verſ.* 5, dona à donante *verſ.* 8. 9, τὰ ἐνεργήματα ab eo qui ea efficit *verſ.* 10, diſtributa à diſtribuente *verſ.* 11. Unde non ſolùm adverſarii Spiritum ſanctum cum ipſâ efficaciâ confundentis opinio refutatur, ſed etiam noſtra ſententia maniſeſtiſſimè confirmatur: quâ paulo antè aſſeruimus, quòd Spiritus ſanctus; ſi donatur, ſe ipſum quoque donet. Quamvis autem nos concedamus, ipſam quoque Spiritûs ſancti perſonam dari, tamen adverſarii argumenta, quæ contra ſecundam ſententiam adfert, ſolvemus: tum ut pateat, ipſam in quibusdam locis eſſe genuinam; tum ut multa falſa, quæ inſpergit, refutentur; tum denique ut prudens lector eam

eam eligere queat, quam ſacris literis magis conſentaneam animadvertet. Nam *Luc.* 11. 13. *Ioh.* 7. 39. non immediatè de perſonâ Spiritus ſancti, ſed de ejus effectis agitur: ut etiam ex articuli omiſſione colligitur.

Ut autem generalem ejus rationem eò clarius refellamus, eam ad formam ſyllogiſticam revocabimus. Sic itaque diſputat, *Si in locis*, de quibus agimus, Spiritus ſancti nomine *intelligitur divinus ac ſanctus quidam afflatus, ſeu vis quædam à Deo manans, quæ hominibus veluti inſpiretur, Spiritus ſanctus propriè datur*; h. e. non metonymicè tantùm, aut per metalepſin hominibus datur, ab iis accipitur, & haberi dicitur. *At verum primùm. Ergò & ſecundum.* Cùm hujus ſyllogiſmi utraque præmiſſa falſa ſit, facilè ejus infirmitas agnoſcitur. Nam primò quod conſequentiam attinet, ea nulla eſt. Etſi enim Spiritus ſancti nomine ejuſmodi afflatus intelligeretur, tamen id non fieret propriè, ſed impropriè; metonymicè ſcilicet, quâ cauſa efficiens, Spiritus ſanctus nempe, poneretur pro ſuo effectu, illo nimirum afflatu. Deinde falſa eſt minor: quia Spiritus ſancti nomine, juxta illos, quos hîc aggreditur adverſarius, non tam intelligitur quidem afflatus, res nempe tranſiens, quàm quidam ejus inſpirationis effectus, & terminus; nimirum permanens quædam qualitas. Dona enim Spiritus ſancti non conſiſtunt in actuali quâdam inſpiratione, ſed in conſtanti quâdam qualitate per ejusmodi ſpirationem productâ. Quod vel ideò obſervandum eſt, quia abſurditatem adverſarii de Spiritus ſancti naturâ *tamen ei dationem paſſivè acceptam, impropriè tantùm tribui ſignificant; quia id, quod effectis propriè conveniat, ipſi quoque cauſæ efficienti impropriè tribuatur. ſiquidem effecta Spiritûs ſancti propriè dentur, non ipſe. Et hi quidem utrique cautiùs ſibi videntur agere, quàm ii, qui ipſum Spiritum ſanctum dari ſimpliciter fatentur. Interim tamen non cernunt, & hanc rimam, per quam elabi conantur, obſtructam eſſe; & etiamſi nos illis eam aliquantùm laxemus, eos nihilominus conſtrictos teneri. Nam primùm falſum eſt, effecta tantùm Spiritus ſancti, non ipſum Spiritum ſanctum, hominibus dari; ac porrò cùm dari dicitur, aut à nobis accipi, aut haberi, id non niſi per metonymiam vel metalepſin dici. Deinde etiamſi id daretur, nihilominus fatendum eſſet, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe.*

Quod ad prius attinet; id primùm generali quadam ratione, & omnibus illis, de quibus agimus, locis communi demonſtrabimus; deinde aliis ſpecialioribus, & certorum locorum magis propriis; & denique ex quibusdam adverſariorum hypotheſibus.

Ad generalem rationem quod attinet; ſi Spiritûs ſancti nomine in iis, de quibus agimus, locis, intelligitur divinus ac ſanctus quidam afflatus, ſeu vis quædam à Deo manans, quæ hominibus veluti inſpiretur;

retur; Spiritus ſanctus propriè datur; h. e. non metonymicè tantùm, aut per metalepſin hominibus dari, ab iis accipi, & haberi dicitur. Ita ſe rem habere poſtea intelligetur. Priùs enim oſtendemus, ejuſmodi afflatum Spiritus ſancti nomine intelligi, cùm is nobis dari, à nobis accipi, & haberi dicitur: quamquam per ſe ipſum cuivis facilè ſit veriſimile. Indicavit id, & externo quodam afflatu [a] *repræſentavit ipſe Chriſtus, cùm poſt reſurrectionem diſcipulis apparens, diceret:* Accipite Spiritum ſanctum. *Refert enim Iohannes, eum, verba illa prolaturum, inſufflâſſe, ſeu afflâſſe diſcipulos. Quid enim ea actione aliud indicare voluit, quàm ſe illos diviniori & occultiori quadam ratione afflaturum, & vim quandam cœleſtem iis inſpiraturum? quæ qualis eſſet, verbis expreſſis ſtatim docuit, dum ſubjecit,* Accipite Spiritum ſanctum. *Sed præterea idem inde patet, quòd Spiritus ſanctus in locis ſuprà à nobis annotatis, eorumque ſimilibus, eo ſenſu accipitur, quo tum temporis vulgò inter Iudæos accipiebatur. Num enim putamus, Iohannem Baptiſtam, cùm ad populum verba faciens, diceret, Chriſtum eſſe baptizaturum Spiritu ſancto, id nomen in ſignificatione populo ignota uſurpaſſe? aut populum, eo nomine audito, non intellexiſſe, quid Iohannes diceret? Atqui hic ille eſt Spiritus, quem Chriſtus petenti-*

[a] Ioha. 20. 22.

naturâ magis prodit. Nam etiamſi propriè per Spiritum ſanctum nihil aliud quàm afflatus divinus intelligeretur, propriè tamen ea; quæ in locis citatis occurrunt, dici non poſſent: quia non actioni cuidam, ſed rei permanenti competunt. Dum igitur tropicam locutionem oppugnat adverſarius, ſe ipſum ſimul oppugnat. Sed jam probare conatur, Spiritûs ſancti nomine propriè intelligi ſanctum quendam afflatum: imò Spiritum ſanctum reverâ nihil aliud eſſe quàm divinum & ſanctum quendam afflatum, ſeu vim quandam à Deo manantem, quæ hominibus veluti inſpiretur. Et primo allegat externum illum afflatum Chriſti de quo *Ioh.* 20. 22. vultque, illum interiorem afflatum, qui per externum Chriſti afflatum repræſentatus fuit, eſſe ipſummet Spiritum ſanctum. Verùm hæc opinio non ſolùm nullum in textu fundamentum habet, verùm etiam in ſe planè abſurda eſt. Nam perſpicuum eſt, aliud eſſe ipſum afflatum, aliud rem per illum afflatum communicatam. Nam poſt afflatum illum externum dicit adhuc, *Accipite Spiritum ſanctum*; non itaque ipſe afflatus erat Spiritus ſanctus. Deinde nullus hîc occurrit articulus, ſed ſimpliciter dicitur πνεῦμα ἅγιον. Verùm etſi articulus occurreret, tamen adhuc ſatis conſtaret, aliud eſſe ipſum afflatum, aliud eſſe rem per afflatum illum communicatam. Etenim jam antè Apoſtoli Spiritum ſanctum habebant, ut patet ex *Ioh.* 14. 18. & in Pentecoſte erant denuò accepturi, quare fieri non poteſt, ut ſit Spiritûs ſancti productio: ſecus & poſt ſe ipſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſum, & ante ſe ipſum Spiritus ſanctus fuiſſet productus: ſed intelligenda eſt peculiaris quædam qualitas à Spiritu ſancto in iis producta. Quàm verò ab omni ratione alienum ſit, fingere, Spiritum ſanctum nihil eſſe aliud quàm divinum afflatum, qui primò à Patre, tum à Filio (fatetur enim adverſarius, Chriſtum Apoſtolos diviniori & occultiori quâdam ratione afflaturum, & vim quandam cœleſtem iis inſpiraturum) fidelibus inſpiretur, ſuo loco fusè demonſtravimus. Deinde idem inde patêre putat, quòd Spiritus ſanctus in locis ſuprà annotatis, eorumque ſimilibus, eo ſenſu accipiatur, quo tum temporis vulgò apud Iudæos accipiebatur. Quaſi verò Iudæorum in ſalutis myſteriis planè brutorum opinio, ſacrarum literarum, veræque interpretationis norma ſit. Profectò hoc argumentum quo pluris ab adverſario fit, ut ex prolixâ ejus commendatione ac exaggeratione apparet, eò eſt ineptius. Iohannes Baptiſta, Chriſtus, & Apoſtoli voces non vulgi, ſed ſacræ ſcripturæ ſenſu acceperunt; niſi forſan ita inſanire libeat, ut, cùm Iohannes prædicabat, appropinquâſſe regnum cælorum, intelligamus regnum non ſpirituale, ſed corporeum: cùm Chriſtus diceret, *Nemo poteſt videre regnum cælorum niſi denuò gignatur*, id accipiamus de iteratâ generatione corporeâ; quia ſic non ſolùm Iudæorum vulgus, verùm etiam Phariſæorum princeps, & quidem vir pius ſuæque ſalutis ſtudioſus, interpretabantur. Itaque plane inſulſum eſt, Chriſti, & ſervorum ejus conciones ex illorum ſententiâ explicare *tentibus promittit, quique poſtea Apoſtolis ac cæteris diſcipulis datus eſt, ut tum ex re ipſa intelligitur, tum ex loco* Act. 1. 4, 5. *manifeſtum eſt. Quid vero cùm Petrus* [a] *ad populum de Spiritu ſancto recèns effuſo diſſereret, & auditoribus, ſi reſipiſcerent, & in nomen Ieſu Chriſti* [b] *baptizarentur, eundem promitteret? num illum arbitramur, Spiritûs ſancti vocem ignota illis ſignificatione uſurpaſſe, h.e. ab iis intelligi noluiſſe, vel ſaltem intellectum non fuiſſe? Similiter, cùm infrà c. 5. in ſenatu Iudæorum dixit*, Nos ſumus teſtes horum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus (*vox* omnibus *abeſt à Græco*) obedientibus ſibi; *num cenſemus, illum vocem Spiritûs ſancti aliter uſurpâſſe, quàm ſeniores illi Iudæorum eam accipere ſolerent? an non ideo iſta commemoravit, ut adverſarii, probè intelligentes, quid Spiritûs ſancti vox ſignificet, & quantum Spiritûs illius teſtimonio ſit tribuendum, fidem dictis ſuis & ceterorum Apoſtolorum adhiberent? Idem ſtatuendum eſt de ejusdem Petri verbis in domo Cornelii habitis, in quibus Chriſtum Spiritu ſancto unctum fuiſſe affirmat, ut divinam ei auctoritatem hoc pacto aſſerat. Quid? quòd & Iohannes, & apud ipſum Chriſtus, voces, quibus Spiritus ſanctus obſcuriùs deſignatus fuerat, vel ſimplici* Spiritûs, *vel* Spiritûs ſancti *voce poſita declararunt:*

[a] Act. 2. 17. 18, 33.

[b] Verſ. 38.

rarunt : ut apparet ex locis à nobis ſuprà adductis Ioh. 7. 39: &c. 14. 16, 17. *quibus adde ejusdem* cap. verſ. 26: & cap. ſeq. v. 26. *Hoc autem ſatis indicat, ejus vocis ſignificationem vulgò jam notam fuiſſe. Quid autem Iudæi tum temporis Spiritûs ſancti nomine vulgò intellexerunt? Num perſonam fortè divinam? Quî ergo fit, ut ne veſtigium quidem illius opinionis inter Iudæos poſt id tempus remanſerit, nec in illis appareat, qui illis temporibus fuêre proximi? Num, ut Chriſtianis ægrè facerent, ſua illi dogmata ab omnibus vulgò recepta ejurârunt? Nulli certè cordato homini id unquam perſuaſeris. Quid ergo illos Spiritûs ſancti nomine intellexiſſe credemus, quàm afflatum divinum; id nempe, quod & Hebrææ vocis, quâ Spiritûs denotatur, & Græcæ, & Latinæ origo indicat, quodque inter Gentes etiam, utut in re ipſa cæteroquin errantes, Spiritûs divini nomine intelligebatur. Nam & Hebræum* Ruach *ventum aut flatum propriè ſignificat, & Græcum* πνεῦμα *quod à* πνέειν *eſt, ut Latinum Spiritûs à ſpirando. Itaque eo nihil accommodatius eſt ad ſignificandum divinum illum afflatum, ſeu vim cœlitùs hominum pectoribus inſpiratam. quæ ſignificatio, ut diximus, ne gentibus quidem extraneis ignota fuit, licèt interim in re graviſſimè errarent, falſum afflatum pro vero, diabolicum pro divino habentes.*

càre, qui partim maliciâ, partim craſſiſſimâ rerum divinarum ignorantiâ, laborabant. Quod cùm ex hiſtoriâ Euangelicâ teſtatiſſimum ſit, non eſt quòd pluribus oſtendamus. Petrus non ſolùm ad populum *Act.* 2. 17, 18, 33, ſed etiam ad ſeniores cap. 5, clariſſimè rectiſſiméque diſſerebat: quia nomen Spiritus ſancti ita accipiebat, quemadmodum in V. T. accipiebatur, adeóque ab auditoribus intelligi debebat. Nos igitur minimè curamus, quid Iudæi tum temporis de Spiritu ſancto crediderint, cùm ſciamus, pleroſque eorum ne prima quidem ſalutis elementa cognoviſſe. Quàm abſurdè de Meſſiâ, quàm ridiculè de V. T. ceremoniis, atque ſalutis mediis ſenſerint quis ignorat? Iam propriam Hebrææ vocis vim, & Græcæ Latinæque originem urget. Cujus rationis infirmitas clariùs apparebit, ſi ad ſyllogiſmum revocetur, *Si & Hebræum* Ruach *ventum aut flatum propriè ſignificat, & Græcum* πνεῦμα, *quod eſt à* πνέειν, *ut & Latinum ſpiritus à ſpirando; ſequitur, quòd in locis citatis Spiritus ſancti nomine propriè nihil aliud intelligatur quàm quidam divinus afflatus, & vis quædam à Deo emanans. At verum prius. Ergò & poſterius.* Sed quænam eſt ratio conſequentiæ? Quaſi verò non ſæpiſſimè alia ſit vocis origo, alia primaria ejus ſignificatio. Deus Pater *Ioſ.* 4. propriè dicitur Spiritus: ergone propriè nihil aliud eſt quàm afflatus quidam & vis emanans? Angeli propriè dicuntur Spiritus: ergo nihil ſunt aliud quàm quidam flatus? Deinde falſum eſt, quòd Hebræum *Ruach* propriè ventum ſignificet: Nam flatus, ſi pro ipſa actione ſumatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſumatur, potius *Reach* dicitur: *Ruach* autem propriè ſignificat ſubſtantiam, quæ ſpirat aut ſpiratur: licet impropriè aliquando pro ipſa ſpiratione accipiatur. Sic quoque apud Græcos aliud propriè loquendo eſt πνεῦμα, aliud πνεῦσις. Latini quidem vocem *ſpiratio* ſuâ civitate non donârunt, non tamen ob vocis inopiam res ſunt confundendæ: præſertim cùm compoſita *aſpiratio*, *inſpiratio* occurrant. Impropriè autem afflatus ille dicitur Spiritus ſanctus, tum quia vox *Ruach* non ipſam ſpirationem, ſed rem ſpirantem aut ſpiratam propriè exprimit; tum quia in ſacris literis propriè pro Spiritu ſancto accipitur. Debet autem in ſacræ Scripturæ vocibus non tam originatio, quàm uſurpatio perpendi: cùm res divinæ plerumque ab effectis, & attributis, quorum nomina à rebus corporeis peti ſolent, denominentur. Quare ſi primam vocis originem ſpectes, tertia perſona Deitatis dicitur Spiritus primò metaphoricè, quia à rebus corporeis ſumta eſt: deinde ſynecdochicè, quia & Pater, & Filius eſt Spiritus ſanctus generaliter ſumto vocabulo: verùm ſi Scripturæ uſus ſpectetur, vox Spiritus ſanctus propriè ſignificat tertiam Deitatis perſonam, quæ à Patre & Filio ſpiratur: metonymicè autem ejus actionem, illam ſcilicet ſpirationem quâ omnia vivificat, conſervat, ac perficit. Qui ejus afflatus propriè non Spiritus, ſed ſpiratio ſancta dicenda eſt.

Iam ſpeciales rationes perpendamus. Primò allegat Ioh. 14. 16, 17. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum* (μεθ' ὑμῶν) *in æternum. Nembentes. ſed hoc ad ipſius vocis vim & ſignificationem per ſe non pertinet. Iam verò ſi Spiritûs ſancti nomen in iis, de quibus agimus, locis, de divino illo afflatu, ſeu vi quadam divinitus in homines manante accipitur; cur Spiritus ſanctus non niſi per metonymiam aut metalepſin nobis dari, & porrò à nobis accipi aut haberi dicitur? Cur non ipſe Spiritûs ſanctus propriè ſic dictus, (quatenus quidem propriè vox iſta in hac materia ſumi poteſt) nobis dari agnoſcitur? Nam ſi propriè non datur, vel ideo id fit, quia afflatus hic ſanctus non niſi impropriè, nempe per metonymiam cauſæ efficientis, Spiritûs ſanctus dicatur, vel quia non propriè, ſed per metalepſin tantùm dicatur dari, h. e. tantummodo ratione donorum atque effectuum ab eo manantium. At utrumque falſum eſt. Nam quod ad prius attinet, quæ non niſi per metonymiam cauſæ efficientis aliquo nomine appellantur, illa ipſa per ſe nomen iſtud non merentur, ſed ideo tantùm ſic appellantur, quia à cauſa efficiente proficiſcantur, cui hoc nomen per ſe ac primò competat. Atqui vis illa, quæ hominibus à Deo inſpiratur, per ſe Spiritus ſanctus appellari meretur, atque adeò appellatur, nulla habita ratione ejus, quòd ab ejusmodi cauſæ proficiſcatur, quæ Spiritus ſanctus propriè appelletur. Quòd ea per ſe ſancta ſit, ac dicatur, nemo dubitat. quòd autem per ſe Spiritûs*

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quoque nomen mereatur, itidem ex dictis patet; quia nimirum à Deo hominibus inſpiretur, eâque homines afflentur. Neque refert, quòd metaphoricè, ſeu ob ſimilitudinem, dicatur Spiritus. *Hoc enim loco non eatenus ſpectatur vocis proprietas, quatenus metaphoræ opponitur, ſed quatenus metonymiæ. ſiquidem de hac nunc eſt quæſtio. Quòd ſi propterea dicere velis, afflatum hunc impropriè Spiritum ſanctum dici, quia metaphoricè Spiritus dicatur; vide, quo pacto defenſurus ſis, tertiam illam divinitatis perſonam propriè Spiritum ſanctum dici. Nam & illam Spiritum ideo dici cenſent, quia à cæteris duabus ſpiretur; non verò ideo, quia ſubſtantia ſit Spiritualis. alias appellatio illa non magis tertiæ illi perſonæ, quàm cæteris duabus conveniret. Quid verò? num illa propriè ſpiratur atque efflatur? Certe longe minùs illi competit ſpirari, quàm huic, de quo nos agimus, divino afflatui: cùm illa extra Deum non prodeat; hic à Deo procedat, & hominibus inſpiretur. Patet ergo, afflatum illum divinum, proprie ſpiritum ſanctum, non metonymice tantùm dici. Quod ad poſterius attinet; vix crediderim, adverſarios negaturos, ipſum illum afflatum proprie dari. Quomodo enim id, quod hominum pectoribus, in ſummam eorum utilitatem, inſpiratur atque inſeritur, illis proprie non datur? Nulla ergo hîc metalepſis eſt quærenda,*

Nempe *Spiritum illum veritatis, quem mundus non poteſt accipere: quia non conſpicit* (θεωρεῖ) *eum, nec cognoſcit* (γινώσκει) *eum. Vos autem cognoſcitis* (γινώσκετε) *eum; quia apud vos* (παρ' ὑμῖν) *manet; & in vobis erit.* Hoc in loco Spiritum ſanctum, id eſt, ejus perſonam, intelligi, eamque verè dari, adverſario concedimus: ejusque rationes, nimirum quòd paracletus, quòd alius dicatur, quódque actiones perſonarum propriæ ipſi tribuantur, pro firmis habemus. Verùm tamen nihil hinc contra ſupremam ejus Deitatem concludi poteſt. Dum enim Chriſtus dicit: *Alium paraclatum dabit vobis*, ſatis indicat, quòd antea alium quoque fidelibus dederit, nimirum Chriſtum. Chriſtus enim hîc ſibi Spiritum ſanctum opponit. At ſi Pater Chriſtum fidelibus paracletum dederat, falſiſſimum eſt, quod urget adverſarius; nimirum nec ſummum Deum, nec perſonam dari poſſe. Nec perſonæ repugnat, quòd à diſcipulis accipiatur. Nam & Chriſtus *Ioh.* 1. 12. dicitur accipi, (utrobique eſt λαβεῖν) & expreſsè hîc explicatur illa acceptio, ſcilicet quòd in cognitione & contemplatione conſiſtat. Et planè enervis eſt adverſarii interpretatio, quâ contra textum Græcum γινώσκετε vertit *cognoſcetis*, μενεῖ *manebit*: quò ineptam ſuam ſententiam lectori perſuaderet; Spiritum ſanctum tum temporis non fuiſſe apud Apoſtolos, neque eos illum tum cognoviſſe; ſed eâtenus tantùm apud Apoſtolos manſiſſe, quâtenus in Chriſto habitans inter diſcipulos veluti verſabatur; & tandem demum non tantùm apud & inter ipſos, ſed & in ipſis futurum

futurum fuiſſe. At ſic mentem ſcopumque Chriſti planè pervertit. Chriſtus enim, ut ex contextu patet, hoc vult: Apoſtolos cognoſcere quidem Spiritum ſanctum, qui apud ipſos (παρ᾽ ὑμῖν) maneat, ſed nondum conſpicere ſeu contemplari: id enim tum futurum, cum erit cum ipſis manſurus ac in ipſis futurus. Accuratè igitur diſtinguit Chriſtus inter μεθ᾽ ὑμῶν μένειν, & παρ᾽ ὑμῖν, inter γινώσκειν, quod eſt minus, & θεωρεῖν, quod eſt majus: notatque clariorem ac perfectiorem cognitionem. Habebant igitur jam tùm Apoſtoli Spiritum ſanctum, ſed nondum erat in ipſis juxta phraſin Chriſti: id eſt, ipſum nondum tam plenè acceperant, ut ipſis Chriſtus promiſerat. Unde etiam confirmatur id quod toties inculcavimus: nimirum diverſos fuiſſe & eſſe cognitionis ac donationis Spiritûs ſancti gradus: quò diligenter obſervato omnis adverſarii ſubtilitas ac copia in fumum abit. Damus quoque, miſſionem illam, quæ Spiritui ſancto competit, ejus donis nimìnè convenire poſſe: cùm perſonæ ſit propria. Sed jam videamus, quid pro illis reſponderi queat, qui ipſam Spiritûs ſancti perſonam donari negant. Forſan dici poſſet, non dici ſimpliciter, Spiritum ſanctum dari, ſed dari advocatum ſeu in advocatum: At ejuſmodi datio, quæ officium in ſe complectitur, perſonis non eſt adverſa, ſed earum propria.

Satis quoque firma reliqua loca, nimirum *Rom.* 5. 5. & 8. 18. *Gal.* 4. 6. 2. *Tim.* 1. 7. agnoſcimus. In illis enim agi de Spiritûs ſancti perſonâ, ex effectis patet. Hîc tamen diligenter obſervetur, quid dicat adver-*renda, quâ fiat, ut id, quod effectui tantùm propriè competit, impropriè tribuatur cauſæ efficienti. Cùm hîc ipſa cauſa efficiens effectuum illorum, qui intelliguntur, h. e. ipſe afflatus divinus, hominibus per ſe detur. Et hæc de generali ratione, & omnibus, de quibus agimus, locis communi, dicta ſufficiant.*

Quod ad ſpeciales attinet, ac certorum locorum magis proprias; primùm poni merentur illa Chriſti verba, quæ ex Iohanne ſuprà a *citavimus*: Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere: quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis (*Gr.* cognoſcitis) eum: quia apud vos manebit (*Gr.* manet, *quatenus nimirum in Chriſto habitans, inter diſcipulos veluti verſabatur*) & in vobis erit. *h. e. & porrò non tantùm apud vos, ſeu inter vos, ut nunc, ſed & in vobis ipſis erit, vobis à Patre donatus. Quid clariùs dici poſſet, ad oſtendendum, Spiritum ſanctum propriè ſic dictum à Deo dari, eumque donum eſſe, quod precibus à Patre fidelibus impetretur? Quid enim? num Paracletus ille Spiritus ſanctus proprie dictus non eſt? aut non niſi per metalepſin, diſcipulis à Patre dandus dicitur? Prius dicere adverſarii non poſſunt, niſi tertiam illam divinitatis perſonam*

a Iohā. 14. 16, 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritum ſanctum propriè dictum eſſe negare velint ; quod tamen maximè volunt. Etenim hanc per Paracletum illum intelligi, omninò contendunt, urgentque tum ipſum Paracleti ſeu Conſolatoris nomen, tum vocem alius *ei appoſitam, tum actiones perſonarum proprias in hoc Christi ſermone ei tributas, de quibus infrà nonnihil agemus. Illud jure dici poteſt, ſi illic de Spiritu ſancto proprie ſic dicto ſermo non ſit, nuſpiam de eo ſermonem eſſe. Reſtat ergo, ut dicant, eſſe quidem hîc ſermonem de tertia Divinitatis perſona, & hanc per Paracletum intelligi: verùm non niſi per metalepſin dici, eam Apoſtolis eſſe à Patre dandam: quia nimirum ejus effectus ſeu dona varia illis ſint danda. Verùm nec iſtud effugium locum hîc habet. Etenim ex collatione iſtius loci, cum verbis verſic. 26. ejusdem capitis, itemque cum verbis verſ. 26 cap. ſeq. facile cuivis apparet, eatenus Chriſtum aſſerere, Patrem à ſe rogatum diſcipulis eſſe daturum Spiritum ſanctum, quatenus eum eſſet in nomine Chriſti, aut Chriſtus ipſe à Patre diſcipulis miſſurus. Ita enim priori illo loco ait:* Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, *&c. in poſteriori verò :* Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum (*vel potiùs* Spiritus) veritatis, qui à Patre procedit,

adverſarius: *Etenim effecta quoque Spiritûs ſancti in iisdem locis commemorantur, tanquam res quædam à Spiritu ſancto diverſæ.* Si Spiritus ſanctus eſt cauſa efficiens virtutis, virtuſque eſt res ab eo diverſa, falſum eſt, quod ſuprà urgebat: cum legimus, *Spiritus virtutis*, eſſe genitivum ſpeciei. Si enim res ſe ita haberet, utique ſemper genitivus ſpeciei eſſet.

Neque alia (quas hypotheſes noſtras vocat adverſarius) quæ Scriptura de Spiritu ſancto tradit hâc ratione convelluntur. Nos enim, qui Spiritûs ſancti perſonam fidelibus dari concedimus, firmiſſimè ejus immenſitatem, adeòque ſupremam Deitatem hoc argumento probamus. Si unus idemque numero Spiritus in omnibus tam V. quàm N. T. fidelibus fuit, & eſt, neceſſe eſt ut ſit ſimpliciter immenſus. At prius ſacra Scriptura non uno in loco ſatis ſuperque docet. Non tàm evidens, fateor, illorum argumentum eſt, qui non ipſam Spiritûs ſancti perſonam, ſed tantùm ejus dona fidelibus dari aſſerunt. Licèt enim veriſſimum ſit, ac non ſolùm ex Dei operatione in genere, verùm etiam ex intimâ Spiritus ſancti efficaciâ in ſpecie probari queat, nullibi poſſe eſſe aliquem Spiritûs ſancti effectum, quin ipſa Spiritûs ſancti eſſentia ibidem ſit; tamen quia hæc res non eſt evidens, argumenti efficacia aliquantùm hebetatur. Quomodo autem hinc etiam ipſorum effectuum immenſitas ſequatur, ego nullus video. Unus enim idemque numero Spiritus ob ſuam immenſitatem innumeros effectus in diverſiſſimis locis producit.

Diſpi-

Diſpiciamus jam, quomodo eos qui ipſam Spiritûs ſancti perſonam propriè dari negant, etiam laxatis vinculis conſtringat. *Si*, inquit, *Spiritus ſanctus ſummus Deus eſſet, ne per metonymiam quidem aut per metalepſin diceretur eum ab altero hominibus dari aut donari, aut homines eum accipere. Eſſe enim loquendi rationem Deo ſupremo indignam.* Verùm hæc & ſimilia dicuntur quidem, ſed nullâtenus probantur. Tantum abeſt ut indignum ſit, Spiritûs ſancti dona ab alio dari, ut divinâ ejus perfectione digniſſimum ſit ipſammet ejus perſonam à Patre & Filio dari. Neque enim inſcius, vel invitus ab iis datur: ſed cùm ejusdem ſit cum utroque eſſentiæ, & ab utroque ſpiretur, ſe ipſum fidelibus donare nequit, niſi Pater quoque & Filius ipſum donet. Ejusmodi igitur exclamationes non ſolum præter Scripturam, verùm etiam præter rectam rationem dicuntur. *Detur igitur ſimile exemplum in nomine Patris.* Iniquum eſt hoc poſtulatum. Ordini enim perſonali repugnat, ut Deus Pater detur & quidem ab alio. Dari ſummam perfectionem, & quidem divinam, notat in Spiritu ſancto, non verò in Patre. *Deinde ſi ita ſe res haberet, non intelligeretur certum donorum genus, ſed omnia bona.* Quis nexus? Quaſi verò non ſæpiùs in eâdem voce metonymia cum ſynecdoche concurrat. Itaque ſi per Spiritum ſanctum intelligantur dona, erit metonymia: ſi dona certa, puta extraordinaria illa, aut etiam ſalutifera, erit metonymia ſynecdochica. Et licet vita immortalis in hâc vitâ non detur, dantur tamen electis vivaciſſima ejus ſemina; datur certiſſi-cedit, ille teſtimonium perhibebit de me. *Et ſanè quid aliud vel Pater, vel Filius, ad dationem illam pertinens facere poterat, quàm ut Spiritum ſanctum diſcipulis eo ſine mitteret, ut in illis perpetuò maneret, & divina illa, quæ in illis poſtmodum apparuerunt, effecta produceret? Atqui miſſio illa, &, qui eam conſequitur, Spiritûs ſancti adventus, non primò effectis Spiritûs ſancti, huic autem tantùm conſequenter, convenit; quod fieret, ſi non niſi per metalepſin ei tribueretur; ſed contra. Vnde adverſarii ex illa miſſione Spiritûs ſancti perſonam probare ſolent; quod facere non poſſent, ſi eam primò ac per ſe donis Spiritûs ſancti competere judicarent. quandoquidem hujusmodi miſſio, cùm perſonæ neutiquam ſit propria, eam etiam probare non poteſt. Quòd ſi ergo miſſio illa Spiritui ſancto primò ac per ſe competit, non ejus effectis; eadem & dationis erit ratio, quam in miſſione illa conſiſtere vidimus. Naſcitur autem hinc & altera ejusdem rei ratio. Etenim quòd Spiritus ſanctus docere debuerit diſcipulos omnia, & dicta Chriſti omnia in memoriam illis revocare, ponitur tanquam miſſionis Spiritûs ſancti, ac porrò etiam dationis illius conſequens, cap. 14. 26. At ſi eatenus tantùm daretur Spiritus ſanctus, quatenus dona ejus dantur; ea res in ipſa datione Spiritûs ſancti contineretur, non verò illius conſe-*

quens foret. Impertitio enim illa ſcientiæ rerum divinarum, vel inprimis pertinet ad effectionem donorum, à Spiritu ſancto in Apoſtolos profectorum.

Satis hic locus monere poterat adverſarios, ne auderent negare, Spiritum ſanctum proprie ſic dictum unà cum ſuis effectis nobis dari. Sed non deſunt & alii, qui idem præſtent. Animadverſus enim fuit à cæteris adverſariis, qui iſtiusmodi reſponſione propterea non utuntur, locus Pauli Rom. 5. 5. *ubi ait*: charitatem Dei (*h.e. charitatis divinæ ſenſum*) diffuſam eſſe cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus ſit nobis. *Vbi quidem de eo Spiritu, qui charitatis divinæ ſenſum in cordibus noſtris diffundat, & ſic ſpiritualis doni auctor ſit, dicitur, eum eſſe nobis datum. Cui loco poteſt addi ille ejuſdem Epiſt. cap.* 8. 15. *ubi ait Apoſtolus*: accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo (*h. e. per quem, ſeu cujus vi atque impulſu*) clamamus Abba (Pater.) ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quòd ſumus Filii Dei. *de quo & in Epiſtola ad Gal.* 4. 6. *ait*: Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem Abba, (Pater.) *Sic &* 2. *Tim.* 1. 7. *dicitur*: Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris: ſed virtutis (*ſeu* potentiæ,) & dilectionis & ſobrie-

certiſſimus ejus arrhabo, nimirum Spiritus ſanctus. Aliam autem eſſe rationem nominis *Pater*, aliam nominis *Filius*, aliam nominis *Spiritus ſanctus* in Scripturâ, qui non cernit, ſe ipſum excæcet neceſſe eſt. Ineptè igitur diſtinctiſſimam Scripturæ loquendi rationem ambages vocat adverſarius: ineptiùs autem probat. Denuò enim ridiculum illud argumentum inculcat, quo Iudæorum maliciam vel ignorantiam pro clypeo objicit. Fideles Iohannis Baptiſtæ, Petri, aliorumque Apoſtolorum voces illas intellexerunt ita, ſicut juxta V.T. intelligi debebant. Quidni aliquis adverſarii acumine fretus omnem immortalis vitæ ſpem neget? Neget, inquam, Chriſtum promiſiſſe vitam æternam. Dicat alius: imò toties inculcavit Chriſtus. Reſpondebit diſcipulus adverſarii: Non ita accipienda eſt vox *vita æterna* prout tu vis, ſed prout illam Sadducæi, ad quos Chriſtus loquebatur, intelligebant. Sed jam ineptiſſimam rationem cavillo corroborat. *Quærit unde conſtet nobis, ita tres Divinitatis perſonas inter ſe munera iſta tria partitas? Num illarum forte concilio interfuerimus, ut tam audacter iſta affirmemus.* Si audacter affirmare eſt, ea intrepidè aſſeverare, quæ perpetuò Scriptura, divini conſilii & concilii ſpeculum ac tabula, inculcat, fatemur, nos in iis aſſerendis eſſe audaciſſimos. Quæ de creatione ac redemtione ſuo more, id eſt, falſiſſimè, diſſerit, alius ſunt loci: jam de Spiritu ſancto agamus. Negat ille, crebriùs quàm Patri aut Filio, item tanquam perſonæ alicui, ſed tantùm tanquam rei per quam peragatur, ſanctificationem adſcribi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

adſcribi. Prius exigui eſt momenti: non enim refert an crebriùs Spiritui ſancto ſanctificatio adſcribatur, ſufficit ſi ſpecialiùs ac tanquàm cauſæ proximæ ipſi attribuatur. Quamvis de frequentiâ etiam jure dubitem: præſertim cùm toties innuatur, eum eſſe ſanctificationis auctorem, quoties Spiritus ſanctus dicitur. Quin enim ab effectu ſic dicatur, inficiari puto neminem. Poſterius autem, nimirum quòd Spiritui ſancto ſanctificatio non tanquam perſonæ, ſed tanquam rei, per quam ſanctificatio peragatur, tribuatur, minimè probat: quod nuſpiam in N. T. hæc vel ſimilia verba legantur, *Spiritus ſanctus ſanctificat.* Id enim fit partim ut ordo agendi trium perſonarum indicetur; partim ut Pater & Filius quoque ſanctificationis auctores eſſe doceantur; partim denique quia perfecta illa ſanctificatio, quæ propriiſſimus Spiritûs ſancti effectus eſt, demum in vitâ æternâ locum habebit. Quamvis autem Spiritus ſanctus ſit proxima cauſa ſanctificationis, non tamen ideo eſt pater Chriſti: ut jam ſuprà diximus. Cauſa quoque cur 1. *Cor.* 8. 6. Spiritûs ſancti mentio facta non ſit, à nobis fuit indicata. Mirum autem eſt, quòd negat adverſarius, ſanctificationem ullibi Spiritui ſancto fuiſſe attributam, cùm ſuprà vehementer, quamvis falsò, urſerit *Rom.* 1. 4. Spiritum ſanctificationis eſſe Spiritum ſanctum. Tandem etſi trium perſonarum una ſit eſſentia, adeóque unus intellectus, voluntas, & potentia, rectè tamen & juxta ſcripturas una operatio potiùs huic quàm illi adſcribitur: quia operatio non ſolùm eſſentiæ, ſobrietatis, (*vel* prudentiæ.) *Quid enim id aliud eſt, quàm non dediſſe nobis Deum Spiritum ejusmodi, qui timorem atque ignaviam in nobis efficiat, ſed talem, qui robur ac fortitudinem, qui charitatem, ac prudentiam, aut ſobrietatem, nobis ingeneret? Neminem autem hucusque audire ac legere memini, qui Spiritum divinum horum donorum efficientem cauſam Spiritum ſanctum propriè dictum eſſe negare auderet. Neque verò in his locis metalepſis ab aliis excogitata locum habet. Etenim effecta quoque Spiritûs ſancti in iisdem locis commemorantur, tanquam res quædam à Spiritu ſancto dato diverſæ, atque adeò tanquam effecta rei datæ. At ſi per metalepſin illam Spiritus ſanctus datus diceretur, nempe ratione effectuum, effectus illi in re datæ continerentur, nec tanquàm ab ea diſtincti commemorarentur. Et hæc quidem ex ſacris literis, adverſus metonymiam & metalepſin in his loquendi modis excogitatam, dicta ſunto.*

Quod ad adverſariorum hypotheſes attinet; quamquam illis jam aliqua ex parte uſi ſumus; illud tamen adhuc addendum eſt, quòd iſtiusmodi ad argumentum noſtrum reſponſione vehementer ipſorum convellitur ratio, quam ad Spiritûs ſancti immenſitatem, ac ſupremam porrò Deitatem probandam afferre ſolent; nempe quòd Spiritus ſanctus

in fidelibus per totum orbem diſperſis habitet. Duplici enim ratione hoc argumentum labefactant, primùm, quia, ſi ipſe Spiritus ſanctus propriè ſic dictus non datur fidelibus, ſed ejus tantùm effectus; probari non poterit, ipſum Spiritum ſanctum, ejúsve eſſentiam, in ſingulis fidelibus re ipſa eſſe. id quod ad rationem ipſorum concludendam eſt neceſſarium. Deinde quia nec ejusmodi immenſitas, qualem illi intelligunt, inde probari poterit, niſi ſimul effectum etiam Spiritûs ſancti, vel ſaltem omnia ejus effecta, per fidelium pectora toto terrarum orbe diſperſa, inter ſe juncta, immenſa eſſe, & Deum ſummum conſtituere velint. Non poſſunt ergo adverſarii negare, ipſum Spiritum ſanctum, propriè nimirum ſic dictum, fidelibus à Deo dari. quin ſimul & ſacrarum literarum teſtimonia, & ſuas ipſorum aſſertiones tollant.

Sed nunc laxemus aliquantùm hæc vincula, quibus eos conſtrictos teneri docuimus, & largiamur iis ita poſtulantibus, non Spiritum ſanctum propriè dictum dari fidelibus, ſed illius tantùm effectum. Non elabentur tamen. Nihilominus enim hinc oſtendemus, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe. Nam primùm ſi Spiritus ſanctus Deus ſummus eſſet, ne per metonymiam quidem aut metalepſin de eo diceretur, eum ab altero hominibus dari, aut donari, aut homines eum accipere.

tiæ, verùm etiam ſubſiſtentiæ congruit. Actiones quidem ſunt communes, ſed modi agendi ſicut & ſubſiſtendi ſunt diverſi.

Unde etiam tertia ratio ſine negotio diſſolvitur. Etſi enim dona Spiritûs ſancti ſint etiam Patris & Filii dona, ordini tamen perſonali repugnat, ut Pater vel Filius dari petatur. Datio enim illa arctiſſimam quandam unionem ac communionem infert: quæ nec Patri, nec Filio, ſed Spiritui ſancto tanquam perſonæ ultimæ, adeoque cauſæ proximæ competit.

Quam ob cauſam etiam à Patre & Filio dari petitur. Eſt enim Patris & Filii Spiritus. Nunquam autem illa dona à Spiritu ſancto petita fuiſſe, ſatis fuit refutatum. Quamvis enim Spiritus ſanctus non poſſit non diſtribuere dona ſua, cùm Pater ita vult, nec contra diſtribuere, cùm Pater non vult, rectè tamen ab ipſo petuntur. Nam Chriſtus quoque non poteſt non ſua bona diſtribuere, cùm Pater vult: nec diſtribuere, cùm non vult; attamen rectiſſimè, ipſis adverſariis fatentibus, ab eo petuntur. Cujus rei cauſam jam prævidit adverſarius, nimirum eſſentiæ unitatem. Tam arcta enim eſt illarum perſonarum unio, & tam perfecta amicitia, ut nihil poſſit velle una, quin idem velit & altera. Sed neſcio quos loqueos nobis minetur. *Cùm Pater, inquit, Spiritum ſanctum mittere voluit, Spiritus ſanctus etiam ſe ipſum mittere voluit; cùm Spiritus ſanctus mitti, etiam Pater mitti: cùm Spiritus ſanctus voluit deſcendere in formâ corporeâ ſuper Chriſtum, voluit & ipſe Pater deſcen-*

deſcendere, & porrò deſcendit. Verum Andabatarum ſunt hi laquei, qui oculis clauſis ita in Scripturis vagantur, ut trium perſonarum diſcrimina ubique obvia animadvertere vel nequeant, vel nolint. Sic enim eſſentiæ unitatem urgent, ut perſonarum diverſitatem tollant. Etſi igitur Pater velit Spiritum ſanctum mittere, idemque velit Spiritus ſanctus quod Pater, tamen cùm miſſio neceſſariò perſonarum diſtinctionem includat, abſurdum eſt, quòd Spiritus ſanctus velit ſe ipſum mittere: Nam dum mitti voluit, idem quod Pater voluit. Idem de reliquis exemplis ſentiendum eſt.

Cùm ſibi perſuadeat adverſarius, ſe oſtendiſſe, Spiritum ſanctum non eſſe ſummum Deum, eo quòd hominibus datur, jam pergit, & conatur oſtendere, ipſum non eſſe perſonam. Quod ſi non obtineat, ut numquam obtinebit, fruſtraneus eſt omnis ipſius conatus. Tot enim & tanta Spiritui ſancto in Scriptura attribuuntur, ut ſi probatum fuerit eum eſſe perſonam, protinus appareat, eum quoque eſſe Deum ſummum.

Sic autem argumentantur. *Spiritus ſanctus fidelibus per totum orbem diſperſis ita datur, ut eodem tempore in infinitis re ipſa ſit, & habitet. Ergò non eſt perſona. Si enim eſſet perſona, vel eſſet finita, vel infinita. Non finita: quia ea nec Deus ſummus eſſe, nec innumeris hominibus ſimul dari poteſt. Non infinita: quia nihil neceſſe eſt eam hominibus dari, ut in illis exiſtat atque habitet, imò ne poteſt quidem dari: ſiquidem ſemper in illis fuit, & ob infinitatem ſuam non potuit non eſſe.* Verùm hæc poſteriora ſunt inepta. Neque enim datur *pere. Quis enim hujusmodi loquendi rationem, tanquam abſurdam ac Deo ſupremo indignam non reſpuat? Magis ſobriè de Deo ſummo loquuntur ſacræ literæ, quam ut in ejus nominibus hujusmodi tropos ſingant. Quòd ſi tamen quispiam contendat, non eſſe ejusmodi locutionem Deo indignam aut abſurdam; exemplum ſimilis loqutionis, ſive in Dei ſummi, ſive in Patris nomine, aut alio, quod tantumdem valeat, oſtendat. Deinde, ſi ita ſe res haberet, non intelligeretur, certum illud donum, ſeu mavis donorum genus dari, quod omnes tamen dari intelligunt, cùm Spiritus ſanctus dari dicitur. Etenim Dei ſummi dona atque effecta latiſſimè patent. Quicquid enim eſt boni, id ab eo proficiſcitur. Itaque ſi Deum ſummum dari audires, quia nimirum dona ejus dentur; vel omnia bona ſimul dari intelligeres, vel, ſi certum tantummodo donorum genus dari intelligeres, id dari crederes, quod omnium eſt excellentiſſimum, ſive ſolum, ſive cum aliis conjunctum. Idem ergo cogitandum eſſet de Spiritu ſancto, ſi is Deus ſummus eſſet, & non niſi ratione donorum atque effectuum dari diceretur. Atqui nec omnia bona dari intelliguntur, cùm Spiritum ſanctum dari audimus; nec id, quod omnium maximum eſt, nempe vita immortalis, aut perfecta juſtificatio: ſed ſtatim mens noſtra fertur ad divinum afflatum*

afflatum ſeu inſpirationem, vel ejus in hominibus effecta; nempe quia Spiritus divinus propriè ſic dictus, afflatus divinus eſt, ſeu vis à Deo in homines manans, eorum pectoribus cœlitus inſpirata. Hæc, inquam, cauſa vera eſt, cur mens noſtra, Spiritum ſanctum dari audiens, ad certum illud doni aut donorum genus feratur. Sed excipient adverſarii, aliam hac in parte eſſe rationem nominis Dei, aut Patris, aut etiam Filii: aliam nominis Spiritûs ſancti, utut is Deus ſit ſummus. Etenim ita diſputant, ut ſuprà quoque indicavimus: etiamſi omnia opera ad extrà toti Trinitati ſint communia, Patri tamen peculiari quadam ratione tribui creationem, Filio redemtionem, Spiritui ſancto ſanctificationem. Iam verò, inquient, illud doni ſeu donorum genus, quod intelligimus, ſimul ac Spiritum ſanctum dari audimus, ad ſanctificationem pertinere. Ideo non Dei nomine, tribus perſonis communi, non Patris, non Filii, ſed Spiritûs ſancti nomine deſignari. Vides, per quas ambages mens ab adverſariis eò deducatur, quò illa rectà ſtatim fertur? Eſtne verò credibile, illos, ſive Iudæos, ſive Ethnicos, qui de Spiritu ſancto hominibus dando, ſive à Chriſto, ſive ab aliis divinis viris primùm audierunt, vel iſta jam ſciviſſe, vel iis ignoratis non intellexiſſe, quid Spiritûs ſancti nomine ſignificaretur, & tum ſibi, tum aliis pro-

datur Spiritus ſanctus ratione eſſentialis præſentiæ; ſic enim tam impiis quàm piis, tam inanimatis quàm animatis ſemper adeſt: ſed ratione peculiaris efficaciæ. Quemadmodum igitur Pater ratione eſſentiæ omnibus creaturis intimè adeſt, tamen non niſi fidelibus ratione ſingularis gratiæ, *Ioh.* 14. 23: ſic quoque ſe res habet in donatione Spiritûs ſancti. Univerſus igitur hic diſcurſus nititur ignorantiâ divinæ immenſitatis. Sed, ſi placet adverſario, nos, ita retorqueamus argumentum. Spiritus ſanctus aut eſt finitus, aut infinitus. Si eſt finitus, non poteſt pluribus, atque adeò innumeris hominibus, ſimul ita dari, ut in ſigulis re ipsâ exiſtat. Alias eum in partes diſcerpi oporteret; quod ejus unitatem perimit. Si enim ſit res finita, & ſit in innumeris hominibus eodem tempore, fieri non poteſt, quin ſint innumeri Spiritus ſancti. At Scriptura Spiritûs ſancti unitatem perpetuò clamat: & res ipſa per ſe ſatis patet. Si verò eſt infinitus, nihil eſt neceſſe, ſecundùm adverſarium, eum hominibus dari: imò ne dari quidem potuit. Præterea ſi Spiritus ſanctus eſt infinitus, aut ipſemet Deus eſt: aut ſunt duo infinita entia eſſentiis diverſa in rerum naturâ: quo nihil poteſt fingi abſurdius.

Et firma manet inſtantia quâ per dationem Chriſti adverſarii fundamentum, *Qui datur, non eſt perſona*, infringitur. Etenim nihil concludit adverſarius, niſi propoſitio hæc ſit univerſalis: at univerſalis eſſe nequit, niſi Scriptura condemnetur. Quæ verò contra ſummam Chriſti Deitatem hîc repetit, jam ſuis locis ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

in aliquâ Spiritûs ſancti in fidelibus inhæſione, aut ipſius eſſentiæ unione, ſed in favoris ac gratiæ communicatione. Sic itaque eſt arrhabo hæreditatis, cùm ſe ex parte communicat: eſt ipſa plena hæreditas, cùm ſuâ perfectiſſimâ præſentiâ fidelis hominis capacitatem ſatiabit. *At*, inquit, *promiſſor ipſe non eſt arrha, aut pignus rei promiſſæ. Quis enim ſe ipſum oppignerat aut arrhæ loco dat? Si autem*, vult dicere, *Spiritus ſanctus eſt ſummus Deus, utique eſt ipſe promiſſor.* Rectè. Omnino eſt ipſe quoque promiſſor. Nam *Pſa.* 97. requiem ſuam, id eſt, perfectam ſui communicationem promittit. At promiſſorem non poſſe eſſe arrham aut pignus rei promiſſæ, ſi res promiſſa ſit aliquod promittentis officium, vel beneficium, ubi didicit? præſertim ſi plures ſint promiſſores, ſeu, ut Iureconſulti loquuntur, rei promittendi, quorum unus aut alter communi nomine apud creditorem tanquam futuræ impletionis pignus, arrhabo, vel obſes manet. Sic igitur Spiritus ſanctus corda fidelium inhabitat, ut ipſa certiſſima reddat, ſe aliquando pleniſſimè in iis quieturum. Verùm *quo pacto Deus ab homine arrhæ pignorisve loco accipi poteſt?* Poteſt, ſi ſe ipſum tanquam arrham perſonalem homini det, ac quaſi ſiſtat. *At arrha poſſidetur aliquo modo ab eo, cui datur. Quo autem pacto Deus ſummus poſſideri ab homine poteſt?* Prudenter facit, quod *aliquo modo* ſe corrigat. Nam arrham perſonalem poſſideri ſcrupuloſus Iureconſultus negabit. Sed non opus eſt ut iſtas ſubtilitates faciamus noſtras. Si *poſſidere* ſtricto ſignificatu juxta Romani Iuris interpretes accipiatur, Deus

ſatis apparet, Spiritum ſanctum non eſſe Deum ſummum. Hic enim promiſſor ipſe eſt, non arrha aut pignus rei promiſſæ. Quis ſe ipſum oppignorat, aut arrhæ loco dat? aut quo pacto Deus ab homine arrhæ pignorisve loco accipi poteſt? Arrha enim poſſidetur aliquo modo ab eo, cui datur. Quo autem pacto Deus ſummus poſſideri ab homine poteſt? Præterea an credibile eſt, Deum nobis jam nunc plus dediſſe, quàm ſe olim daturum promiſerit? Id ſanè nec arrhæ ratio fert, nec illud patitur, quòd omnium confeſſione olim longè feliciores ac dignitate præſtantiores, imò tunc demum verè felices ac glorioſi evademus. At plus nobis nunc dediſſet, ſi Spiritus ſanctus Deus ſummus eſſet, quam eſt ipſa hæreditas nobis promiſſa. Quis enim hæreditatem noſtram, licèt tempore infinitam, cum Deo comparare audeat?

Admonent autem nos loca citata etiam alterius loquendi modi de Spiritu ſancto uſurpati, qui docet, eum perſonam divinam non eſſe. Eſt autem ille, quòd Spiritu ſancto credentes dicantur obſignati. Sic enim apertè ſcribitur Eph. 1. 13. *cui ſimilis eſt locus cap.* 4. 30. *Quamquam enim in poſteriori loco dicitur, Epheſios eſſe obſignatos* in Spiritu ſancto, *quod nonnulli interpretantur*, per Spiritum ſanctum: *docebimus tamen paullo inferiùs, etiam aliis locis, & quidem ubi de Spiritu*

ſancto ſermo eſt, particulam in redundare ex Hebraiſmo: idque hoc loco fieri, ſatis apparet, tum ex collatione verborum cap. 1. 13. *ubi particula illa omittitur, tum ex re ipſa. Neque enim hîc oſtendere voluit Apoſtolus, quis obſignarit, ſed quàm præſtanti ſigno fuerimus notati, & à Deo veluti communiti, quod intuentes, de futura noſtra redemtione dubitare minimè poſſimus; & porrò, quantum nobis datum ſit, conſiderantes, diligenter caveamus, ne tanto nos bono, ſermonum forte vanitate, privemus, & characterem notamque nobis à Deo impreſſam deleamus atque obliteremus. Id verò non expreſſiſſet Apoſtolus, ſi tantùm dixiſſet, nos per Spiritum ſanctum eſſe obſignatos; niſi fortè quis hujuſmodi verba ſumere velit in eam ſententiam, in quam nos ea dicta eſſe volumus, nempe ut intelligatur, nos ipſo divino Spiritu fuiſſe obſignatos, ſeu Spiritum ſanctum eſſe inſtar ſigni, notæ, ac characteris nobis impreſſi, quo nos Deus, tanquam peculium ſuum, notârit, nos ſacros & inviolabiles, & ab omni interitûs periculo, modò officium noſtrum faciamus, tutos reddiderit. Idem indicavit Apoſtolus* 2. Cor. 1. 22. *præſertim ſi quis eum locum conferat cum duobus iſtis, quos ex Epiſtola ad Eph. citavimus, & maximè cum priori. Nam & res utrobique eadem explicatur, nec verba multùm diſcrepant. Etenim illic quidem,*

Deus ſanè ab homine poſſideri nequit. Verùm ſi *poſſidere* nihil aliud ſignificet quàm ſibi perſonam aliquam optimo ac firmo jure habere unitam ſeu præſentem, cujus ut ita dicam uſum fructum habeat, ſeu cujus beneficia continuò ſentiat, nullum eſt dubium, quin Deus à fidelibus poſſideatur. Meminerit itaque adverſarius, voces ac phraſes Scripturæ à Iureconſultis vel potiùs Symbioticis, petitas, ita eſſe interpretandas, ne ſacrarum literarum norma, Pandectæ Romanorum tantùm juri conſecratæ conſtituantur. Nec *tamen Deus jam nunc plus nobis dedit, quàm ſe olim daturum promiſit*. Nam olim quoque ſe ipſum Spiritus ſanctus, qui ſummus Deus eſt, dabit. Idem quidem nobis dabitur, ſed longè excellentiori modo, ac gradu. Non erit inhabitantis Dei, ſed inhabitationis diverſitas.

Nihil quoque contra Spiritûs ſancti perſonam facit, quòd credentes eo dicantur obſignari. Sive enim *Eph.* 4. 30. præpoſitio ἐν redundet, ita ut idem ſenſus ſit qui *Eph.* 1. 13. ac indicetur, Spiritum ſanctum eſſe inſtar ſigni, notæ, ac characteris nobis impreſſi, (quo ſenſu exprimitur ordo agendi diſtinctiùs, ſi præpoſitio dicatur redundare,) ſive *In* idem ſit quod *Per*, infirmiſſimum tamen eſt argumentum. Etenim ſi non repugnat perſonæ ut ſit res obſignata, quare eâdem metaphorâ metonymicâ non poſſet dici de perſona, quòd ſit ſignaculum? Prius autem minimè repugnat perſonæ, ut ex 2. *Cor.* 3. 2, 3, patet: ubi Corinthii dicuntur epiſtola, & eâdem allegoriâ Spiritus ſanctus confertur cum atramento. Obſignamur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

gnamur igitur Spiritu ſancto, quia cuicumque ille datur, is ſalute ſuâ excidere nullâ ratione poteſt. At quâ ratione Spiritus ſanctus poteſt dici ſigillum vel character, ſi tanta eſt ejus corruptibilitas, ut homines ſermonum fortè vanitate illum characterem, notamque ſibi à Deo impreſſam delere atque obliterare queant? Ex his adverſarii verbis clariſſimum eſt, quàm monſtroſam ſententiam ipſe & ſocii ejus de Spiritu ſancto foveant. Non rarò ſpecioſis verbis ipſum virtutem Dei appellant, nec admittunt, ut, ſi Deus non ſit, creatura vocetur: verùm poſtea turpiſſimè ſe produnt, dum ſtatuunt, talem ipſum eſſe Dei virtutem, quæ ab homine pro lubitu exſtingui, obliterari, & planè corrumpi poſſit. Nimirum ſi officium ſuum velit facere homo, ſacer erit & inviolabilis Spiritus ſanctus: ſi nolit, planè pro ſuo lubitu Spiritum ſanctum perimet. Quâ ſententiâ quid ad univerſam religionem exſtirpandam potuit dici efficacius? Egregia ſcilicet Dei virtus, quæ non poteſt efficere ut officium noſtrum facere velimus, cùm tamen eum in finem detur: quæque ab hominis libidine pendet. Nullum habitum proprio ſtudio acquiſitum ſtatim cùm volumus excutere poſſumus: ſed ſi adverſariis credimus, Spiritus ſanctus eſt virtus quâlibet humanâ virtute imbecillior. Quo ſenſu autem perſona poteſt obſignari, eo quoque poteſt obſignare. Neque abſurdum eſt, Deum ſummum, cujus nos peculium ſumus, & qui nos obſignavit in diem redemptionis, ipſum quoque eſſe ſigillum, quo nos obſignamur. Quamvis juxta Scripturæ *quidem, cùm dixiſſet Apoſtolus verſ.* 21, qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto (*Gr.* in Chriſtum,) & qui unxit nos, Deus (*ſcil.* eſt:) *addit v.* 22, qui & (*vel* etiam) ſignavit nos, & dedit pignus (*Gr.* arrhabonem) Spiritûs in cordibus noſtris. *Hic verò ait*: In quo (*h. e. per quem, ſc. Chriſtum*) & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, (*h. e. Spiritu ſancto promiſſo*) qui eſt pignus (*vel* arrhabo) hæreditatis noſtræ, in diem redemptionis, *&c. poſterius nimirum ad explicationem prioris additur, & quod arrha hæreditatis noſtræ eſt, idem etiam eſt ſigillum, quo ſumus notati. Hinc autem iterùm apparet, nec Deum ſummum, nec perſonam eſſe Spiritum ſanctum. Neque enim perſonâ quippiam obſignatur, ſed re aliqua: nec quicquam eſt abſurdius, quàm dicere, Deum ſummum, cujus nos peculium ſumus, & qui nos obſignavit in diem redemtionis, ipſum eſſe ſigillum, quo nos obſignemur.*

Ex his etiam illud apparet, fruſtra eſſe adverſarios, qui ex verbis Eph. 4. 30. *perſonam Spiritûs ſancti exſculpere conantur, quia à nobis contriſtari ac moleſtia affici dicatur. quaſi verò & ſimilia charitati non tribuantur, quæ* [a] *dicitur* gaudere veritate, *& contrà,* non gaudere (*quod perinde eſt ac triſtari*) injuſtitiâ; *& non ſit facilius, proſopo-* [a] 1. Cor. 13. 6.

pœiam hîc invenire, quàm oſtendere, perſonæ alicui, & ipſi quidem Deo ſummo, convenire, ut ſit ſigillum hominibus impreſſum. Certè qui alibi[a], *Spiritui ſancto gemitus impropriè tribui, volentes nolentes agnoſcere coguntur; nullam cauſam habent, cur, figuratè eidem contriſtationem adſcribi nolint; præſertim cùm nec ipſi contriſtationem ei propriè adſcribere poſſint. ſiquidem ea in Deum proprie non cadit.*

a Rom. 8.26.

Quòd ſi dicant, etiam illud de Spiritu ſancto impropriè ac per metaphoram dici, quòd eo obſignemur: reſpondemus, etiamſi res metaphorico illo loquendi modo expreſſa, propriis verbis concipiatur, nihilominus tamen eandem argumenti noſtri vim futuram eſſe. Significatur enim, ut dictum eſt, Spiritum ſanctum rem quandam eſſe à Deo nobis datam, qua de futura noſtra redemtione ac felicitate nobis promiſſa certi reddamur. Deinde etiamſi metaphorica ſit illa loquendi ratio, non tamen ejusmodi eſt, ut perſonæ ſit accommodata. Neque enim quævis metaphora cuivis rei accommodata eſt. Proferatur vel unus aliquis ſive ex profano, ſive ex ſacro ſcriptore locus, ubi quis perſonâ aliquâ dicatur obſignari. Quare, ſi Spiritus ſanctus perſona eſſet, ejusmodi uſus eſſet Paulus metaphorâ, quæ perſonæ eſſet accommodata, & non minùs rem, de qua hîc agebatur, expreſſiſſet, quàm vox obſignationis. Dixiſſet nimirum,

ptura phraſin Pater nos dicatur obſignare; Spiritus ſanctus autem dicatur ſigillum; quia eſt proxima & intima obſignationis cauſa.

Nec fruſtrà ſumus, cùm ex Epheſ. 4. 30, *Ne triſticia afficite Spiritum ſanctum*, colligimus, Spiritum ſanctum tale eſſe ſigillum, quod etiam ſit perſona. Etſi enim triſticia illa figuratè ſit intelligenda, tamen non eſt idem hic tropus, qui 1. *Cor.* 13. 6 occurrit. Figuratè, inquam, triſticiâ afficitur Spiritus ſanctus, quatenus non niſi metaphoricè ipſi affectus adſcribi poteſt: verùm res per hanc triſticam ſignificata, Spiritûs ſancti ſcilicet improbatio, ei propriè competit. Propriè enim & reverâ Spiritus ſanctus improbat ejusmodi peccata, iisque iraſcitur. At perſpicuum eſt. 1 *Cor.* 13. 6. non eſſe metaphoram, ſed metonymiam, quam proſopopœiam vocat adverſarius, quâ charitas ponitur pro homine charitate prædito. At hæc nequaquam hîc invenit locum: niſi ridiculè ſic interpretari velimus; *Et ne triſticia afficite Spiritum illum Dei*, id eſt, vos ipſos; (hâc enim ratione adjunctum poneretur pro ſubjecto, ut 1. *Cor.* 13. 6.) *quibus obſignati eſtis in diem redemtionis.* Nimis igitur horum duorum locorum diſpar eſt ratio. Ibi charitas pro homine charitate prædito neceſſariò ponitur: hîc autem Spiritus ille ſanctus metonymicè intelligi nullâ ratione poteſt: præſertim cùm ipſe ab eo ſubjecto, pro quo juxta adverſarii proſopopœiam poneretur, manifeſtè diſtinguatur: niſi idem ſit qui triſticiâ afficitur, & qui afficit.

At Metaphoram metonymicam, quâ Spiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritus ſanctus arrhabo ac ſigillum dicitur, nunquam probabit adverſarius. Significatur quidem, Spiritum ſanctum rem eſſe quandam (generaliſſimè ſumto vocabulo rei, quatenus rem ſtrictè dictam, & perſonam ſub ſe complectitur) à Deo nobis datam, quâ de futurâ noſtrâ redemtione ac felicitate nobis promiſsâ certi reddamur: ſed quidni hoc omne in perſonam cadere poſſit? quare hæc metaphorica loquendi ratio perſonæ non poſſit accommodari? Et licèt nullus profanus auctor adferri poſſet, nihil tamen officeret; cùm Scriptura ſacra peculiaribus loquendi modis delectetur; utpote quæ peculiares etiam res exprimat. Significantiùs profectò Spiritûs ſancti gratia, fideliumque de ſuâ ſalute plus quàm apodictica certitudo exprimi non potuit, quàm ſi is ipſe Deus, qui nobis hæreditatem illam dabit, ſe quoque ſigillum noſtrum vocet: quò intelligamus, nos ſalutem noſtram in dubium vocare non poſſe, niſi præſentem in dubium vocemus. Sponſor autem, aut vas, aut obſes dici non debuit, tum ut à Dei Filio diſtingueretur, tum ut intima unio efficaciùs exprimeretur. ſic enim pars quædam hæreditatis nobis jam data eſſe indicatur. Pulcherrimè autem dicitur arrhabo. Ut enim Chriſtus eſt noſter ſponſor, vas, & obſes apud Patrem, ſic Spiritus ſanctus eſt arrhabo Patris apud nos. Nec debebat ignorare adverſarius, cùm toties ad omnes tam ſacros quàm profanos auctores provocet, quod arrhabo etiam apud profanos de perſonis dicatur. Mirum autem eſt, quòd ipſum non pudeat hoc meta-*nimirum, Spiritum ſanctum eſſe ſponſorem, aut vadem, aut obſidem; vel arrhabonis, aut pignoris nomine fuiſſet contentus; quod poſterius interdum per metaphoram perſonis accommodatur. At perſonam aliquam, quæ alicui data, eum de ſalute atque incolumitate certum reddat, ſigno comparari, ei perſonæ, cui cavetur, impreſſo, ſeu eâ quempiam obſignatum dici, id prorſus inauditum eſt.* Neque verò in locis *adductis quicquam præcedit, quod ad tam audax, imò abſurdum metaphoræ genus, potiùs quàm ad aliud, inſtituto æque, perſonæ autem magis accommodatum, occaſionem Apoſtolo dedit. Inuſitatæ autem metaphoræ ac figuræ, à viris cordatis ac gravibus uſurpari non ſolent, niſi occaſio peculiaris eos invitet, atque eò ducat; nedum ut præter omnem neceſſitatem ita abſurde loquantur.* Idem *dictum volumus etiam iis, qui per metonymiam aut metalepſin hæc de Spiritu ſancto pronunciari aſſerunt, nempe ratione donorum ab eo profectorum. Sunt enim & metalepſes aliæ perſonis aliqua ratione accommodatæ, vel ſaltem uſu magis receptæ. Inuſitatæ autem viris cordatis affingendæ non ſunt, niſi eos certa quadam occaſione ad eas deductos eſſe appareat. Quamquam iidem adverſarii etiam metaphoram excuſare tenentur, quæ nihilominus cum metalepſi concurreret.*

Tertio loco commemorari merentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tur illi ſcripturæ ſacræ loci, in quibus Spiritus ſanctus in homines effundi *dicitur. quales ſunt iſti: Eſa.44.3. Ioel.2.28,29.(qui locus citatur à Patro Act.2.18,19.) Zach.12.10.Tit.3.6. quibus & illi ſunt adjungendi, in quibus homines dicuntur* in eo, *ſeu* eo baptizari,*ejusque baptiſmus aquæ baptiſmo à Iohanne uſurpato opponitur; ut ſit Matth.3,11,& locis apud cæteros Euangeliſtas ei reſpondentibus,itemque Ioh.1.33. Act.1.5:11.16. adde 1 Cor.12.13. licet ibi* in uno Spiritu baptizari, *à quibusdam acceptum ſit, pro, per unum Spiritum baptizari, quo nimirum pacto dicere poſſemus, nos per Chriſtum baptizari, per quem Deus Spiritum ſanctum in nos ubertim effudit, Tit.2.6 cùm tamen aliàs,ubicunque phraſis illa,*in Spiritu baptizari, *extat, omnibus fatentibus,nil aliud ſignificet, quam* Spiritu baptizari, *redundante apud Græcos particula* in, *quæ ex Hebraiſmo manavit. Quia enim id, quod Græci ſimplici dativo, Latini ablativo efferunt, Hebræi ſine particula præfixa, quæ ferè eſt* Be, *h. e.* in, *efferre non poſſunt; ideo ea à ſcriptoribus Græcis hebraizantibus ſæpe retinetur, & dativo, qui ſolus eam vim habere poterat, præfigitur. Ita autem verba illa* in Spiritu ſancto *alibi intelligenda eſſe, facile apparet ex membro oppoſito. Nam in plærisque locis, in quibus dicitur, Iohannem aquâ*

metaphoræ genus audax imò abſurdum vocare, cùm non ſolùm perſonæ literæ obſignandæ vocentur, ſed etiam perſonæ *Cant.*8.6. & *Hagg.*2. impreſſa ſignacula diſertè appellentur, & Corinthii 1. *Cor.*9.2,3, σφραγὶς, ſigillum, item apologia dicantur. Unde ſuperbia adverſarii cognoſcitur; utpote qui omnia falſis ſuis opinionibus parum conſentanea ſtatim abſurda calumnietur: præſertim cùm non tantùm occaſio, verùm etiam graviſſimæ rationes, quare Spiritus ſanctus, licèt perſona ſit, ſcitiſſimè ſigillum ac arrhabo dicatur, ex ſacrâ Scripturâ ſuppetant.

Tertiò adducit ea loca in quibus Spiritus ſanctus in homines effundi dicitur: ut *Eſ.*44.3. *Ioel.*2.28,29. (qui locus citatur à Petro *Act.*2.18.19.) *Zach.*12.10.*Tit.*3.6. De perſona autem, præſertim quæ ſummus Deus ſit, dici non poſſe, eam in homines effundi. Verùm nos hoc negamus. Si enim perſonæ non repugnat, eam edi & bibi, quemadmodum de Chriſto *Ioh.*6. docetur, quare repugnaret perſonæ, eam effundi, eâ homines baptizari, potionari, & ungi. Hæc enim omnia de Spiritu ſancto impropriè efferuntur, non ut ejus naturam ac eſſentiam, ſed ut ejus virtutem, gratiam,ac communicationem indicent. In omnibus igitur his locis eſt locutio metaphorica, quâ nihil aliud ſignificatur, quàm,Spiritum ſanctum intimo,perfectiſſimo, ac fructuoſiſſimo modo uniri, adeòque etiam communicari fidelibus: quæ unio, vel communio perſonæ non adverſatur. Accedit quòd in iisdem locis, excepto *Eſ.*44.3. non ſolùm ſit metaphora in voce *effundi*, ſed etiam metony-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

metonymia in voce *Spiritus*, & *Spiritus ſanctus*. Ut ex contextu patet. Nam *Ioel.* 2. 28, 29, in Hæbræo articulus additus certum ſpiritûs genus determinat, ita ut vim partitivam ſimul exerceat: quod etiam Petrus per ἀπὸ τοῦ πνεύματος feliciter expreſſit. Non intelligitur itaque immediatè perſona Spiritûs ſancti, ſed peculiare ejus donum. Idem judicium eſto de loco *Zach.* 12. 10. ubi non ſimpliciter occurrit vox *Spiritûs*, ſed *Spiritûs gratiæ, & deprecationum.* Nec *Tit.* 2. 6. ipſa perſona Spiritûs ſancti videtur intelligi, cùm nec articulus Græcus, nec alia aliqua determinatio, quæ perſonam indicet, occurrat. Sic etiam *Matth.* 3. 11: item *Ioh.* 1. 33: *Act.* 1. 5: 11. 16, non ipſa Spiritûs ſancti perſona, ſed ejus dona intelliguntur: ut vel ex ultimo loco cognoſci poteſt, ubi *v.* 15, præcedente, perſona Spiritûs ſancti per τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον exprimitur. Nos eſt igitur quòd multis ſe fatiget adverſarius, in iſtis locis redundare præpoſitionem *In*, ac idem eſſe baptizari ἐν πνεύματι ἁγίῳ, & πνεύματι ἁγίῳ. Alia autem eſt ratio loci 1: *Cor.* 12, 13. Ibi enim vox ἑνὶ, & ἓν, *uno & unum*, evincit, quòd de Spiritûs ſancti perſonâ agatur. Etenim ſi de donis ageretur, non in uno Spiritu (cùm de unitate numericâ ibi ſermo ſit) ſed pro varietate ſubjectorum variis ſpiritibus eſſent baptizati. Adde quòd in prioribus locis alia cauſa, ſcilicet Ieſus, vel expreſsè, vel vi contextûs adjungatur, hic autem nulla. unde meritò ἐν hîc vertitur *à* vel ſaltem *per*. Sed demus, etiam hîc *In* redundare, nihil tamen obtinet adverſarius, quia perſonæ non repugnat, quòd, ſano ſenſu, fideles eâ *aquâ baptizaſſe, Græcè eſt* in aqua; *in uno tantùm loco Act.* 11. 16. *omittitur particula* in, *& ſimplicitur ac ſine Hebraiſmo dicitur,* aquâ *cum baptizaſſe. Quare idem de loco* 1. *Cor.* 12. *ſtatuendum eſt; præſertim cùm ex re ipſa ſatis pateat, Apoſtolum unitatem fidelium ex eo demonſtrare velle, quòd omnes eodem Spiritu ſint imbuti ac repleti. quod ut tanto ſignificantiùs exprimeret, etiam potationis facit mentionem. quia enim liquoris tum quiſpiam plenè ſit particeps, cùm eo & tingitur exteriùs, eive immergitur, & eo potatur, ſeu mavis, potionatur, ut interius etiam eo repleatur: ideo Paulus, ut ſignificaret, Chriſtianos uſquequaque repletos fuiſſe Spiritu ſancto, eos ita potionatos fuiſſe ait, ut unum Spiritum haurirent, eoque penitus imbuerentur. quod convenit cum illo Chriſti, qui homines ad tam præſtantis doni participationem apud Iohannem* [a] *invitans, ita ait:* ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat, *intellige de illa* aqua vivente, *quem Spiritum ſanctum eſſe ex ſequentibus conſtat. Addantur his illa* [b] *quoque loca, in quibus Spiritu ſancto, vel Chriſtus ipſe unctus eſſe dicitur, vel alii uncti eſſe ſignificantur. Ex his enim omnibus intelligitur, Spiritum ſanctum perſonam non eſſe, nedum ut ipſe Deus ſupremus ſit. Quis dixerit, perſonam aliquam, nedum Deum ſummum, in homines effundi, ea homines baptizari,*

[a] Ioh. 7. 37.

[b] Eſ. 61. 1. Luc. 4. 18. Act. 10. 38 adde Heb. 1. 9. ex, Pſ. 45. 8. 2 Cor. 1. 21. 1. Ioh. 2. 20, 27.

zari, potionari, ungi? Virtute divina aliquem ungi poſſe, id ipſum ſatis docet, quòd Chriſtus eo loco[a]*, ubi Spiritu ſancto unctus dicitur, etiam virtute, nempe divina, unctus dicitur.*

Metonymiam, quæ in his loquendi modis fingitur, ea refutant, quæ ſuprà diximus. Quanquam etiam admiſſa indicaret, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe. Quis enim credat, ſacros ſcriptores in Dei ſupremi nomine toties ejusmodi uſurpare metonymias, & loquendi formulas, quæ non modò per ſe à ſupremæ Divinitatis ratione vehementer abhorreant, ſed quarum ſimiles ne in aliarum quidem perſonarum nominibus, vel in vulgari ſermone, vel in ſacris literis temerè occurrant.

eâ baptizentur. Sicut etiam cum perſonâ bene convenit, quòd eâ aliqui ungantur. Si enim Chriſtus perſona manet, etſi fideles eum induant, quidni & Spiritus ſanctus maneret perſona, licèt fideles eo ungantur? Quamvis *Eſaiæ* 16. 1. *Luc.* 4. 18. non dicatur, quòd Spiritu ſancto fuerit unctus Meſſias: ſed illud, *Spiritus Domini ſuper me*, manifeſtè ab unctione, tanquam ſuo conſequente, diſtinguitur. Qualis autem unctio Spiritus ſanctus ſit, 1. *Ioh.* 2. 27. ſatis indicatur: ubi dicitur: *Sed ad vos quod attinet; unctio quam accepiſtis ab eo, manet in vobis; nec neceſſe habetis ut quisquam doceat vos: verùm ſicut eadem unctio docet vos de omnibus; quæ & verax eſt, & non mendax.* Cùm enim in infinitis locis ea de Spiritu ſancto dicantur, quæ nullâ ratione explicari poſſunt niſi perſona ſit, quis non videt, hæc ſimiliave loca ita eſſe explicanda, ne Scripturam inter ſe committamus: præſertim cùm ſingularis illa Spiritûs ſancti præſentia ac efficacia, nec clariùs, nec ſuaviùs quàm iſtis metonymiis & metaphoris Scripturæ uſitatiſſimis exprimi queat. Cùmque peculiare Spiritûs ſancti ſit officium, & ubique in ſacris literis tanquam proxima & interna divinorum effectuum cauſa inculcetur, quid mirum eſt, ſi peculiares loquendi modi de eo uſurpentur?

CRELLII
CAP. IX.

Argumentum nonum, ex iis locis ductum, quæ partitionem quandam Spiritûs ſancti arguunt.

Verùm nondum penitus à datione Spiritûs ſancti nobis eſt diſcedendum. Aliud enim adhuc argumentum ſuppeditat nobis dationis illius modus, ſeu voces quædam, qua aliqui-

BISTERFELDII
CAP. IX.

Reſponſio ad argumentum nonum, ex iis locis ductum, quæ partitionem quandam Spiritûs ſancti indicare adverſario videntur.

Non ſatis fuit adverſario, ex Spiritu ſancto evaneſcentem quandam virtutem efficere, niſi eum jam in infinitas quoque partes diſcerperet. Quæ opinio quàm impia ac abſurda ſit, alibi fusè docebitur. Sufficiat nobis hâc vice locus 1. Cor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſunt refutata. Eum ſanè Deum ſummum eſſe oportet, qui eſt *Admirabilis Dei conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſeculi ſeu æternitatis, & Princeps pacis.* Sed negat *Eſ.* 9. 6. dici, filium ita nobis eſſe datum, ut re ipsâ in nobis ſit, aut à nobis aliquâ ratione poſſideatur, quo ſenſu Spiritus Sanctus nobis datus eſſe dicitur. Verùm hîc falſa veris miſcentur. Quamvis enim concedere queamus, Chriſtum hîc nobis dici datum, quòd ſit datus in noſtram utilitatem, ſeu ſummo noſtro bono ac commodo: nimirum quod ſit nobis datus ſummus Propheta, Sacerdos, & Rex noſter, attamen ex hâc datione neceſſariò ſequitur, quòd etiam ſit in nobis; quemadmodum etiam Sacra Scriptura multis in locis teſtatur. Etſi igitur Spiritus ſanctus nobis ita detur ut ſit in nobis, hinc tamen malè concluditur, quòd non ſit perſona vel ſummus Deus. Eum autem Spiritum Sanctum ita nobis dari, ut aliqua ratione à nobis poſſideatur, nunquam probabit adverſarius, niſi vocabulo *poſſidere* catachreſticè utatur. Neque enim datur Spiritus ſanctus fidelibus tanquam aliquod accidens, ſed tanquam cauſa principalis intimè ſuo inſtrumento unita, tanquam hominis fidelis paracletus, dux ac rector. Et perſonas metaphyſicè ſeu pro ſuppoſito intelligente ſumtas dari poſſe; jura de adoptionibus, ac mancipiis ſatis oſtendunt. Sive autem Chriſtus vi dationis apud Eſaiam deſcriptæ, ſive alterius cujuſdam in fidelibus habitet, efficaciter tamen hinc oſtenditur, dationem per ſe non repugnare perſonæ. Aliena autem eſt illa metonymia, quam *promitteretur? Num auditores illi Iohannis Baptiſtæ aut Petri, quos ſuprà memoravimus, adeò rerum iſtarum gnari fuerint, ut cogitarent primùm, cùm de Spiritu ſancto in ſe effundendo audirent, ſibi datum iri aliquem effectum, non primæ aut ſecundæ Divinitatis perſonæ peculiarem, ſed tertiæ, cujus proprium ſit ſanctificare, effectum igitur illum ad ſanctificationem pertinere, ac porrò afflatum divinum eſſe? An non longè promtius illis fuit cogitare id, quod vox ipſa indicabat, afflatum ſibi divinum, aut ejus effecta promitti? Sed deinde, unde conſtat adverſariis, ita tres Divinitatis perſonas inter ſe munera iſta tria partitas? Num illarum fortè concilio interfuerunt, ut tam audacter iſta affirment? Dicent, ex ſacris literis ea de re ſibi conſtare, utpote quæ Patri creationem inprimis adſcribant, redemtionem Filio, ſanctificationem Spiritui ſancto. De creatione & redemtione non eſt nunc diſputandi locus. Illud tamen obiter dici poteſt, creationem, ſeu primam illam rerum omnium productionem Patri, non imprimis tantùm, ſed ſoli adſcribi; cùm ſolus illius fuerit auctor. Redemtionem adſcribi Filio, nec ſoli ſimpliciter, nec tanquam primo auctori; ſed tanquam cauſæ mediæ præcipuæ, quæ Patris nomine ac juſſu totum redemtionis ac ſalutis noſtræ opus peregerit, atque adhuc peragat. Quod ad ſanctificationem attinet; nec*

nec crebriùs ea adſcribitur Spiritui ſancto, quàm Patri aut Filio, præſertim apertè; nec tanquam perſonæ alicui tribuitur, ſed tanquam rei, per quam ſanctificatio peragatur. Patet id primùm ex eo, quòd cùm de Patre expreſſe legatur, eum ſanctificare, uti & de Chriſto; de Spiritu ſancto nuſpiam, quod ſciam, dicatur, eum ſanctificare; ſed tantùm, in eo, ſeu per eum, homines ſanctificari; aut ſimili aliqua ratione, quæ perſonarum non ſit propria, ſanctificatio ei adſcribatur. De Patre habes loca aperta Io. 10. 36 17, 17. *quibus adde* 1 Theſ. 5. 23. *ubi facile apparet, de Patre ſermonem eſſe: ſiquidem hunc ſolum, nomine* Dei *ſubjectivè poſito, præſertim cùm à Chriſto diſtinguitur, intelligunt ſacræ literæ. nec facilè crediderim, adverſarios eum locum de Spiritu ſancto ſolo accepturos. In veteri etiam Teſtamento occurrunt loca complura, in quibus Deus aſſerit, ſe eum eſſe, qui populum Iſraëliticum ſanctificet: quæ vel de Patre ſolo, ut nos cenſemus, loquuntur, vel ſaltem etiam de Patre, non de Spiritu ſancto ſolo. De Chriſto teſtimonia habes* Ep.5.26. Heb.2. 11:13.12. *Prætereo enim illa loca, in quibus alio quodam modo, vel Patri, vel Filio ſanctificatio adſcribitur. At ſi Spiritus ſanctus divina perſona eſſet, Patri per omnia æqualis, eique præcipua quadam ratione ſanctificandi actio conveniret; quî fieri poſſet, ut de eo ne ſemel*

quam adverſarius *Eph.* 3.17. fingit, quamvis *c.* 4. 20. 21. *Act.* 15. 21. 2 *Cor.* 3. 15. locum inveniat. Ut enim in his locis contextus eam docet, ſic in primo eam repudiat. Iam negat, etiamſi de perſonâ Chriſti ſermo eſſet, ſequi, Chriſtum re ipsâ ac propriè in cordibus fidelium habitare, quod ſatis indicet Apoſtolus, quòd per fidem in iis habitet. Verùm iniquus eſt adverſarius, qui τὸ *re ipſa* cum τῷ *propriè* confundat. Si vocem *propriè* opponat metaphoræ, concedimus, Chriſtum non habitare propriè in fidelibus: ſed ſic neque Spiritus ſanctus propriè in iis habitat: Si verò per *propriè* intelligat *re verâ*, ut vox *re ipſa* ſatis indicat, negamus, Chriſtum re verâ, re ipsâ non habitare in fidelium cordibus, licèt per Spiritum ſuum, & fidem in iis habitet. Spiritualis enim inhabitatio & in ſe, & juxta Scripturam, veriſſima eſt ac realis inhabitatio. Sophiſticè autem confundit adverſarius, *re ipsâ habitare in aliquo*, cum, *eſſentiâ ſua habitare in aliquo*. Etſi enim is qui eſſentiâ ſuâ in aliquo habitat, reipsâ in eo habitet, tamen præterea alio quoque modo re ipsâ aliquis in aliquo habitare poteſt. Illa enim habitatio, quâ Chriſtus & Spiritus ſanctus in fidelibus habitat, non eſt ratione eſſentiæ: (ſic enim uterque eſt tam in infidelibus quàm fidelibus) ſed ratione gratiæ ac efficaciæ. Et vix illa ubique præſentia, quæ Deo ratione immenſitatis convenit, habitatio in Scripturis dicitur. Maximè igitur tam Eſaiæ quàm ad Epheſios locus ad rem facit: nimirum ut oſtendatur, perſonam, & quidem divinam, verè dari poſſe: præſertim cùm ex illâ Chriſti da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſti datione, quocunque ſenſu accipiatur, neceſſariò fluat, eum etiam in fidelibus ſuis habitare. Locum autem Rom. 8. 32. *Is quidem, qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum; quî non etiam cum eo omnia nobis donabit?* audaciſſimâ gloſsâ corrumpit. Cùm enim videret, vocem χαρίσεται non minùs Chriſto, quàm aliis rebus nobis à Deo intimè datis applicari, fingit, σὺν αὐτῷ, *cum eo*, rectiùs explicari, *perinde ut Chriſto.* Quam impudentiam non ſolùm alieniſſimâ *v.* 17. 29. ubi longè aliæ phraſes occurrunt, citatione, ſed etiam blaſphemâ *Rom.* 6. 4, 6, 8. interpretatione defendere conatur. Si enim *cum ipſo crucifixum eſſe* idem quod *perinde ac ipſe crucifixus*; *nos cum illo mortuos* idem quod *perinde ac ipſe mortuos* ſignificat; cum nos in illâ ſepulturâ ſimus mortui peccatis, cùm in illâ crucifixione vetus noſter homo fuerit crucifixus: ſequitur, Chriſtum & peccato, & veteri homini obnoxium fuiſſe. Atque hoc ſit ſpecimen, quàm fidi ac accurati Scripturæ interpretes ſint adverſarii. Quis enim non videt, *cum ipſo*, tam *Rom.* 8. 32, quam *c.* 6. *v.* 4, 6. 8, ſignificare *cum ipſo, in ipſo*, & *per ipſum.* Verùm perſpicuus hic ſenſus diſplicebat adverſario, tum ut abſurdam ſuam interpretationem palliare, tùm ut Chriſtum eſſe perfectum omnium cœleſtium donorum fontem ac theſaurum, ſicque juſtificationis noſtræ myſterium, negare poſſet. Nihil quoque probat locus 2. *Tim.* 2. 11; partim quia ibi de alio mortis genere agitur; partim quia alia ſyntaxis adhibetur; partim quia *cum ipſo, in ipſo*, & *per ipſum*, ſimul includitur; licèt cum *ſemel quidem diceretur, eum ſanctificari; de Patre autem & Filio id apertè diceretur? Poſſet quidem Spiritui ſancto directè ſanctificandi actio tribui, etiamſi perſona non ſit: cum videamus, multis aliis rebus, ac imprimis qualitatibus, quas activas vocant, actiones directè in ſac. literis*[a] *tribui, & ipſum quoque ſanctificandi actum. Sed id fieri non poteſt, ut Spiritus ſanctus perſona ſit, & ei peculiari ratione præ Patre & Filio ſanctificandi actus competat, nec tamen ei directe uſpiam tribuatur. Attigimus ſuprà & alias rationes, alіud agentes. Etenim in argumento proximè præcedenti oſtendimus, ex iſta adverſariorum hypotheſi ſequuturum, Spiritum ſanctum Chriſti eſſe Patrem, magis quàm Deus, qui Pater illius ubique dicitur. Vidimus etiam ſuprà*[b], *in Epiſtola D. Iudæ Patri ſanctificationem peculiariter adſcribi, Chriſto noſtri conſervationem, Spiritu ſancto ne commemorato quidem. Ita enim Græcus habet textus:* Iudas Ieſu Chriſti ſervus, frater autem Iacobi, in Deo Patre ſanctificatis, & Ieſu Chriſto conſervatis, vocatis, *ſeu, ut recentiores nonnulli interpretes, perſpicuitati ſententiæ aliquomodo ſtudentes, veterunt*, vocatis, à Deo Patre (*vel* per Deum Patrem) ſanctificatis, & Ieſu Chriſto ſervatis. *Eſtne credibile, ſi Spiritus ſanctus divina perſona eſſet, cui ſanctificandi actio aliqua* ratio-

a Matt. 23. 17. 19. Heb. 9. 13.

b cap. 3. hujus ſect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ratione magis, quàm Patri & Filio, conveniret, Patri hanc actionem, omiſſa penitus Spiritûs ſancti mentione, tanquam propriam fuiſſe attributam? Vidimus etiam, à Paulo [a] *aſſeri, omnia ad ſalutem noſtram quoquo modo pertinentia, ex Deo Patre eſſe, tanquam cauſâ primâ; omnia itidem per Filium, tanquam cauſam mediam; nulla mentione facta Spiritûs ſancti. At ſi Spiritus ſanctus perſona divina eſſet, cui tam inſignis actio, ad ſalutem noſtram tantoperè pertinens, eximiâ quâdam præ duabus illis perſonis ratione competeret; non modò omitti illius mentio non potuiſſet, ſed nec rectè affirmari,* omnia eſſe ex Patre, *aut,* omnia eſſe per Chriſtum, *ſiquidem perſona illa Spiritûs ſancti, vel ut prima ſupremaque cauſa, in re tanta aliquid haberet præ Patre, vel ut media, præ*

[a] 1. Co. 8. 6.

cum eo per *perinde ac ipſe* explicetur: Nam vel συναπεθάνομεν vertendum eſt *mortui ſumus*, ita ut de morte à peccato intelligatur; vel vertendum eſt *moriamur* per enallagen temporis, ita ut intelligatur de morte pro Chriſto obeundâ; qui ſenſus à contextu non eſt alienus. Si prior ſenſus locum habeat, æquè abſurda eſt hujus loci allegatio ac ſuperiorum. Si verò poſterior, falſa eſt propoſitio Apoſtoli, niſi in phraſi *perinde ac ipſe* includatur *cum ipſo*, *in ipſo*, ac *per ipſum*. Neque enim omnes illi, qui perinde ac Chriſtus moriuntur, cum ipſo vivent, niſi jam dicti unà intelligantur. Taceo, quòd in loco, de quo diſputamus ſit verbum paſſivum, quod vi acquiſitionis dativum poſtulat, quòdque præpoſitio longè à verbo χαρίσεται ſit ſejuncta: in locis autem allegatis ſyntaxis requirat nominativum, & occurrant verba, cum præpoſitione σὺν compoſita.

Filio: cùm tamen Patri, tanquam primæ cauſæ, Filio autem tanquam mediæ, proximum tamen à prima locum tenenti, non aliqua, ſed omnia *in ſolidum tribuantur. Denique non fert vulgaris de Trinitate ſententia iſtiusmodi actionum ac munerum partitionem. Etenim ſi unus idemque numero perſonis illis eſt intellectus, voluntas, potentia; nec quicquam iſtorum uni magis, quàm cæteris ineſt: neceſſe eſt, & unam numero omnium illarum eſſe operationem, ut etiam fatentur adverſarii; nec unam perſonam magis quippiam agere, quàm alteram. Iſta enim actionis diverſitas aut inæqualitas, non niſi inde oriri poſſet, quàm quòd una perſona de hac re, altera de illa, tertia de alia, vel magis cogitaret vel eam magis exercere vellet, vel denique magis præſtare poſſet. At iſtiusmodi diſcrimen in illa unitate ſtatui non poteſt. quia cùm perſonæ illæ eodem planè intellectu, non alio atque alio cogitent, ſimiliter & voluntate velint, & potentiâ eâdem numero exteriùs operentur: tantum cogitat, vult, & operatur una, quantum altera; non una magis, quàm altera. Patet ergo, ſanctificationem, & quicquid ad eam pertinet, nullo modo magis competiturum Spiritui ſancto, quàm Patri & Filio, ſi is unus eſſet cum utroque Deus.*

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Atque hinc tertia emergit ratio, quâ demonſtratur, ne per metonymiam quidem de Spiritu ſancto dici poſſe, eum dari, aut ab hominibus accipi, ſi is Deus ille unus cum Patre & Filio ſtatuatur. Sequetur enim, non magis Spiritum ſanctum, quàm Patrem & Filium nobis dari, atque à nobis accipi. Siquidem illa dona atque effecta, quorum reſpectu Spiritus ſanctus dari diceretur, non magis à Spiritu ſancto, quàm à Patre & Filiô proficiſcerentur; nec alia ratione ab his, aliâ ab illo, ſed eâdem prorſus. At quis unquam fando audivit, quis legit, Patrem cuipiam dari, aut, ut nobis detur, peti, cùm Spiritus ſancti dona petuntur? quis Filium ſibi dari hodiè poſtulat, eadem illa effecta petiturus? Quis illum ferat, qui Chriſtum roget, ut ſibi det Patrem; aut Spiritûs ſancti perſonam oret, ut Patrem & Filium, & ſe quoque ipſum nobis largiatur? Atqui ſi vim ſententiæ adverſariorum ſpectes, ad eum modum orare optimo jure licebit. Et certè fideles, cùm dona ſpiritualia petunt, non id ſpectant, ut ea dentur, quæ à tertia Divinitatis perſona nominatim proficiſcantur, quaſi illis perinde non ſit, ſive à Patre ipſo, ſive à Filio eadem immediatè proficiſcantur. Quid enim illi tunc aliud quærunt, quàm ut divina virtute imbuti, aut uberiore myſteriorum divinorum cognitione, aut cœleſti quodam gaudio, aut ſingulari pietatis ardore, aut aliis cœleſtibus donis compleantur? quæ omnia tam à Patre & Filio immediatè proficiſci poſſe, quàm ab illa, quæ ponitur, Spiritûs ſancti perſona, facilè omnes intelligunt. Quare, ſi Spiritus ſanctus Deus ſummus eſt; nulla eſt cauſa, cur ea dona magis Spiritus ſanctus, quàm Pater aut Filius appellentur; aut cùm ea à Deo petuntur ac dantur, magis Spiritus ſanctus, quàm Pater & Filius, peti ac dari dicatur.

Denique ſi Spiritus ſanctus Deus ſummus eſſet, non ab alia perſona daretur, aut peti juberetur; ſed ab ipſomet potius, tanquam primo ſimul ac proprio fonte, dona illa peti, ſaltem alicubi juberentur. Ad id nuſpiam fit. Duplex quodammodo in hoc uno argumento latet ratio. Altera, quòd ab ipſo nuſpiam peti jubeantur dona ab eo manantia, uti nec quicquam aliud: qua de re ſuprà [a] nonnihil dictum eſt: ut non ſit neceſſe hîc immorari. Altera, quòd ab alio, nempe Patre, peti Spiritus ſanctus jubeatur, & dari dicatur. Ex hoc enim ſequitur, Spiritum ſanctum non poſſe non diſtribuere dona ſua, cùm Pater ita vult, nec contrà diſtribuere, cùm Pater non vult. Si enim poſſet ea diſtribuere, Patre etiam nolente, aut eo licèt volente, non diſtribuere; ſatius eſſet, ipſum Spiritum ſanctum rogare, ut ea nobis largiretur, quàm Patrem. præterquam quòd inde ſequuturum eſſet, Patrem non eſſe ſummum illum Deum: ut qui non omnia dona abſolutè in ſua poteſtate habeat, &, utut quædam munera largiri hominibus velit, non poſſit tamen, niſi ex alieno conſenſu. Iam verò ſi Spiritus ſanctus non poteſt non diſtribuere dona ſua, cùm Pater vult: nec diſtribuere cùm Pater non vult, & ſic neceſſariò ad alienum ſe componit arbitrium, Deus ſummus non eſt. Deus enim ſummus ſui prorſus eſt arbitrii, ſui

[a] cap. 2. h. ſect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

juris ; nec ad alienum ſe arbitrium unquam componit , præſertim neceſſariò. In aliena enim foret poteſtate, & ſic ſuperiorem alium agnoſceret , quo ipſo Deus ſupremus eſſe diſineret. Quod ſi dicas, non poſſe quidem Spiritum ſanctum aliter agere, quàm Pater velit ; ſed id non eam ob cauſam fieri , quòd in Patris ſit poteſtate , ſed quia ejuſdem numero ſit cum eo eſſentiæ ac voluntatis , ita ut ne poſſit quidem aliter vel velle, vel agere , quàm Pater velit , aut agat ; vide , in quas te difficultates , in quos laqueos conjicias. Si enim ob iſtam unitatem neceſſariò idem volunt atque agunt Pater & Spiritus ſanctus, ut ſanè aliter fieri non poſſet, ſi unius forent eſſentiæ; cùm Pater voluit mittere, atque adeò miſit Spiritum ſanctum, Spiritus ſanctus etiam ſe ipſum voluit mittere, ac porrò re ipſa miſit ; & contrà, cùm Spiritus ſanctus mitti voluit, Pater quoque ipſe mitti voluit ; cùm in forma corporea ſuper Chriſtum deſcendere voluit , ac porrò deſcendit Spiritus ſanctus , voluit & ipſe Pater in eadem deſcendere , ac porrò deſcendit. Et quis tandem abſurdorum finis ? Sed in eas ſalebras , imò præcipitia ſe conjicere neceſſe eſt , qui à plana ac ſimplici veritate , tam clarè in ſacris literis expreſſâ , ultrò deflectunt. quod ii faciunt, qui non ipſum Spiritum ſanctum, ſed ejus tantùm effectum nobis dari contendunt. Nos rectum illud iter ſequentes , poſtquam oſtendimus, ex eo, quòd Spiritus ſanctus hominibus detur , conſequi , eum non eſſe Deum ſummum ; nunc etiam oſtendemus , eum perſonam non eſſe.

Id autem hinc facilè patet , quòd nulla perſona eodem tempore pluribus , nedum infinitis , ita dari poſſit , ut in ſingulis re ipſa ſit atque habitet. At hoc modo Spiritum ſanctum fidelibus per totum orbem diſperſis dari, jam vidimus. Non poſſe autem perſonam illo , quo dictum eſt , modo dari , inde patet , quòd perſona illa vel infinita eſt , vel finita. Si infinita eſt , nil eſt neceſſe eam hominibus dari , ut in illis exiſtat atque habitet ; imò ne poteſt quidem dari ; ſiquidem ſemper in illis fuit , & ob infinitatem ſuam non potuit non eſſe ; ut alias difficultates nunc omittam. Si finita eſt ; ut taceam , eam ab adverſariis pro Deo ſummo agnoſci minimè poſſe , non poteſt ea pluribus, atque adeò innumeris hominibus ſimul ita dari , ut in ſingulis re ipſa exiſtat. Aliàs eam diſcerpi in partes oporteret : quod ipſum perſonam illam perimeret.

Facile jam eſt animadvertere , nullam vim habere illam adverſariorum inſtantiam à Chriſti datione petitam. Ajunt enim , etiam Chriſtum nobis datum, Eſa 9. 6. Addunt nonnulli & illud Pauli Rom. 8. 32, Deum nobis omnia cum Chriſto donaturum. *Atqui Chriſtum & perſonam eſſe , inquiunt , & ſummum præterea Deum. Deum ſummum non eſſe , nos jam antea docuimus ; & vel ex iis ipſis locis , qui adducuntur , evinci poteſt. Deus enim ſummus nec parvulus eſt , nec naſcitur , nec eſt Dei filius ; non poteſt ille pro nobis tradi , ne à ſe ipſo quidem , nedum ab alio ; non ejuſmodi eſt , ut vel parci ei poſſit , vel non parci. Sed præterea, ut id agamus, quod hujus loci eſt proprium ; cùm ab Eſaia dicitur, filium nobis eſſe datum,*

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

non ſignificatur, eum ita datum, ut re ipſa in nobis ſit, aut à nobis aliqua ratione poſſideatur, quo ſenſu Spiritus ſanctus nobis dari dicitur; ſed eum eſſe datum in noſtram utilitatem, ſeu ſummo noſtro bono ac commodo. quod facilè apparet ex præcedenti commate, ubi eodem ſenſu dicitur parvulus eſſe nobis natus. *Neque enim Chriſtus* nobis natus *dicitur, ut in nobis exiſtat, aut à nobis poſſideatur, ſed ut noſtræ utilitati per eum conſulatur. Dativus nimirum perſonæ ſæpe finem* cui, *ut loquuntur, non poſſeſſorem ſignificat, ut à viris doctis eſt animadverſum. Atque hinc illa appellatio finis* cui *nata eſt. Quòd ſi quis dicat, etiamſi ex iſto Eſaiæ loco evinci nequeat, ita Chriſtum nobis datum, ut in nobis habitet; id tamen aliunde conſtare; Apoſtolum enim Epheſiis* [a] *optare, ut habitet Chriſtus per fidem in ipſorum* *a* Eph. 3. 17.
cordibus: animadvertendum eſt primùm, non vi dationis illius, de qua apud Eſaiam ſermo eſt, tanquam cauſæ proximæ, Chriſtum habitare in cordibus fidelium: quemadmodum Spiritus ſanctus, ſimul ac fidelibus datur, in iis habitat. ſiquidem datio iſta Chriſti contigit hominibus, etiam nondum credentibus, &, ſimul ac natus fuit, perfecta fuit. at Chriſtus in cordibus hominum non habitat niſi per fidem, ut ipſe locus oſtendit. Deinde & illud animadvertendum eſt, Chriſtum iſtic metonymicè ſumi pro religione aut doctrina ab eo tradita, ut fit etiam infrà in eadem Epiſtola cap. 4. 20, 21. *ſic & Moſes pro Lege per eum tradita ſumitur,* Act. 15. 21. 2. Cor. 3. 15. *Senſus ergo verborum Apoſtoli eſt: Det vobis Deus, ut conſtanter in cordibus veſtris credatis atque adhæreſcatis doctrinæ Chriſti, eaque ſit animis veſtris per fidem penitus infixa. Et etiamſi tandem de perſona Chriſti ſermo eſſet; non ſequeretur tamen, Paulum optare, ut is re ipſa ac propriè in fidelium cordibus habitet, ſed ut gratia, ope, ac Spiritu ſuo id faciat. quod ſatis indicat & votum Apoſtoli, & modus ſeu cauſa media illius habitationis ab eo expreſſa, nempe* per fidem. *Nam ſi eſſentia ſua Chriſtus in iis habitaret, in omnibus prorſus hominibus, ſive credentibus, ſive non credentibus, habitaret. Id enim fieret ob immenſitatem ejus naturalem, quæ nullo prorſus loco excluderetur, qualiſcunque tandem ſit; nec in ea re vel fidei, vel incredulitatis poſſet haberi ratio. Neceſſarium enim eſt, ut quod eſſentia immenſum eſt, omnia loca, omniaque omnium pectora compleat. Nihil ergo vel ille Eſaiæ, vel hic ad Epheſios locus ad rem facit. Locus verò ille Epiſtolæ ad Rom.* [b] *ne id quidem dicit, quod ille Eſaiæ. Nam* omnia *b* Rom. 8. 32.
nobis cum Chriſto donatum iri, *ita interpretari poſſumus, & rectiùs quidem, Deum nobis omnia, (nempe quæ nobis promiſit) perinde ut Chriſto, donaturum, ſeu, ut ſuprà eodem cap. dixerat Apoſtolus, nos Chriſti cohæredes fore, & cum ipſo conglorificandos eſſe, verſ.* 17. *Conformes enim debemus fieri imagini Filii Dei, ut ſit ipſe primogenitus inter multos fratres, verſ.* 29. *ad quem verſiculum oculum hîc intendere videtur Apoſtolus. Neminem autem offendere debet loquendi ratio, quaſi* cum ipſo, *non poſſit ſignificare,* perinde ut ipſi. *ſiquidem jam vidimus, nos conglorificandos eſſe, nempe cum Chriſto, hoc eſt, ita ut Chriſtus glorificatus*

fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

a Rom. 6. 4. 6. 8. *fuit. Sic in eadem Epiſtola*[a] *dicitur*, nos cum ipſo conſepultos, *h. e. perinde ut ille*, *ſepultos*; & veterem noſtrum hominem cum ipſo crucifixum eſſe: nos cum illo mortuos: cum ipſo, *h. e. non ſecùs ac ipſe*, victuros. *vide etiam* 2. Tim. 2. 11, 12.

Appendix argumenti præcedentis, in qua urgentur loca, in quibus Spiritus ſanctus arrhabo appellatur, eóque homines dicuntur obſignari, itémque eo perfundi, baptizari, potionari.

Teſtimoniis de datione & acceptione Spiritûs ſancti loquentibus, adjungamus alia, quæ licèt per ſe quoque adverſus ſententiam de Spiritu ſancto vulgarem urgeri poſſent; tamen quia non multùm ſunt prioribus diſſimilia, ideo ea prioris argumenti mantiſſam eſſe volumus.

Primùm autem huc pertinent ea ſcripturæ[b] *teſtimonia, in quibus Spiritus ſanctus pignus, vel potiùs, ut Græcus habet textus, arrhabo, ſive ſimpliciter, ſive hæreditatis noſtræ dicitur. Eſt autem arrhabo pars rei promiſſæ in anteceſſum data, quæ de reliquo etiam eum, cui quippiam promiſſum eſt, certum reddat. Itaque quia Deus hæreditatem promiſſam nondum re ipſa nobis exhibet, Spiritum ſanctum velut in anteceſſum nobis dat, qui de futura hæreditate, donec in eam nos re ipſa mittat, certos nos ac ſecuros reddat. Hinc autem ſatis*

b 2. Cor. 1. 22 & 5. 5. & Eph. 1. 14.

Reſponſio ad appendicem argumenti præcedentis, in quâ urgentur loca, in quibus *Spiritus ſanctus arrhabo appellatur, eoque homines dicuntur obſignari, itemque eo perfundi, baptizari, potionari.*

Cùm primaria diſſertatio non nitida veritatis toga, ſed villoſus variorum ſophiſmatum cento fuerit, prudens lector facilè intelligit, quid de mantiſsâ hâc ſperare debeat. Largiamur illi arrhabonis deſcriptionem, *eſſe partem rei promiſſæ in anteceſſum datæ, quæ de reliquo etiam eum, cui quippiam promiſſum eſt, certum reddat.* nihil hinc ex 2. *Cor* 1. 22. & 5. 5. *Eph.* 1. 14. contra nos obtinebit: ſed ſe ipſum potiùs refutabit. Cùm enim neget, Deum hæreditatem promiſſam jam re ipsâ nobis exhibere, Spiritus ſanctus utique non erit pars rei promiſſæ. Qui enim partem hæreditatis dat, utique hæreditatem re ipsâ dat, licèt non plenè ac integrè. Præterea Spiritus ſanctus aut tota quoque hæreditas erit, aut nullus in vitâ æterna Spiritus ſanctus ſupererit: quod vel cogitatu eſt horrendum. Ex his multiſque aliis difficultatibus nunquam ſe expediet adverſarius: nos autem quàm facillimè nos explicamus. Nam jam ſuprà oſtendimus, donationem illam Spiritûs ſancti fidelium propriam non conſiſtere in

1. Cor. 12. *ubi hoc de partitione Spiritûs ſancti figmentum toties & tam clarè refutatur, ut mirari ſubeat, quid adverſario in mentem venerit.*

Nam verſ. 5. *expreſſiſſimè dicitur*, Diviſiones donorum ſunt, ſed unus & idem Spiritus, τὸ αὐτὸ πνεῦμα. *At ſi infinitæ ſunt Spiritus partitiones, quomodo unus idemque Spiritus dici poteſt? Quomodo donorum diviſionibus opponi? Quis non animadvertit, donorum diviſioni Spiritûs unitatem opponi? At ſi adverſarii ſententia obtinet, non major eſt Spiritûs ſancti unitas, quàm donorum. Imo donorum diviſio nihil eſt aliud quàm Spiritûs ſancti diviſio. At Spiritûs* διαίρεσιν, diviſionem, *Paulus diſertiſſimè negat: non ſolùm ſimpliciter, verùm etiam collatione cum donorum diviſione inſtitutâ. Quòd ſi dicat, unum quidem eſſe Spiritum, ſi conſideretur illa Spiritûs univerſitas, tota illa copia, non verò, unum eſſe ratione partium integralium, ridiculum facit Apoſtolum. Nam an non idem de donis dici poterat & debebat? præſertim cùm ejusdem corporis membra illa dona habeant? Cur igitur in donis* διαίρεσιν *urget, in Spiritu negat? Præterea ſi talis, qualem adverſarius fingit, eſt Spiritûs partitio; vel diverſiſſimæ illæ portiones, quæ ſubjectis, objectis, fine, aliisque quæ ad virtutis non ſubſtantialis eſſentiam requiruntur, variant, ſunt ejusdem generis, vel non ſunt. Dicere eſſe ejusdem generis, nimis eſt ab omni ratione alienum. Spiritus ille Dei qui* Gen. 1. 2. *ſuperficiei aquarum incubuit, ſi adverſariorum ſententiam ſequamur, omnino fuit virtus quædam corporea. Illa autem portio quæ in Chriſto reſidet, neceſſariò debet eſſe virtus Spiritualis, imo, juxta ipſoſmet adverſarios, divina. Hæ igitur duæ virtutes immane quantum à ſe aliquibus in locis, ubi donationis illius ſit mentio, adjiciuntur.* Nam 1 Ioh. 4. 13. legimus, Deum *de ſpiritu ſuo nobis dediſſe*; id quod ſignificat, Deum non univerſum ſuum ſpiritum, ſed ejus partem quandam dediſſe. id quod in perſonam, præſertim divinam, ſummumque adeò Deum, non cadit. divina enim perſona in partes diſtribui nequit; &, ſi cuipiam daretur, non niſi tota daretur. Dicet fortè quiſpiam, in Græco legi, Deum *ex ſpiritu ſuo* nobis dediſſe, quod ſignificare poſſit Deum non quidem ipſum ſpiritum ſuum, aut ejus partem aliquam dediſſe, ſed aliquid à ſpiritu iſto manans. Hanc enim vim voculæ *Ex* ſæpè eſſe, ut ſignificet cauſam efficientem. quo pacto omnia dicuntur *eſſe ex Deo*, Rom. 11. ult. 1. Cor. 8. 6. & ſanctus Mariæ conceptus eſſe *ex Spiritus ſancto*, Mat. 20. Verùm iſtam interpretationem hocloco haudquaquam eſſe admittendam, primùm ſimillimus apud eundem Iohannem locus, ubi idem planè agit Apoſtolus, demonſtrat. Is verò extat ſub finem cap. 3. ubi cùm dixiſſet, charitatem inprimis commendaturus, eum qui ſervet mandata Dei, in ipſo manere, & ipſum in eo, addit: *& in hoc ſcimus, quoniam* (vel *quòd*) *manet in nobis, ex ſpiritu,*

ritu, quem dedit nobis. Vides eum dicere, Deum dediſſe nobis Spiritum, nempe ſuum, & ex eo cognoſci, eum in nobis manere? Cur ergo non idem dicat in loco noſtro cap. 4? ubi cùm aſſeruiſſet, ſi diligamus nos invicem, Deum in nobis manere, & charitatem ejus in nobis perfectam eſſe, addit: *In hoc cognoſcimus, quoniam* (vel *quòd*) *in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam* (vel *quòd*) *ex Spiritu ſuo dedit nobis.* Similitudo ipſa locorum evincit, Iohannem, quemadmodum illic dixit, Deum nobis Spiritum ſuum dediſſe, ita & hîc idem dicere; niſi quòd hîc paulo diſtinctiùs loquens, indicat, Deum non totum ſuum Spiritum, ſed de illo, ſeu partem illius nobis dediſſe. Deinde res ipſa id poſtulat. Voluit enim ac debuit exprimere Iohannes, quid nobis dederit Deus, ex quo certò cognoſcere poſſimus, Deum in nobis habitare. Id verò non expreſſiſſet, ſi tantùm dixiſſet, Deum dediſſe ex Spiritu ſuo, tanquam cauſa efficiente. quid enim illud eſſet, tantùm cogitandum nobis reliquiſſet; & manca eſſet ſententia. perinde ac ſi quis diceret, Deus nobis dedit ex ſe, tanquam cauſa efficiente. quæ oratio non ſatis digna foret viro cordato, nedum Apoſtolo. At

à ſe invicem diſtantes fuerunt ne ejusdem generis? Poteſtne ejuſdem generis eſſe virtus corporea cum Spirituali, corruptibilis cum incorruptibili, temporalis cum æternâ? Si negant eſſe ejusdem generis, in os contradicunt Apoſtolo: qui verſ. 8. 9, 10, *longè diverſiſſima dona ac effecta ab eodem Spiritu proficiſci ait. Sed ne ullum adverſariis refugium ſuperſit, pergit Apoſtolus* verſ. 11: πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Sed hæc omnia efficit unus ille & idem Spiritus, diſtribuens privatim illa ſingulis, ſicut vult. *Primò dicit*, unus ille & idem Spiritus. *Hoc vel de genericâ unitate interpretari nimis impudens foret. Quidni enim pari ratione quis diceret, Eſſe unum Dominum, unum Deum, ratione unitatis genericæ, non numericæ. Quanto igitur impudentius eſt, fingere, ne unius quidem generis eſſe hunc Spiritum, ſed generum diverſiſſimorum? Deinde ſi Spiritus ſanctus nihil eſt aliud quàm totum aliquod collectivum in innumeras portiones diviſum, quâ ratione de eo potuit dicere Apoſtolus, quòd* ipſe Spiritus diſtribuat? *Num ſe ipſum diſtribuit? Imò addere*, ſicut vult? *Quàm pulchrè hæc conſonant: Spiritus Sancti diviſiones ac portiones variæ ſunt; ſed omnia hæc efficit unus ille & idem Spiritus, ſe ipſum ſingulis diſtribuens ſicut vult? Ex his clariſſimum eſt, omnes pios meritò mirari, quòd adverſarius tam abſurdam Spiritûs ſancti partitionem urgeat, & ex turpiſſimâ verborum Scripturæ confuſione tam monſtroſum dogma fabricet. Omnia enim ejus argumenta perſpicuè ſolvuntur, ſi obſervetur, voces* Spiritus, Spiritus ſanctus, *vel ſumi propriè pro Spiritus ſancti perſonâ, vel impropriè ſeu metonymicè pro ejus donis, virtute ſcilicet & effica-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

efficaciâ : quam Paulus 1. Cor. 12. 7. τοῦ πνεύματος φανέρωσιν, Spiritus declarationem, *ſeu* manifeſtationem, *vocat. Antequam autem loca ſigillatim explicemus, notandum eſt, quod adverſarius dicat:* Divina enim perſona in partes diſtribui nequit; *&*, ſi cuipiam daretur, non niſi tota daretur. *quæ ſi cum ipſius opinione, quam defendit, conferantur, elucet quàm egregiè ſibi conveniat. Dicimus igitur, Spiritum ſanctum totum dari omnibus iſtis, quibuscumque datur; ſi nimirum in primario ac proprio ſuo ſignificatu accipiatur: dari autem per partes, ſi metonymicè accipiatur pro donis: ac reſpiciatur ad ipſius dationis modos, ac gradus. Ipſa quidem res data ac communicata eſt ſimpliciter indiviſibilis, ſed variæ ſunt iſtius communicationis partes variique gradus. Sic omnes fideles ſunt totius indiviſibilis Chriſti participes; unus tamen magis altero. Sic ſol omnibus inferioribus ſe communicat, verùm non eodem modo, nec gradu. Sic igitur* 1. Ioh. 4. 13, *dicitur:* Ex Spiritu ſuo dedit nobis; *id eſt, ex donis Spiritûs, quæ à Spiritu nobis data proficiſcuntur. Itaque non ſolùm, quis, & per quem, ſed etiam quid dederit, exprimitur: adeòque non manca, ſed perfecta eſt ſententia. Fruſtra autem adducit* 1. Ioh. 3. 24. *Nam præpoſitio* Ex *non refertur ad verbum* dedit, *ſed ad verbum* cognoſcimus; *& meliori jure nos ibi in voce* Spiritus *metonymiam defendimus, quâ ſumitur pro donis Spiritûs, quàm ipſe ſynecdochen, quòd ſumatur tantùm pro aliquâ Spiritûs portione. Sed etiamſi hîc propriè ſumeretur, non tamen ſequitur, quòd etiam* 1. Ioh. 4. 13. *ſic ſumatur. Nam & Spiritus ſanctus, & unà cum eo dona fidelibus dantur. Eodem modo* Actor. 2. verſ. 18, 19: & Ioelis 2. 28, 29, *Spiritus Dei pro donis Spiritûs*

At illa, quam expreſſimus, ſententia, & perfecta eſt, & rem datam apertè exprimit, & talem quidem, quæ clariſſimè demonſtret, Deum ſingulariſſima ac diviniſſima quadam ratione in nobis habitare, & nos in ipſo, arctiſſimumque inter nos, & ipſum amoris ac conjunctionis eſſe vinculum. Quomodo enim arctiùs cum ipſo jungi poſſemus, aut ille nobiscum, quàm cùm de Spiritu Sancto nobis impertivit? Idem, quod illis Iohannis verbis, indicatur etiam iſto loquendi modo, quo utitur cum Græcis Vet. Teſtamenti interpretibus Lucas, Petri orationem Græcè deſcribens, in qua Ioëlis locus citatur, Act. 2. verſ. 18, 19. Nam loco ejus, quod apud Ioëlem Deus dicit, *Effundam ſpiritum meum*, in Petri verbis dicitur, *Effundam de ſpiritu meo*: eodem quidem manente ſenſu, ſed ita tamen expreſſo, ut ſignificetur, Deum non totum Spiritum ſuum effuſurum ſuper omnem carnem, ſuperque ſervos & ancillas ſuas, ſed illius veluti partem quandam. Eſt enim immenſa illius apud Deum copia, quæ in ipſo tanquam fonte ſuo reſidet, ab ipſo autem, quando & quatenus vult, procedit ac manat; non ſecùs ac lumen à ſole, aut ut vis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

illa, quam influentiam vocant, ab aſtris; aut ut calor ab igne in res ei admotas. Liceat enim rem diviniſſimam ſimilitudinibus illuſtrare, quarum non abſimiles habes de ſapientia à Deo manante apud Auctorem libri Sap. cap. 7. 26, 27. Quemadmodum igitur res à nobis memoratæ vim ſuam diffundunt, ac in plura ſubjecta, idque ſæpè inæqualiter, diſtribuunt: ita & Deus vim virtutemque ſuam pluribus communicat, nec omnibus eâdem menſurâ eodémque gradu. unde quædam ejus virtutis oritur partitio. ne quis miretur, nos ſcripturam ſecutos, aliquam Spiritûs ſancti partitionem urgere. Quanquam quid opus eſt id defendere, aut excuſare, quod tam apertè ſacræ literæ afferunt? Quid enim eſt, quod Auctor Epiſt. ad

[a] Heb. 2. 4. Hebr. [a] ait, Deum teſtimonio ſuo confirmâſſe doctrinam Euangelicam de ſalute ſempiterna, tum ſignis ac portentis, variiſque virtutibus, tum μερισμοῖς ſeu *partionibus* aut *diſtributionibus Spiritûs ſancti*, h. e. Spiritum ſanctum diſtribuendo in fideles, iiſque variâ menſurâ, prout placuit, impertiendo? Quid item illud eſt, quod olim ad

[b] Num. 11, 17. Moſen [b] dixit Deus: *Auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis*, nempe ſeptua-

ritûs accipitur, ut præcedenti capite oſtendimus. Si autem vera eſt, quam urget adverſarius, Spiritus ſancti partitio, cur dicit veluti *partem quandam, cur non dicit partem aliquam? Non enim veluti pars quædam, ſed veriſſima & realis portio à cæteris divulſa fuit. Forſan ſubpuduit ipſum aliquantulum portentoſæ opinionis. Si dona Spiritûs ſancti cum lumine ac influentia, item cum calore, ipſum verò Spiritum ſanctum cum ſole ac igne conferret; probanda foret ipſius diſſertatio: verùm cum ipſum Spiritum cum lumine, influentia, ac calore comparet, planè intolerabilis eſt. Velim ſcire ex adverſariis, num Spiritum ſanctum credant eſſe ſubſtantiam, vel accidens? Deinde num exiſtiment, Spiritûs ſancti copiam ita in Deo ſuo fonte reſidere ut in eo tantum ſit tanquam in cauſa; an verò etiam ſimul tanquam in ſubjecto? Tertiò num illa varietas, quæ in Spiritûs ſancti effectis elucet, ex interna ipſius Spiritûs diverſitate, vel à ſubjectorum varietate, vel ab utrorumque ſimul proficiſcatur? Nihil horum eligent, quin incredibilem ſui dogmatis confuſionem prodant. Verùm quid ago, quòd his hominibus rationes ex lumine naturæ petitas propono? cùm eò delapſi ſint, ut quamvis contra nos rationum evidentiam ſemper crepent, negent tamen, Spiritum ſanctum eſſe creatorem, vel creaturam, ſed tertium quid fingant.*

Illud tamen admirationem omnem ſuperat, quòd illam Dei virtutem, quam creaturam nominare non audent, jam in innumeras portiones dividant? Illudne quod in tot partes dividitur, non eſt creatura? Sed urget, Heb. 2. 3. *diſertè dici* πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, Spiritus ſancti partitionibus, ſeu diſtributionibus. *Verùm ſi res ſe ita habet, cur Paulus* 1. Cor. 12, *ubi ex profeſſo de iſtis* μερισμοῖς *agit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

agit, Spiritûs ſancti unitatem urget? cur eam τῶν χαρισμάτων διαιρέσεσι *opponi? Cur cum juxta adverſarium Spiritus ſanctus nihil ſit aliud quàm virtus, adeòque* ποικίλαι *illæ* δυνάμεις *nihil ſint aliud quam variæ Spiritus portiones, cur, inquam, Apoſtolus aſſerit unum Spiritum? quid ni rectius eum vocaſſet* πολυποίκιλον? *Planum igitur eſt, vel* πνεύματος ἁγίου *eſſe genitivum efficientis, ut in eodem verſu* θεοῦ σημείοις, *ita ut ſentus ſit,* Spiritûs ſancti diſtributionibus, *ſcilicet quas ille juxta voluntatem ſuam inſtituit: vel metonymice ſumi pro Spiritûs ſancti donis. Vnde etiam paret, quomodo* Num. 11. 27. *Deus de ſpiritu, qui erat ſuper Moſen, acceperit, eumque ſeptuaginta viris dederit: nimirum non quòd ſeptuaginta portiones à Spiritu ſancto avulſerit, ſed quòd ſimilia Spiritûs dona ad populi iſtius gubernationem utilia ac neceſſaria, integris ac ſalvis Moſis donis, ſeptuaginta ſenioribus communicârit. Nec ſpiritus Eliæ* 4. Reg. 2. 9. *propriè fuit Spiritus ſanctus, ſed eſt Spiritus ſancti effectus: unde duplicem illorum donorum copiam Eliſæus petebat. Itaque* Rom. 8. 23 ἀπαρχὴ τοῦ πνεύματος, primitiæ Spiritûs, *ſunt primæ ſelectæque donorum Spiritûs partes. Si autem ex* Ioh. 3. 34 *partitio Spiritus ſancti rectè concluditur, utique falſiſſimum eſt, quod Spiritui ſancto corruptionem nullam adferat ejus diſtributio. Etenim cùm Deus Chriſto immenſam, ut adverſarius loquitur, ejus copiam jam ante mortem fuerit impertitus, utique neceſſariò ſequitur, tempore mortis Chriſti, qua nulla Chriſti pars; juxta eundem, vixit, periiſſe. Quin omnes illæ portiones, quæ vel à vivis hominibus à fide deficientibus abjiciuntur, vel unà cum fidelibus exſpirantibus exſtinguuntur, omninò ob diſtributionem illam pereunt. Poteſt*

ſeptuaginta ſenioribus, quod etiam poſtea re ipſa factum eſſe cernimus. Ita enim infrà [a] legimus: *Auferens* (Dominus) *de ſpiritu, qui erat in Moſe, & dans ſeptuaginta viris. Cumque requieviſſet in eis ſpiritus, prophetârunt.* &c. Quid porrò illud, quod de Eliſæo [b] legimus, qui voluit ſibi dari *duplicem ſpiritum* Eliæ, vel ut eſt in Hebræo, *os duorum in ſpiritu* Eliæ, h.e. partem ejus ſpiritûs duplicem ſeu duobus ſufficientem, ut à viris doctis explicatur, ex collatione hujus loci cum illo Deut. 21. 17. ubi eadem phraſis, quanquam in re alia, occurrit. Iubetur enim ibi Pater dare *duplicia*, Hebr. *os duorum*, ſeu duplicem bonorum partem, primogenito ſuo filio, ex uxore licèt odioſa ſuſcepto. Neque verò fruſtrà illud petiit Eliſæus, ut ex ſequentibus ejus loci verbis intelligitur. Quid, quòd & primitiarum ſpiritûs mentionem facit [c] Paulus. Quid autem aliud ſunt primitiæ alicujus rei, quam primæ ſelectæque ejus partes? Denique cùm Iohannes ait, *Deum non ad menſuram dare ſpiritum*, Ioh. 3. 34; quid aliud vult, quàm Deum copioſiſſimè dare ſpiritum? Id verò dici non poteſt de re, quæ augeri aut minui, quæque dividi in partes quasdam nullo modo queat. & ſanè tacitè indicat

[a] Ibid. v. 25.

[b] 4 Reg. 2. 9.

[c] Rom. 8. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Iohannes, Deum certâ quâdam menſurâ dediſſe aut dare Spiritum: Chriſto autem ſoli immenſam quandam illius copiam eſſe impertitum. Non eſt autem nobis hoc loco neceſſe, omnia dicere, quæ ad pleniorem iſtorum locorum explicationem pertinent. fiet id, ſi Deus voluerit, aliàs. Satis enim nunc habemus oſtendiſſe, partitionem quandam in Spiritum ſanctum cadere, quæ in perſonam divinam nequaquam cadit, imò in nullam prorſus, niſi cum quadam ejus corruptione. Spiritui autem ſancto corruptionem nullam affert ejus diſtributio.

Poteſt autem de re ſimpliciter indiviſibili, quæ nec augeri, nec minui, quæque in partes quasdam nullo modo dividi queat, rectè dici quòd non ad menſuram detur, quando ſe ſuaque dona nunc variis modis ac gradibus, nunc immenſâ copiâ communicat?

Defenſio ac confirmatio argumenti.

a cap. 8. & ſect. ILli autem effugio locum in præcedentibus [a] jam præcluſimus, quòd hæc de Spiritûs ſancti, qui perſona divina ſit dono, ſeu effectis intelligenda ſint. Præterquam quòd ex quibusdam locis à nobis adductis, eorumque ſimilibus, appareat, aliud eſſe Spiritum illum, de quo iſta dicuntur, aliud donum ab adverſariis intellectum, nempe qualitatem aut motum à Spiritu divino hominibus impreſſum. vide* Num. 11.25. & d. *confer inter ſe* Ioël. 2.28,29. Zach. 12,10. & Eſai. 11.2. Ioh. 3.34. *ne commemorem nunc ipſam hiſtoriam effuſionis Spiritûs ſancti* Act. 2. *deſcriptam, ex qua patet, aliud eſſe Spiritum ſanctum in Apoſtolos effuſum ac diſtributum, aliud donum inde profectum. vide* v.3,4. *De illo autem Spiritu etiam cætera ſunt intelligenda.*

Facilè ex locis à nobis hucusque adductis

Defenſio Reſponſionis.

VErùm quâ ratione reſponſioni noſtræ, quam effugium vocat, locum præcluſit? Aliud eſſe Spiritum ſanctum, aliud donum à nobis intellectum, nempe qualitatem aut motum à Spiritu divino hominibus impreſſum, concedimus: ſed probet adverſarius, Spiritum illum, de quo iſta dicuntur, aliud eſſe quàm donum illud quod nos intelligimus. Nam *Num.* 11. 25. per Spiritum intelligendum eſſe donum, apparet ex deſcriptione, *Qui ſuper eum.* Sive autem is, qui quievit ſuper eos, Spiritus, ſignificet donum, ſive, quod probabilius, ipſum Spiritum ſanctum, nihil tamen id facit contra nos. *Eſaiæ* 11. 12, intelligitur Spiritûs ſancti perſona, quæ protinus à ſuis effectis deſcribitur. Reliqua loca paulo antè fuêrunt explicata. Rectè quidem ex *Act.* 2. *v.* 3, 4. oſtendit, aliud eſſe Spiritum ſanctum, qui ſuper ſingulos ſedit; aliud donum inde profectum; ſed non oſtendit, Spiritum illum diſtributum aliud quid fuiſſe quàm illa dona. Imò etiamſi oſtenderet,

deret, Spiritum ſanctum in Apoſtols diſtributum diſtingui à donis inde profectis; nihil tamen adhuc obtineret: quia Spiritus ſanctus, qui eſt perſona, & à Spiritu ſancto, qui eſt virtus quædam habitualis, & à donis hinc fluentibus, diſtinguitur; ita ut hæc tria à ſe invicem ſint diſcernenda, quemadmodum Sol à luce ſuâ, & lux à lumine diſtinguitur. Nulla autem loca vel apertè, vel rectè Spiritûs ſancti partitionem evincunt: cùm metonymica loquendi ratio ex Scripturis ſatis ſit manifeſta. Ejusmodi autem tropus de Patre vel Filio non uſurpatur, quia ipſorum nomina non ab effectis, ut Spiritûs ſancti, ſed à ſingulari quâdam proprietate ſumuntur, nec quâdam metonymiâ, Hæbræis uſitatiſſimâ, tam pro perſonâ, quàm pro accidente accipiuntur.

adductis plura poſſes conſtituere argumenta. Nam ſinguli loquendi modi, in teſtimoniis partitionem aliquam Spiritûs ſancti, vel apertiùs, vel rectiùs ſignificantibus uſurpati, ſingulas poſſent ſuppeditare rationes. Adeò enim à ſuprema Deitate abhorrent, ut nemo eos auſit de ea uſurpare. Nihil ſanè tale vel de Patre, vel de Filio, vel leviter in ſacris literis indicatum eſt. Quis vel audivit, vel dicere auſit, de Patre, vel de Chriſto auferri, de ipſo dari aut effundi, eum diſtribui, eum duplicari, eum vel ad menſuram, vel citra eam dari, quempiam ipſius primitias, ſeu primas ac potiores ipſius partes habere? Quæ autem hujus rei eſt alia cauſa, quàm quia perſonæ ſunt, & quidem divinæ, licèt hic non ex ſe ipſo, ſed ex Dei gratiâ & dono. Eadem ergo ratio eſſet & Spiritûs ſancti, ſi is ſummus cum utroque Deus eſſet.

BISTERFELDII
CAP. X.

Reſponſio ad argumentum decimum, quòd Spiritum extinguere vetamur, *quòdque* Spiritum ſanctum aliquando non fuiſſe, & an eſſet, à diſcipulis quibusdam ignoratum fuiſſe legimus.

Hæc loca ſententiam noſtram non infirmant, ſed confirmant. Nimis enim manifeſtum eſt, in his locis per Spiritum non intelligi Spiritum illum ſanctum, qui eſt omnium donorum fons, ſed dona eaque certi generis. Nam 1. Theſ. 5. 19, *intelligitur peculiare illud donum intelligentiæ, quâ futura aliaque obſcuriora ad Eccleſiæ ædificationem facientia cognoſcebantur. Verba autem* Ioh. 7 39. *de Spiritu ſancto, in cujus*

CRELLII
CAP. X.

Argumentum decimum, quòd Spiritum extinguere vetamur, quòdque Spiritum ſanctum aliquando non fuiſſe, & an eſſet, à diſcipulis quibuſdam ignoratum fuiſſe, legimus.

Sextum in hoc ordine locum illa merentur Apoſtoli verba, 1. *Theſ.* 5. 19. ubi monet, *ne ſpiritum extinguamus*, de ſpiritu divino loquens. Vnde itidem intelligitur, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe. Ea enim indicant, ſpiritum illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

illum extingui poſſe. At quis id auſit de Deo ſummo ullo modo dicere ? quis ferat ita monentem , cave ne Deum Patrem extinguas?Nónne ipſæ aures ejusmodi loquendi modôs penitus reſpuunt ? Eadem autem eſt ratio Spiritûs ſancti , quæ Patris , ſi Spiritus ſanctus Deus ſummus eſt. Ideo enim illud de Deo Patre dici nequit, quia Deus ſummus eſt. Quòd ſi illud per tropum aliquem , quem cæteroqui verbis ſubeſſe non negamus , excuſare velis ; cogitandum eſt , id quod paulò antè monuimus , etiam tropos ſobrios eſſe debere , maximè cùm Dei ſupremi nomen uſurpatur ; de quo ita loquendum eſt , loquunturque Apoſtoli , ut majeſtate ipſius eſt dignum. Iam verò monuimus , ejusmodi loquendi modum Deo minimè eſſe convenientem,& tanquam abſurdum ab auribus ſtatim reſpui. Sublimiori, ac magis figurato,quàm Apoſtoli, ſtylo utuntur Prophetæ nonnulli , qui vel in Pſalmis ac canticis inprimis cernitur. Carminis enim quoddam genus continent , & ad Poëtarum ſtylum quemadmodum à viris doctis obſervatum eſt , propiùs accedunt , quàm ad proſam orationem. At nihil tale iſtic de Deo leges ; nedum ut Apoſtolus , qui ſupra vulgi ſermonem vix exſurgit , in præceptis tradendis tam audaci atque inuſitata figura uſus fuiſſe cenſeri debeat. At ſi Spiritum ſanctum propriè afflatum divinum , ſeu vim quandam à Deo in homines manantem eſſe agnoſcas ; eam loquendi rationem minimè abſurdam eſſe facilè intelliges. Nihil enim prohibet , afflatum divinum , in hoc præſertim aut illo homine , ceſſare atque extingui.

Hinc etiam intelligi poteſt ille loquendi modus de Spiritu ſancto uſurpa-

cujus nomen baptizantur fideles , accipere ; nimis eſt abſurdum : cùm & articuli defectus & ratio à Iohanne addita planum faciat , per πνεῦμα ἁγίον intelligi ſingularia illa dona quæ in Pentecoſte in Apoſtolos fuêrunt effuſa. Si tum non erat Spiritus ſanctus , utique Chriſtus omni Spiritu ſancto caruit. Idem ſtatuendum de loco Act. 19. 2. 3. *Nam de illo Spiritu intelligitur , de quo Paulus interrogabat. At ille interrogabat de ſingularibus Spiritûs ſancti donis. Et quomodo Iohannis Baptiſtæ baptiſmate baptizari potuêrunt , ſi nullum planè Spiritum ſanctum eſſe ſciverunt ? ideo etiam perſona Spiritûs ſancti* verſ. 6. *per* τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *ejus verò donum per* πνεῦμα ἅγιον *exprimitur. Omnia autem hæc argumenta nullius ponderis eſſe quivis intelligit , ſi animadvertat , vocabulum* Spiritus , *&* , Spiritus ſanctus , *vi ſuæ originis , non eſſe perſonæ Spiritûs ſancti proprium , ſed tam in Græca quàm Hebræa Sacræ Scripturæ linguâ nunc pro ipſo fonte , nunc pro ſolis donis accipi. Quàm portentoſa autem ſit iſta adverſarii opinio , quâ urget , aliquam Spiritûs ſancti portionem nunc extingui , adeòque eſſe deſinere , jam verò naſci , alibi à nobis oſtendetur pleniùs.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

uſurpatus [a] à Iohanne: *Nondum erat Spiritus ſanctus*, (ſic conſtanter legunt Græca exemplaria) *quia Ieſus nondum erat glorificatus*. quod cum nonnulli ex adverſariis ſuæ de Spiritu ſancto ſententiæ minimè conſentaneum eſſe cernerent, ita Latinè legendum putârunt [b]: *Nondum erat Spiritus datus*. quam lectionem admittendam non eſſe, alii ex adverſariis indicarunt, atque oſtenderunt. Non longè ab hac loquendi ratione abit illa, qua uſi ſunt diſcipuli illi Epheſi à Paulo [c] reperti. Cùm enim ex iis quæſiiſſet Paulus, an Spiritum ſanctum, fidem amplexi, accepiſſent; reſponderunt, *Se neque, an Spiritus ſanctus ſit, audiviſſe*. Fingant hìc, quos velint, tropos adverſarii; non perſuadebunt tamen homini cordato, & quo pacto de re quaque loqui ſoleamus, conſideranti, de Spiritu ſancto ita vel Iohannem, vel diſcipulos illos loqui potuiſſe, ſi Spiritus ſanctus Deus eſſet. Num tu dices, Deum nondum eſſe, nondum eſſe Patrem, nondum eſſe Filium, quia nondum certus ejus inter homines exſtet effectus? quo auctore? quo exemplo fretus? Num quiſpiam dixerit, ſe neſcire an Deus ſummus ſit, quia non audiverit, certa ejus dona hominibus contingere? At ſi Spiritum ſanctum afflatum divinum eſſe cogitaris, ſeu vim quandam à Deo in homines manantem, eos loquendi modos non miraberis. Quia enim Chriſto nondum glorificato, afflatus ille hominibus, licèt credentibus, non ſolebat contingere, & poſtea etiam id fieri Epheſii illi diſcipuli ignorabant; ideo Iohannes quidem dixit, Nondum fuiſſe Spiritum ſanctum, Chriſto nondum glorificato; diſcipuli verò illi, ſe ne audiiſſe quidem, an Spiritus ſanctus ſit.

[a] Ioh. 7. 39.

[b] Vide. Bezam.

[c] Act. 19. 3.

BISTERFELDII CAP. XI.

Reſponſio ad argumentum undecimum ex Ioh. 15. 26. ubi Spiritus ſanctus à Patre procedere dicitur.

Hactenus putant, ſe ea Scripturæ loca adduxiſſe, in quibus de Spiritu ſancto dicuntur, quæ non magis perſonis quàm rebus conveniunt; jam ea adducit, quæ propriè quidem ſumta perſonis vel ſaltem ſuppoſitis, tantùm competunt, ipſe autem Spiritui ſancto non niſi figuratè tribui autumat.

Quæ adverſarius de loco Ioh. 15. 26. *adfert, ea*

CRELLII CAP. XI.

Argumentum undecimum ex Ioh. 15. 26. ubi Spiritus ſanctus à Patre procedere dicitur.

Poſtquam argumenta ex illis duximus ſcripturæ locis, in quibus ea de Spiritu ſancto dicuntur, quæ non magis perſonis, quàm rebus conveniunt; reliquum eſt, ut ex illis etiam Spiritûs ſancti attributis rationes petamus, quæ propriè quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dem ſumta perſonis, vel ſaltem ſuppoſitis, tantùm competunt, Spiritui autem ſancto figuratè tribuuntur; vel primò ac per ſe ſuppoſitis conveniunt, cæteris rebus tantùm conſequenter.

Eorum primum eſto, quòd Spiritus ſanctus dicatur [a] à Patre procedere. Metaphora quidem eſt aliqua in *procedendi* verbo, quam & adverſarii coguntur agnoſcere; (procedere enim propriè non niſi hominibus aut animalibus ſe ipſa loco moventibus competit) ſed ea non impedit, quominùs argumentum hinc ducamus. Conſtat enim inter nos & adverſarios, id verbum ad Spiritum ſanctum relatum, ejus à Patre productionem deſignare, per quam nimirum Spiritus ſanctus re ipſa eſt id, quod eſt. Unde adverſarii eam proceſſionem ab æterno factam eſſe volunt; & quemadmodum Filius per generationem à Patre ſuam acceperit eſſentiam, ita Spiritum ſanctum per proceſſionem, eandem accepiſſe ajunt. de qua re nihil nunc opus eſt explicatiùs dicere, fiet id, Domino opem ferente, infrà [b]. Nunc ſatis eſt, id monuiſſe, quod diximus. Etenim ex eo, quòd Spiritus ſanctus à Patre procedere, eſſentiamque ſuam accipere dicatur, patet, eum non eſſe ſummum illum

a Joh. 13.26.

b lib 2. ſect. 2. ſ. 1. & d. & ſect. 3.

ea alibi fuſiùs erunt explicanda. Eſt quidem metaphora in voce ἐκπορεύεσθαι, procedere *ſeu*, emanare, *quatenus animalibus propriè competit: verùm ſi ſpiritualiter accipiatur, propriiſſimè competit Spiritui ſancto. Nam per eam Spiritus ſanctus ſuam accipit ſubſiſtentiam: nec ea proceſſio eſt generatio, ut ſe probaſſe falsò jactat. Dicitur autem* procedere, *non* proceſſiſſe, *ut indiviſibilis ejus actûs æternitas innuatur. Habuit igitur ab æterno Spiritus ſanctus ſubſiſtentiam, eandemque in æternum accipiet: quia in æternitate, utpote duratione ſimpliciter infinitâ, formaliter neque præteritum eſt, neque futurum; ſed tantùm præſens; quamvis eminenter & præſens, & futurum in ſe contineat. Verùm acumen adverſarii hæc non capit; quamvis ſine iis Dei quidem Patris exiſtentia defendi queat. Falſiſſimum autem eſt, quòd de eâ Spiritûs ſancti proceſſione Chriſtus hîc loquatur, quâ futurum ſit, ut Spiritus ſanctus ab ipſo diſcipulis mittatur, ac porrò ad eos veniat. Dicit enim,* Cùm venerit, quem ego mittam, qui teſtabitur; *in futuro: &*, Qui procedit, *ſeu* emanat; *in præſenti: ut clariſſime indicet, ipſum jam à Patre procedere, antequam ab ipſo mittatur. Nam planè abſonum foret, ſi illa proceſſio nihil aliud eſſet quàm miſſio, ut hanc in futuro, illam in præſenti expreſſiſſet. Deinde quàm inſulſa foret hîc Chriſti tautologia, ſi hæc proceſſio eſſet ipſa miſſio? Quæ enim foret hujus ſermonis gratia?* Ego mittam ipſum à Patre, Spiritum veritatis, qui mittitur à Patre. *Denique quàm ineptum eſt, fingere virtutem quandam ac efficaciam à Deo in homines manantem, quam homines pro lubitu poſſint extinguere ac perdere, vocari* τὸν παράκλητον, *& ei aſcribi teſtimonium, ab Apoſtolorum, quibus dari debebat, teſtimonio diverſum?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

diverſum? Sed pergit in ſuis abſurditatibus, & quærit, quid proceſſio illa ab æterno in æternum durans, commune habeat cum Spiritûs ſancti ad diſcipulos miſſione atque adventu? Quaſi eſſentiæ ac perſonæ deſcriptio non faceret ad officii explicationem? Dixerat Chriſtus, ſe miſſurum Spiritum ſanctum à Patre. Hujus rei fontem indicat, cur nimirum ipſe ſolus eum non mittat, ſed à Patre: qui ſcilicet ab eo procedit. Quod autem etiam à Chriſto procedat, ſatis docet, cùm dicit: Ego mittam. *Etenim Spiritum ſanctum non mitteret, niſi ab eo quoque procederet. Quamvis videatur, vocem* παρὰ *Patris eſſe propriam.*

Idem quidem ſignificatur 1. Cor. 2. 12. *quamvis breviùs adeòque obſcuriùs per* τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ; *ſcilicet quod in Deo eſt, & ex Deo ab æterno in æternum procedit. Verùm quicquid ex Deo eſt, Dei effectum eſſe, ab eoque pendere, cur non probavit adverſarius? Item, Deum ſummum ratione ſubſiſtentiæ ex nemine eſſe, cur non oſtendit? cùm benè nôrit, ab omnibus illis, qui paulò accuratiùs hæc tractant, utrumque diſertè negari. Quam pulchrè autem hæc ſonant, quæ ex adverſarii ſententiâ ſequuntur? Virtus illa Dei, quàm homo pro libidine ſuâ corrumpit, ſcrutatur omnia, etiam ipſas profunditates Dei! Nemo novit ea quæ ſunt Dei, niſi virtus illa Dei, quæ eſt ex Deo, quam homo cùm vult, funditus exſtinguit!*

illum Deum, ob eaſdem rationes, ob quas ſuprà [a] diximus, Filium Dei non eſſe Deum ſummum, quia à Patre generatus fuerit, ab eoque eſſentiam ſuam acceperit. Eadem enim hæc in parte proceſſionis, quæ generationis eſt ratio, imò, ut ſuo loco oſtendemus, proceſſio illa ab adverſariis excogitata, generatio eſt, non minùs, quàm illa Filii. Quapropter, quæ de generatione Filii Dei diximus, huc quoque transferenda ſunt. Adde illis hanc quoque rationem, quòd Chriſtus ſignificet, proceſſionem illam etiamnum durare. Non enim dicit, Spiritum ſanctum à Patre *proceſſiſſe*, ſed *procedere*. Neque verò negant id adverſarii doctiores; qui ejusmodi proceſſionis modum excogitarunt, qui ab omni æternitate duret, atque in omnem æternitatem ſit duraturus. Itaque ex eorum ſententia, etiamnum eſſentiam ſuam à Patre, & ſimul à Filio, accipit Spiritus ſanctus, & in omnem ævorum perennitatem accepturus eſt. Atqui Deum ſummum ab omni æternitate eſſentiam ſuam jam plenè habuiſſe neceſſe eſt, ita ut eam accipere jam porrò non potuerit poſſitve; utut ponatur id, quod impoſſibile eſt, eum eſſentiam ſuam ab alio accipere aliquando potuiſſe. Deinde ii, qui Spiritûs ſancti proceſſionem, de qua Chriſtus apud Iohannem loquitur, (neque enim alibi illius expreſſa ſit mentio) ab omni æternitate duraſſe, & in omnem æternitatem duraturam contendunt. non conſiderarunt, de ea Spiritus ſancti proceſſione loqui

[a] ſect. 2. cap. 2.

 Chriſtum,

Chriſtum, quâ futurum ſit, ut Spiritus ſanctus ab ipſo diſcipulis mittatur, ac porrò ad eos veniat. Nam ſi cætera in eodem loco dicta conſideres, nullam aliam cauſam reperies, cur Chriſtus dixerit, Spiritum ſanctum à Patre procedere, quàm ut declaret illud, quod dixerat, *quem* (ſc. *Paracletum*) *ego mittam vobis à Patre*: neque id adverſarii negare videntur. Quid verò proceſſio illa ab æterno in æternum durans, commune habet cum Spiritûs ſancti ad diſcipulos miſſione atque adventu? imò illa potiùs hanc impediret, ſi per illam Spiritus ſanctus ſummus Deus extitiſſet, ut volunt adverſarii. Taceo, eos, Græcis tantùm exceptis, velle, Spiritum ſanctum non minùs à Filio, quàm à Patre æternum procedere. At Chriſtus de re loquitur, quæ Patri ſit propria. Sibi enim ipſi hac in parte Patrem quodammodo opponit, oſtenſurus, cur non *à ſe*, ſed *à Patre* Spiritum ſanctum miſſurum ſe eſſe dixerit. Quanto verò ſimplicius eſt, ac planius, ſtatuere, eatenus Spiritum ſanctum à Deo procedere, quatenus virtus ſit atque efficacia ab eo in homines manans, quàm Deum ſummum, qui non niſi unicus eſt, ab altero, qui itidem Deus ſummus ſit, procedere; eum, qui à nulla cauſa proficiſcitur, ab altero Eſſe ſuum accipere; qui eſſentiam ſuam ab æterno pleniſſimè habuerit, eam tamen adhuc accipere, & in omnem æternitatem accepturum?

Idem autem, quod ex Chriſti verbis à Iohanne deſcriptis docuimus, doceri etiam illis Pauli verbis poteſt, quibus affirmat, Spiritum ſanctum *ex Deo eſſe*, 1. Cor. 2. 12. Ait enim: *Nos autem non Spiritum hujus mundi accepimus; ſed Spiritum, qui eſt ex Deo.* Quicquid autem ex Deo eſt, Dei effectus eſt, ab eoque pendet. Deum autem nullius rei effectum eſſe, omnes, ut diximus, nôrunt. Quamquam vix opus eſt effectûs facere mentionem: ſatis eſt dicere, Deum ſummum ex nemine eſſe.

CRELLII
CAP. XII.

Argumentum duodecimum, quod Spirtus ſanctus à Patre & Filio mittatur.

Secundum eorum attributorum, quæ proprie non niſi perſonis aut ſuppoſitis conveniunt, Spiritui autem ſancto per tropum aliquem accommodantur, eſto id, quod in eodem,

BISTERFELDII
CAP. XII.

Reſponſio ad argumentum duodecimum, quòd Spiritus ſanctus à Patre & Filio mittatur.

Miſſio, qualis Ioh. 15. 25. & 14. 26. & 16. 7. *denique* c. 14. 7, 8. 13. *Spiritui ſancto attribuitur, perſona ita propria eſt, ut ſine manifeſtâ abſurditate alii rei quàm perſonæ, etiam per duriſſimum tropum, tribui nequeat. Sive enim is à quo, ſive modus quo, ſive denique ſcopus ob quem mittitur, perpendantur, evidens eſt,*

eſt, hæc non niſi ridiculè rei applicari poſſe. Quamvis autem miſſio illa cum Spiritûs ſancti datione ſit conjuncta, tamen non planè eſt idem: verùm datio eſt ejus quædam quaſi pars. Quomodo verò ejuſmodi miſſio ſummæ Deitati non repugnet, imò quomodo eam probet, ſuprà ſatis ſuperque oſtendimus: modo primum rectæ rationis principium ratum maneat: Qualis eſt rei operatio, talis quoque eſt ejus eſſentia. *Non igitur eſt quòd actum agamus.*

eodem, quem proximo cap. citavimus, Iohannis [a] loco, & alibi apud eundem ſcriptorem habetur, nempe quòd Spiritus ſanctus à Patre & Filio mittatur. Id enim in Deum ſummum non cadit. Etſi autem miſſio illa nihil aliud eſt, quàm datio Spiritûs ſancti: unde pro eodem ponuntur, Spiritum ſanctum à Patre diſcipulis dari, & mitti, ut patet ex verborum cap. 14.16 cum locis modò citatis collatione; tamen, quia miſſionem illam adverſarii ejuſmodi eſſe volunt, ut non niſi in perſonam cadere queat, præſertim quia Chriſtus Spiritum ſanctum in eodem ſermone, tanquam legatum quendam ſuum ad diſcipulos mittendum introducit, maximè cap. 16. 7, 8, 13; ideo eodem ferè modo hinc demonſtrari poteſt, Spiritum ſanctum non eſſe ſummum illum Deum, quo idem de Chriſto ex ejus miſſione ſupra [b] demonſtravimus, ut nil ſit neceſſe, plura hoc loco addere.

[a] c. 15. 26 & 14. 26. & 16. 7.

[b] ſect. 2. cap. 15.

BISTERFELDII

CAP. XIII.

Reſponſio ad Argumentum decimnm tertium ex verbis Ioh. 16. 13, 14, 15. Cum autem venerit ille, *id eſt*, Spiritus ille veritatis, introducet vos in omnem illam veritatem. Non enim loquetur de (*à*) ſemet ipſo; ſed quæcunque audierit, loquetur, & illa quæ ventura ſunt, renunciabit vobis. Ille me glorificabit; quia de meo accipiet, & renunciabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, illum de meo accepturum, & renunciaturum vobis.

Quanti argumenta ex hoc loco deducta faciat adverſarius, ampliſſima ejus exaggeratio oſtendit: verùm quàm omnia ſint futilia, & inepta, ſola textûs conſideratio ac analyſis oſtendit. Planiſſimũ igitur loci ſenſum primò indicabimus: tum eum clariſſimè confirmabimus: tandem

CRELLII

CAP. XIII.

Argumentum decimum tertium, ex verbis Ioh. 16. 13: *non loquetur* (Spiritûs ille veritatis) *à ſemet ipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur,* &c.

Quia ſub finem cap. præcedentis delapſi ſumus in mentionem loci Ioh. 16. 13, ubi ſermo eſt de re miſſioni Spiritûs ſancti conjuncta; ideo eum quoque hîc examinabimus. quandoquidem iſtic non tantùm id de Spiritu ſancto affirmatur, quod de eo affirmari non poſſet, ſi Deus ille ſummus eſſet, ſed etiam negatur id, quod de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

de Deo ſummo negari nequaquam poteſt. ita enim ait Chriſtus: *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemet ipſo: ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis, Omnia, quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixit quia*(ſeu *quod*)*de meo accipiet,& annunciabit vobis.* Negatur hîc, Spiritum ſanctum loquuturum à ſemet ipſo: contrà affirmatur, eum, quæ audierit, loquuturum, & de eo, quod Chriſti ſit, accepturum. Et prius quidem ideo potiſſimùm negatur, ut oſtendatur, eum rectè ſpiritum veritatis, h. e. veraciſſimum fuiſſe appellatum: hoc verò poſterius ideo de eo affirmatur, ut oſtendatur, eum clarificaturum, eſſe Chriſtum. At Deus ille ſummus, quicquid loquitur, à ſemet ipſo loquitur; & ob id ipſum verax eſt, quia à ſemet ipſo loquitur. Non audit etiam ille, qui loqui debeat, nec legati inſtar ab alio inſtruitur. Nil accipit ille à quoquam; imò de ſuo omnibus largitur. Non glorificavit is Chriſtum, aliquid ab eo accipiendo, ſed ei dando. Quomodo ergo Spiritus ſanctus Deus ille ſummus eſt? Adſcribere hîc juvat verba doctiſſimi

tandemque adverſarii ſophiſmata refellemus. Dixerat Chriſtus verſ. 12; Adhuc multa habeo quæ dicam vobis; verùm nunc ea non poteſtis portare. *Hæc eſt ſequentis ſermonis janua, ſcopus, ac thema. Quæ res cùm maximam in iis triſticiam meritò parere poſſet, addit ſolatium:* Verùm cum venerit ille, *quem venturum eſſe jam ſæpiùs inculcaverat, ſcilicet* Spiritus ille veritatis, is introducet vos in omnem, *non ſimpliciter veritatem, ſed,* illam veritatem; *illam nimirum quam vobis nondum, ut volo, dixi: quamque jam portare non poteſtis. Ex articuli* τὴν *neglectu omnes illæ quorundam interpretum aberrationes, ac adverſarii nugæ ut proficiſcuntur, ſic ex ejus obſervatione ſolvuntur. Mirari autem ſubit, quod articulum non perpenderint, cùm ſenſus ipſius vim manifeſtè indicet: aliàs enim ſequeretur, quòd SS. diſcipulos in omnem planè veritatem, puta philoſophicam, medicam, mechanicam, & ſic deinceps, introducere debuerit. Iam in ſequentibus explicat & demonſtrat, quare Spiritus ille veritatis eas ſit introducturus in omnem* illam *veritatem. Non autem, ut nimis* ἀλόγως *fingit adverſarius, vult probare, quod Spiritus ille ſit Spiritus veritatis. Dicit itaque:* Non enim loquetur ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, à ſe ipſo, *id eſt, ſi ſenſum ſpectes, de ſe ipſo: id eſt, non de ſe tantùm, tanquam de primario themate ac objecto loquetur: ſed* quæcunque audiverit: *id eſt, ea quæ ad illorum conſilium, Patris ſcilicet & meum, à quibus mittitur, facere ſcit, eloquetur: &,* τὰ ἐρχόμενα, illa *quæ de me & propter me* ventura *ſunt*, annunciabit vobis. *Non igitur hîc agit Chriſtus de virtute loquendi, vel de cauſali dependentia: ſed agit de re dicenda, de doctrinæ ſcilicet objecto, & ſcopo. Et ſi enim Spiritus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritus Chriſtum glorificando ſe quoque glorificet: tamen id tantùm fit conſequenter & mediatè: nam immediatè ac proximè ſe ipſum glorificabit in vitâ æternâ. Pergit igitur; ille me glorificabit: quia de meo (*vides quid ſit non de ſe ipſo loqui*) accipiet, *id eſt, quia ea, quæ ad mei glorificationem facient, ſeliget, vobisque annunciabit & inculcabit. Iam tacitæ objectioni reſpondet. At ille Spiritus etiam à Patre tuo, mittetur, & multa de eo annuntiabit: quomodo ergo de tuo & quidem, ut ex contextu patet, tantùm accipiet? Reſpondet:* Omnia quæ Pater habet, *id eſt, omnia Patris effecta omnisque ejus gloria ſunt,* mea ſunt: *id eſt, vel ipſiſſima mea gloria ſunt, vel ad gloriam meam tanquam ultimum ſcopum deſtinantur. Quæcunque enim de Patris omnipotentiâ, omniſcientiâ,* φιλανθρωπίᾳ, *uno verbo, divinitate docebit, ea ideo faciet, ut mea omnipotentia, omniſcientia,* φιλανθρωπία, *æternaque Deitas eluceſcat. Glorificabit Patrem, ut glorificetur Filius.* Propterea, *ſcilicet propter doctrinæ ipſius objectum & ſcopum, non propterea, quaſi ipſe propriâ ſuâ virtute haud loqueretur, dixi*, illum de meo accepturum, & renunciaturum vobis. *Hæc quamvis ſuâ, totiusque contextus luce ſatis clareant, jam demonſtremus: quòd fiet ſi adverſarii gloſſas refutemus. Dicit:* Negatur hîc, Spiritum ſanctum locuturum à ſe ipſo: contrà affirmatur, eum, quæ audierit, locuturum, & de eo quod Chriſti ſit accepturum. Et prius quidem, *inquit*, ideo potiſſimùm negatur, ut oſtendatur, eum recte Spiritum veritatis, h.e. veraciſſimum fuiſſe appellatum: hoc verò poſteriùs ideo de eo affirmatur, ut oſtendatur, eum clarificaturum eſſe Chriſtum. *At ut poſterius eſt verum, ſic prius eſt falſiſſimum. Nam*

ſimi Pontificiorum a interpretis, qui difficultatem hanc ex parte explicuit, ita inquiens: *Reddit autem* (Chriſtus) *rationem, ut Rupertus ait, quamobrem Spiritum veritatis eum appellaverit*, quia non loquetur, *inquit*, à ſemet ipſo, *quaſi ſi à ſemet ipſo loqueretur, non veritatem, ſed mendacium locuturus eſſet. Quod quomodo verum ſit, non ſatis apparet, cùm potiùs veritatem dicat, & falſum dicere non poſſit, quia à ſemet ipſo loquitur. Cùm enim à ſemet ipſo loquitur, ut Deus loquitur: cùm nihil aliud, quàm Deus ſit. Cùm autem ut Deus loquitur, mentiri non poteſt. quod ſi poſſet facere, tunc nimirum poſſet, quando à ſemet ipſo, id eſt, non tanquam Deus loqueretur. Quæritur igitur ab Auguſtino & Beda, quomodo intelligendum ſit, non loqui à ſemet ipſo. Si enim in Spiritu ſancto, ſicut in Chriſto, duplex natura eſſet, altera divina, altera humana, aut aliqua alia, poſſemus fortaſſe dicere, tunc ex ſe ipſo non loqui, cùm ut homo loqueretur. quemadmodum interpretamur, quod de ſe ipſo dicit* b *Chriſtus*, Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor: *& quod dixit ſuprà*, mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me. *Cùm autem Spiritus ſanctus unica, eaque divina natura ſit, ut D. Auguſtinus diſputat, id dicere non poſſumus.* Hæc ille. Optandum nem-

a Joh. Maldonatus.

b Joh. 14. verſ. 4 c. 7. 16.

nempe fuerat adverſariis hoc loco, duplicem poſſe in Spiritu etiam ſancto confingi naturam, ut in Chriſto factum eſt, ut nodum hunc expedirent. Quâ ergò rimâ, cum illa non pateat, elabi conantur? Duplicem affert interpres ille reſponſionem: alteram Auguſtini ac Bedæ, alteram ſuam. Illa eſt: *ideo dici Spiritum ſanctum à ſemet ipſo non loqui, quia nec ſit à ſemet ipſo. quemadmodum ergo,* inquit, *non eſt à ſemet ipſo, ſed à Patre Filioque procedit, ita non loquetur, niſi quæ à Patre, & Filio accepit, ab illis procedendo; quemadmodum paulo pòſt dicit*: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Sed cùm ad ea verba perveniſſet interpres ille, hanc loci hujus explicationem ſatis clarè confutat. *Recepta,* inquit, *vulgò recentiorum interpretum ſententia eſt,* quia de meo accipiet, *id eſt, ex me procedit. qua de re multas hîc apud quoſdam, neſcio quàm ſolidas, neſcio quàm ad rem accommodatas ſubtilitates invenio, quas ne recitare quidem velim. Tantùm dico, mihi perſuaſum omnino eſſe, eum non eſſe ſenſum. Cur enim non dixit clariùs,* de me, *aut* à me *accipiet? cur, non* accepit *potiùs, quam* accipiet, *cum proceſſio Spiritûs ſancti à Patre & Filio, non futura, ſed jam præterita eſſet? Nam etſi ad hæc à quibusdam reſponderi ſcio, malim equidem*

Nam primò à ſcopo Chriſti alieniſſimum eſt. Quid enim opus erat, imo quomodo conſentaneum erat, ut id, quod toties jam antè ſine demonſtratione inculcaverat, quodque diſcipuli ſine graviſſimâ infidelitatis nota in dubium vocare non poterant, nimirum Spiritum ſanctum toties à Chriſto promiſſum & commendatum, eſſe Spiritum veritatis, operoſe probaret? & quidem falſis argumentis? Quæ enim eſt conſequentia: Spiritus ille non loquetur à ſe ipſo, id eſt, ſi adverſario credimus, non loquetur vi ſua, ſed aliena; Ergo eſt Spiritus veritatis? Sic quemlibet falſum Diaboli prophetam, Spiritum veritatis eſſe concluſeris. Deinde ſi à ſe ipſo loqui, eſt, vi ſua, & non alienâ loqui, an non fieri poteſt, ut aliquis loquatur à ſe ipſo, attamen ſit Spiritus, vel ſaltem ſummus veritatis Doctor? Id ni concedas, Patrem ſummum veritatis doctorem eſſe negabis. Tertiò quod non de vi, quâ loquetur, ſed de re de quâ loquetur, in hac phraſi ſermo ſit, quis non videt ex antitheſi: Non loquetur à ſe ipſo ſed ea quæ audiet, & illa quæ futura ſunt loquetur? *Res dicendas, non perſonas dicentes opponit. At ſi adverſarii ſenſus verus eſſet, utique opponi debuiſſet*: ſed à me vel à Patre loquetur. *Quartò: Illud hic dicitur accepiſſe à Chriſto Spiritus, quod Apoſtolis annuntiavit.* v. 14. 15. *At non annuntiavit Apoſtolis virtutem ſuam, qua loqueretur, ſed annuntiavit Chriſti gloriam, & illa quæ ventura erant. Ergò non dicitur hîc à Chriſto virtutem ſuam accepiſſe, ſed tantùm doctrinam annuntiandam. Quintò: dicit Chriſtus,* Non à ſe ipſo loquetur; de meo accipiet. *At ſi hæc de loquendi virtute ſunt intelligenda, quomodo in V. T. fuit locutus Spiritus ſanctus? quomodo jam tum in N. T. loquebatur? Denique, ut ſæpiùs nobis objecit adverſarius, ſi notorium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

notorium erat, & quidem non tantùm apud Apoſtolos, verùm etiam apud univerſos Iudæos, Spiritum ſanctum nihil aliud eſſe quàm virtutem quandam & efficaciam à Deo manantem, quis adeò erat inſulſus, ut ipſi adhuc indicandum eſſet, quòd non à ſe ipſo loquatur? imò quomodo ſine inſulſitate id de eo negari potuit? verùm hanc rationem infrà attingemus. At, *inquit adverſarius*; Deus ille ſummus, quicquid loquitur, à ſemet ipſo loquitur, & ob id ipſum verax eſt, quia à ſemet ipſo loquitur. *At, inquam ego, etiam Spiritus ſanctus à ſemet ipſo loquitur, ſi à ſemet ipſo loqui, ſit, propria virtute loqui. Pergit adverſarius*; Non audit etiam ille, qnid loqui debeat, nec legati inſtar, ab alio inſtruitur. Nihil accipit ille à quoquam: imò de ſuo omnibus largitur. Non glorificavit is Chriſtum aliquid ab eo accipiendo, ſed ei dando. *Audio quidem hæc omnia ab adverſario dici, ſed non video quî probet? Velim tamen ex ipſo intelligere, qua troporum machina virtus aliqua nuda, ac efficacia, audire queat, quid loqui debeat; item quomodo legati inſtar ab alio poſſit inſtrui. Aculeata adverſarii ſcommata non magis quàm aliena quorundam veterum commenta curo. Non hîc duarum naturarum fictione, ſed univerſi contextûs meditatione opus eſt. Maldonati interpretatio vera eſt, ac genuina:* De meo accipiet, *id eſt, meo nomine veniet, non aliam quàm meam doctrinam tradet, non alia quàm mea opera faciet: uno verbo: me pro ſuo ſcopo, ac objecto habebit, meumque conſilium quaſi pro causâ exemplari. Quo pacto igitur de Spiritu ſancto dici poſſe cenſemus illa,* De meo acipiet, *ſi is Deus ipſe ſummus eſt? Haud longè aliter quàm Maldonatus. Addimus tamen, hîc non tantum perpen-*

equidem nil dicere, quàm id dicere [a] *quod dicunt. Præterea, quomodo cum ea interpretatione hærere poteſt, Omnia, quæ habet Pater, mea ſunt; propterea dixi, quia de meo accipiet? Denique agebatur hîc de teſtimonio, quod Spiritus ſanctus de Chriſto perhibiturus erat, quòdque eum erat glorificaturus; quod oportebat eſſe conſpicuum, atque manifeſtum; alioqui quomodo propter illud Chriſtum clarificare poterat? Proceſſio autem illa eſſentialis non erat conſpicua: non ergo tanquam argumentum afferri poterat, unde diſcipuli colligerent, Spiritûs ſancti opera in Chriſti gloriam redundare; hoc enim erat eum clarificare.* Nil eſt opus, ut pluribus interpretatio ea refutetur, quæ tantopere homini Pontificio, & Eccleſiæ ſuæ ſententiis addictiſſimo diſplicuit, quamque defendi non poſſe vidit, niſi ea dicantur, quæ indigna judicavit quæ vel memoraret. Quanquam etiam admiſſa illa interpretatione, nihilominus evinci poteſt, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe: cùm Deus ſummus, ut paulo ſuperiùs [b] vidimus, à nemine procedere, à nemine eſſentiam ſuam accipere poſſit. Subjicit paulo pòſt interpres ille ſuam ea de re ſententiam: *Vera igitur*, inquit, *interpretatio*, quia de meo accipiet *id eſt, quia meo nomine veniet, quia non aliam*

[a] Quid verò id aliud eſt, quàm Spiritum ſanctum in omnem æternitatem à Patre & Filio proceſſurum?

[b] c. 11. hujus ſect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quam meam, vobis tanquam legatus meus doctrinam tradet. propterea enim operum; atque doctrinæ illius gloria in gloriam meam redundabit, quod eſt clarificare me, quia meo nomine, & non alia, quam mea myſteria vobis tradet, non alia, quam mea faciet opera. Cum hoc enim ſenſu, quod ſequitur, aptè convenit: Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, *ut ſtatim explicemus. Propterea per futurum dixit,*accipiet, *qnia accipere ab eo, eſt, ejus mitti nomine, & quaſi mandatis ab eo acceptis; & nondum miſſus erat. Propterea dixit*, de meo, *non* de me, *quia ſignificare voluit, accepturum de doctrina & operibus ſuis, quicquid inter homines docturus, quicquid facturus erat.*

perpendendum eſſe, quòd Spiritus ſanctus fuerit legatus, ſed etiam quòd fuerit Deus omniſcius, qui ex immenſo ſuæ ſapientiæ penu vel de ſe ipſo, vel de Patre Apoſtolos docere potuiſſet. Dicit igitur Chriſtus, De meo accipiet. *ut doceret, quâ de re Spiritus ſanctus eos inſtructurus eſſet in ſuâ legatione. Non loqui igitur à ſemet ipſo, eſt, non loqui iis contraria; item non loqui tantùm de ſemet ipſo, ſed loqui de eodem themate, de quo Chriſtus fuerat locutus. Summa: Non loqui à ſemet ipſo, eſt, ea loqui, quæ non ſolùm Chriſti judicio ac voluntati, ſed etiam ejus gloriæ quam maximè ſunt conſentanea.*

Defenſio Argumenti.

Q*Vid ergo ipſe ille interpres reſpondet? aut quo pacto de Spiritu ſancto dici poſſe cenſet illa,* De meo accipiet, *ſi is ipſe Deus ſummus eſt?* Non, *inquit*, quòd eadem ipſe antè non haberet, ſed quia, ut ait Cyrillus, accommodatè ad humanum loquitur ſenſum. Solent enim legari, cùm à Principe diſcedunt, accipere mandata, quæque dicturi, quæque facturi ſint. *Ad verba autem v.* 13, *Non loquetur à ſemet ipſo, ait:* Simpliciùs (*intellige, quam Auguſtinus & Beda reſponderant*) dicere poſſumus, nihil aliud eſſe, non loqui à ſemet ipſo, quam non loqui contraria

Defenſio Reſponſionis.

HÆc igitur verborum Chriſti interpretatio & omnino eſt admittenda & difficultatem prorſus tollit. Neque enim verba illa, *Non loquetur à ſemet ipſo*, & quæ his reverâ opponuntur, *ſed quæcunque audiet, loquetur*, tantùm de nudo Spiritûs ſancti cum dictis Chriſti conſenſu ſunt accipienda, ſed præterea ſignificant, quòd & Chriſtum pro legationis ſuæ ſcopo ac objecto habeat, & quod ab eo mittatur. Non quidem ſignificant, eum, de quo illa dicuntur, non eſſe dictorum ſuorum primum auctorem, ſed tantùm, eum non eſſe ſolitarium eorum auctorem, mittique ab alio. Fruſtra igitur adverſarius objicit Patrem: quia is ob ordinem perſonalem à nemine mittitur. At hæc verba nullam quidem vel minimam imper-

imperfectionem, miſſionem tamen in ſe includunt. Conveniunt quidem hæc verba Spiritui ſancto, quâ legatus eſt: at legatum non poſſe eſſe primum ſuorum dictorum auctorem, ac nonniſi alterius tantùm dicta ac mandata per eum patefieri iis ad quos mittitur, ſunt axiomata ſæpiùs quidem ab adverſariis jactata, à nemine autem niſi opinionibus ſuis addicto unquam probata. Fieri enim poteſt, ut legatus æquè primus verborum conſiliorumque, quæ in legatione exponit, ſit auctor, atque ipſe legans. Nec legatus, quâ talis, ſemper eſt miniſter legantis, ſed poteſt eſſe cauſa ipſi coordinata, ſimulque ſuam, & alterius voluntatem interpretari. Quæ de fictâ acceptione ac glorificatione diſſerit, vaniſſimi ſunt logi. Verba illa *de meo accipiet* non tantùm ad humanum ſenſum, ſed etiam ad res ipſas ac perſonas accommodatè dicuntur. Non tamen vel fictam, vel internæ alicujus perfectionis acceptionem ſignificant; ſed tantùm notant, quòd non de ſe, Chriſto neglecto, ſed de Chriſto, Spiritus ſanctus Apoſtolos ſit inſtituturus, ita ut omnino λήψεται, *accipiet*, hîc eam vim habeat quam *Pſ.* 68. 19, ſimulque in ſe complectatur τὸ *diſtribuet.* Sic itaque Deus ſine novæ ſcientiæ inſitione vel impreſſione poteſt dici de Chriſti rebus aliquid accipere, id eſt, eas ſingulariter eligere, ut Apoſtolis communicet, inſerat, ac imprimat. Quamvis autem Spiritus ſanctus non minùs propriè Filii legatus fuerit, quàm Filius olim Patris, magna tamen eſt ſermonis, vel in *audiendi*, vel in *accipiendi* verbo improprietas.

traria iis, quæ ipſe locutus eſſe ex voluntate Patris. *in quam ſententiam citat aliquot auctores veteres: & addit*, Eodem enim modo expoſuimus, quod de ſe dixit [a], *Mea doctrina non eſt mea*: [a Ioh. 7. 16. 14, 10.] &, *Verba, quæ loquor vobis, à me ipſo non loquor. Sic & illa*, quæcunque audiet, loquetur, *ita accipientia eſſe ſignificat, quo modo illud Chriſti* [b] *acceperat*, Ego ſicut audio judicio; [b cap. 5. 30.] *& illud*, Ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo, *nempe quòd Chriſtus nihil vel judicet, vel aliquando fuerit loquutus, niſi quod ſciret aut ſciat conſentaneum eſſe Patris judicio ac voluntati. ſic ergo nec Spiritum ſanctum quicquam à ſe ipſo loquuturum, quia nihil ſit loquuturus, niſi quod ſciat conſentaneum eſſe judicio ac voluntati Chriſti.*

Verùm iſtiusmodi verborum Chriſti interpretatio nec usquequaque eſt admittenda, nec difficultatem prorſus tollit. Nam quod ad prius attinet; non poſſunt priora illa verba, Non loquetur à ſemet ipſo, *& quæ his veluti opponuntur*, ſed quæcunque audiet, loquetur, *de nudo tantùm cum Chriſti dictis conſenſu accipi: ſed omnino ſignificant, eum de quo illa dicuntur, non eſſe dictorum ſuorum primum auctorem, ſed quempiam alium eorum auctorem eſſe. Nam alioqui dici poſſet, ne Patrem quidem loquutum eſſe à ſe ipſo, quia nihil fuerit loquutus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

niſi quod approbaverit Flius; nec Filium, etiam reſpectu Spiritûs ſancti: quia, ut fert ſententia adverſariorum, nil Filius dixit, niſi conſentiente Spiritûs ſancti perſona. Atqui hæc omnes abſurda eſſe vident. Adde, quòd idem ille interpres non modò fatetur, ſed & urget, Spiritum ſanctum hîc ſpectari tanquam Chriſti legatum; id quod ipſe verborum contextus ſatis oſtendit. Ad hujus legationis proprietatem nil deeſſe poteſt, ſi Spiritus ſanctus perſona eſt. Quare verba illa, Non à ſemet ipſo loquetur, *&*, quæcunque audiet, loquetur, *itemque*, de meo accipiet, & annunciabit vobis, *ita accipienda ſunt, prout legato conveniunt. At legato ita conveniunt, ut non ipſe primus ſit dictorum ſuorum auctor, ſed alterius tantùm dicta ac mandata per eum pateſiant iis, ad quos mittitur: & propriè quidem dicti legati, qualis foret Spiritus ſanctus, ſi perſona eſſet, eſt, propriè mandatis inſtrui ab altero, & perceptam ejus voluntatem ac ſententiam ad alios deferre, iiſque exponere. Eſt enim legatus, qua talis, miniſter alterius, & alienæ voluntatis interpres. Quòd verò ait, illa, quæ v. 15 & 18. dicuntur,* de meo accipiet, *accommodatè ad humanum dici ſenſum; ſi id vult, eum nihil revera accepturum à Chriſto, quia omnia ſemper habuerit, ſed ita hominibus viſum iri; quid aliud facit, quàm ut Chriſti verba eludat?*

prietas. *Audire* enim per metaphoram metonymicam eſt, eadem, quæ alii quoque placent, cognoſcere: *accipere* autem eſt illa, alii quoque placita, ejus nomine, ejus ſcopo ac de eo tanquam objecto proponere. Falſiſſimum enim eſt, quòd *audire* ſemper ſignificet priùs incognita cognoſcere. Sic enim Deus Pater nihil poſſet dici audire. Audire quidem ſemper relativam, ſed non ſemper novam cognitionem exprimit. Legati autem eſſe, ut ea, quæ ipſi comittuntur, tanquam priùs incognita ipſimet pateſiant, ne in humanis quidem ſemper verum eſt. Quid ni enim collega priùs à ſe cum ſociis decreta tanquam legatus aliis proponere poſſet?

Conſtat igitur, difficultatem noſtrâ reſponſione eſſe ſublatam, omneque argumenti robur ſolutum. Etſi enim hæc verba *audire*, *accipere*, de Spiritu ſancto tanquam legato dicantur, adeòque ſignificent, Chriſtum quoque, imò & Patrem, eorum fuiſſe auctorem; hinc tamen nullatenus ſequitur, primum eorum auctorem non fuiſſe quoque Spiritum ſanctum. Poteſt enim legatus æquè primus ſuorum verborum auctor eſſe ac legans. Ineptè quoque infertur: *Chriſti & Patris voluntate hoc factum eſt: ergo non Spiritûs ſancti*: cùm omnium trium una eademque voluntas eſſe queat, imò ob ſummam perfectionem neceſſariò ſit. Sed plura hâc de re videris ſuprà.

Verùm jam occurrit ipſi ſcrupulus, qui univerſam ejus ſtructuram funditus evertit: nimirum quomodo hæc de Spiritu ſancto, ſi tantùm divinus ſit afflatus, ſeu virtus atque efficacia, dici queant. Tantus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tus ſanè hic eſt ſcrupulus, ut eum nemini, niſi vel præconceptæ opinionis inſano amore, vel mentis quodam furore occalluerit, ſit exemturus. Perpendat quæſo pius lector, quid Sacra Scriptura, imò quid adverſarius ipſe, de Spiritu ſancto pronunciet, & protinus videbit, nulla vel monſtroſiſſimâ proſopopœiâ hæc excuſari vel intelligi poſſe. Tropos quidem, ſed Sacræ ſcripturæ, rectæ rationi, rebusque ipſis conſentaneos admittimus; ſed quis ſibi perſuadere poſsit, meram virtutem, tanquam legatum Dei, introduci; eam introducere Apoſtolos in veritatem; loqui, non loqui à ſe ipsâ, audire, loqui ea quæ audivit, ac annuntiare, ab alio accipere quæ annuntiet, ſimiliaque; præſertim cùm hîc non de Spiritûs ſancti productione, ſed officio ſermo ſit? Res in ſacris literis ejusmodi argumentis tractari ſolent, quæ eas non obſcurent, ſed illuſtrent: at hæc quæ de Spiritu ſancto dicuntur, ejus naturam non illuſtrant, ſi adverſarii ſententia vera eſt, ſed planè evertunt. Nam non ſolùm ſimplices ac directæ, verùm etiam compoſitiſsimæ ac reflexæ actiones ipſi tribuuntur. Præterea omnes ejusmodi proſopopœiæ fundantur in aliquâ metonymiâ, quâ adjunctum ponitur pro ſubjecto, vel effectus pro causâ. At hîc nulla fingi poteſt. Cùm enim Spiritus ſanctus dicitur audire, enarrare, accipere, nec Deo, nec Chriſto nec diſcipulis hæc attribui poſſunt: ſed, vel Sp. ſancto aliquis horum ſenſus, in quo tropi fundentur, adſcribendus, vel tota oratio neganda. Sed nullus poteſt excogitari ſenſus, qui in Sp. ſanctum ex mente adverſarii quadret. Præter-

èludat? quaſi verò Chriſtus de eo loquatur, quid homines, utut falsò, ea de re opinaturi ſint: & non potiùs quid verè futurum ſit, licèt aliqua verbis figura ſubſit. Num *putamus, Chriſtum dicturum fuiſſe Spiritum ſanctum ſeſe glorificaturum: quia homines falsò ſint exiſtimaturi, Spiritum ſanctum de eo, quod Chriſti ſit, accipere? An gloriam vana hominum opinione nixam, & præterea ad imminutionem quandam dignitatis Spiritûs ſancti, h. e. ſummi, ut illis placet, Dei pertinentem, pro gloria ſua agniturum fuiſſe arbitramur? Quòd ſi illud vult, verè quidem accepturum aliquid Spiritum ſanctum de eo quod Chriſti ſit, ſed tamen figuram ſeu tropum* accipiendi *verbo ſubeſſe ex rebus humanis petitum, torqueat ſeſe ut velit, in omnes ſe partes vertat, nullo exemplo oſtendet, dici poſſe, eum accepturum ab alio, non à ſe ipſo ſed ab alio audita loquuturum, qui primus ſit dictorum ſuorum auctor, & cui ea certo demum tempore ab alio tradita, aut quocunque modo inſerta impreſſaque non ſint. Quamquam præterea ſi Spiritus ſanctus non minùs propriè legatus fuit Filii, quàm Filius olim Patris, nulla hîc ſermonis improprietas, vel in audiendi, vel in accipiendi verbo admittenda eſt, quæ ullum in eo, de quo hîc diſputatur, momentum habere poſſit. Significabitur enim omnino, ea, quæ dixit Spiritus ſanctus, ei fuiſſe à Chriſto*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Chriſto patefacta ac commiſſa. Id enim eſt legati ejuſmodi, qualis Chriſtus fuit, & qualem illi Spiritum ſanctum eſſe volunt.

Ex quibus jam intelligitur, difficultatem hujuſmodi reſponſione non tolli, nec argumentum noſtrum ſolvi. Quia, quicquid excogites, verba hæc conſtare non poſſunt, niſi agnoſcatur, Spiritum ſanctum non eſſe primum eorum, quæ diſcipulis Chriſti patefacit, auctorem, ſed alterius, nempe Chriſti, atque adeò ipſius Dei Patris voluntate factum eſſe, ut is ea, quæ diſcipulis dictavit, revelaret. Hoc autem in Deum ſummum non cadit. Is enim primus eorum, quæ vel hominibus revelat, vel cæteroqui facit, auctor eſt; nec alterius voluntate ſit, ut is quippiam hominibus revelet. qua de re vide, quæ ſupra [a] *diximus, de Chriſto diſputantes, cùm illa ejus verba* [b] *expenderemus.* Non poteſt Filius à ſe facere quicquam; *& iſta,* [c] Mea doctrina non eſt mea; *& alia his ſimilia.*

[a] ſect. 2. cap. 3. 4.
[b] Ioh. 5. 19.
[c] cap. 7. 16.

Sed urgebit quempiam hîc fortaſſè ſcrupulus, quî fieri poſſit, ut Spiritus ſanctus dicatur audire, & de alieno accipere, quæ aliis annunciet, ſi is divinus tantùm ſit afflatus, ſeu virtus atque efficacia? Reſpondeo, cùm adverſarii quoque fateantur, & res ipſa indicet, iſta de Spiritu ſancto accipi propriè non poſſe; nihil eſſe neceſſe, ut nos de afflatu divino illa propriè accipi poſſe doceamus.

Præterea quàm indignus Chriſto affingitur ſermo? Senſus horum verborum, ſi adverſario credimus, eſt; *quòd non afflatus divinus, ſed is unde afflatus ille proficiſcitur, verus ſit eorum auctor, quæ per eum hominibus revelantur: nec quicquam aliud virtutem illam divinam hominum animis ac mentibus inſerere poſſe, quàm velit is, à quo ea hominibus inſpiratur.* At quis hæc verbis Chriſti tam allegoricis, tam obſcuris, ac ſcenicis propoſuiſſet? Imò quis unquam inculcâſſet? Poterantne homines ſanæ mentis, qui, ut ſomniat adverſarius, perſuaſſimi erant, Spiritum ſanctum nihil eſſe aliud quàm divinum quendam afflatum ac efficaciam, hâc de re dubitare? Inter alia clariſſima falſæ adverſariorum religionis indicia hoc eſt, quòd illi ſuis gloſſis Sacram Scripturam ita corrumpant, ut ubi illa magnificentiſſimè ac efficaciſſimè loquitur, illi nimis vulgares, frigidos, ac exſuccos ſenſus ſubſtituere ſoleant, ac cogantur. Cujus rei evidentiſſimum ſpecimen hîc habet lector. Quæ ipſorum audacia planè non excuſatur, quòd David teſtimonia Dei conſiliarios ſuos vocet. Nam vel millies in eodem Pſalmo indicaverat, quòd res eſſent, ac non niſi unicum hunc tropum adhibuit. At infinitis modis diſpar eſt hæc Chriſti, totiusque Scripturæ de Spiritn ſancto loquendi ratio. In celebri autem illâ Salomonis proſopopœia reverâ perſonæ introducuntur, ut à noſtris eſt demonſtratum. Sed demus, per ſtulticiam non intelligi perſonam; intelligentur tamen homines ſtulti, per metonymaim adjuncti pro ſubjecto. Applicet hanc adverſarius huic loco; &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

co; & protinus experietur, quantum inter hos loquendi modos ſit diſcrimen. Sed vult, ut nobis admirationem demat, quòd Chriſtus dicat, ſe in parœmiis cum Apoſtolis fuiſſe locutum: quaſi verò hoc huc trahendum eſſet, & non potiùs intelligeretur de pleniore ſui manifeſtatione, ſive ea verbis propriis aut allegoricis, ſive factis fieret. Et quaſi non proximè reſpiceret ad doctrinam de ſuo abitu *v.* 15, cùm diſcipuli dicant *v.* 27, *Ecce nunc apertè loqueris, & parœmiam nullam dicis.* Et ſanè eventus rem ſatis explicuit: Nam Spiritus ſanctus ea opera edidit, quæ niſi perſonæ opera eſſe concedantur, eo ipſo negantur.

mus. Quòd ſi figura in verbis admittenda eſt; non eſt difficile docere, iſta rectè atque eleganter de afflatu divino, ſeu virtute cœlitus Apoſtolis inſpirata, dici poſſe. Patebit ex ſequentibus, de Spiritu ſancto, uti & de aliis rebus, per proſopopœiam non pauca in ſacris literis dicta inveniri. hanc figuram à loco Iohannis, de quo agimus, non abhorrere, paulò pòſt docebitur. Vident omnes, de Spiritu ſancto hîc ſermonem eſſe tanquam de legato, qui à Chriſto ſit ad diſcipulos mittendus. Legati, ut antè diximus, eſt, non à ſe ipſo loqui, ſed mandata ab eo à quo mittitur, audita acceptaque aliis annunciare. Hæc ergo & ad virtutem divinam Apoſtolis olim inſpiratam accommodantur; & jure. Eſt enim aliquid in afflatu illo divino, quod auditioni & acceptioni de alieno, & annunciationi, egregiè reſpondet, quòdque adeò metaphoræ, ex qua proſopopœia illa nata eſt, locum fecit. Etenim non afflatus divinus, ſed is, unde afflatus ille proficiſcitur, verus eſt eorum auctor, quæ per eum hominibus revelantur; nec quicquam aliud virtus illa divina hominum animis ac mentibus inſerere poteſt, quam velit is, à quo ea hominibus inſpiratur; qui quidem hîc eſt Chriſtus. Itaque legato cuidam ſimilis eſt, qui non niſi à Principe ac Domino ſuo audita atque accepta exponat iis ad quos mittitur. Cur autem hîc per proſopopœiam de Spiritu ſancto loquatur Chriſtus, cauſa hæc potiſſimùm eſt, quià eum ſecum quodammodo comparat, & quaſi in ſuum locum ad diſcipulos, abitu ipſius inſtante contriſtatos, ſubmittendum conſiderat, Chriſtus enim hucusque illorum fuerat veluti conſolator. Itaque iis, abitu ipſius audito contriſtatis, alium paracletum, ſeu conſolatorem, qui vices ipſius hac in parte abundè expleat, ſe rogante, Patrem daturum eſſe, vel ſe à Patre illis miſſurum dixit. Comparationes autem rerum cum perſonis, facilè pariunt proſopopœias. Hinc ut exemplis rem illuſtremus, David, cum principibus ſermones ac conſilia adverſus ſe ineuntibus, teſtimonia Dei contendens, & illis ea opponens, conſiliarios ſuos, *ſeu, ut eſt in Hebræo,* viros conſilii ſui *vocat Pſ.* 119. 24. *Hinc etiam orta eſt proſopopœia illa celebris apud Salomonem, qui ſapientiam & contrariam ei ſtultitiam, inſtar fœminarum quarundam, homines ad ſe invitantium introducit, ob comparationem cum muliere extranea, & aliena, quemadmodum viri doctiſſimi*[a] *annotarunt. Legartur totus locus, initio facto à cap. 7. Prov. v. 5. ubi compa-*

[a] Vide Cornel. Ianſen. c. 3. in Prover.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

comparatio illa incipit, ac per reliquum caput totum, & duo ſequentia extenditur, confer etiam cum eo loco cap. 24. Eccleſ. Plura ea de re dici poſſent, ſed non eſt nunc ei rei locus: & nonnulla etiam in ſequentibus adhuc dicentur, ex quibus apparebit, neminem mirari debere, de Spiritu ſancto ejusmodi proſopopœiam uſurpari. Quanquam vel id ſolum admirationem cuivis demere poſſet, quòd fatetur ipſe Chriſtus, ſe in iſto ſermone ſuo, in quo Spiritum ſanctum aliquoties inſtar perſonæ cujusdam introducit, in parœmiis, figuris è medio petitis, loquutum diſcipulis; aliquando autem palàm atque apertè iis de Patre, ſeu rebus ad Patrem pertinentibus, annunciaturum; cap. 16. 25. inter illas autem res vel inprimis eſt Spiritus ſanctus, de quo toties in iſto ſermone, nunc quidem apertiùs, nunc tectiùs fit mentio. Sat profectò clarè poſtea rem explicuit Chriſtus, cùm in diſcipulos Spiritum ſanctum effudit, per quem in omnem eos veritatem iutroduxit. Is enim non ut vera aliqua per ſona iis quicquam annunciavit, ſed ut afflatus quidam divinus eorum animis inſpiratus, pleniſſimam iis doctrinæ Chriſti noticiam inſeruit atque impreſſit. Quare cùm eventus ipſe ſermonem illum ſatis explicuerit, quid aliam interpretationem quærimus?

CRELLII
CAP. XIV.

Argumenta tria ex 1 Cor. 2. 10. & d. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei*, & quæ ſequuntur.

Quartum in hoc ordine locum dabimus illis Pauli verbis, 1. Cor. 2. quibus adverſarii uti ſolent ad divinam Spiritûs ſancti perſonam probandam. Ita enim ibi loquitur Apoſtolus: *Nobis autem revelavit Deus* (ea nempe, quæ Deus præparavit iis, qui diligunt ipſum) *per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt, nemo cognovit, niſi Spiritus Dei. Nos autem non Spiritum hujus mundi accepi-*

BISTERFELDII
CAP. XIV.

Reſponſio ad argumenta tria ex 1. Cor. 2. 10,11,12. Nobis autem Deus ea revelavit per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominum novit ea quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis qui eſt in eo? Ita etiam ea quæ ſunt Dei, nemo novit niſi Spiritus Dei. Nos verò non Spiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui eſt ex Deo, ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.

Varia hinc exſculpit adverſarius argumenta, verùm omnia nullius ſunt momenti. Quamvis enim Spiritus ſanctus à Deo, ſi ſyrecdochicè hæc vox ſignificet Patrem, diſtinguatur, eſt tamen & manet Deus, vocabulo eſſentialiter ſumto. Satis quoque oſtendimus in præcedentibus, non repugnare Deo ſummo, ut ratione gratioſæ inhabitationis ab homine accipiatur. Solutum quoque fuit falſiſſimum illud principium. Quod ex Deo eſt, id eſt Dei effectus. *Sed jam tria nova argumenta ſubnectit. Nam cùm Deus dicatur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dicatur per Spiritum ſuum nobis aliquid revelare, putat, inde patêre, eum non primam, ſed mediam illius revelationis cauſſam eſſe: id quod in Deum ſummum non cadit. At contrarium nos docuimus: Nimirum ſi conſideretur vis agendi, hanc vocem per *hîc non ſinificare cauſam ſubordinatam, ſed coordinatam: ſi verò ſpectetur ordo & modus agendi, poſſe dici, Spiritum ſanctum eſſe cauſam mediam, ſalvâ ſupremâ ejus Deitate.*

Alterum argumentum eſt, quòd dicatur ſcrutari etiam profunda Dei. Neque enim quiſquam dicitur ſcrutari ea, quorum clariſſima & perfectiſſima noticia ipſi primò ineſt, & quæ ab ipſomet primò ſunt conſtituta atque decreta. *Verùm hæc falſiſſimè dicuntur. Etenim Deus dicitur hominum renes ac corda ſcrutari.* Pſal. 9. 10. Ier. 17. 10. *Non igitur clariſſima & perfectiſſima noticia primò in ipſo fuit, neque ab ipſo primò ſunt conſtituta atque decreta: ſed ipſe ea ab hominibus didicit. Atque hanc blaſphemiam defendunt adverſarii: negant enim quòd Deus liberas hominum actiones, quamvis optimas, prædecrevit: quem errorem efficaciter refutârunt noſtri. Itaque nec Chriſti cogitationes primò ſcivit: qui rerum ſuarum ſcrutationem ipſi adſcribit. Ex quibus manifeſtum eſt, nec Spiritum ſanctum, nec Deum dici ſcrutari ratione modi, quaſi priùs incognita inveſtigarent, ſed ratione gradûs ac certitudinis: quòd penitiſſimè omnia cognoſcant. Nam ea quæ homines ſcrutantur, quàm accuratiſſimè cognoſcere conſuevêrunt. Quàm abſonum eſt, virtutem, quæ tantùm afflatus eſt, aliquid primò ignorare, deinde cognoſcere? Dicitur autem Spiritus profunditates, non ſuas, ſed Dei ſcilicet Patris, ſcrutari: nec opus eſt, ut Deus ſua conſilia ſcrutari dicatur, accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt*, &c. Aliquot nobis hic locus argumenta ſuppeditat, ſed quorum nonnulla ſuperiùs ſunt à nobis propoſita. primùm [a], quòd à Deo diſtinguatur Spiritus ſanctus, dum *Deus per illum nobis* res ſalutares revelare dicitur, dum is *Dei Spiritus* appellatur, dum aſſeritur, eum *profunda Dei ſcrutari*, & *quæ Dei ſunt cognoviſſe*, dum denique ex *Deo eſſe* perhibetur. deinde [b], quòd homines eum dicuntur accepiſſe. poſtremò [c], quòd cùm *ex Deo eſſe* dicitur, Dei effectus conſtituitur. nihil autem horum in Deum ſummum cadere docuimus. Sed præter hæc tria, totidem alia ex iiſdem verbis argumenta peti poſſunt. Primum eſt, quòd *Deus per Spiritum ſuum* nobis aliquid revelaſſe dicitur. Inde enim patet, eum non primam, ſed mediam illius revelationis cauſam eſſe, id quod in Deum ſummum non cadit. Vide quæ ſuprà [d] diximus de iis locis, in quibus Deus per Chriſtum vel omnia, vel res certas feciſſe dicatur.

[a] cap. 5. hujus ſect.
[b] ſup. cap. 8.
[c] c. 11.
[d] ſect. 2. cap. 19.

Alterum eſt, quòd dicatur *ſcrutari etiam profunda Dei.* Neque enim quiſquam dicitur ſcrutari ea, quorum clariſſima & perfectiſſima noticia ipſi primò ineſt, & quæ ab ipſomet primò ſunt conſtituta atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

decreta. Atqui ſi Spiritus ſanctus Deus ille ſummus eſt; in ipſo primò profunda illa Dei, h. e. abdita illius conſilia, eorumque clariſſima ac perfectiſſima cognitio reſidet, ab eoque omnia illa primò ſunt conſtituta atque decreta. Quomodo ergo illa ſcrutari diceretur? Dicitur quidem Deus ac Chriſtus ſcrutari corda noſtra; quia in alieni pectoris ſecreta penetrat: at ſua conſilia, ſua profunda nuſpiam ſcrutari dicitur. Ne homines quidem ſua conſilia ſcrutari dicuntur; niſi fortè, cùm ea aut memoriâ aliquo modo exciderunt, aut eorum rationem ipſi nondum ſatis habent exploratam. At quid Deo ſummo ad exploratiſſimam profundorum ſuorum noticiam deeſſe poteſt? Apoſtolus hoc loco, ſpiritûs humani exemplo declaraturus id, quod de Dei ſpiritu dixerat, non aſſerit, illum ſcrutari ea, quæ ſunt hominis, ſed *ſcire*, licèt modus loquendi, quo de ſpiritu Dei uſus fuerat, eò illum duceret, ut affirmaret, ſpiritum etiam hominis ſcrutari ea, quæ ſunt hominis. Sed noluit id de ſpiritu hominis affirmare, quia in ipſo primò reſident ea, quæ ſunt hominis, h. e. ejus conſilia ac decreta; & ab ipſo ſunt conſtituta. Eadem ergo ratio foret ſpiritûs

ritûs

catur, cùm dubitari nequeat num ea cognoſcat, nec ne. Vtitur autem Apoſtolus de hominis Spiritu voce ſcire, οἶδε; quia hoc longè minus eſt, quàm ſcrutari. Scrutari enim hîc accipitur pro perfectiſſimâ ſcientiâ, quæ rem cognitam plenè comprehendat, ita ut ne minimum quidem maneat incognitum. Niſi fortè ita inſanire libeat, ut dicamus, hominis Spiritum accuratiùs cognoſcere ea quæ ſunt hominis, quàm Spiritus Dei cognoſcat ea quæ ſunt Dei. De Dei autem Spiritu eandem vocem uſurpat, quia ex contextu patet, quòd hic ſit verborum ſenſus; Ita etiam quæ Dei ſunt nemo novit, niſi Spiritus Dei, & is in quo ille eſt. Quia igitur homines fideles hîc ſubintelliguntur, adhibuit vocem ſcire. Neque hic ſcrutari profunditates Dei ſumitur pro facere ut homines ea ſcrutentur. Sunt enim Dei conſilia hominibus ἀνεξερεύνητα, imperſcrutabilia: ſed ex infinitâ illa Spiritûs ſancti ſcientiâ etiam hanc, quæ ad ſalutem noſtram facit, deducit. Alia autem eſt ratio verborum, Ipſe Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Rom. 8. 27. id eſt, ſuggerendo nobis gemitus inenarrabiles quaſi interpellat pro nobis. Neque enim nos pro nobis ipſis interpellamus. Adverſarii autem argumentatio funditùs hîc evertitur. Dicitur enim quòd is, qui ſcrutetur corda, noverit quis ſit ſenſus Spiritûs: ubi primò apparet, quòd ſcrutatio non repugnet ſcientiæ, ſed ſit ejus fundamentum, eâque majus quid. Deinde quòd quis etiam ea ſcrutari dici queat, quorum clariſſima & perfectiſſima cognitio ipſi primò ineſt, & quæ ab ipſo primò ſunt conſtituta atque decreta. Nemo enim dubitare poteſt, quin quæ Dei Spiritus facit, ea Deo primò ſint notiſſima, atque ab ipſo conſtituta: quod longè clariùs cernitur, ſi Spiritus ſanctus, ut adverſarii

verſarii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

verſarii volunt, nil niſi Dei efficacia eſſet.

Tertium argumentum nititur ſophiſticâ propoſitionis excluſivæ ignorantiâ, quæ nunquam excludit incluſa. Etſi enim Spiritus ſanctus ſit perſona à Patre & Filio diſtincta, quæ, propriè loquendo ſcire dicitur, rectè tamen affirmatur, neminem præter ipſum ea ſcire, quæ Dei ſunt. Neque enim ideo Pater & Filius excluduntur: imò nec fideles. Nam tam ex ſcopo Apoſtoli, quàm ex contextu clariſſimum eſt, quòd hic ſit ſenſus; Nemo novit ea quæ ſunt Dei, niſi Spiritus Dei, & is cujus ille eſt. *At quis ignorat, Spiritum illum eſſe Patris & Filii Spiritum, ac ex eorum favore etiam datum eſſe fidelibus? Sic nemo novit ea quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis, & is cujus eſt. Si enim ſimpliciter omnia excluderentur, excluderetur Pater & Filius, ſive Spiritus ſanctus perſona eſſet, ſive tantùm accidentalis quædam virtus: imò nec fideles ea noſſent; quod Apoſtoli ſcopo manifeſtè adverſatur. Vt igitur* Matth. 11. 27. *poſitâ perſonâ Patris non excluditur Filius, nec poſitâ perſonâ Filii excluditur Pater, ſic nec hîc poſita perſona Spiritûs ſancti excluditur alteruter. Vox igitur,* Nemo, *comprehendit omnes illos, qui Dei Spiritu carent. Vnde omnes adverſarii ratiunculæ nullo negotio diſſolvuntur. Ipſum autem hominis ſpiritum, animam nimirum rationalem, & per ſe poſt hominis mortem ſubſiſtere, & propriè intelligere, alibi à noſtris ſatis eſt oſtenſum.*

ritûs ſancti, ſi is Deus ſummus eſſet. Scimus quidem, per metalepſin, quæ etiam proſopopœiam quamdam parit, dici, ſpiritum Dei omnia ſcrutari; nempe quia in cauſſa ſit, ut homines, quibus ineſt, omnia, etiam profunda reconditaque Dei conſilia, inveſtigent. quo pacto idem ſpiritus dicitur pro nobis interpellare gemitibus inenarrabilibus, & clamare Abba Pater; quia in cauſſa eſt, ut nos iſta faciamus. Sed ea reſponſione uti adverſarii non poſſunt, qui ex eo, quòd Spiritus ſanctus omnia, etiam ea, quæ Dei ſunt, ſcire dicitur, Spiritûs ſancti perſonam exſculpere conantur: quod facere non poſſent, ſi ea per metalepſin de Spiritu ſancto dici agnoſcerent. Non magis enim inde ſequeretur, Spiritum ſunctum eſſe perſonam, quam charitatem perſonam eſſe, quia illi tot actiones perſonarum propriæ per metalepſin infrà [a] in eadem Epiſtola tribuantur. Deinde planè inſolens cenſenda foret ejuſmodi metalepſis, ſi Spiritus ſanctus ſummus ille Deus foret. Quis diceret, Patrem ſcrutari Dei conſilia, quia faciat, ut alius ſcrutetur? Cur ergo Spiritus ſanctus Dei profunda ſcrutari diceretur, ſi ipſemet Deus ſummus eſſet, cujus iſta ſunt profunda? Idem dicimus de illis Pauli [b] verbis, quæ paulo antè attigimus: *Ipſe Spiritus poſtulat* (ſeu *interpellat*) *pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Is autem, qui ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus: quia ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.*

a 1. Cor. 13.

b. Rom. 8. 27.

 quomo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quomodo enim hæc vel per metalepſin de Spiritu ſancto dicerentur, ſi is eſſet ipſe Deus ſummus, apud quem interpellatur, quique ſcrutatur corda, & ſecundùm quem, ſeu ſecundùm cujus voluntatem, interpellant Sancti? Neque enim convenit, ut Deo ſummo non modò humana tribuatur actio, ſed ſua etiam illi perſona ſimul detrahatur.

Tertium argumentum, quod ex illo ad Corinth. loco duci poteſt, eſt, quòd ſi Spiritus ſanctus perſona eſſet à Patre & Filio diſtincta, quæ, propriè loquendo, ſcire diceretur, non rectè affirmaretur, neminem præter ipſum ea ſcire, quæ Dei ſunt. Scirent enim præter ipſum etiam Pater & Filius, idque primò. Quòd ſi dicant, particulam *nemo* hic opponi tantùm creaturis, vel potiùs, creaturas tantum, homineſve complecti, quaſi dictum eſſet, *Nemo hominum ea ſcit*; id noſtra quidem ſententia admittere poteſt, at non adverſariorum. Nos enim in illis verbis, *niſi Spiritus Dei*, metonymiam adjuncti, quæ ſimul metalepſin quandam parit, agnoſcimus. q. d. Apoſtolus: Nemo hominum Dei myſteria abditaque conſilia ſcit, præter eos, qui Spiritu ipſius ſunt præditi, cujus ſolius vi illa à nobis inveſtigari poſſunt. Sed adverſarii, qui ſcientiam illam ipſi Spiritui ſancto hoc loco propriè tribui volunt, id dicere non poſſunt, & fateri coguntur, Spiritum ſanctum ideo expreſſe fuiſſe exceptum, quia alioquin omnino voce illa generali *Nemo* comprehenſus fuerit. Quam ridicula, quæſo, atque Apoſtolo indigna ejuſmodi fuiſſet oratio: Nemo hominum aut creaturarum ea ſcit, quæ ſunt Dei, niſi Deus Pater: aut nullus angelus ea ſcit, quæ ſunt Dei, niſi Chriſtus aut Spiritus ſanctus? Quid enim? num Pater in hominum aut creaturarum eſt numero? num Chriſtus aut Spiritus ſanctus in numero angelorum? Neque enim quicquam à generali oratione excipi ſolet, niſi quod alioqui ex eodem rerum ſit genere, de quo ſermo eſt; quodque proinde, niſi fuiſſet exceptum, omnino generali oratione fuiſſet comprehenſum, idemque de illo, quod de cæteris, vel affirmatum, vel negatum. Quare ſi hîc ipſi Spiritui ſancto, ut adverſarii volunt, ſcientia rerum divinarum propriè adſcribitur, non verò in ejus voce metonymia illa, quam explicuimus, agnoſcenda eſt; vox *Nemo* ad ſolos homines aut creaturas reſtringi non poterit, ſed ipſas quoque divinas perſonas complectetur, è quarum numero illi Spiritum ſanctum eſſe volunt. Vnde ſequitur, cùm Spiritus ſanctus ex ipſorum ſententia ſit perſona à Patre & Filio realiter diſtincta; Patrem & Filium rerum divinarum ſcientiâ hac Pauli oratione excludi: cujus rei nullum eſt in ſententia noſtra periculum. Eodem modo, ſi Spiritus hominis eſſet perſona quædam ab ipſo homine, cujus Spiritus dicitur,

citur, diſtincta; dum negatur, quemquam hominum ea ſcire, quæ ſunt hominis, præter ipſius Spiritum; ipſe homo, cujus Spiritus eſt, fuiſſet excluſus: & præterea inepta futura fuiſſet illa exceptio, *quis hominum ſcit* ea, quæ ſunt hominis, *niſi Spiritus hominis, qui in ipſo eſt?* Num enim Spiritus hominis, qui in ipſo eſt, homo eſt? At ſi ita accipias verba Apoſtoli, ac ſi dixiſſet: Nemo hominum ſcit abdita hominis conſilia ac cogitata, præter eum ipſum, qui Spiritu ac mente ſua ea concipit atque intelligit; ceſſabit abſurditas. Animadvertendum enim eſt id, quod Philoſophia docet, non ipſum hominis Spiritum, quem *animam* vocant, propriè intelligere, ſed eo, ſeu ejus vi, hominem intelligere.

BISTERFELDII CAP. XV.

Reſponſio ad argumentum decimum ſeptimum, quòd Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum aliquando deſcenderit.

Quam firmiter noſtri myſterium Trinitatis ex hâc hiſtoriâ demonſtrent, & quàm parum adverſarius ad Iordanem profecerit, alibi fuſiùs à nobis demonſtrabitur. Iam ſufficiat nobis, hinc oſtendiſſe, Spiritum ſanctum eſſe ſubſtantiam. Nam ſi ſubſtantia eſt, utique etiam eſt perſona. Et ſi perſona eſt, ſatis patet quòd ſummus Deus ſit. Nam dubio procul ipſi prorſus divina adjuncta, ac effecta attribuuntur. Si autem eſt ſubſtantia, facilè quoque ex iisdem attributis elucet, quòd ſit perſona. Nam ſi ſubſtantia eſt; aut eſt ſubſtantia irrationalis, aut rationalis. Si eſt irrationalis, erit tantùm corporea. Omnis enim ſubſtantia Spiritualis eſt intelligens. Verùm non puto tam brutos fore adverſarios, ut Spiritum ſanctum aſſerant eſſe ſubſtantiam brutam. Si eſt ſubſtantia rationalis, aut eſt alicujus ſubſtantiæ completæ pars, aut eſt perſona, id eſt, ſuppoſitum intelligens. Non poteſt eſſe pars: ſecùs vel Dei, ex quo eſt, vel hominum, quibus datur, vel utriusque pars eſſet: quæ omnia ſunt abſurda. Si eſt perſona; aut

CRELLII CAP. XV.

Argumentum decimum ſeptimum, quod Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum aliquando deſcenderit.

VLtimo loco adjungere libet illud, cui plærique adverſarii plurimùm tribuunt, cùm oſtendere volunt, Spiritum ſanctum non eſſe virtutem divinam, ſed ſuppoſitum à Patre ac Filio diſtinctum. Id verò eſt, quòd in Chriſtum à Iohanne baptizatum *Spiritus ſanctus deſcenderit in corporali ſpecie, ſicut columba*, ut ſcribit Lucas, [a] cui conſentiunt & cæteri [b] Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores. Vetus illud eſt, quod hodieque inter adverſarios vulgò jactatur, Abi, Ariane, ad Iordanem, & videbis Trinitatem. Sanè, ſi Trinitas eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus; Pater quidem, qui tanquam Deus ſummus in cælo habitans, & ab hominum oculis ſemotus, pro

[a] Luc. 3. 22.
[b] Mat. 3. 16. Marc. 1. 10. Ioh. 1. 32, 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

pro ſumma ſua auctoritate iis imperat, & Filio auctoritatem de ſua majeſtate conciliat; Filius autem verus homo, in Iordane à Iohanne baptizatus, & poſtea Spiritu ſancto cœlitus perfuſus ac repletus; Spiritus denique ſanctus, res quædam cœlitus, in Chriſtum demiſſa, quâ Chriſtus fuit completus; ſi, inquam, id eſt Trinitas, jure is, qui Trinitatem non agnoſcat, ad Iordanem ire jubetur. Nos quidem, qui interdum eodem abire jubemur, jamdudum iſtic, per Dei gratiam, fuimus, & Trinitatem illam vidimus, eamque libenti animo & agnoſcimus, & profitemur. Si verò Trinitas illis eſt, trium perſonarum, realiter inter ſe diſtinctarum, in una individuaque eſſentia conjunctio; illa tautum abeſt, ut apud Iordanem videri poſſit, ut potiùs ipſis quodammodo oculis cerni poſſit, eam non eſſe. Quæ enim iſtic unius ejuſdemque numero eſſentiæ, quæ Patri, Filio, & Spiritui ſancto ſit communis, vel ſpecies eſt, vel umbra? Eademne numero ſubſtantia eſt Dei, qui è cœlo loquitur, inde minimè deſcendens; & ejus, qui in Iordane baptizatur, veri hominis; & denique ejus rei, quæ de cœlo in eum deſcendit? Taceo alia, quæ partim ſu-
prà

aut eſt corporea aut Spiritualis. Non corporea, ut manifeſtum eſt: Spiritualis igitur. Si eſt perſona Spiritualis, aut eſt Angelus, aut Deus. Abſurdum prius: ergo certiſſimum poſterius. Neceſſario autem ex hâc hiſtoriâ ſequi, Spiritum ſanctum eſſe ſubſtantiam, ex reſponſionibus noſtris patebit. Sed adverſarius videt, tanto apparatu opus eſſe, ut Spiritûs ſancti perſona hinc exſtruatur. Quàm meritò autem videat, videamus. Non ero, ni vehementer fallor, iniquus, ſi ab adverſario petam, ut ex hâc hiſtoriâ mihi demonſtret, Deum Patrem eſſe Deum. At non minori apparatu id faciet, quàm nos demonſtremus, Spiritum ſanctum eſſe Deum. Tribus certiſſimis ac clariſſimis principiis innitimur, iiſque inter ſe, ac cum textu collatis rem conficimus. Primum eſt: Unum tantum eſſe naturâ, ac eſſentiâ Deum. *Alterum:* Cuicunque operationes ac proprietates verè divinæ competunt, vel à Scripturâ tribuuntur, is eſt verus ac ſummus Deus. *Tertium:* Cuicunque rei operationes ac proprietates ſubſtantiales competunt, ea eſt ſubſtantia. *Quis niſi veritatis hoſtis hanc tam ſolidam, tam firmam ſtructuram repudiabit? Dicimus itaque, ſi de ſingulis tribus, Patre, Filio & Spiritu ſancto, hinc demonſtretur, ſingulos eſſe Deum, neceſſe eſt ut ſint unus Deus, vi principii primi. Non igitur mirum eſt, quòd eadem numero ſubſtantia ſit Dei, qui è cœlo loquitur, inde minimè deſcendens; & ejus, qui in Iordane baptizatur, veri hominis; & denique ejus rei (balbutiamus cum adverſario) quæ eſt Spiritus ſanctus. At Spiritum ſanctum eſſe Deum illum, ſi ſubſtantia ſit, paulo antè evicimus. Eſſe autem ſubſtantiam: mox patebit. Priùs ipſi ſatis faciamus.* Eſſentia, *inquit*, Patris & Filii non deſcendit, nec formam
illam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

illam corpoream aſſumſit. Eſſentia Spiritûs ſancti utrumque fecit. Quare eſſentia Spiritus ſancti non eſt eſſentia Patris & Filii. *Hîc ſyllogiſmus quia ſophiſticâ ambiguitate nititur, ejus partes priùs ſunt diſtinguendæ; poſtea directè ſolvendus. Notandum igitur eſt primò, Deſcenſum alium eſſe localem, & propriè dictum, alium virtualem, & impropriè dictum.* Ille *eſt motus, quo ſubſtantia finita fertur ex loco ſuperiori in inferiorem.* Hic *eſt operatio, quâ ſubſtantia incipit vires ſuas exercere in loco inferiori, quæ ante ſe exſerebat in ſuperiori: Deſcenſus localis, quia tantùm rei finitæ competit, Spiritui ſancto, ut pote infinito, convenire nequit. Itaque nec eſſentia, nec perſona Spiritûs ſancti deſcendit localiter. Deinde formæ illius corporeæ aſſumtio conſideranda eſt, quâ actio, & quà unio. Quà unio, in illâ occurrit ſpecialis quædam relatio ad ſuum terminum. Iam diſtinctè reſpondeamus ad ſyllogiſmum. Et primò quidem ad minorem. Negamus primò: Eſſentiam Spiritûs ſancti deſcendiſſe localiter. Negamus ſecundò, quòd eſſentia Spiritûs ſancti aſſumſerit formam illam corpoream, quatenus dicit terminationem. Ad majorem: Eam negamus ſimpliciter intellectam. Dicimus igitur: Etſi eſſentia Patris & Filii, qua eſſentia Patris & Filii, neque deſcenderit, neque aſſumſerit formam illam corpoream, tamen eadem eſſentia, quæ eſt Patris & Filii, utrumque fecit, quatenus eſt eſſentia Spiritûs ſancti. Conſtat igitur ſyllogiſmus quatuor terminis: & accuratè loquendo non hæc competunt eſſentiæ quâ tali, ſed competunt perſonæ. Etſi autem, cùm perſona Spiritûs ſancti deſcendit, & formam aliquam aſſumſit, etiam eſſentia ejus id faciat, tamen id facit non ſimpliciter quà eſſentia ſeu ſubſtantia per ſe ſubſiſtens eſt, ſed*

prà dicta ſunt, partim paulo pòſt dicentur. Illi igitur qui hujuſmodi Trinitatem confinxerunt, aut ab aliis confictam defendunt, ad Iordanem ad huc relegandi ſunt, ut Trinitatem veram velut è propinquo ſpectent, & rectiùs diſcant agnoſcere. Arianos quidem eodem ablegare nos jure poſſumus; utpote qui Dei Filium ſpiritum quendam inviſibilem ante mundi creationem à Deo productum ſtatuunt: ſed adverſarii noſtri, qui homouſion defendunt, tantum abeſt, ut id jure facere poſſint, ut Ariani potiùs eos illò poſſint ablegare. Minùs enim Arianorum dogma iſti hiſtoriæ adverſatur, quàm Homouſianorum. Verùm nos hoc loco non omnia, quæ dici poſſent, urgebimus; ſed id tantùm, quod de Spiritu ſancto ſcribitur; ut telum, quo in nos adverſarii pugnant, iis non tantùm extorqueamus, ſed etiam in illos retorqueamus. Vrgent illi, Spiritum ſanctum & deſcendiſſe, & in forma corporea, nempe columbina, apparuiſſe. Inde enim ſequi, Spiritum ſanctum ſubſtantiam quandam eſſe, non qualitatem. ſubſtantiarum enim, & quidem primarum tantùm, eſſe deſcendere, & formas ſpeciéſve aſſumere ac ſuſtinere. ſimul autem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tem apparere ajunt, Spiritum Sanctum eſſe ſubſtantiam ejuſmodi, quæ à Patre & Filio realiter ſit diſtincta. Neque enim Patrem & Filium de cœlo deſcendiſſe, aut formam illam corpoream aſſumſiſſe. Suppoſitum ergo eſſe Spiritum ſanctum, ac porrò, quia intelligens etiam ſit, (eum enim dici ſcrutari omnia, etiam profunda Dei, & ſcire ea, quæ ſunt Dei, aliaque ſimilia intelligentium propria de eo pronunciari) etiam perſonam eſſe. Suppoſitum enim intelligens omne perſonam eſſe: cùm ea ſit perſonæ definitio. Tanto apparatu opus eſt, ut Spiritus ſancti perſona hinc exſtruatur, quam nos unà cum duabus cæteris apud Iordanem viſuros eſſe pollicebantur. Neque enim Trinitas adverſariorum cerni poteſt, niſi tres perſonæ cernantur, & quidem ita, ut perſonas eſſe appareat. Quid ad illorum hanc argumentationem reſpondendum ſit, paulo pòſt indicabitur. Nunc id, quod propoſuimus, agamus, ut aſſumtis iis, quæ partim in ſacra illa hiſtoria leguntur, partim ab adverſariis aſſeruntur, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe demonſtremus. Aſſerunt illi, ſi Spiritus ſanctus Deus ille ſummus ſit, eum ejuſdem cum Patre eſſentiæ eſſe omnino debere; quin etiam cum Filio. Alioqui vel duos pluresve Deos ſummos fore; vel Patrem, aut Filium, quem ii pro ſummo Deo habent, Deum ſummum non fore. Atqui ex hac Spiritûs ſancti apparitione patet, aliam Spiritûs ſancti, aliam Patris & Filii eſſentiam eſſe. Etenim eſſentia Patris & Filii de cœlo tunc, cùm Chriſtus fuiſſet baptizatus, non deſcendit, nec formam illam corpoream aſſumſit. Eſſentia Spiritûs ſancti; ut ex ipſorum adverſariorum ſententia liquet, utrumque fecit. Quare eſſentia Spiritûs ſancti non eſt eſſentia Patris aut Filii, ſed aliam hanc, aliam illam eſſe, neceſſe eſt. Neque verò eſt, quòd dicant, non eſſentiam, ſed

ſed quâ eſſentiâ Spiritûs ſancti eſt, ſeu quâ ſic ſubſiſtit. Et licèt perſona Spiritûs ſancti ſit ipſa divina eſſentia, tamen non quicquid ipſa divina eſſentia eſt, id etiam eſt perſona Spiritûs ſancti. Et quamvis divina perſona poſſit dici eſſe in eſſentia divina, tanquam modus in re ſua quam modificat; eſt tamen perſona ſeu ſuppoſitum. Quia ille modus ineſſendi, ut loquuntur, non repugnat perſonæ: ſicut nec ille inexiſtendi modus, quo una perſona eſt in altera.

Brevior autem via nimis eſt ſalebroſa, & in avia abducit. Neque enim Spiritus loco motus fuit, vel è cœlo ita deſcendit ut in cœlo non manſerit: ſed tantùm deſcendit deſcenſu virtuali. Nec Spiritûs ſancti accidens fuit ſpecies illa corporea, nec deſcenſus ille fuit Spiritûs ſancti accidens; ſed actio perſonalis qua ſingulariter operatus fuit circa illam ſpeciem, ſubſtantialem vel accidentalem; illaque operatione ſingularem ſuum in Chriſto operationem expreſſit, ac repræſentavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſed perſonam Spiritûs ſancti utrumque illud feciſſe. Nam primum, omnis perſona ſubſtantia eſt; ſubſtantia autem eſſentia eſt per ſe ſubſiſtens. Quare cujus perſona deſcendit, & formam aliquam aſſumit, ejus etiam eſſentia id facit. Deinde an non ipſi, ut vidimus, urgent, id, quod deſcendit, ac formam ſuſtinet, neceſſariò ſubſtantiam eſſe? Subſtantia autem Spiritûs ſancti nihil aliud eſt, quàm ipſius eſſentia: & apud adverſarios perinde eſt dicere, eandem eſſe perſonarum divinarum eſſentiam, & eandem ſubſtantiam, nempe quia omnis ſubſtantia eſſentia eſt. Eſſentiam ergo Spiritûs ſancti deſcendiſſe oportet. Et etiamſi tandem perſona in divinis non eſſet ipſa ſubſtantia aut eſſentia, ſed aliquid in eſſentia, quod tamen impoſſibile eſt, (naturæ enim ſuppoſiti, ac porrò etiam perſonæ repugnat, ineſſe in altero (non poſſet tamen ea, aut deſcendere, aut formam aſſumere, quin idem faceret ipſius ſubſtantia, in qua ultimò omnia accidentia inſunt, & veluti conquieſcunt.

Deinde, alia etiam breviori via ex eo, quòd Spiritus ſanctus è cœlo ſuper Chriſtum deſcenderit, idque in forma ſeu ſpecie corporea, oſtendere poſſumus, eum Deum illum ſummum non eſſe. Etenim Deus ille ſummus loco non movetur, ac porrò nec è cœlo deſcendit. In Deum etiam ſummum, ex adverſariorum ſententia, nullum cadit accidens. Accidens autem fuit ſpecies illa corporea, in qua Spiritus ſanctus deſcendit, uti & ipſe ille deſcenſus.

Defenſio Reſponſionis.

SIve enim corpus quoddam verum ſpecie columbinâ è cœlo deſcenderit, ſive ſpecies tantùm columbæ deſcendentis videntium oculis objecta fuerit, quæ ſymbolum ſui præſentiæ & operationis Spiritûs ſancti, replentis Chriſtum donis, ad fungendum munere Prophetico neceſſariis: clariſſimè tamen hinc oſtenditur, Spiritum ſanctum eſſe rem per ſe ſubſiſtentem, ac porrò, ut paulò antè monſtravimus, ſuppoſitum. Quamvis enim qualitates & dona ſpiritualia dicantur *Iac.* 1. 17. deſcendere cœlo: tamen nulla qualitas ſpiritualis poteſt dici deſcendere è cœlo ſpecie corporali, & quidem ita ut ille

Defenſio Argumenti.

HOc animadvertentes adverſarij nonnulli, ita rem explicant, ut ſatis appareat, eos nec deſcenſum propriè dictum Spiritui ſancto tribuere; nec velle, eum ſpeciem illam corpoream in ſe recepiſſe; ſed vel corpus quoddam verum ſpecie columbina è cœlo deſcendiſſe, vel ſpeciem tantùm columbæ deſcendentis videntium oculis fuiſſe objectam, quæ ſymbolum eſſet præſentiæ & operationis Spiritûs ſancti, replentis Chriſtum donis, ad fungendum munere Prophetico neceſſariis. Hoc ve*rò ſi ita eſt, quomodo hinc oſtende-*

tur, Spiritum ſanctum eſſe rem per ſe ſubſiſtentem; ac porrò ſuppoſitum, perſonámque à Patre & Filio realiter diſtinctam? ſiquidem nec propriè deſcendit in Chriſtum, nec formam illam ſuſtinuit: ſed vel objecta tantùm fuit videntium oculis ſpecies corporis, cùm revera corpus nullum eſſet; vel, ut doctiſſimorum quorundam adverſariorum [a] *fert ſententia, verum corpus, quod deſcendit, ſpeciem illam ſuſtinuit. Atqui & res, quæ non modo perſonæ non ſunt, ſed ne ſubſtantiæ quidem, deſcendere de cœlo impropriè dici poſſunt, & inter alios Iacobus* [b] *ait:* Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum (*h. e. ex cœlo*) eſt, deſcendens à Patre luminum. *Eædem autem externa quadam ſpecie adumbrari, & hominum oculis objici poſſunt, quemadmodum præter alia docet id, quod in Actis* [c] *de prima illa Spiritûs ſancti in Chriſti diſcipulos effuſione legimus. Linguæ enim illæ diverſæ nónne linguarum diverſarum facultatem, diſcipulis Chriſti per Spiritum ſanctum dandam expreſſerunt? Nihil antem prohibet, quominus eædem moveri viderentur. Quot rerum hujuſmodi ſpecies, nunc externis, nunc internis Prophetarum ſenſibus videmus objectas? nihil ergo hinc, ſi ita res explicetur, excerpi poterit, quod ad ſuppoſitum Spiritûs ſancti, nedum ad perſonam ejus probandam pertineat. Deinde etiamſi*

illa

a Vide Maldonatum & Auguſtinum ab eo citatum.

b Iac. 1. 17.

c Act. 2. 3.

ille deſcenſus ſit conjunctus cum cujuſdam rei locali motu. Linguæ autem igneæ *Act.* 2. 3. non erant tam ſymbolum facultatis diverſarum linguarum, quàm ipſius Spiritus ſancti. Itaque æquè hinc probatur, Spiritum ſanctum eſſe ſubſtantiam. Et licèt rerum ejusmodi ſpiritualium ſpecies, nunc internis, nunc internis Prophetarum ſenſibus objectæ fuiſſent, nihil tamen proficeret adverſarius. Longè enim aliud eſt, ſpecie aliquâ externâ aliquid repræſentari: aliud, ſpecie corporali aliquid videri deſcendere ex cœlo in hominem aliquem, ac ſuper eo manere. Nam illud etiam rei nondum exiſtenti convenire poteſt: at hoc non niſi illi poteſt competere, quæ primò re ipsâ in cœlo exſtitit; deinde, quæ exiſtit poſtea in loco inferiori; tertiò, quæ illam ſpeciem ſibi habet unitam, ita ut illam ſpeciem aſſumat; quartò, quæ illam ſpeciem, ſalvâ ſuâ eſſentiâ ac pefectione, poteſt deponere. Quæ omnia, præſertim ſimul juncta, luce meridianâ clariùs evincunt, illam rem eſſe ſubſtantiam. Præterea licèt divina eſſentia ſit ſubſtantia ſingularis, eademque æquè Patri, ac Filio, ac Spiritui ſancto competat, non tamen æquè iis competit hic deſcenſus. Nam non competit ille eſſentiæ quâ eſſentia eſt, vel etiam quâ ſubſtantia ſingularis eſt: ſed quâ talis perſonæ, ſcilicet Spiritûs ſancti, eſſentia eſt. Non tamen ideo quæcunque operatio æquè communis eſt: quia hæc ſingulariſſima Dei eſſentia tribus, reverâ diſtinctis, perſonis eſt communis. Itaque nec tres Dii ſtatuendi, nec Spiritus ſanctus ſummâ ſuâ Deitate ſpoliandus eſt.

Quomo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Quomodo autem Spiritus ſanctus, ſi tantùm virtus & efficacia divina eſt, non verò ſuppoſitum aut perſona, in ſpecie corporeâ è cœlo deſcendere potuerit, huc maximè pertinet. Hic enim eſt ſcrupulus ille, quem adverſarius nulli rectè judicanti eximet. Etſi enim qualitates unà cum ſuis ſubjectis, atque adeò in illis moveri queant, tamen hæc de Spiritu ſancto fingere abſurdiſſimum eſt. Etenim Spiritus ſanctus, ipſis adverſariis neceſſariò fatentibus, ſaltem eſt ſpiritualis & divina qualitas. Ergò neceſſariò eſt in Spirituali ſubjecto. Cùm enim qualitas ſit accidens, & omne accidens ſuo ſubjecto inhæreat, imò ipſa inhæſio ad accidentis eſſentiam faciat, eo ipſo, quo corporeo ſubjecto inhæret, corporea evadit, adeòque Spiritualis eſſe deſinit; id eſt, perit. Deinde cùm intima Spiritûs ſancti perfectio & formalis, ut Philoſophi loquuntur, effectus ſit, naturam intelligentem perficere, quid aget in illo, quod adverſarius fingit, vehiculo? Præterea ridiculum eſt, fingere, quòd qualitas aliqua ex uno ſubjecto migret in aliud: eo ipſo enim quo primum ſubjectum deſerit, perit. Ergò Spiritus ſanctus cùm in Chriſto eſſe cœpit aut deſeruit illud vehiculum, & ſic periit: aut unà cum illo vehiculo in Chriſto hæſit & manſit: quo neſcio an aliquid putidius excogitari queat. Denique quâ fronte audet dicere, quòd, ſi illud ſubjectum ſpeciem quandam habeat, quæ de illâ qualitate, quæ vehitur, dici poſſit, in tali vel tali ſpecie deſcendat? Hæc omnia tam ſunt frigida ac inepta, ut meritò dicat: ſe de his, ſi Deus voluerit, *illa omnia figuratè de Spiritu ſancto velint accipi; nihilominus tamen iis ſtatuendum eſt, hîc adumbratam fuiſſe ſingularem quandam operationem Spiritûs ſancti, non Patris, aut Filii; ſaltem non æquè. Cur enim aliàs non diceretur Pater & Filius etiam deſcendiſſe in forma corporea? At ſi Spiritûs ſancti eadem foret eſſentia, quæ Patris & Filii; non minùs horum, quàm illius operatio, ſpecie ac deſcenſu illo fuiſſet expreſſa; & ſic non minus Pater & Filius, quàm Spiritus ſanctus, in ſpecie corporea deſcendiſſe dicendus eſſet. Etenim ejuſmodi operatio ipſius ſubſtantiæ eſt ſingularis, vim omnem operandi in ſe habentis. Hæc ergo cum ponatur in tribus illis perſonis eadem; eadem quoque omnibus illis perſonis peræquè tribuenda operatio. Hoc cùm non fiat, ſequitur, aliam eſſe Spiritûs ſancti, aliam Patris & Filii eſſentiam; ac porrò, niſi aut plures Deos introducere, aut Patrem ſummum Deum negare velint adverſarii, Spiritum ſanctum Deum ſummum non eſſe, agnoſcere coguntur.*

Sed quomodo tamen inquies, Spiritui ſancto conveniunt, in ſpecie corporea è cœlo deſcendere, ſi virtus tantùm & efficacia divina eſt, non ſuppoſitum, aut perſona? Hoc quanquam ad id, quod nunc agimus, propriè non pertinet; tamen, ne quis ſcrupulus reſtet, breviter explicabimus. Primùm jam vidimus, quoſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dam ex adverſariis, vi ſententiæ ſuæ coactos ſtatuere; illa de Spiritu ſancto proprie non dici; ſed ſpeciem illam corpoream, ejusque è cœlo deſcenſum, ſymbolum tantùm fuiſſe externum Spiritûs ſancti, Chriſtum donis ſuis complentis: quod idem cur de divina efficacia dici non poſſit, cauſſa eſt nulla. Deinde ſi omnino velimus, illa de Spiritu ſancto propriè dici; intelligendum eſt, quod ad deſcenſum motumque illum attinet, qualitates unà cum ſuis ſubjectis, atque adeò in illis moveri. Quare & efficacia divina, ſi in homine exiſtere, & in eo, ſeu unà cum eo moveri poteſt, etiam in re alia, quam Deus ad eam deferendam adhibere velit, è cœlo poteſt deſcendere. Neque verò Deo conveniens deeſt ac dignum iſta efficacia, ut ita dicam, vehiculum. Quòd verò ad ſpeciem attinet; ſi ſubjectum efficaciæ illius, ſpeciem quandam habeat, præſertim talem, quæ efficaciæ latentis ſit indicium ac ſymbolum; nihil planè prohibet, quominus dicatur, virtutem illam in ſpecie aut cum ſpecie iſta deſcendere. Sed de his, ſi Deus voluerit, aliàs pluribus agemus. Illud hic obſervari adhuc volumus; etiamſi ſcribatur, Spiritum ſanctum in forma corporea tunc ſuper Chriſtum deſcendiſſe, & facile intelligi queat, id quod vulgò omnes ſentire videntur, eundem in forma quadam corporea die Pentecoſtes apparuiſſe; eum tamen nec hîc, nec alibi uſpiam dici in ſpecie ac forma perſonæ alicujus apparuiſſe; quemadmodum de Patre ac Chriſto, cûm in certa forma apparuerunt, itemque de Angelis, legimus. Quòd ſi Spiritus ſanctus perſona eſſet, cur non & ipſe in perſonæ ſpecie apparuiſſet? Nam ſive columbæ illam ſpeciem fuiſſe velis, in qua ſuper Chriſtum deſcendit, ut vulgò omnes contendunt, ſive aliquam aliam; id certum eſt, perſonæ eam formam non fuiſſe. Neque enim vel ignis, vel columba perſona eſt: cùm perſona non ſit, niſi intellectu prædita ſubſtantia. Quòd verò Spiritum ſanctum intellectu præditum eſſe, ex illis Apoſtoli verbis evincere conantur, quibus aſſeritur, eum ſcrutari aut ſcire, id præcedenti capite refutatum eſt.

voluerit, aliàs pluribus, utinam addidiſſet, & melius, acturum. Quod verò Spiritus ſanctus non in perſonæ ſpecie deſcenderit, licèt perſona ſit, cauſa non eſt una. Nam primò nunquam Pater, vel Filius, vel Angelus ſuper aliquam perſonam deſcendiſſe viſus eſt. Quare ut ſingularis hæc unio, inhabitatio ac repletio exprimeretur, omnino rei, non perſonæ ſpecies requirebatur, Deinde ſalutis œconomia non ferebat, ut ſe ante ſuum ſeculum in perſonæ ſpecie Spiritus ſanctus manifeſtaret. Nec ita fuiſſet cognitus, facilè enim non ſolùm à populo, verùm etiam à Iohanne Baptiſtâ pro Angelo haberi potuiſſet. Deſcendit igitur in ejusmodi ſpecie, quæ fidelibus in mentem revocaret, hunc eſſe illum qui *Gen.* 1. 2. ſuâ incubatione Mundum foverat, ac expoliverat, quique Mariæ ſanctiſſimæ virgini inumbraverat. Ipſum verò intellectu præditum eſſe vel ex paulò antè dictis clariſſimè apparet.

BISTER-

BISTERFELDII CAP. XVI.

Reſponſio ad Concluſionem libri primi; in quâ oſtenditur, quòd myſterium Trinitatis ſolide in Scripturis demonſtretur: quòdque argumenta à ratione petita non rejiciamus, ſed refutemus.

Quomodo oſtenderit adverſarius, nec Chriſtum, nec Spiritum ſanctum eſſe Deum illum ſupremum, ſatis, ni fallor, apparuit: jam diſpiciamus, quàm falsò Scripturarum de eo ſilentium fingat. Fatemur quidem, hoc dogma eſſe ſcitu ſimpliciter neceſſarium, corruptæ rationi humanæ creditu difficile, longiſſimè denique humani ingenii captum ſuperare: verùm id non ſatis clarè, non ſatis crebrò, non denique ſatis diligenter in ſacris literis inculcatum fuiſſe negamus. Quin longè quoque major Chriſti & Apoſtolorum intelligentia, diligentia, & eloquentia, quàm ullius Patris fuerit, quis Chriſtianorum dubitat? Verùm illi divino ſtylo uſi ſunt, hi humano: adeòque ſacrarum literarum doctrinam ejusmodi verbis expreſſerunt, qualia adverſariorum importunitas poſtulabat. Divini autem ſcriptores ſcripta ſua ita temperarunt, ut eſſent quidem potentia Dei ad ſalutem cuivis credenti, ſed & odor mortis ad mortem indocilibus, parumque ſtabilibus. Neque enim conſilio Dei congruiſſet ille docendi modus, quem adverſarius Spiritui ſancto præſcribit. Tantum abeſt, ut nihil iis, quæ ex Athanaſio citat, in univerſo ſacrarum literarum codice ſimile reperiatur, ut ex prima verborum Scripturæ conſideratione hæc omnia ſpontè fluant. Noſtri tamen inſtituti non eſt, pietatis Myſterium probare, ſed tantùm defendere: ſuo tempore, prius illud, Deo benedicente, à nobis fiet. Quamvis autem adverſarii argumentum ſatis ſpecioſum videatur,

CRELLII CAP. XVI.

Concluſio libri primi, in qua oſtenditur, adverſariorum de Trinitate ſententiam ipſo ſacrarum literarum ſilentio refutari; nec quicquam prohibere, quominus ea argumentis à ratione petitis oppungetur.

Satis adhuc ex ſacris literis oſtendimus, non Chriſtum, non Spiritum ſanctum, ſed ſolum Patrem Deum illum ſupremum eſſe; Deumque ſummum, ut eſſentia, ita & perſona unum eſſe, non, ut vulgò creditur, perſonarum ratione trinum, quod dogma, etiamſi tot aliæ, quas produximus, rationes abeſſent, ſolo ſacrarum literarum ſilentio refelleretur. Eſtne enim credibile, Chriſtum & Apoſtolos, ut Prophetas nunc prætercam, rem, quemadmodum vulgò creditur, & dogmatis illius ratio fert, ſcitu tam neceſſariam, creditu tam difficilem, & omnem humani ingenii captum longiſſimè ſuperantem, tacituros fuiſſe? Nonne res ipſa docet, eos, quanto eſſet dogma illud, & ſcitu magis neceſſarium, & perceptu difficilius, tanto id clariùs fuiſſe propoſituros; & tanto crebrius, tantóque diligentiùs inculcaturos? Cogit id credere eorum in cæteris re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bus, haud paulò minoribus, & perceptu facilioribus, diligentia; cogit eorumdem erga ſalutem generis humani ſtudium, vel potiùs ardor; cogit denique id, quod ſuſceperunt ac ſuſtinuerunt, officium. Num Chriſto Servatori noſtro, num Apoſtolis, aliiſque divinis viris, minùs putabimus curæ fuiſſe ſalutem hominum, quàm iis, qui aut olim tanto conatu dogma illud, tanquam proram ac puppim ſalutis noſtræ defenderunt, aut hodie tuentur? Num illis aut intelligentia iſtius, quod vulgò adorant, myſterii minor fuit, aut verba, quibus id deſcriberent, defuerunt? Clariùs id exprimere potuit Athanaſius in ſymbolo ſuo, quàm Chriſtus, quàm Apoſtoli? *Quicunque*, inquit, *vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat Catholicam fidem, quam niſi quis integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit. Fides autem Catholica hæc eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur: neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia enim eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritûs ſancti. Sed Patris & Filii & Spiritûs ſancti una eſt divinitas, æqualis gloria, coæterna majeſtas.* &c. Quid, quæſo, iis in univerſo ſacrarum literarum

codice

videatur, & omnino quemvis pium movere deberet, ſi verum eſſet: cùm fide divina nihil omnino credendum ſit, quin firmiſſimè ex Scriptura demonſtretur: attamen ita comparatum eſt, ut religionem Chriſtianam funditus evertat. Etenim cùm Orthodoxi ſacroſanctum Trinitatis myſterium ſaltem tam clarè ex ſacris literis demonſtrent, quàm clarè Chriſtus & Apoſtoli ſuam doctrinam ex. V. T. probarunt, quis non videt, ſi noſtris demonſtrationibus fides habenda non ſit, quin etiam Chriſti & Apoſtolorum probationes tanquam infirmæ jure merito rejiciantur? At tam clarè, imò clariùs, à noſtris fidei myſteria ex V. & N. T. demonſtrari, quàm Chriſtus & Apoſtoli ſuam doctrinam ex V. T. probarunt, cuilibet accuratam locorum analyſin, ac collationem inſtituenti clariſſimè patebit. Atque ut à communioribus incipiam, perpendamus, quid Apoſtolus Paulus dicat Act. 26. v. 22. 33. Sed auxilium, *inquit*, quod eſt à Deo, nactus perſtiti in hunc uſque diem, teſtificans iſta tùm parvis tùm magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ, ac Moſes futura prædixerunt. *Iam præcipua quædam capita ſubjungit. Nempe* Chriſtum fuiſſe paſſurum, ac primum ex reſurrectione mortuorum lucem annunciaturum huic populo. *Si firmæ conſequentiæ, variorum-locorum collatio, prout vult adverſarius, irridendæ ſunt, demonſtret is quæſo univerſam Pauli doctrinam ex Prophetis, & Moſe. Sed faciet hoc ipſe, ipſiusque aſſeclæ ad Calendas Græcas: cùm reſurrectionem mortuorum in V. T. prorſus ignotam fuiſſe multis urgeant. Neque doctis tantùm Paulus legitimas conſequentias propoſuit, ſed etiam indoctis; Dicit enim,* teſtificans tùm parvis, tùm magnis. *Atque ut luce meridiana clarius eluceſcat,*

Paulum

Paulum conſequentiis, & quidem ſatis operoſis, uſum fuiſſe, conſideremus illud quod Act. 17. 2. 3. *legimus.* Paulus autem, ſicut conſueverat, introivit ad eos, & per ſabbatha tria diſſeruit, διελέγετο, *id eſt,* diſputavit, cum eis ex ſcripturis. Explicans, & ob oculos ponens, oportuiſſe Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis: & hunc eſſe Chriſtum, nempe Ieſum, quem ego, inquit, annuntio vobis. *Hic primò audimus quòd Paulus ita facere conſueverit: unde patet, quòd non ſemel atque iterum, ſed quòd ſæpiſſimè hoc diſſerendi modo uſus fuerit. Deinde quòd non uno die, ſed tribus ſabbathis cum ipſis diſputarit. Vnde haud obſcurè colligitur, quòd non tantùm loca clariſſima attulerit, ſed etiam obſcuriora: quòdque non tantùm formalia verba citarit, verùm etiam inde ratiocinatus ſit: id quod diſerexprimit vox* διανοίγων, explicans *ſeu* aperiens. *At ſi, ut iniquè adverſarii à nobis poſtulant, ſemper clara ac dilucida explicatio, eaque non ſemel repetita, omninò oſtendenda fuit, quorſum opus fuit explicatione? Quamvis autem ob auditorum vel infidelitatem, vel ignorantiam loca dubia ac obſcura produxerit, ea tamen ita tractavit, ut Spiritus ſanctus de eo teſtetur, quòd* ipſis omnia ob oculos poſuerit, παρατιθέμενος. *Si ipſis ob oculos ea poſuit, utique tam clare ea propoſuit & demonſtravit, ut ſine ſingulari pertinacia ea negare non potuerint. Sed quid quæſo ita demonſtravit? Res profectò creditu ut ſimpliciter neceſſarias, ita etiam difficillimas, & humanum captum longiſſime ſuperantes: nimirùm,* quòd Chriſtum pati oportuerit, & reſurgere ex mortuis. *Atque ut hæc, aliaque quæ in iis continentur, taceam, quòd operoſiſſima locorum collatione, variisque conſequentiis, uſus fuerit,* hinc

codice ſimile? Non refutabimus nunc eorum errorem, qui in ſacris literis non omnia ad ſalutem neceſſaria contineri credunt, quod præſtitum eſt à noſtris [a] alibi. Id tantùm dicimus, utut aliqua, etiam ad ſalutem neceſſaria dogmata, in ſacris literis non continerentur, hoc tamen, quod aliorum caput, ac veluti fundamentum ab iis conſtituitur, perſpicuè non contineri, prorſus incredibile cenſendum eſſe. Verùm his nunc miſſis, cum illis agamus, qui omnia, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ſacrorum voluminum ambitu comprehendi agnoſcunt & urgent. Quam illi rationem afferent, cur id dogma apertè in ſacris literis non contineatur? Ajunt non pauci, licèt id expreſſe in illis non comprehendatur, legitimâ tamen conſequentia deduci ex iis poſſe. Atqui, ut alia nunc mittam, in re tam difficili, à captu noſtro tam remota, tam neceſſaria, non ſolas conſequentias, ſed claram ac dilucidam explicationem, eamque non ſemel repetitam, omnino oſtendendam eſſe, paulo antè docuimus; præſertim quia homines ſimplices, quibus æquè Deus ſalutis viam patere voluit: ne dicam magis, quàm

[a] Vide Iohan. Volkelium l. 5. de vera Relig. cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quàm doctis & ingenioſis, conſequentias illas non intelligunt: ac præterea non in conſequentiæ tantùm ratione, ſed etiam in ipſius ſententiæ vi percipienda illis laborandum eſt, quæ vix à doctis percipitur: ſi modò id percipi poteſt, quod ſecum ipſo pugnat. Quin, ſi vera illi loquuntur, qui Trinitatis dogma ad fidem catholicam, ſine qua nemo ſalvus eſſe queat, vel inprimis pertinere dictitant, hominibus rudioribus de ſalute deſperandum eſt. Etenim ſi credere eſt, non verba tantùm ore proferre, ſed animo ſententiam complecti, ac firmiter tenere: quotuſquiſque eſt ſimpliciorum, qui dogmati illi credat? Etenim ſi ſententiam ejus dogmatis animo quiſpiam complecti velit, neceſſe eſt, ut inter eſſentiam & perſonam divinam diſtinguat. Nam niſi diſtinguat, vel unam tantùm perſonam divinam re ipſa credet, ut unam eſſentiam: vel tres eſſentias, & ſic tres Deos, non minùs, quàm tres perſonas divinas, ſtatuet. quorum utrumque ex adverſariorum ſententia ſalute hominem privat. At quotuſquiſque eſt, qui perſonam divinam ab eſſentia nôrit diſtinguere, & tres perſonas ita concipiat, ut tres ſubſtantias per ſe ſubſiſtentes

hinc evidentiſſimum eſt, quod non tantùm generalia ſeu theſes, ſed etiam ſpecialiſſima ſeu hypotheſin, hunc ſcilicet Ieſum eſſe illum Chriſtum, demonſtraverit; quod ſine plurimorum locorum ac circumſtantiarum concurſu fieri non potuit. Sed apud quos ejusmodi demonſtrationibus uſus fuit? Primò apud pertinaciſſimos Iudæos: qui proculdubio ipſi ratiocinationis defectum & obſcuritatem objeciſſent, niſi ejus evidentia confuſi fuiſſent. Deinde apud Græcos, homines in cognitione Dei ac ſalutis minime verſatos. Imò apud mulieres quoque; ut omnes pii intelligerent: Summa quæque religionis Myſteria non minùs recte ſimpliciſſimis hominibus, quàm doctis ac ingenioſis per conſequentias oſtendi ac demonſtrari. Quo verò ſucceſſu? Illo, ut quidam perſuaſi ſint, invidi verò ac increduli Iudæi magis ac magis irritati ac excæcati fuerint. Quare ne noſtris vitio vertant adverſarii, quod ipſi quibusdam affectibus impediti lucem, quam Scripturarum conjunctio ſuaviſſimam ſpargit, percipere nequeant: neque pia ingenia terreantur, ſi demonſtrationes Apoſtolicas à quibusdam irrideri videant. Iam confirmemus reſponſionem noſtram exemplo Chriſti: quod extat Matt. 22. 23. & ſeq. Marci. 12. 18. & ſeq. & Lucæ. 20. 27. *Hîc profecto Chriſtus demonſtravit rem creditu difficillimam, & ſcitu ſumme neceſſariam. Etenim ſi nulla reſurrectionis ſpes ſupereſt, nulla quoque ſpes locum habet: cùm ſpes ſit futurorum, non præſentium. Et quid aliud fuit veterum religio quam purus putus Epicureiſmus, ſi omnis ipſorum felicitas in hujus vitæ voluptatibus conſtitit? At adeò variis, ac, ut videtur, obſcuris conſequentiis Chriſtus hîc uſus fuit, ut quidam vel profani, vel ſtupidi, omnisque veræ Logicæ ignari tenebriones palàm profiteri auſi ſint, ſe non videre, quomodo Chri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Chriſtus firmiter ſuam ſententiam probet. Sed nos miſſis his vel impuris nebulonibus, vel ineptis aſinis, audiamus quid Chriſtus & Euangeliſtæ dicant. Primo dicit Erratis neſcientes, *ſeu ideo* quòd neſcitis Scripturas, & potentiam Dei. *Hîc duas lacunas, omnium in religione errorum fontes, indicat Chriſtus; quibus ni immerſi eſſent adverſarii, non ita, Sadducæorum more, diſputarent. Nam univerſus Socinianiſmus vel ex Scripturæ, vel ex divinæ perfectionis ignorantiâ proficiſcitur. Ex his autem verbis clariſſimè diſcimus, quòd Scriptura multa doceat, quæ iiſdem verbis in eâ non exſtant. Quibus enim ignoratis Scriptura ignoratur, ea à Scripturâ & in Scripturâ doceri neceſſe eſt. At ignoratâ reſurrectione mortuorum, Scriptura V. T. ignoratur: quam tamen nullibi diſertis verbis, vel ſaltem in hoc loco à Chriſto allegato, exprimit. Sed pergit Chriſtus, longéque clariùs hoc docet.* De reſurrectione verò mortuorum non legiſtis, quod vobis dictum eſt à Deo, dicente? *Hîc apertiſſimè teſtatur Chriſtus, quòd ipſemet Deus reſurrectionem docuerit. At ne verbum quidem de reſurrectione occurrit: ſed omnia conſequentiis elicienda ſunt. Clariſſimum eſt igitur, ea non minùs in Scripturâ doceri, quæ conſequentiis inde deducuntur, quàm quæ totidem verbis in eâ proponuntur: ac planè futile eſſe illud adverſarii de Scripturæ ſilentio figmentum. Præterea ſi Sadducæi reſurrectionem negantes errârunt, utique ea in Scripturis tradita fuit. Imò Chriſtus ipſis ſtuporem exprobrat, dum* Marci 12. 26. *eos ita adloquitur;* De mortuis verò, quòd reſurgant, an non legiſtis in libro Moſis? *quaſi diceret: Tam perſpicuè ac firmiter reſurrectio in Moſe docetur, ut vos, qui eam negatis, ne legiſſe quidem Moſen*

ſtentes ſibi ſimul non imaginetur? Subtilem ſanè eſſe oportet, & miram de perſona ſententiam tenere, qui aliter faciat. Quid ergo rudioribus fiet, pro quibus æquè mortuus eſt Chriſtus? Sed demus, id dogma à rudioribus percipi poſſe: an non clara, crebra ac diligenti ejus rei explicatione illis eſt opus? Vbi autem rei tam abſtruſæ explicationem potiſſimùm quæremus? Nonne in ſacris literis? Itaque ſi perſpicua hujus rei explicatio ne ſemel quidem in illis continetur: concludendum eſt, dogma illud falſum eſſe, & ne conſequentiâ quidem legitimâ ex ſacris literis exſtrui poſſe. Non repudiamus ergo conſecutiones legitimas, quibus & ipſi libenter utimur: ſed in hujuſmodi dogmate, quale id eſt, de quo diſputamus, niſi perſpicua ſimul & aperta ejus explicatio proferri poſſit, conſequentias legitimas nullas eſſe, jure ſtatuimus.

Ajunt alii, non tantùm legitimis conſecutionibus id dogma ex ſacris literis elici poſſe, ſed re ipſa etiam in iis contineri. Utut enim Trinitatis vox in illis non extet, extare tamen ejus ſententiam. Neque verò nos requirimus, ut ipſum Trinitatis nomen oſtendant: ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rem ac ſententiam, quam eo nomine vulgò comprehendunt, clarè ac perſpicuè expreſſam. Illud, inquam, requirimus, ut oſtendant, ubi ſcriptum ſit, Deum eſſe unum eſſentiâ, trinum perſonis. Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, nempe ſummum, Spiritum ſanctum eſſe Deum, nec tamen tres eſſe Deos, ſed illos tres unum eſſe Deum. ſic, Patrem eſſe æternum, ſimiliter Filium, & Spiritum ſanctum; nec tamen tres eſſe æternos, ſed unum. æternum. Hæc aut ſimilia, quorum ſententia omnibus ſtatim pateat, requirimus; qualia ſunt illa Athanaſiana, quibus omnia hodie templa perſonant. At cùm talia proferunt loca, in quibus conſequentiâ eſt opus, ut pateat, hanc illorum eſſe ſententiam, quam illi volunt; nihilo plus perficiunt, quàm illi, qui ſolis conſecutionibus rem tantam ex ſacris literis elici volunt. Vide illorum Achilles duos. *Baptizate*[a] *in nomen Patris, & Filii & Spiritus ſancti.* quantum diſtant hæc ab illis: Tres ſunt perſonæ in una Dei eſſentia? Tria videmus; tres perſonas non videmus: nec magis unam eorum trium eſſentiam: imò potiùs diverſas cernimus, & inter ſe inæquales. Hic certè conſequentiis opus

[a] Matt. 28. 19.

Moſem ſummo jure dicamini. At quàm firmiter ac evidenter Chriſtus theſin ſuam demonſtraverit, abundè patet; quòd non ſolùm turba ſuper ipſius doctrina perculſa fuerit; verùm etiam juratiſſimi ipſius hoſtes, Scribæ ac Phariſæi, demonſtrationem ipſius probarint, ac laudarint. Imò Euangeliſta teſtatur, quòd Sadducæis, hominibus ut pertinaciſſimis, ita rudiſſimis, os obthurarit: id eſt, ita eos convicerit, ut nec contra hiſcere potuerint. Quòd autem conſequentiis, iiſque ſat multis ac prima fronte obſcuris, uſus fuerit, & res ipſa, & Lucas Euangeliſta ſcitè oſtendit, dum Chriſtum ſic introducit, loquentem, verſ. 37. Mortuos autem excitari, etiam Moſes indicavit, ἐμήνυσεν, apud rubum, quum dicit, Dominum Deum Abrahami, & Deum Iſaaci, & Deum Iacobi. *Quaſi diceret: Non quidem diſertis verbis id expreſſit, ita tamen innuit, ut quivis id intelligere debeat. Quidnî igitur nobis omnibusque piis ſufficeret, ſi doctrina noſtra per legitimas conſequentias ex ſacris literis deducatur? cum ea, quæ vix tam clarè in eâ continentur, ab ipſo Deo dicta eſſe aſſerantur; iique qui ea negant, ne quidem Scripturam legiſſe cenſendi ſint, denique & populi, & acerrimorum adverſariorum judicio firmiter probata fuerint. Quæ omnia longè illuſtriora forent, ſi noſtras demonſtrationes cum Chriſti & Apoſtolorum demonſtrationibus ſpeciatim conferremus. Verùm quia hîc labor non ſolum admodum prolixus, verùm etiam ab inſtituto noſtro alienus eſſet, tantùm generalia quædam adferemus. Omnia illa quæ deductionem Orthodoxis uſitatam ſuſpectam reddere poſſunt, ad tria capita videntur haud incommodè revocari. Nimirum vel ad rem de qua diſputatur, vel ad argumenta ex quibus, vel denique ad modum, quo diſputatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

putatur. Et quidem quod rem de quâ diſputatur, *ſeu thema attinet, inſignis ſolet oriri difficultas, cùm thema non expreſſis vel verbis, vel argumentis in Scripturæ locis indidicatur, ſed dubitatur an de illâ re, vel alia agatur. At quin hæc difficultas frequentiſſimè in Chriſti, & Apoſtolorum diſputationibus occurrat, neminem latere poteſt, niſi illum, quem ipſa loca, ac interpretum in iis defendendis labores fugiunt. Altera difficultas eſt, cùm non idem de propoſito themate in loco citato dici videtur*, quod allegans conatur probare. *Hæc etiam eſt creberrima. Tertia difficultas*, *eſt* in ratiocinationis modo, *cùm ſcilicet vel multis ſyllogiſmis opus eſt, antequam res probanda oſtendatur : vel unus idemque ſyllogiſmus, aut variorum etiam ſyllogiſmorum connexio non ex uno Scripturæ loco, ſed ex multis inter ſe collatis demum evincitur. At hoc etiam in Chriſti dictis, maximè autem in Apoſtolorum ſcriptis, uſuvenire, ipſa ſacrarum literarum analyſis ſatis ſuperque docet. Imo non rarò duæ, aut omnes tres difficultates concurrunt. Iam ſi noſtrorum hominum probationes perpendamus, longè profectò clariores eas deprehendemus : idque ſingulari Spiritûs ſancti beneficio. Nam Novum Teſtamentum eſt diviniſſimus, ac luciſſimus veteris commentarius. Deinde videntur Chriſtus & Apoſtoli non omnium clariſſima loca elegiſſe, ſed ea noſtræ tarditati reſervaſſe, ſuaque locorum obſcuriorum citatione nobis ad clariorum allegationem viam muniviſſe, anſamque præbuiſſe. Quare, ut concludamus, iniquiſſimum eſt poſtulatum adverſarii, quo vult, ut hæc myſteria eo modo in ſacris literis propoſita oſtendamus, quo ipſe præſcribit. Nam ſi idem ab ipſo peteretur, ſe ſanè, ac univerſam religionem Chriſtianam apud Iudæos ludibrio exponeret. Sed*

opus eſt. Sic : *Tres* [a] *ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus : & hi tres unum ſunt.* Non repeto nunc illud, quod ſuprà [b] indicavimus, quàm ſuſpectus ſit locus. Demus, eſſe indubitatum. Vnde patet, hîc unitatem eſſentiæ intelligi? Vnum ſunt: ergo unum eſſentiâ? Non modò ſententia ipſa non extat, ſed ne conſequentiâ quidem legitimâ id evinci poteſt. Generale eſt, Vnum eſſe, & plures ſub ſe continet ſpecies: unum eſſentiâ, unum conſenſu, ſive animi, ſive teſtimonii, ſive alterius alicujus rei. Poſito autem genere ponitur quidem ſpecies aliqua, ſed non protinus certa, ut hoc loco unum eſſentiâ. Et ſanè facilius eſt, ex loco illo oſtendere, diverſas eſſe trium illorum eſſentias, quàm unam, imò hoc oſtendere impoſſibile eſt. Præterea quibus verbis dicitur, Spiritum ſanctum eſſe perſonam? Ad conſequentias confugere eſt neceſſe.

[a] 1. Ioh. 5. 7.

[b] cap. 3. hujus ſect.

Ex dictis autem apparet, quàm iniquè agant ii, qui, cùm ex ratione argumenta adverſus iſtud dogma afferuntur, clamant, myſterium hoc eſſe, quod credendum ſit, non ſcrutandum; rationem iſta non capere; in ſacris literis ſimpliciter eſſe acquieſcendum. Ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dendum eſſet iis hominibus, ſi perſpicuis ſacrarum literarum teſtimoniis dogma iſtud probarent, & non potiùs contra aperta ac clara earum teſtimonia aſſererent. At nunc, cum ejuſmodi loca proferre non poſſint; fruſtra nos ipſo Myſterii nomine, ne ratione hic utamur, terrent, ac veluti Gorgone objecta, in ſaxa vertere conantur. Quanquam ne tum quidem rationis examen eſſet ſubterfugiendum, ſi id myſterium divinitus revelatum eſſe conſtaret. Quod enim myſterium nobis ex ſacris literis proferent, quòd cum ratione pugnet? Superant quidem rationem myſteria, ſed non evertunt; non extinguunt illa hujus lumen, ſed perficiunt. imò ratio myſteria, quæ per ſe invenire non poterat, ſibi revelata, & percipit ſola, & amplectitur, & defendit. Ratione utitur Paulus, dum reſurrectionem [a] probat, quod Myſterium vel maximè rationem aliàs ſupetat. Quid, quòd ipſi adverſarii id malè faciunt, quod nos rectè facere prohibent? Non commemorabo nunc illud, quòd ſine rationis ope de eſſentiæ & perſonæ diſcrimine diſſerere non poſſint. Vbi enim iſta in ſacris literis ſcripta ſunt? & ut ſcripta eſſent, ſine ratione nec

[a] 1 Cor. 15. 12, & d.

Sed negat, ab indoctis conſequentiæ rationem, aut etiam ipſius ſententiæ vim percipi poſſe: verùm neutrum probat. Laborandum quidem eſt non ſolùm indoctis, ſed etiam doctis, tùm in conſequentiæ ratione, tum in ipſius ſententiæ vi percipiendâ: verùm hinc minimè ſequitur, quòd fruſtra ipſis laborandum ſit, quòd que nihil intelligere queant. Sanè ſine inſigni labore aliquis ſacras literas ſcrutari nequit: Chriſtus tamen id vult fieri, Ioh. 5.39. *Ergòne nemo hominum ea, quæ Moſen de ſe docuiſſe ipſemet Chriſtus teſtatur, intelligere poteſt? Callidè quoque adverſarius cognitionem confuſam cum diſtinctâ confundit: hincque ſophiſticè, hominibus rudibus, ſi ſententia noſtra obtineat, de ſalute deſperandum eſſe concludit. Neque enim neceſſe eſt, ut plebs articulos fidei ad ſalutem neceſſarios diſtinctè cognoſcat, ſed ſufficit ſi eos confuſè apprehendat.* Confuſam cognitionem *dicimus, quâ quis rem quidem concipit, verùm ejus modum, ac gradum non percipit.* Diſtinctam, *quâ quis & rem, & modum gradumque, ſaltem aliquo profectiori modo, cognoſcit. Neque enim de perfectè diſtinctâ cognitione hîc agimus, quæ ne in Angelicum quidem intellectum cadit. Satis igitur eſt rudibus, ſi Myſterium Trinitatis ita cognoſcant, ut illud credant; ac vitâ potiùs, nimirùm religioſo erga Deum Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum cultu, veràque fide, ſpe, ac charitate, quàm ſubtilibus verbis exprimant. Etenim ſi adverſari, diſcurſus robur aliquod haberet, plebi omnino deſperandum foret, etſi omnia myſteria ſeponerentur. Quotuſquiſque enim eſt indoctorum hominum qui unum aut alterum præſertim ſubtiliorem Scripturæ terminum diſtinctè cognoſcat, ejuſque exactam definitionem percipiat? Imò quotuſquiſque eſt doctorum, qui profundiorum rerum adæqua-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

adæquatas ac eſſentiales definitiones calleat? Nimirum confuſa rerum cognitio eſt inſtar ſeminis, quod omnia quidem producendi corporis membra in ſe complectitur, ſed involutè, quorum obſcura lineamenta diſtinctior cognitio magis magiſque explicat, ac evolvit. Nec adeò incomprehenſibile eſt diſcrimen inter eſſentiam ac perſonam, ut illud homo indoctus nullatenus apprehendere queat: cùm & Sacra Scriptura, quæ quamvis ſubtiliſſima, tamen etiam populariſſima eſt, illud indicet: & cujuſcunque membri vel partis abſciſſio doceat, quòd inter ſubſtantiæ eſſentiam, ac ſubſiſtentiam aliqua differentia intercedat. Nec adeò ſuo acumini fidere debebat adverſarius ut inficiaretur, Spiritum ſanctum fidelium hominum conſcientiis licet indoctis tantam lucem infundere & poſſe, & ſolere, ut divina Myſteria ab ipſomet patefacta ſalutariter cognoſcantur. Forſan ipſi in mentem non venit, quòd omnes fideles θεοδίδακτοι, *à Deo docti, ab ipſomet Chriſto pronuncientur.* Ioh. 6. 45. *Quare, ut finem faciamus, negamus, ne ſemel quidem perſpicuam hujus Myſterii explicationem in ſacris literis contineri: & quamvis hæc in ſacris literis non haberetur, ideò tamen conſequentias tanquam illegitimas rejiciendas eſſe.*

*Nec malè quidam ajunt, non tantùm legitimis conſecutionibus id dogma ex ſacris literis elici poſſe, ſed re ipſa etiam in iis contineri. Verùm id non ſic intelligunt, quaſi in uno Scripturæ loco omnia & ſingula tradantur, ſed quòd in hoc loco una, in altero alia hujus myſterii pars occurrat. Solet enim Spiritus ſanctus tam ſapienter divinæ veritatis radios diſtribuere, ne nimia luce mentis noſtræ acies hebeſcat. Nec volunt illi, quod iiſdem literis & ſyllabis omnia illa, quæ Eccleſia ab varias diſſenſiones proponit, in Scri-*nec percipi, nec explicati poſſent. Illud nunc urgeo, quòd omnes conſequentiis utuntur, cùm de hoc dogmate, quod Myſterium illi vocant, diſputatur. Quid verò? num ratione non utitur, qui conſequentiis utitur? Num fortè & argumentationes illæ in ſacris literis ſunt perſcriptæ? Dices, ipſas argumentorum propoſitiones eſſe ſcriptas. Primùm eſto ita. At ipſa argumentationis forma ibi non traditur; nec oſtenditur, hanc, quâ tu uteris, legitimam, quâ adverſarius, illegitimam eſſe. Quid ergo id docet? ratio. Sed deinde, reſolve argumentationes tuas, & tuorum, quos maximè ſuſpicis ac probas; quàm paucas reperies, quæ ex ſolis ſacris literis conſtent? Quid uſitatius eſt iſtiuſmodi argumentationibus? Cui conveniunt proprietates unius illius Dei, is eſt unus ille Deus: Chriſto autem, vel Spiritui ſancto eæ conveniunt. item, Cui conveniunt actiones perſonarum propriæ, is eſt perſona: At Spiritui ſancto conveniunt. Vbi autem iſtæ propoſitiones, quas majores vocant, (ne de aſſumtionibus quicquam nunc dicam) ſcriptæ ſunt? Vnde, niſi ex ratione, depromuntur? Quod ſi argumentatio, etiam cùm de myſte-

riis agitur, poteſt conſtare ex altera propoſitione, quam ratio tantùm ſuppeditet; cur non poſſit etiam ex duabus: ſi tam approbet utramque ratio, quàm unam? Præterea, ſi vel ex ipſorum adverſariorum ſententiis, vel ex confeſſis apud omnes axiomatibus ac principiis argumentemur; quis id, niſi iniquiſſimè, reprehendere poterit? præſertim ſi oſtendamus, dogma illud contradictionem, ut loquuntur, implicare, ſeque ipſum evertere. Fatentur enim omnes ſaniores, dogma nullum verum eſſe poſſe, quod contradictionem implicet, ſeu cujus vis ea ſit, ut idem neceſſe ſit ſimul eſſe; & non eſſe, eodem nimirum reſpectu, parte, tempore. Hoc enim principio ſublato, omnis tollitur ſcientia; &, utut tu millies demonſtrares, Deum eſſe in perſonis trinum, liceret tamen alteri æquè verè dicere, eum trinum non eſſe, & ſic in cæteris omnibus. Atqui oſtendere haud difficulter poſſumus, dogma illud vulgare, de Trinitate perſonarum in una numero eſſentia, contradictionem implicare. Quid ergo reſtat, quin id falſum ab omnibus agnoſcatur? Ita autem rem ſeſe habere, ut diximus, ſequenti libro, divina ope adjuti, demonſtrabimus.

in Scriptura reperiantur: ſed vel earum ſynonyma, vel tam propinqua argumenta, ut legitima conſecutio diſertis verbis æquipolleat. Nimirum ſicut Chriſtus & Apoſtoli jure eſſeverabant, à ſe nihil prædicari quin in Moſe ac Prophetis contineretur, quamvis id non ſemper diſertis verbis exprimeretur: ſic nos rectiſſime pronuntiamus, ſummum hoc myſterium re ipſa in ſacris literis contineri, licet tam expreſſe verba de eo non ſemper occurrant. Sic Matth. 28. 19 *univerſum hoc myſterium perſpicue traditur, modò unicum axioma & à recta ratione & ab univerſa Scriptura teſtatiſſimum ei applicetur: nimirum, Si omnes gentes debent tres divino cultu afficere, utique tres illi erunt perſonæ, & unus Deus. Si vero in loco* 1. Ioh. 5. 7. *perpendatur, quòd, ubi ſunt tres diſtincti teſtes, quorum ſinguli divinam auctoritatem habent, ibi ſint tres qui ſint Deus; ſumma hujus Myſterii ſponte hinc fluet. Si autem, ut urget adverſarius, non eſſentiæ, ſed tantùm conſensûs auctoritas hîc intelligenda eſt, ſequitur, quòd Dei teſtimonio, qui juxta ipſum ſolus Pater eſt, inſignis auctoritas ex creaturarum, imò ex rei quæ ne ſubſtantia quidem eſt, teſtimonio accedat; quod abſurdiſſimum eſt. Verùm hâc de re alibi agendum erit.*

Quæ de rectæ rationis uſu diſſerit, ea tanquam veritati conſentanea libenter largimur; modò dextrè explicentur ac applicentur. Quamvis enim hoc myſterium credendum ſit, attamen ſobriè quoque eſt ſcrutandum: cum ipſemet Chriſtus nobis ſacrarum literarum ſcrutationem, adeòque & dogmatum in iis contentorum, commendet. Et quamvis recta ratio illud perfectè non capiat, ac omnino in ſacris literis ſimpliciter acquieſcendum ſit, licet non omnes difficultates ex genuino earum ſenſu ortas

ſolo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſolo rationis lumine evidenter ſolvere queamus: non tamen ideo rectæ rationis uſus repudiandus eſt, cùm ſine eo ſacræ literæ nec percipi, nec earum ſenſus dijudicari, aut applicari queat. Nobis igitur, ut ingenuè fateamur quod ſentimus, illi, qui argumenta à rectâ ratione petita violenter rejiciunt, eaque ſolutione prorſus indigna pronunciant, modeſtè quidem agere, ſed peſſimè de religione mereri videntur. Etenim & rectæ rationi, & ſacris literis manifeſtè repugnat, quòd lumen naturæ lumini Scripturæ adverſetur. Deus non minùs intellectûs quàm fidei auctor eſt. Sive enim fides ſalvifica ſit in intellectu, ſive in voluntate, ſive in utraque facultate, dubium tamen non eſt, quin naturalem intellectûs vim non extinguat, ſed potiùs elevet ac perficiat. Sed omiſſa illâ diſputatione de fidei ſalvificæ ſubjecto, ſatis perſpicuum eſt, illam fidem, quæ rerum divinarum aſſenſu definitur, omnino in intellectu hærere. At ſi intellectûs eſt quædam & quidem ſumma perfectio, quomodo illum, ejusque legitimum, ac ab ipſo Deo inſitum uſum fides evertere poterit? Tantum igitur abeſt, ut recta ratio ſidei myſteriis adverſetur, ut à fide tanquam novo quodam ſole illuſtrata, iis rectè explicatis ſuâ naturâ libentiſſimè, ac non ſine ſingulari gaudio aſſentiatur. Nam, ut quidam veteres haud inſcite diſſerunt, recta ratio eſt inſtar aquæ limpidæ, fides vero inſtar ſaluberrimi olei aquæ innatantis. Quò itaque majora incrementa aqua illa ſumit, eò altius fides elevatur: ita ut rectiſſimè ratio rationis appelletur. Ac profectò ſi accurata hæreſium ac ſectarum anatome inſtituatur, tam manifeſtè ipſorum cum recta ratione ἄσπονδον bellum deprehenditur, ut vehementer mirari ſoleam, eſſe homines, præſertim pios & doctos, qui ideò à Philoſophia ſunt alieniores, quòd eam errorum in religione matrem, nutricem vel patronam eſſe ſuſpicentur. Hæc non curioſitatis quodam pruritu irritatus, nec arrogantiæ tumore inflatus, adſero. Nam vel in infimis Philoſophiæ tironibus me libenter profiteor: & adeò orthodoxæ religioni, quam Reformatam vocant, præſertim ex Calvini & Bezæ mente explicatam, ſum addictus, ut perſuaſiſſimus ſim, non veram, ſed falſiſſimam rationem eſſe illam, quæ ipſi in articulis fundamentum concernentibus, vel minimū contradicit. Sed ideo hunc animi mei ſenſum fuſiùs explico, ut viri, alias optimi, juventuti religionem noſtram proſtituere, ipſique arma ab ipſo Deo contra malè ſentientes conceſſa, è manibus excutere deſinant. Eò enim, proh dolor! deventum eſt, ut juventus ſtudio theologiæ eò aptior, quò in philoſophia ineptior eſt, habeatur. Cùm tamen omnis illa Socinianiſmi, Arrianiſmi, Pelagianiſmi, Semipelagianiſmi, Ieſuitiſmi, ſimiliumque non plane ſtupidorum errorum admiratio ex philoſophiæ ignorantia, rectæque rationis neglectu proficiſcatur. Quamvis enim prima fronte invictam quandam ſubtilitatem, præſertim apud ſimpliciores, mentiantur, tamen ad rectæ rationis incudem accurate revocati, in prima luminis naturæ axiomata, quaſi Dei digito hominum mentibus inſculpta, impingunt, ac ſemper in turpiſſima abſurda deſinunt. Quare non eſt quòd adverſario plumbeo rationis pugione nos petenti terga demus, potiùs chalybea rationis framea, divini verbi acie acuta

& ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

& armata, eum ipſi è manibus excutiamus, proprióque gladio jugulemus. Non tamen; ut exiſtimat adverſarius, eatenus tantùm rationem juvat ſacra Scriptura, quòd myſteria quæ per ſe invenire non poterat ipſi revelet, ſed etiam in myſteriis percipiendis, amplectendis, ac defendendis mirifice ſuccurrit. Vno verbo, omnibus & ſingulis humanæ mentis defectibus, qui ſe in rerum ſupernaturalium cognitione nimis produnt, feliciſſime medetur; omneſque ejus actus non ſolùm panaceæ inſtar vivificat, verùm etiam inſtar normæ exactiſſimæ dirigit, gubernat, atque corroborat. Atque ut omnis veræ diſſertationis fons eſt accurata conſiderantia, quam primum inſtrumentum logicum, Thema, *efficit ac auget: ſic omnium erronearum cogitationum mater eſt incogitantia.* Conſiderantia *autem eſt congrua mentis ad rem cogitandam applicatio, qua nimirum res ſimiles ſimiliter, diſſimiles diſſimiliter, pares pariter, impares verò impariter tractantur: uno verbo, qua res expendenda, debito modo graduque expenditur.* Incogitantia *verò eſt graviſſimus mentis morbus, quo res cogitandas vel non conſiderat, vel non debito modo graduque id facit. Vnde præcipuus in myſteriis fidei rationis morbus eſt, quòd ſe præcipitet: eademque decempeda res divinas ac infinitas, qua humanas ac finitas, examinare ſatagat. At ſtultum hunc impetum Sacra Scriptura efficaciſſimè cohibet, dum immenſum inter divina ac humana diſcrimen frequentiſſimè inculcat. Quo cognito recta ratio ſe ipſam corrigit: & ultro agnoſcit, longe ſecus de rebus divinis quàm creatis judicandum eſſe. Imo ulterius progreditur, ac ingenue fatetur, ſe cùm finita ſit, nullo modo poſſe rem infinitam comprehendere: adeòque nihil de* Deo *vel aſſerit, vel admittit, quod infinitæ ipſius perfectioni repugnet. Cumque ſe infinitum ens perfectè cognoſcere non poſſe agnoſcat, libenter ea, quæ Sacra ſcriptura præterea revelat, admittit: ut pote quæ ſummæ perfectioni ſint congruentiſſima. Quamdiu autem de Deo ea cogitat, quibus perfectiùs nihil cogitari poteſt, quæque Scriptura de eo aſſerit, nunquam errat, vel errare poteſt. Vnde perſpicuum eſt, quantam injuriam lumini naturæ adverſarii inferant, cum ratione contra rationem abutentes in divinis myſteriis contradictiones fingunt. Pleraque enim ipſorum argumenta, ſi non omnia, falſiſſimo hoc principio nituntur: quòd eodem modo de entis infiniti attributis ac de finiti diſſerendum ſit, à quo paradoxo recta ratio quàm vehementiſſimè abhorret.*

MYSTE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

I. Henr. Bisterfeldii Mysterii Pietatis, De Uno Deo, Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Liber Secundus.

Cum adverſarius ex ſacris literis minimè demonſtrare potuerit, Deum illum ſummum nullum eſſe alium quàm Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: quivis non ſolùm pius, verùm etiam prudens facilè intelligit, quam fruſtrà illud argumentis à ratione petitis moliatur. Quamvis enim rectam rationem minimè repudiemus, attamen iniquiſſimum, & à rectâ ratione alieniſſimum eſt, iiſdem plane regulis divinam eſſentiam ſubjicere, quibus rerum creatarum eſſentia explicari ſolet: iniquiſſimum quoque eſt, ea protinus de Ente infinito negare, quæ humanæ mentis acies comprehendere nequit: cùm recta ratio clariſſime dictet, ſibi multa firmiſſime eſſe credenda, quæ nullâtenus comprehendere poteſt. Atque ne hæc gratis à nobis dicta eſſe videantur, omnium Lectorum, ipſorumque adverſariorum, conſcientias appello, num comprehendere queant, quomodo Deus ſit à ſe ipſo. Tanta hæc eſt abyſſus, ut parum abſit, quin profundior meditatio hominem in inſaniam præcipitet. Etſi autem humanæ menti hoc penitus incomprehenſibile ſit, evidentiſſimè tamen agnoſcit recta ratio, quòd ſine horribili furore id, ſcilicet Deum eſſe à ſe ipſo, & quidem ab æterno, negare nequeat: imo mavult perire, & annihilari quàm hoc ipſum in dubium vocare. Quod ſi rei naturâ notiſſimæ tanta eſt difficultas, tanta incomprehenſibilitas, ut in ipſius conſideratione ratio plane fatiſcat, quæ quæſo, ne quid graviùs dicam, immodeſtia

Ioh. Crellii De Uno Deo Patre Liber Secundus.

Poſtquam ex ſacris literis docuimus, Deum illum ſummum nullum eſſe alienum quã Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti; nunc idem aliis potiſſimùm argumentis confirmabimus: & quidem ita, ut contrarium huic ſententiæ dogma, partim ex ipſa illius natura, & receptis apud adverſarios ſententiis, partim ex aliis, quarum veritas certa ratione demonſtrari poteſt, refellamus. Totam autem hanc tractationem in tres iterum ſectiones dividemus. In prima, de Tribus illis, quæ ſtatuuntur, ſupremæ Divinitatis perſonis generatim diſſeremus, & id dogma tum ſecum ipſo, tum cum aliis adverſariorum hypotheſibus pugnare docebimus. In ſecunda, de ſecunda Trinitatis illius perſona, quam Filium Dei eſſe volunt; in tertia, de tertia perſona; quam Sp. ſanctum faciunt, loquemur: Quibus abſolutis, totum opus ita concludemus, ut uſum diſputationis hujus multiplicem oſtendamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſt, illa myſteria quæ ob ſuam ſublimitatem naturali lumini penitus ignota ſunt, ideo negare, quòd ipſorum modum perfectè cognoſcere nequeas. Si ita ſuperbire vel liceat vel libeat, eâdem audaciâ non modò Theologiam, ſed & Philoſophiam everteris. Quis enim tam hoſpes eſt in Philoſophiâ, qui neſciat, plurima & à Phyſicis & à Mathematicis efficaciſſimè demonſtrari, quorum tamen modus tam obſcurus ſit, ut argumenta ab illo contra rem clariſſimè demonſtratam petita vix ac ne vix quidem evidenter ſolvi queant. Facias, ſi placet, hujus rei experimentum: nobiſque omnes de formarum actu, de qualitatum hactenus occultarum proximâ origine, de ſtellarum motu, de animæ rationalis cum corpore unione & communione, de quantitatis in infinitum diviſibilitate, de puncto contactûs, de circuli quadraturâ, ſimilibusque materiis, nodos aut expedias, aut reſponſionum noſtrarum æquitatem agnoſcas. Huc accedit, quòd indoctis, omnino de ſalute deſperandum ſit, ſi ſalvificâ fide id credendum non eſt, contra quod rationes allatæ ab illo qui credit, evidenter ſolvi nequeunt. Ergo plebs pia nec æternitatem, nec immutabilitatem, nec immenſitatem, nec omniſcientiam Dei; nec reſurrectionem, nec vitam æternam; imò ne ſacrarum quidem literarum veritatem credat, quia varia contra hæc dogmata argumenta, eaque graviſſima, evidenter, id eſt ſolâ rerum ipſarum claritate nixa, ſolvere neſcit. Mihi profectò rem in timore Domini ſæpe ſeriòque perpendenti, nunquam tanta incomprehenſibilitas, ac perplexitas in ſacroſanctæ Trinitatis myſterio, quanta in æternitatis abyſſo occurrit. Quamvis enim imperſcrutabilis ſit profunditas, quomodo una eſſentia ſimpliciſſima ſi tres perſonæ reverâ à ſe invicem diſtinctæ, nunquam tamen tanta caligo ac anguſtia mentem invadit, quàm cùm mens cognoſcere ſatagit, quomodo primum illud ens ab æterno ſit à ſe ipſo. Cujus rei cauſa mihi eſſe videtur, quòd ejuſmodi perplexitas eò gravior eſſe ſoleat, quò circa ſimpliciores, priores, altioreſque terminos verſari conſuevit. At ſimpliciores termini ſunt, *eſſe*, & *eſſe à ſe ipſo*, quàm *unum* & *Trinum*. Hoc tamen diſcrimen deprehendo, quòd in priori difficultate recta ratio contrarium evidentiſſimè demonſtret, in poſteriori verò ſuâ naturâ taceat, ſed à ſacrâ Scripturâ erudita in ejus veritate divinæque Majeſtatis infinitate læta ac lubens acquieſcat. Non parùm tamen eam juvant illa argumenta, quæ pro hoc myſterio à divinâ perfectione deducuntur: quæ etſi quorundam eruditorum judicio non ſint apodictica ſunt tamen probabiliſſima, omnibuſque adverſariorum rationibus longè fortiora. His ita præmiſſis, non ingenio, ſed Spiritûs ſancti gratiâ freti, adverſarii ſatis audacter ſe gerentis argumenta refutabimus:

bimus: præſertim cùm non pauca ſint, quæ ne in creaturis quidem veritati conſentanea ſunt. Quod ut planum faciamus, ſubtiliora aliquando exempla, vel ſimilia in medium adducimus: quæ ſimpliciores ſine veritatis jacturâ præterire poterunt: quamvis in tantâ myſterii ſublimitate non omnis ſubtilitas contemnenda ſit.

BISTERFELDII

SECTIO PRIMA.

In quâ de tribus ſupremæ Deitatis perſonis generatim agitur.

CAP. I.

Reſponſio ad argumentum primum, quo adverſarius oſtendere conatur, Sacroſanctum de Trinitate dogma ſe ipſum evertere: quia ſimul unus & tres Dii forent.

Reſpondemus, falſum eſt, ubi tres ſunt perſonæ realiter inter ſe diſtinctæ, quarum quælibet ſit Deus ſummus, ibi tres Deos ſummos eſſe. Etſi enim ternarius ſit perſonarum numerus, tamen non eſt numerus ternarius eſſentiarum. Nam multitudinis numerus fluit ex diſtinctione. At nulla eſt eſſentiæ diſtinctio. Deorum autem pluralitas eſſentiarum divinarum pluralitatem neceſſariò poſtulat. Neque unum & trinum ſunt contradicentia, ſed diverſa, quæ pro diverſo reſpectu accuratiſſimè inter ſe conſentiunt: imò haud rarò ſunt relata, ita ut unum ſine altero nec eſſe, nec perfectè cognoſci queat. Quare reſponſio uberiori confirmatione non indiget apud eum qui tria rectè numerare ex Scriptura didicerit. Manet enim illud Deut. 6.4, Iehova Elohenu Iehova unus eſt. *In quo dicto qui non videt unitatem optime conſiſtere cum aliqua multitudine, is profectò parùm vel in Arithmetica, vel in Grammatica ſacra profecit.*

CRELLII

SECTIO PRIMA.

In qua de tribus, quæ vulgò ſtatuuntur, ſupremæ Deitatis perſonis generatim agitur.

CAP. I.

Argumentum primum, quo oſtenditur, vulgare de Trinitate dogma ſe ipſum evertere: quia ſimul unus & tres Dii forent.

Ut ergo id, qnod primo loco propoſuimus, exſequamur, primùm inde patet, vulgare illud dogma, de tribus in uno Deo perſonis, contradictionem involvere, atque adeò ſe ipſum evertere, quòd ſimul & unus Deus & tres Dii, nempe ſummi, ſtatuuntur: unus quidem Deus expreſsè; tres verò, ſi vim ſententiæ ſpectes. Ajunt enim, tres eſſe perſonas re ipſa inter ſe diſtinctas, quarum quælibet ſit Deus. ſiquidem ita dicere ſolent, & vi ſententiæ ſuæ dicere coguntur: Pater eſt Deus; Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus. de Deo autem ſummo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſemper loquuntur. Jam verò ubi tres ſunt perſonæ realiter inter ſe diſtinctæ quarum quælibet ſit Deus ſummus, ibi tres Dii ſummi ſunt. Perceníe modò perſonas illas, & tres Deos ſummos habebis. Primus enim Pater erit, ſecundus Filius, tertius Spiritus ſanctus. Res diſputatione non eget apud eum, qui ob præconceptam de Deo opinionem, ubi ad eum ventum eſt, tria numerare non dedidicit.

Defenſio & Confirmatio argumenti uberior.

Sed pertendunt illi tamen, hos tres unum eſſe Deum. Si ita hos tres unum dicerent eſſe Deum, ut tres pluréſve ſenatores unum ſenatum dicimus, cùm de ſingulis id dici nequeat; ignoſci illis hactenus poſſet. ſed cùm de qualibet perſona diſtinctè ſumta Dei ſummi nomen pronuncient, & pronunciare vi ſententiæ ſuæ omninò cogantur, dicere id non poſſunt. Omnino enim ex hac opinione ſequitur, vel Patrem eſſe Filium & Spiritum ſanctum, ac viciſſim; vel alium numero Deum eſſe Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum: quorum illud realem perſonarum diſtinctionem tollit; hoc Dei unitatem ſubvertit, & tres numero Deos manifeſte conſtituit. Nam quod ad prius attinet, ita argumentabor; Unus ille Deus eſt Pater, *teſtantibus S. literis, & fatentibus adverſariis.* At Filius, *ex adverſariorum ſententia*, eſt unus ille Deus, ille idem nimirum numero, qui Pater modò dictus fuerat. Ergo Filius eſt Pater. *Eadem autem argumentatio etiam inverti, converſis ac transpoſitis*

Defenſio & Confirmatio reſponſionis uberior.

Omnino pertendimus, hos tres non niſi unum Deum eſſe: ac jure merito tam ſubtilem diſputatorem petitionis principii arguimus, quod dictatoris inſtar inculcet, ibi tres ſummos Deos eſſe ubi ſunt tres perſonæ realiter inter ſe diſtinctæ, quarum quælibet ſit Deus ſummus. Nam hoc ipſum eſt in quæſtione. Sed urget adverſarius, non poſſe dici, hos tres eſſe unum Deum, niſi explicetur ita; Quemadmodum tres ſenatores unum ſenatum conſtituunt, ſic tres perſonæ unum Deum. at nos de qualibet perſona diſtincte ſumta Dei ſummi nomen pronuntiare. Rectè; & omnino id faciendum eſt: nec tamen ideo vel realis trium perſonarum diſtinctio: vel Dei unitas ſubvertitur. Neque enim Deitatem ex tribus diverſis partibus compoſitam, ſed eandem, non multiplicatam, ſimpliciſſimam eſſentiam habent. At ita argumentabitur. *Unus ille Deus eſt Pater*, teſtantibus S. literis, & fatentibus adverſariis. *At Filius*, ex adverſariorum ſententia, *eſt unus ille Deus*, nimirum ille idem numero, qui Pater modò dictus fuerat. *Ergo Filius eſt Pater.* Verùm rem tantam, tamque abſurdam tàm ſophiſtico ſyllogiſmo non conficiet. Meritò illum ſic voco: cùm forma ejus ſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſit vitioſiſſima. Ineptus enim eſt is ſyllogiſmus ſimplex ſeu categoricus, in quo propoſitio major æquipollet propoſitioni particulari. At hujus ſyllogiſmi major æquipollet particulari. Ea enim propoſitio æquipollet particulari, cujus ſubjectum pluribus convenire poteſt, nec tamen omnibus illis quibus convenire poteſt, attribuitur. At hîc ſubjectum *unus ille Deus* non omnibus iis quibus convenit tribuitur, ſed ita aſſumitur, ac ſi unus ille Deus & Pater, item unus ille Deus & Filius eſſent termini reciproci, cum prior ſit latior poſteriori. Quamvis enim unus ille Deus ſit Pater, tamen non quicunque eſt unus ille Deus, eſt Pater. Itaque cum propoſitio hæc ita enuntiata, ut univerſali æquipolleat, falſiſſima ſit, nihil concludet ſyllogiſmus. Quare ſimillies ſuos ſyllogiſmos invertat, convertat, toties normam ſyllogiſticam naturæ lumine notam everterit. At urget: Non poteſt aliter diſſolvi hic ſyllogiſmus, niſi dicas, alium numero Deum eſſe Filium, alium Patrem, alium ſimiliter Spiritum ſanctum. Imò poteſt. Nam hypotheſis illa, quâ tacitè nititur adverſarius, nulla eſt: nimirum, Unum illum Deum eſſe terminum ſingularem, adeòque fruſtra objici vitium in formâ. Verum in promtu eſt reſponſio. Quamvis enim Deus & divina eſſentia ſit ſingulariſſima, quâtenus nullâ ratione multiplicari poteſt; non tamen eſt ſingularis ratione communicabilitatis. Nam accuratè tenendum eſt, Hoc eſſe divinæ ac infinitæ eſſentiæ privilegium, quòd ipſa ſingulariſſima quidem ſit, reverâ tamen pluribus communicetur. Vnde in *ſitis præmiſſis, poterit & de Spiritu ſancto, reſpectu Patris & Filii, ſimiliter conſtitui. Nec poteſt aliter diſſolvi, niſi dicas, alium numero Deum eſſe Filium, alium Patrem, alium ſimiliter Spiritum ſanctum; & ſic tres eſſe numero Deos. Itaque quocunque ſe vertant adverſarii, & ſuum dogma, & ſacrarum literarum ſententiam, ipſo illo dogmate evertunt. Deinde, num rectè ita argumentor, Pater eſt perſona divina, Filius eſt perſona divina, Spiritus ſanctus eſt perſona divina; Ergo tres ſunt perſonæ divinæ, non una? Omnino ita aſſerent adverſarii. Cur ergo ſimiliter non rectè argumentor: Pater eſt Deus ſummus, Filius eſt Deus ſummus, Spiritus ſanctus eſt Deus ſummus: Ergo tres ſunt Dii ſummi, non unus? Si urgeremus exempla à rebus creatis petita: Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, Iohannes eſt homo: Ergo tres ſunt homines, non unus: vel, Michael eſt angelus, Gabriel eſt angelus, Raphael eſt angelus: Ergo tres ſunt angeli, non unus: ſi, inquam, hæc urgeremus exempla, exclamarent adverſarii, aliter ſe rem habere in creaturis, aliter in Deo. At nunc, cùm divinarum perſonarum exemplo utimur, quid ſunt dicturi? In perſonis divinis aliter ſe rem habere, aliter in Deo? Itáne? Sed quid ſi demonſtremus, eum ipſum, de quo agitur, Deum perſonam divinam*

vinam eſſe? uti & contrà? An adhuc negabunt, id valere in Deo, quod in' perſona divina? Atqui id partim ex ſacris literis, partim ex ipſorum adverſariorum ſententia demonſtrare facile eſt. Ajunt illi, quamlibet perſonam divinam eſſe Deum illum unum. & quidni dicant? ſiquidem earum quamlibet, totam unius Dei eſſentiam habere volunt; nec aliter dicere poſſunt, niſi illo Trinitatis dogmate everſo, Sacræ autem literæ de Patre apertè affirmant, eum eſſe Deum illum unum. Atqui id falſum erit, ſi Deus ille unus perſona divina non eſt. Ita enim argumentari licebit: Deus ille unus non eſt perſona divina. Pater eſt perſona divina: Ergo Pater non eſt Deus ille unus. Eadem de Filio & Spiritu ſancto inſtituetur, ex adverſariorum ſententia, argumentatio.

Potuiſſent hæc, quæ ad confirmandum primum argumentum dicta à nobis ſunt, etiam per ſe afferri ad ſententiam adverſariorum refellendam. Sed noſtra nil intereſt, ſive pro peculiaribus argumentis habeantur, ſive pro fulcris primi. Quanquam hoc enim alia generali ratione confirmari poteſt. Nam ubicunque re ipſa multiplicantur ſubjecta, multiplicantur etiam illa, quæ de ſingulis diſtinctè dicuntur; & multiplicantur quidem pro numero ſuorum ſubjectorum. *Rem jam declaravimus*

in ſyllogiſmis æquipollet termino univerſali: ac niſi plenè diſtribuatur, conſtituit propoſitionem particularem. Pergit. *Recte argumentor: Pater eſt perſona divina, Filius eſt perſona divina; Spiritus ſanctus eſt perſona divina; Ergo tres ſunt perſonæ divinæ, non una. Cur ergo ſimiliter non rectè? Pater eſt Deus ſummus; Filius eſt Deus ſummus; Spiritus ſanctus eſt Deus ſummus: Ergo tres ſunt Dii ſummi, non unus? Hîc cùm divinarum perſonarum exemplo utamur, nec à rebus creatis petamus exempla, quid ſunt dicturi?* Hoc ſumus dicturi, quòd diſſimillima habeat pro ſimilibus. Nam perſona diſtinguitur, adeòque multiplicatur; at eſſentia nec diſtinguitur, nec multiplicatur. Ibi igitur diverſa, hîc idem repetis. Etenim tres perſonæ ratione perſonalitatis ſpecificè, & ratione eſſentiæ identicè inter ſe conveniunt. Ibi eſt unitas ab humanâ ratione abſtracta: hîc eſt unitas in ipſâ naturâ inventa. Itaque parum acutus eſt adverſarius, cùm hoc divinarum perſonarum exemplo nobis inſultat. Satis quippe noſſe poterat, argumenta à creaturis petita non ideo à nobis rejici, quod à creaturis petita ſint, ſed quod imperitè, diſſimilia cum ſimilibus confundendo petantur. Sed jam demonſtrat, eum ipſum; de de quo agitur, Deum Perſonam divinam eſſe. Nam quælibet perſona eſt Deus ille unus. Verùm non ſimpliciter, quâ Deus ille unus eſt, perſona eſt, ſed quâtenus incommunicabiliter eſt Deus ille unus: ſeu quâ certo modo divina eſſentia ipſi competit. *Deinde*, inquit, *Pater non erit Deus ille unus, ſi Deus ille unus perſona divina non eſt. Ita enim*

enim argumentari licebit : Deus ille unus non eſt perſona divina : Pater eſt perſona divina : Ergo Pater non eſt Duus ille unus. At propoſitio utitur termino ambiguo : ideòque ſophiſtica eſt. Nam Deus ille unus communiter, eſſentialiter, & abſolutè ſumtus non eſt perſona; verùm ſpecialiter, perſonaliter, & relativè ſumtus eſt perſona : atque hâc ratione Pater eſt Deus ille unus. Eâdem gratiâ diceres. Animal non eſt perſona. Petrus eſt animal. Ergò Petrus non eſt perſona. Quare propoſitionem tuam & ab ambiguitatis, & à particularitatis vitio liberes, & vel hanc, *Nihil, quod eſt unus ille Deus, eſt perſona*; vel iſtam *Deus ille unus nullo modo eſt perſona*, ſubſtituas. ſic enim manifeſtâ tuæ propoſitionis falſitate nos ab obſcuriori tuo ſophiſmate eâdem operâ liberaveris.

Hæc cùm ne fulcrorum quidem nomen tueantur, quomodo principalium argumentorum titulum merebuntur? Sed jam generalis ratio omnia ruinoſa ſtatuminat. *Vbicumque*, inquit, *re ipſa multiplicantur ſubjecta, multiplicantur etiam illa, quæ de ſingulis diſtincte dicuntur: & multiplicantur quidem pro numero ſuorum ſubjectorum.* Invictum ſanè argumentum: cujus omne robur verborum ambiguitate nitatur. Nam vel per ſubjecta intelligit individua, de quibus univerſalia prædicantur; vel vocem *diſtincte* confuſiſſimè uſurpat. Si primo ſenſu loquitur; nihil ad nos. Nunquam enim nobis in mentem venit, eſſentiam divinam, vel Deum illum unum eſſe univerſale. Univerſale quippe nihil eſt aliud quàm unum multiplicabile. At Deus ille unus nullâtenus multiplicari poteſt. *vimus exemplis & divinis, & angelicis, atque humanis : nec ullo prorſus exemplo refelli poteſt. Percurre omnia rerum genera, & ita ſe rem habere deprehendes. Quot ſunt homines, tot ſunt animalia, corpora, ſubſtantiæ: quot angeli, tot Spiritus; quot lineæ, tot longitudines ac quantitates; quot virtutes, tot habitus, tot qualitates; quot patres, tot relata : & ſic in cæteris. Nempe quia omnia iſta prædicata ad numerum ſuorum ſubjectorum multiplicantur. Quare etiam quot perſonæ divinæ ſunt, tot erunt Dii, & Dii quidem ſummi : ſiquidem Deus ſummus de qualibet perſona divina diſtinctè prædicatur. Vnde apparet, ſymbolum Athanaſianum ſibi planè contradicere, dum ita pronunciet: Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus ſanctus eſt Deus; & tamen non ſunt tres Dii, ſed unus Deus. ſic etiam: Pater eſt æternus, omnipotens, immenſus; eodem modo & Filius, & Spiritus ſanctus : & tamen non ſunt tres æterni, omnipotentes, immenſi, ſed unus æternus, omnipotens, immenſus.*

Dixerit fortè aliquis : aliter accipi vocem Deus, *cùm de ſingulis perſonis prædicatur : aliter cùm abſolutè ponitur: illic hypoſtaticè ſumi, ſeu perſonaliter; hîc eſſentialiter. Equidem non crediderim, acutiores ex adverſariis ita reſponſuros. ſiquidem ii Deum, uti & nonnulli Patrem, eſſentialiter ſumtum, volunt etiam*

etiam de ſingulis perſonis prædicari. Adde, quòd neceſſe eſſet eandem ambiguitatem in voce æterni, omnipotentis, immenſi, *ſtatuere, ut alius diceretur eſſentialiter æternus, omnipotens, immenſus, non perſonaliter; alius contrà perſonaliter. Alias iterum laborandum eſſet, quomodo contradictio illa ſit concilianda, quæ in illis verbis eſſe videatur, quòd cùm & Pater ſit æternus, & omnipotens, & immenſus, & ſimiliter Filius, ac Spiritus ſanctus; non ſint tamen tres æterni, omnipotentes, immenſi, ſed unus tantùm. Atqui non memini legere, vel audire, adverſarios in voce* æterni, omnipotentis, immenſi, *eandem ambiguitatem fingere. Quare non facilè crediderim, ut dixi, adverſarios acutiores ita reſponſuros. Veruntamen ſi quis ita reſponderit, quid aliud dicet, quàm ſymbolum Athanaſianum ſophiſticè ludere, & homines rudes ac ſimplices vocis ambiguitate decipere? Quis enim illorum cogitaſſet, aliter atque aliter* Dei *vocem iſtic accipi? Nam quorſum, quæſo, verba illa adduntur,* Et tamen non ſunt tres Dii, ſed unus Deus? *nónne eam ob cauſſam, ne quis, ex rudioribus præſertim, audiens, Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, Spiritum ſanctum eſſe Deum, inde colligat, tres eſſe Deos? At in qua ſignificatione? in ea nimirum, in qua audierat, Patrem eſſe Deum, ſimiliter & Filium*

poteſt. Atque hanc eſſe mentem, patet ex exemplis. Si verò per ſubjecta, quæcumque ſubjecta propoſitionum, per ea verò quæ de ſingulis diſtinctè dicuntur, quæcunque prædicata intelligit: aut per *diſtinctè* hoc vult, quòd nimirum de ſingulis ſubjectis rectè dicantur; ſive idem de iis dicatur, ſive diverſa: aut vult quòd diſtinctis ſubjectis neceſſariò diſtincta prædicata conveniant. Sed quicunque ſit horum verborum ſenſus, eſt pura puta principii petitio. Nam hoc ipſum in controverſiâ, eſt, an non una res indiviſibilis pluribus convenire queat. Si enim de prædicatione eſſentiali tantùm agat, fruſtra exempla à creaturis petit. Nam malè ex creaturis inductio inſtituitur ad negandum illud, quod creatoris eſſentiæ proprium eſt. Si verò de prædicatione accidentali etiam intelligat, non tantùm principium in theologiâ, ſed & in ipsâ Philoſophiâ falſum proponit. Nam res indiviſibilis & ſingularis in ipsâ naturâ pluribus communicatur. Sic una indiviſibilis anima rationalis, tanquam forma pluribus membris: unum indiviſibile punctum pluribus lineis, tanquam intrinſecus terminus, competit.

Concedimus, quòd vox *Deus* eſſentialiter accipiatur, ſivè abſolutè ponatur, ſive de ſingulis perſonis prædicetur. obſervandum tamen eſt, quòd vox *Deus* communiter ſumta vel ſumatur quaſi abſtractè pro eſſentiâ divinâ ſimpliciter conſideratâ: vel quaſi concretè, & collectivè pro eſſentiâ divinâ in tribus perſonis ſubſiſtens. Illo modo reſpondet voci *Iehovah*, quæ propriè ac ſine ſynecdoche

doche accepta ſignificat divinam eſſentiam. hoc, voci *Elohim*, quæ itidem propriè ſumta ſignificat tres perſonas ſimul ſumtas. Nullatenus igitur dici poteſt, tres perſonas tres eſſe Deos: quia nec tres eſſentiæ divinæ ſunt; nec tres Dii. Quæ de voce *Elohim* diſſerit, planè nullius ſunt momenti. Nam *Elohim* in propriâ ſuâ ſignificatione non ſignificat unam perſonam, ſed tres. Dico, ſignificat tres perſonas, non tres Deos: quia non eſt nomen eſſentiale, ſed perſonale; nimirum ſi propriè accipiatur. Et ſic unus tantum eſt *Elohim*: non enim plures ſunt Trinitates, ſed una. Neque *Elohim* ſignificat Dii, ſed tres qui ſunt unus Deus. Non enim eſt vox abſoluta, ut Deus, ſed intrinſecè reſpectiva; cujus adæquatum ſignificatum ſine relatione ac multitudine ad perfectiſſimam unitatem revocabili ne concipi quidem poteſt. Et fruſtra ejus profunditas Latinâ, vel Græcâ voce exprimitur: neque hîc multum curandum eſt, quid Latini vel Græci primitùs per illa vocabula exprimere voluerint, ſed quid voces Hebraicæ poſtulent. Præterea ſi *Elohim* & *Deus* tam ratione modi ſignificandi quàm ratione rei ſignificatæ prorſus ſunt ſynonymæ, cur N. T. *Elohim* non exprimit per *θεοί*? cur quod lingua Hebræa ſimpliciter per *Elohim* ſine articulo exprimit Pſal. 45. 7, 8, Epiſtola ad Hebræos addita articulo ὁ allegat? Verùm hæc res alibi fuſiùs tractanda, atque ex primis quâ Metaphyſicis, quâ Grammaticis principiis deducenda eſt. Optarim ſanè præclara cùm generalis tùm Hebraicæ grammaticæ axiomata ex ipſis naturæ fonti-

lium, & Spiritum ſanctum. Hic enim ſcrupulus primo oritur; nec in mentem venit homini rudi alia ſtatim vocis ſignificatio. Hæc ergo ſententia verbis illis refutatur; ac porrò vox Deus *eodem modo utrobique accipitur, non aliter tunc, cùm de ſingulis perſonis dicitur, aliter verò, cùm abſolute ponitur, & Deus eſſe unus dicitur. Deinde ex hujuſmodi exceptione ſequitur nihilominùs, rectè dici poſſe, tres eſſe Deos, ſi hypoſtaticè* Dei *vox ſumatur, ut quidem in ſacris literis ſæpe ſumi fatentur adverſarii. Et mirum ſanè eſſet, eos non expreſſè dicere, tres eſſe Deos, niſi viderent, id nimis apertè ſacris literis adverſari: cum audeant dicere, tres eſſe Elohim; & libri à diverſis adverſariis extent* de tribus Elohim *ſcripti. Quid enim* Elohim *aliud ſignificat, quàm* Dii? *Itaque tres Elohim, tres ſunt Dii. Hebraica nempe, ac minùs nota voce, abſurditatem aliquantulùm tegere, ſed ridiculè, conantur. Reprehenditur quidem hujuſmodi loquendi modus ab acutioribus quibuſdam adverſariis; è quorum tamen numero non deſunt, qui Elohim Hebraicum, cum de Deo ſummo effertur, non minus ſignificatione, quàm formâ Grammaticâ plurale eſſe cenſent. At ſi ſignificatione etiam plurale eſt, Deos ſignificat, non minùs quàm Græcum θεοί, aut alia in aliis linguis ei reſpondentia. Plures ergo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſunt Dii. Sed præterea vana eſt prorſus diſtinctio inter Deum hypoſtaticè ſeu perſonaliter, & eſſentialiter acceptum, præſertim cùm de ſummo Deo ſermo eſt. Etenim & ipſa Dei *vox, perſonæ nomen eſt, cùm nomen ſit ejus inprimis, qui imperium in alios habeat; & ſummus Deus ſupremum rerum omnium rectorem ac monarcham ſignificet. Imperare autem ac regere non niſi perſonarum eſt. Adde, quòd ſuperius hoc ipſo capite oſtendimus: Deum illum unum præter quem nullus eſt alius, perſonam eſſe.uti contrà, non poteſt quiſpiam hypoſtaticè ſeu perſonaliter Deus eſſe, Deus, inquam, ſummus, quin ſimul ſit eſſentialiter. Annon enim eſſentialiter Deus eſt, qui eſſentiam divinam habet? At quiſquis eſt hypoſtaticè Deus ſummus, eſſentiam divinam habet. Quòd ſi Deum eſſentialiter acceptum dixeris ſignificare ipſam eſſentiam, quæ nec ſit Pater, nec Filius, nec Spiritus ſanctus, aut contrà; ſed aliquid in tribus iſtis ſubſiſtens: primùm non facilè crediderim, adverſarios, qui accuratiùs loquuntur, id admiſſuros. ſiquidem eſſentia, ita præſertim accepta, ut de ſingulis perſonis divinis prædicari nequeat, aliquid abſtractum ſignificat:* Deus *antem concretum, quale quidem in ſubſtantiis datur, eſt, & eſſentiam una cum exiſtentia aut ſubſiſtentia denotat. Sed deinde quicquid tandem adverſarii*

fontibus à viris ſacrarum & literarum & linguarum peritiſſimis erui;neque ita, ut plerumque fit, in cæcorum Rabbinorum de divinis nominibus ſententiam pedibus iri; præſertim cum ſatis ſuperque oſtendi queat, peroſque Rabbinos, in primis recentiores, non tantùm in vero Scripturæ, ſed & in genuino vocabulorum Hebraicorum ſenſu, explicando graviſſimè aberrare. Porrò vox *Elohim* ſynecdochicè accepta unam perſonam ſignificat: quo ſenſu veriſſimè & juxta Scripturam dicitur, plures eſſe *Elohim.* Sed in proprio ſuo ſignificatu, cùm de Deo ſummo uſurpatur, non minùs ſignificatione quàm formâ Grammaticâ plurale eſt, & quidem immediatè ac directè: at ſi unam perſonam ſignificet, obliquè eſt plurale, quia non ſimpliciter unam perſonam ſignificat, ſed unam perſonam quæ ſit una ex pluribus. Uno verbo: vel tres qui ſunt unum; vel unum ex iſtis tribus exprimit. Quam profunditatem cùm vox *Dii* minimè aſſequatur, perperam de eâ non ſecus ac de *Elohim* diſſeritur. Vana quoque ſunt illa, quæ de nomine *Deus* diſſerit. Nam pro diversâ acceptione, jam naturæ, jam perſonæ nomen eſt. Naturæ nomen eſt, non perſonæ, cùm voci *Iehovah* propriè ſumtæ: at perſonæ nomen eſt, cùm voci *Elohim* collectivè, vel partitivè ſumtæ reſpondet. Sed Deum illum unum, quâtenus ſine perſonis conſideratur, perſonam eſſe, falſiſſimum eſt. Nam Deus eſſentialiter ſumtus præcisè non Patrem, nec Filium, nec Spiritum ſanctum, ſed ipſam eſſentiam ſignificat, quæ in tribus illis

illis ſubſiſtit, imo quæ eſt illa tria. Etſi enim Deus ſit nomen concretum, tamen eſſentialiter acceptum non ſignificat eſſentiam cum ſubſiſtentiâ ſuppoſitali ſeu perſonali, ſed tantùm ſubſtantiali. Alia enim eſt ſubſiſtentia, quæ competit ſubſtantiæ quâtenus ſubſtantia eſt, & opponitur inhærentiæ: alia verò eſt ſubſiſtentia, quæ competit ſubſtantiæ, quâtenus ſuo modo eſt incommunicabilis. Unde nomen *Deus* magis minúſve eſt concretum, prout vel ſolam ſubſiſtentiam per quam ſubſtantia eſt, vel præterea ſubſiſtentiam per quam ſuppoſitum eſt, unà complectitur. Minimè autem neceſſe eſt, ut oſtendamus locum, ubi vox *Deus*, cùm de uno illo Deo ſermo eſt, tale quippiam denotet, quod nec ſit Pater, nec Filius, nec Spiritus ſanctus; cùm hæc ſignificatio ſit prorſus ficticia: ſed ſufficit nobis, quòd tale quid ſignificet quod eſt illa tria.

ſarii ſtatuere hac de re velint, illud jam nos docuimus, Dei nomen perſonæ nomen eſſe: & cùm certum ſit, Dei unius nomen ita in ſacris literis uſurpari, ut de Patre directè prædicetur; adverſarii autem velint, etiam de Filio & Spiritu ſancto dici; neceſſe erit oſtendere, ubinam vox Dei, *cùm de uno illo Deo ſermo eſt, tale quippiam denotet, quod nec ſit Pater, nec Filius, nec Spiritus ſanctus. Denique nihil ejuſmodi ſignificatio ad rem faciet. Siquidem nos de eo diſputamus Deo, de quo adverſarii ipſi loquuntur, cum ajunt, Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, Spiritum ſanctum eſſe Deum: non verò de eo, qui de perſonis divinis prædicari ad iſtum modum nequeat. Et hæc quidem de primo argumento dicta ſunto.*

BISTERFELDII
CAP. II

Reſponſio ad argumentum ſecundùm: quòd quælibet perſona divina non ideo ſit trina in perſonis.

Pergit argumentari. Deus ille unus eſt trinus in perſonis. Quælibet perſona divina eſt Deus ille unus. Ergò quælibet perſona divina eſt in perſonis trina.

CRELLII
CAP. II.

Argumentum ſecundum: quia quælibet perſona divina trina in perſonis foret.

Altera ratio, quâ oſtenditur, vulgare Trinitatis dogma ſe ipſum evertere, eſt, quod inde ſequatur, quamlibet Divinitatis perſonam trinam in perſonis eſſe, & ſic unam ſimul eſſe, & non unam. Etenim ſic dicunt adverſarii: Deum illum unum trinum eſſe in perſonis. Idem rurſus, ut diximus, aſſerunt, quamlibet perſonam divinam eſſe Deum illum unum. Unde conſequitur, quamlibet perſonam divinam eſſe trinam in perſonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Argumenti.

NEque verò eſt, quòd majorem particularem eſſe dicas. Singularis enim eſt, quæ univerſali hic reſpondet: cum nihil ſubſumatur in minori, quod ſub illo ſingulari, quod majoris ſubjectum eſt, & medius argumenti terminus, non contineatur, ſeu de quo ſingulare illud dici nequeat. Concluſio autem falſiſſima eſt, & ſe ipſam, ut, vidimus, evertit. Quòd ſi quis diſtinctione hic uti velit, & dicere, majorem loqui de Deo eſſentialiter ſumto, minorem de Deo perſonaliter ſumto, is nihil proficiet. Siquidem nos diſtinctionem illam præcedenti cap. refutavimus, oſtendentes, quamlibet perſonam divinam eſſe Deum eſſentialiter ſumtum: quia totam Dei eſſentiam habeat. Itaque utrovis modo vocem Dei ſumas, vera tamen minor erit; quemadmodum etiam adverſarios doctiores omnes dicturos crediderim. Sed præterea fingamus, eſſentiam, quæ neque ſit Pater, nec Filius, nec Spiritus ſanctus, rectè dici poſſe Deum, & eam in perſonis trinam eſſe; quam locutionem legere apud adverſarios non memini: tamen ſi tota illa eſſentia in qualibet perſona eſt, cuilibet perſonæ Trinitatis inerit, & ſic non minùs, quàm eſſentia illa trina in perſonis erit. Cui enim ineſt eſſentia, ei ineſt totum, id, quicquid in illa eſſentia eſt, & de eo in concreto prædi-

Defenſio Reſponſionis.

REſpondemus: hujus ſyllogiſmi majorem eſſe particularem; adeoque ſophiſticam. Neque enim ſingularis eſt: nec univerſali propoſitioni hîc reſpondet. Etenim ſi ita efferas: Quicquid eſt Deus ille unus, id in perſonis eſt trinum, propoſitio eſt falſiſſima. Nititur præterea hic ſyllogiſmus fallaciâ amphibologiæ. Etſi enim Deus ille unus ſit in perſonis trinus, quâtenus ſumitur indiſtinctè ac communiter, tamen non eſt trinus quâtenus accipitur diſtinctè ac ſpecialiter. Falſum enim eſt, quod id, quod quocunque modo eſt Deus ille unus, ſit trinum in perſonis. Fruſtra autem jactat, ſe præcedenti capite hanc in Scripturis teſtatiſſimam diſtinctionem refutaſſe. Quamvis enim quælibet perſona totam divinam eſſentiam habeat, tamen non habet eam quovis modo. Non, inquam, eam habet adæquatè ac reciprocè, quatenus eſt pluribus adhuc communicabilis, ſed characteriſticè, quatenus ipſi ſoli eo modo competit. Etſi igitur in minori *Deus ille unus* ſumatur eſſentialiter, id eſt, præciſè non ſignificet certam perſonam, ſed communiter eſſentiam: tamen ſignificat eſſentiam non quovis modo cuivis communicabilem. Nec fingenda eſt eſſentia, quæ neque ſit Pater, neque Filius, neque Spiritus ſanctus, ſed quæ ſit & Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Nos verò cùm ita loquamur prout concipimus, & res aliquando confusè ſeu communiter, aliquando diſtinctè concipiamus, quid mirum eſt, quòd vox *Deus* aliquando à nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

bis, & à Scripturâ, quæ ſe captui noſtro accommodat, accipiatur communiter, quâtenus ſignificat eſſentiam tribus communicabilem; aliquando verò ſpecialiter, quâtenus ſignificat eſſentiam peculiari modo alicui convenientem? Nec ſi tota illa eſſentia in quâlibet perſonâ eſt, cuilibet perſonæ Trinitas, quovis ſcilicet

prædicatur. præſertim ſi res illa per ſe eſſentiæ ineſt, & non per accidens: ut hic omnino volunt adverſarii, quibus non modò perſonæ divinæ non poſſunt eſſe accidentia divinæ eſſentiæ, ſed nullam prorſus eſt in Deo accidens.

modo, inerit. Nam ut hoc ſit, neceſſe eſt ut tota illa eſſentia quovis modo in quâcunque perſonâ ſit. At non quovis, ſed diſtincto, aliique perſonæ incommunicabili modo eſt in ſingulis. Etſi autem in ſingulis perſonis ſit Trinitas per identitatem, id eſt, quâtenus unam eandemque eſſentiam habent, adeòque intimè inter ſe ſunt unitæ, tamen non in ſingulis eſt Trinitas per confuſionem, ita ſcilicet ut una ſit alia: quamvis una non ſit ſine aliâ. Nec univerſalis eſt regula illa: Cui ineſt eſſentia, ei ineſt totum id, quicquid in illa eſſentia eſt, & de eo in concreto prædicatur. Nam quando illa eſſentia tribus diſtinctis perſonis diſtinctis modis eſt communicabilis, fieri non poteſt ut, quod uni peculiari modo competit, etiam alteri competat eodem modo: ſecus non eſſent diſtincta. Poſſe autem ſimpliciſſimam & ſingulariſſimam eſſentiam tribus revera deſtinctis modis communicari, & in præcedentibus vidimus, & in ſequentibus patebit. Quod principium quam diu ab adverſario ſolidis argumentis non evertitur, tamdiu omnes ipſius rationes in fumum abeunt. Interim ingenioſus lector ſecum perpendat, quantum adverſarii acumini in re tam ſublimi fidendum ſit, qui & hîc & alibi ſatis indicet, quòd vera in Deo accidentia credat: qui error tam abſurdus eſt, ut vel ſolo naturæ lumine evidenter pateat, quòd divinam & ſimplicitatem & perfectionem, ſine quâ Deus nec eſſe nec concipi poteſt, funditus evertat. Quam rectè verò ab orthodoxis negetur, nullum prorſus in Deo accidens eſſe poſſe, alibi à noſtris fuit oſtenſum.

BISTERFELDII
CAP. III.

Reſponſio ad argumentum tertium: quòd perſonæ divinæ ideo realiter omni modo eædem & diverſæ non ſint.

Iam proponit adverſarius difficultatem longè maximam, quâ ſolutâ reliquæ fermè omnes haud

CRELLII
CAP. III.

Tertium argumentum: quia perſonæ divinæ realiter eædem & diverſæ forent.

Tertium argumentum eſt, quòd ſtatuunt adverſarii, eſſentiam

ſentiam cum perſonis realiter idem eſſe, perſonas autem inter ſe realiter differre. Hinc enim ſequitur, idem ſimul & unam rem eſſe & plures, realiter à ſe differre, & non differre. Etenim quæ ſunt eadem realiter uni alicui rei, etiam inter ſe realiter ſunt eadem. Atqui tres illæ perſonæ divinæ realiter inter ſe diſtinctæ, realiter ſunt idem uni cuipiam rei, nempe eſſentiæ divinæ. Ergo perſonæ illæ tres realiter inter ſe diſtinctæ, inter ſe realiter ſunt eædem. Concluſio ſibi manifeſtè contradicit. Major, quam vocant, propoſitio, omnibus noto nititur principio, quod vulgò ita efferunt: Quæ ſunt eadem uni tertio, (hoc eſt rei alicui, cum qua conferuntur) etiam inter ſe ſunt eadem. Eadem autem vis manet axiomatis, ſi addas & in prædicato & in ſubjecto iſtius enunciationis, vocem *realiter*. Nam quæ eadem ſunt realiter uni tertio, illa ſunt res eadem cum illo tertio. Quid enim eſt aliud, eadem eſſe realiter, quam eandem rem eſſe? At quæ ſunt res eadem cum uno tertio, inter ſe quoque rem eandem eſſe neceſſe eſt: aliàs tertium illud, cum quo illa ſunt res eadem, ſimul eſſet & una res, & plures. Sic nonnulli ex ipſis adverſariis

haud difficulter ſolvuntur. Nam hujus myſterii quaſi centrum & apex eſt, quòd una eademque res ſimpliciſſima poſſit eſſe tres perſonæ, reverâ à ſe invicem diſtinctæ. Quod inevitabilem contradictionem inferre videtur. Sic enim argumentatur: Quæ ſunt eadem realiter uni alicui rei, etiam inter ſe realiter ſunt eadem. Atqui tres illæ perſonæ divinæ realiter inter ſe diſtinctæ, realiter ſunt idem uni cuipiam rei, nempe eſſentiæ divinæ. Ergo perſonæ illæ tres realiter inter ſe diſtinctæ, realiter inter ſe ſunt eædem. Concluſio ſibi manifeſtè contradicit. Antequam ad hoc argumentum reſpondeamus, præmittimus, quòd realiter eſſe idem vel diverſum ſumamus pro, reverâ, re ipsâ, non ſolâ cogitatione eſſe idem vel diverſum: quomodo etiam adverſarius id hîc ſumit.

Hoc præmiſſo, reſpondemus ad propoſitionem diſtinguendo. Nam inter ſe realiter eadem eſſe *vel ſumitur pro omni modo eadem eſſe, ita ut nulla prorſus inter ea ſit diſtinctio: vel ſumitur pro re verâ eadem eſſe, ſed aliquo tantùm modo, ſalvâ manente aliquâ diſtinctione. Si ſumatur ſenſu poſteriori, concedimus totum. Nam tres perſonæ Deitatis reverâ inter ſe diſtinctæ reverâ ſunt eædem inter ſe, verùm non omni modo, ſed tantùm aliquo modo, ſcilicet ratione eſſentiæ. Sunt enim eadem eſſentia, idem Deus. At ſi priori modo hæc verba*, eadem eſſe inter ſe, *accipiantur pro omni modo eadem eſſe inter ſe, ſicut adverſarius procul dubio accipit, negamus propoſitionem majorem; eamque ſic corrigimus: Quæ omni modo ſunt eadem uni alicui rei, etiam omni modo ſunt eadem inter ſe. At ſic propoſitio minor eſt falſa: ut mox oſtendemus. Ratio noſtræ negationis ac correctionis eſt manifeſta. Quia enim ea, quæ inter ſe ita comparantur, vi tertii ſunt eadem, ſi non ſint omni*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

omni modo idem cum tertio, non poſſunt eſſe idem omni modo inter ſe. Singulas autem perſonas non eſſe omni modo idem quod eſſentia, ſic patet. Quæ non ſunt eadem inter ſe adæquatè, ac reciprocè, non ſunt eadem inter ſe omni modo. At perſonæ non ſunt idem adæquatè ac reciprocè cum eſſentiâ. Etſi enim, verbi gratiâ, quicquid Pater eſt, eſſentia eſt, tamen non quicquid eſſentia eſt, protinus eſt Pater. Nec riis probare ſolent, attributa divina non diſtingui realiter inter ſe. Attributa, inquiunt, divina ſunt realiter idem cum eſſentia divina. Ergo ſunt realiter idem inter ſe. Quia quæ ſunt realiter idem uni tertio, ſunt etiam realiter idem inter ſe.

eſt abſurdum, rem eandem, eſſe rem unam uno, & plures alio modo. Latet enim ambiguitas in voce realiter: *Nam res vel accipitur generaliter, prout quamcunque eſſendi rationem adeòque & ſuppoſitalem ſubſiſtentiam; vel ſpecialiter & preſſè, prout ſolam primam ac radicalem eſſendi rationem, nimirum eſſentiam, ſignificat. Hinc illæ tres perſonæ realiter, id eſt, perſonaliter inter ſe diſtinctæ, inter ſe realiter, id eſt, eſſentialiter ſunt eædem. Rectè igitur reſpondent illi, qui ſic diſtinguunt: Quæ ſunt eadem uni tertio incommunicabili, ſunt eadem inter ſe; ſcilicet omni modo: verùm quæ tantùm ſunt eadem uni tertio communicabili, ea non omni modo ſunt eadem inter ſe, ſed tantùm aliquo modo: aliquo verò manent diſtincta. Firmum nihilominus manet illud argumentum: Attributa divina ſunt realiter idem cum eſſentia divina: Ergo ſunt realiter idem inter ſe: quia illorum identitas eſt adæquata, & reciproca. Nam quicquid ſunt attributa divina, id eſt eſſentia divina: viciſſim quicquid eſt eſſentia divina, id quoque ſunt attributa divina: Quicquid eſt attributorum unum, id etiam eſt attributorum alterum.*

Defenſio Reſponſionis.

VErùm reſponſionem hanc rejicit, tum quòd nullam aliam inſtantiam præterquam id de quo hîc controvertitur adferre queamus; tum quòd ratio axiomatis à ſe propoſiti ſit univerſalis. Sed multis modis fallitur. Nam primò etſi nulla alia inſtantia adferri poſſet, nihil tamen obtineret: cùm jam ſuprà viderimus; Planè adverſum eſſe rectæ rationi, nihil admittere in ente infinito, quin ejuſdem inſtantia quoque detur in finito. Hâc ratione ipſum ens infinitum ſuſtuleris, ſi nihil ipſi peculiare concedere velis, idque

Defenſio Argumenti.

SEd alii, *qui vident, ſuam de Trinitate ſententiam hoc pacto convelli, ajunt, hanc rationem firmam non eſſe: & tritum illud axioma,* Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe, *debere ſic intelligi:* Quæ ſunt eadem uni tertio incommunicabili, ſunt eadem inter ſe. *Conſtare autem, eſſentiam divinam non eſſe incommunicabilem; cum ſit eadem numero in tribus perſonis realiter inter ſe diſtinctis. Neque verò poſſunt ullam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

lam aliam inſtantiam afferre adverſarii, quâ axioma illud convellant, præter id, de quo hîc controvertitur, & hac ipſa ratione refellitur. At nullam patitur inſtantiam ſive exceptionem major illa, & à nobis, & ab aliis propoſita: quia ejus ratio prorſus eſt univerſalis. Niſi enim admittatur, contradictio aperta ſequitur, ut vidimus; nempe unum idemque ſimul eſſe eandem rem, & plures. Quare ſi res aliqua fingatur communicabilis, quæ eadem ſit realiter cum tribus realiter inter ſe diſtinctis; ut hîc eſſentia divina; quæ res una eſt, cum tribus perſonis; illa ſimul erit res una, & plures. Itaque tale communicabile non eſt admittendum; & ſi pro inſtantia ad convellendum axioma illud in noſtra hac controverſia afferatur, mera hæc erit petitio ejus quod in principio. cum illud communicabile hac ipſa ratione refellatur. Facilè autem cuivis apparet, hujuſmodi communicabile contradictionem involvere, ſi, quid eo nomine hîc intelligatur, conſideres. Communicabile enim hic illud appellant, quod cùm unum ſit numero, pluribus tamen numero ſit commune. Ita enim eſſentiam divinam communicabilem eſſe volunt. ſiquidem eam unam eſſe numero, unà nobiſcum agnoſcunt, ſed tribus numero perſonis communem eſſe volunt, ita ut in concreto de ſingulis diſtinctè prædicetur, hoc nimirum pacto:

idque prorſus incomprehenſibile fateri. Deinde falſum eſt, quòd non dentur aliæ inſtantiæ. Nam habemus alias, eaſque non ſolùm efficaciſſimas, verùm etiam tam evidentes ut ſolo naturali lumine cognoſci queant. Nam primò, ſi ea, quæ in uno tertio indiviſibili, attamen communicabili, eadem ſunt, etiam omni modo inter ſe ſunt eadem, ſequitur etiam neceſſariò, quòd ea, quæ in uno indiviſibili tertio, attamen communicabili ratione præſentiæ, æqualiter conveniunt, etiam inter ſe ſint æqualia. At conſequens eſt falſiſſimum. Ergo & antecedens. Ratio conſequentiæ eſt perſpicua. cùm à genere, ſcilicet ab identitate in genere, deſcendamus ad ſpeciem, nimirum ad identitatem æqualitatis. Minorem non ſolùm Scriptura, verùm etiam Metaphyſica docet. Si enim, quæ in uno indiviſibili tertio, attamen communicabili ratione præſentiæ, æqualiter conveniunt, etiam inter ſe ſunt æqualia, ſequitur primò, quòd univerſum cælum ſit æquale homini. Nam tota eſſentia divina æquè eſt in homine, atque eſt in univerſo cælo. Igitur in eſſentiâ divinâ æqualiter conveniunt ratione præſentiæ. Non ignoro, adverſarios hoc ipſum vocare in dubium, imò inficiari: verùm aut hoc concedendum, aut Dei ſimplicitas, & infinita perfectio neganda eſt. Sequitur ſecundò, quòd caput hominis ſit æquale oculo: totum ſcilicet parti. Cùm enim tota anima rationalis ſit in toto capite, & tota etiam in oculo, vi principii poſiti, ſequitur, oculum eſſe æqualem capiti. Conſtat autem apud eos, qui, quid Spiritus accuratè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

accuratè dicti ſint, ſciunt; quòd tota anima rationalis non ſolùm tota ſit in toto corpore, ſed etiam tota in ſingulis corporis partibus. Deinde, Si ea quæ in uno tertio indiviſibili, attamen communicabili, eadem ſunt, etiam omni modo inter ſe ſunt eadem, ſequitur neceſſariò, quòd quibus durationibus eadem duratio æqualiter coëxiſtit, eæ durationes ſint inter ſe æquales. At conſequens eſt falſiſſimum. Ergò & antecedens. Ratio conſequentiæ denuò eſt manifeſta: quia ab identitate in genere deſcendimus ad identitatem in ſpecie. nimirum ad æqualitatem, quæ omnino quædam identitas eſt. Minorem evincit recta ratio. Nam aut nulla vera æternitas datur; aut illa æquè tota coëxiſtit minimo temporis momento, ac plurimis ſeculis ſimul ſumtis. Erit igitur momentum unum æquale plurimis ſeculis. Tertiò ſi ea, quæ in uno tertio indiviſibili, attamen communicabili, eadem ſunt, ſunt etiam omni modo inter ſe eadem, ſequitur, quòd illa quibus res aliqua indiviſibilis & communicabilis æqualiter ineſt, ea etiam ſibi invicem æqualiter inſint. At conſequens eſt falſiſſimum. Ergo & antecedens. Ratio conſequentiæ jam bis fuit oſtenſa. Conſequentis falſitas hinc patet. Secus pes eſſet in oculo, vel viciſſim: cùm eadem anima rationalis tota ſit in oculo, & tota in pede. Ex his igitur & ſimilibus exemplis clariſſimè patet, Propoſitionem majorem adverſarii eſſe falſam, cùm tam monſtroſa conſectaria ponat. Non demonſtravimus autem multis, quòd divina eſſentia ubique ſit tota, quòd æternitas *cto: Pater eſt Deus, Filius eſt Deus. Spiritus ſanctus eſt Deus; & tamen illos tres volunt eſſe unum Deum. Quid enim hoc aliud eſt, quàm unum numero eſſe ſimul plura numero; ſingulare eſſe, & non ſingulare? Singulare enim eſt, quia unum numero, non ſingulare, quia in plura ejuſdem nominis ita dividi poteſt, ut totum tamen ſit in ſingulis. id quod rationi ſingularis ſeu individui prorſus repugnat. Firma ergo eſt ea, quam propoſuimus, ratio, quàm, ſi placet, etiam ita poſſis proponere, ut concludatur, Eſſentiam divinam ſimul fore & unam tantùm rem, & plures. Nam unam quidem eſſe, omnes fatentur. Plures autem eſſe, ex ipſorum dogmate conſequitur: quia ſtatuunt, eam eſſe idem realiter cum tribus perſonis realiter inter ſe diſtinctis. Etenim ſi perſonæ illæ tres realiter inter ſe diſtinctæ ſunt; neceſſe eſt eas eſſe tres res diſtinctas. idem enim realiter eſt, quod una res eſt: diſtincta realiter, quæ plures res ſunt. id quod & res ipſa loquitur, & præcipui ex adverſariis fatentur; & qui id negant, quid dicant, neſciunt. Eandem enim rem realiter à ſe differre, ſtatuere neceſſe habent; id quod ſe ipſum evertit. Iam ſi eſſentia eſt realiter idem cùm tribus perſonis realiter inter ſe diſtinctis; neceſſe eſt eam eſſe rem eandem cum tribus rebus diſtinctis. Quod verò idem eſt cum tribus rebus diſtinctis, id tres,*

tres, eſſe res neceſſe eſt. Quare eſſentia divina ſimul & una res erit, & tres res; id quod, ut diximus, ſecum ipſo pugnat.

Addamus huic argumento corollarium: divinas perſonas ſimul fore unum per ſe, & unum tantùm per accidens: & ſic unum per ſe, & non per ſe; per accidens, & non per accidens. Etenim quæ unum ſunt ratione eſſentiæ, & quidem ejuſdem numero, maximè ſunt per ſe unum. Vnitas major inter ea, quæ diverſorum inſtar, concipiuntur, ne fingi quidem poteſt. Atqui eo modo divinæ perſonæ unum eſſe ſtatuuntur. Rurſus autem, quæ duo aut plura ſunt actu, ultimaque perfectione, ea non ſunt unum per ſe, ſed unum tantùm per accidens. Quæ enim unum per ſe ſunt, ita ſunt comparata, atque inter ſe apta, ut vel eorum unum ad alterum habeat ſe, ut potentia ad ſuum actum, ſeu ut res perficienda ad ulteriorem quandam perfectionem; vel utrumque ſimul ab alio aliquo actu perficiatur, ut pote nondum ultimam ſuam perfectionem in ſe habens. Actus enim eſt qui & conjungit, & ſeparat. Conjungit, ſi unus: disjungit, ſi plures. Atqui perſonæ divinæ nec ad ſe mutuò, nec ad aliam aliquam rem ita refe-

nitas unicuique durationi tota ſimul coexiſtat, denique quòd anima rationalis ſit tota in toto corpore & tota in ſingulis partibus; tum quia non ſunt hujus loci: tum quia à Philoſophis ac Theologis ſatis ſuperque ſunt probata. Videamus jam univerſalem adverſarii rationem, quâ omnibus reſponſionibus ſe viam obſtruxiſſe putat. Sequeretur, inquit, unum idemque ſimul eſſe eandem rem, & plures. quæ eſt aperta contradictio. Imò nulla eſt. Fieri namque poteſt ut una eademque res ſit plures res; præſertim reſpectivæ. Verùm eo modo, quo res plures eſt, non eſt una; & eo modo, quo una eſt, non eſt plures. Omnis error adverſarii hinc fluit, quòd exiſtimet, fieri non poſſe, ut una res indiviſibilis pluribus rebus re verâ diſtinctis conveniat. At hoc vel ex ſolâ Matheſi diſcere poterat; quæ docet; unum idemque prorſus indiviſibile punctum eſſe & in globo, & in plano quod tangit. Et licet nulla daretur inſtantia, quòd res indiviſibilis poſſit communicari tribus re verâ diſtinctis: nullaque alia daretur præter exemplum noſtrum, nimirum quòd res una ſit plures: tamen non ideò peteremus principium. Neque enim reſpondens petit principium, cùm negat, propoſitionem, quam opponens allegat pro univerſali, congruere theſi: præſertim ſi eam prorſus ſingularem pronuntiet: ſed neceſſe eſt ut opponens ex principiis dubio principio notioribus oſtendat, fieri non poſſe quin illud ſit univerſale. At hoc nec dum præſtitit adverſarius, nec unquam præſtabit. Minimè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

nimè enim hanc ad rem ſufficient duæ illæ ambiguitates, quibus vehementer innititur. Dicit enim, ſic futurum ut unum numero ſit pluribus numero commune: ſicque fore plura numero. Sed vehementer fallitur, dum illud putat eſſe plura numero, quod pluribus ſine ſui multiplicatione communicatur. Nam quicquid eſt plura numero, id multiplicatur. Ad divina eſſentia non multiplicatur. Neque divina eſſentia in plura ejuſdem nominis dividitur (eadem enim manet) neque deſinit eſſe ſingularis; quia illud ſingulare eſt, quod eſt unum, ut ita dicam, immultiplicabile. At tale unum manet divina eſſentia; licèt ſingulis perſonis communicetur. Falſò autem præſupponit, quod omne illud deſinat eſſe ſingulare, quod pluribus communicatur. Non quod pluribus communicatur, ſed quod pluribus cum ſui diviſione, adeòque multiplicatione communicatur, ceſſat eſſe ſingulare. Altera ambiguitas eſt in vocabulo *res*. Sequeretur enim, inquit, eſſentiam divinam ſimul fore & unam tantùm rem, & plures. Concedimus ſequi: ſed nulla hìc eſt contradictio: cùm aliter accipiatur vox *res*, quando dicitur eſſe una, aliter quando dicitur eſſe plures. Eſt res una, ſi res accipiatur pro eſſentia: eſt res plures, ſi res accipiatur pro modo, ac relatione ſubſtantiali. Quare oſtendat adverſarius, contradictionem involvere, unam eſſentiam abſolutam eſſe tres modos ſubſtantiales. Neque ideò eſſentia à ſe ipsâ differt, quia tres perſonæ non minùs ſunt ipſa eſſentia, quàm eſſentia eſt ipſæ perſonæ. Illi autem qui negnat, tres perſonas eſſe tres res, vocabulum rei ſtrictiſſimè accipiunt pro eſſentiâ: unde non in re, ſed in verbis tantùm quædam diverſitas eſt.

referuntur, ut potentia ad actum, ulterioremque perfectionem, ultimam ſuam perfectionem jam adeptæ. Eſſentia actus ejuſmodi eſſe non poteſt. Perſonæ enim potiùs addunt eſſentiæ aliquid perfectionis, nempe ſubſiſtentiam ac proprietatem perſonalem, quàm contrà. & ſubſiſtentia illa eſſentiam præſupponit; non contrà.

Nec tamen ideo divinæ perſonæ ſimul ſunt & unum per ſe, & unum tantùm per accidens. Neque enim ea quæ plura ſunt actu, protinùs ſunt unum per accidens; verùm ea quæ intrinſecum ac ſubſtantialem ordinem inter ſe non habent. At tam intrinſecus eſt trium perſonarum ordo inter ſe, ut in universâ naturâ tam arctus non reperiatur. Sed nec ideo neceſſe eſt, ut ſe ex parte rei habeant tanquam potentia perficienda, & actus perficiens; id enim divinæ perfectioni repugnat: quamvis nos propter imperfectionem intellectûs noſtri eſſentiam fermè concipiamus ut potentiam, ut pote determinabilem; & perſonas tanquam actus, ut pote

determi-

determinantes. At maxima unitas per ſe hinc oritur, quòd divina eſſentia ad ſummam ſuam perfectionem ſine perſonis eſſe nequeat: nec perſonarum una ſine alterâ ob intimam relationem. Quamvis enim una perſona alteram tanquam actum non perficiat, tamen ſimul unam eandemque eſſentiam neceſſariò determinant; ideoque etſi inter eas non ſit ſubordinatio, eſt tamen neceſſaria, ac prorſus intrinſeca & ſubſtantialis coordinatio. Vbi autem eſt intrinſeca ſubſtantiarum coordinatio, ibi non eſt ens per accidens, ſed per ſe. Quare inſufficiens eſt enumeratio, quam adverſarius inſtituit. Nam ea quæ unum per ſe ſunt: vel ſe habent ut potentia ad actum: vel ſimul ut quædem potentia: vel denique ſimul ut quidam intrinſece connexi actus. Sic eſſentia & ſubſiſtentia in creaturis ſunt duo actus reverâ diverſi: qui tamen unum ens per ſe conſtituunt. Quare regula illa adverſarii, Quæ ſunt duo aut plura ultimâ perfectione, ea non ſunt unum per ſe; tantùm locum habet in iis, quæ ſimul conſiſtere nequeunt, adeóque nec inter ſe ſunt ſubordinata, nec coordinata: non verò in iis, quæ ſubſtantialiter inter ſe ſunt coordinata, & quorum unum ſine altero eſſe nequit. Nam tanta eſt divinæ eſſentiæ perfectio, ut ab unâ perſonâ perfectè terminari nequeat. Itaque Deus eſt ens plùs quàm per ſe unum: quia non tantùm tres perſonæ ſunt una eſſentia, ſed etiam inter ſe ſunt ordinatiſſimæ. Hîc mirari ſubit, quòd adverſarius nobis objicere audeat, Deum non eſſe ens per ſe ùnum, cùm ipſe Deo accidentia affingat, adeòque ex ipſo ens maximè per accidens unum faciat. Cæterùm æquum lectorem rogamus, ut in his ſimilibusque difficultatibus judicium correctivum adhibeat; id eſt, ut voces à creaturis mutuatas de Deo uſurpet ac interpretetur quâtenus aliquam perfectionem ipſo dignam, non verò quâtenus imperfectionem creaturæ propriam exprimunt.

CRELLII CAP. IV.

Argumentum quartum: quia ſimul una & tres ſupremæ Deitatis ſubſtantiæ forent.

Quartò hac quoque ratione contradictio in illo dogmate oſtendi poteſt, quia ſimul & unam, & plures Dei ſubſtantias introducit. Vnam eſſe Dei unius

BISTERFELDII CAP. IV.

Reſponſio ad argumentum quartum, quomodo ſimul una & tres ſupremæ Deitatis ſubſtantiæ ſint.

Vniverſum hoc argumentum vocabulorum ambiguitatibus ludit: quibus explicatis ſponte evaneſcit. Subſtantia vel communiter ſumitur pro quocunque ente, quod alteri non inhæret ſed per ſe ſubſiſtit, ſive ſit eſſentia ſubſtantialis ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſive modus ſubſtantialis: vel ſpecialiter accipitur pro eſſentia. At minimè abſurdum eſt, ut una ſubſtantia, id eſt, eſſentia divina, ſit plures divinæ ſubſtantiæ, id eſt, plures ſubſtantiales relationes. Concedimus igitur, in Deo plures eſſe ſubſtantias non abſolutas, ſed reſpectivas: verùm quæ non differant à ſubſtantiâ abſolutâ, ſcilicet divinâ, ſed ſint ipſamet. Imperfecta tamen & obſcura eſt illa perſonæ definitio: Perſona eſt ſubſtantia prima, & intelligens. *Præterquam enim quòd non ſatis accurata ſit, ob concreti & abſtracti confuſionem, utitur voce ambiguâ* primâ. *Nam ſubſtantia prima vel ſignificat ſubſtantiam tantùm ſingularem; & ſic inepta, eſt definitio; quia non omnis ſubſtantia ſingularis intelligens eſt perſona: vel ſignificat ſubſtantiam ſingularem alterius incommunicabilem; & ſic quidem vera eſt, ſed tum in ſe, tum ob variorum opiniones nimis obſcura, adeòque ad docendum inutilis. Quamvis autem ſyllogiſmum illum admittamus: Si quælibet perſona eſt ſubſtantia, ubi plures ſunt perſonæ, plures etiam ſunt ſubſtantiæ: attamen obſervandum eſt, quòd hîc per ſubſtantiam non intelligatur eſſentia, ſed quæcunque res alteri non inhærens. Si enim intelligeretur eſſentia, nihil concluderet in loco de Deo: concludit enim, ipſo fatente adverſario, quia eſt genus vel ſpecies: at divina eſſentia neutrum eſt. Nam cet quælibet perſonæ ſint individua ſubſtantialia, non tamen quævis individua ſubſtantialia ſunt perſonæ. Nec eſt quòd multis demonſtret adverſarius, perſonas, etiam divinas, eſſe ſubſtantias: quia nos id libenter damus. Verum ipſe ſuis ambagibus lectorem perturbare, ac neſcio quod diſſidium inter ſcriptores ſpargere ſat agit: cùm tamen omnis difficultas perſpicuâ vocum diſtinctione expediatur. Nam veriſſimum* unius ſubſtantiam, omnes ſtatuunt. Plures aut pluralitas perſonarum neceſſariò poſtulat. Etenim ſi perſona nihil aliud eſt; quàm ſubſtantia prima intelligens; ubi ſunt plures perſonæ, ibi plures ſubſtantias primas intelligentes eſſe neceſſe eſt. multiplicato enim definito, quod hîc perſona eſt, multiplicatur etiam tota definitio, ſeu totum id, quod in definitione exprimitur, Eadem enim re ipſa ſunt definitum, & definitio, ſeu id, quod in definitione exprimitur: modo tantùm explicandi differunt. Poſſes eandem rationem etiam ita breviùs proponere: Si quælibet perſona eſt ſubſtantia, ubi plures ſunt perſonæ, plures etiam ſunt ſubſtantiæ. Multiplicatis enim individuis, multiplicatur in iiſdem id, quod generis locum obtinet, uti & id, quod ſpeciei. Quia nihil ſunt individua aliud, quàm id, quod ſpeciei ac generis nomine effertur, per differentias, quas individuantes vocant, contractum. Itaque niſi id, quod ſpeciei aut generis locum habet, ita, ut diximus, contractum multiplicetur, non multiplicantur individua. Individua autem ſunt perſonæ, quarum genus eſt ſubſtantia. Perſonam verò quamvis eſſe ſubſtan-

ſtantiam, & hanc de perſona, ut ſuperius de ſuo inferiori prædicari; primum inductione patet. Nam & perſona humana, & angelica, & divina, ſubſtantia eſt. Præter has autem nulla alia eſt perſona, ſi angelorum nomine etiam malos, angelos ſeu dæmones comprehendas. Quis dubitat, Petrum, aut Paulum, alioſve homines, eſſe ſubſtantias? Quis Gabrielem, Michaelem, alioſve angelos? Quis item dæmones? Homines enim petulantis ingenii non moramur, qui dæmones neſcio quid aliud faciunt, contra tot aperta ſacrarum literarum teſtimonia; qui iidem nec perſonas illos eſſe dicent, aut dicere poterunt. Num forte negabis, Patrem & Filium eſſe ſubſtantias? Sunt enim homines quidam ſuperſtitioſi, qui *Subſtantiæ* vocem de Deo uſurpare non audent: quia ſubſtantiæ ſit ſubſtare accidentibus: accidentia autem in Deum cadere piaculum illis eſt dicere. Et tamen iidem non reprehendunt ſuos, qui dicunt, Dei unam eſſe ſubſtantiam: & quod à multis ſeculis in templis canitur, *Pater, Filius, Sanctus Spiritus, tria ſunt nomina, omnia eadem ſubſtantia.* Sed eximamus illis hunc metum. Subſtare accidentibus, id

mum eſt, quòd perſona ſit ſuppoſitum intelligens. Licet autem ſuppoſitum ſit ſubſtantia prima completa, meritò tamen hæc definitio ob terminorum obſcuritatem & ambiguitatem rejicitur: vel ſaltem pro imperfectiori habetur. Nam & vox prima, *& vox* completa *ambigua eſt. Subſtantia quippe completa vel accipitur pro ſubſtantiâ, cui nihil ad ſuam eſſentialem perfectionem deeſt: vel pro ſubſtantiâ quæ alteri conſtitutivè communicari nequit. Priori ſenſu definitio ſuppoſiti eſt falſa; quia non eſt reciproca, ſed definito latior. Sunt enim innumeræ ſubſtantiæ, quibus nihil ad eſſentialem perfectionem deeſt: quæ tamen non ſunt ſuppoſita. Sic omnes partes ſubſtantiarum perfectæ ſubſtantiæ completæ dici poſſunt. Poſteriori ſenſu vera quidem eſt definitio: ſed ſic eſſentia divina non eſt ſubſtantia completa, licet infinitam perfectionem habeat. Nam fatente adverſario, id demum eſt ſubſtantia completa, quod ſe nec inſtar materiæ, nec inſtar formæ habet; id eſt, ſi de rebus Spiritualibus maximè divinis agamus, quod ſe non habet inſtar terminabilis, vel non ultimò terminantis. At divina eſſentia ſe habet inſtar terminabilis. Sed ut dixi, rectiùs hic terminus, ut pote obſcurior, removetur. Atque ut omnia clariora evadant, breviter has voces perſpicuè definiamus.* Ens *eſt quod eſt. Eſtque ſubſtantia, vel accideus.* Subſtantia, *eſt ens per ſe ſubſiſtens, ſeu ens quod eſt, et ſi alteri non addatur.* Accidens, *eſt ens inhærens, ſeu ens cujus eſſentia conſiſtit in additione ad aliud ens. Subſtantia eſt univerſalis vel ſingularis. Subſtantia univerſalis eſt ſubſtantia multiplicabilis; ut homo, quatenus eſt genus vel ſpecies. Subſtantia ſingularis eſt ſubſtantia non multiplicabilis; ut eſt hic homo actu in rerum natura exiſtens. Subſtantia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſtantia ſingularis eſt non ſuppoſitum, vel ſuppoſitum. Subſtantiæ non ſuppoſitum, eſt ſubſtantia ſingularis conſtitutive communicabilis; ut divina eſſentia, humana Chriſti natura, manus Moſis. Suppoſitum eſt ſubſtantia ſingularis conſtitutivè incommunicabilis. Eſtque ſuppoſitum ſtrictè dictum, vel perſona. Suppoſitum ſtriſtè dictum eſt ſuppoſitum non intelligens: ut cœlum, hîc leo. Perſona, eſt ſuppoſitum intelligens: ut Angelus, Gabriel, Paulus. Conſtitutivum hîc eſt, quod ad eſſentialem alicujus perfectionem intrinſece pertinet.

id ipſum ſubſtantiæ eſt accidens. Per ſe ſubſiſtere, hoc eſt ſubſtantiam eſſe. Num verò Pater & Filius per ſe non ſubſiſtunt? Si illi per ſe non ſubſiſtunt, nihil per ſe ſubſiſtet. Num fortè, qui Deo accidens ullum adſcribere formidas, ipſum Deum facies accidens? At quicquid ſubſtantia non eſt, accidens eſt. Taceo, neminem negare poſſe, Filium eſſe ſubſtantiam, niſi qui idem hominem eum eſſe audeat negare. De Spiritu autem ſancto idem adverſarios dicere eſt neceſſe, quod de Patre, & Filio.

Defenſio Reſponſionis.

EX his perſpicuum eſt, falſum eſſe, quod vult adverſarius; in voce *prima* incommunicabilitatem illam, quæ ſuppoſito competit, ſatis eſſe expreſſam. Quamvis enim ſubſtantia ſingularis aliquo modo ſit incommunicabilis, ſcilicet ut genus & ſpecies, quod nihil aliud eſt quàm eſſe immultiplicabilem, tamen non omni illo modo qui à ſuppoſito excluditur, eſt incommunicabilis: poteſt enim intrinſecè ac conſtitutivè communicari: hoc eſt, poteſt fieri ut ipſa & alia quædam ſubſtantia ſit una per ſe ſubſtantia. Nec, poſſe pluribus ſingularibus ſubſtantiam aliquam eſſe communem, & de iis in concreto prædicari, tollit ſingularitatem, ſed ſola multiplicatio tollit eam. Et recte Scholaſtici ſuppoſitum ita vocârunt, quia omnibus aliis prædicationibus ſubſtat: at hoc ſubſtantiæ ſingulari, quâ talis eſt, abſolutè non competit.

Defenſio Argumenti.

ET *quia nonnulli, licèe cæteroqui Deum ſubſtantiam eſſe dicant, tamen perſonas divinas ſubſtantias eſſe negant, ut poſtea clariùs apparebit; idem alia quoque ratione probemus, ſumto eo, quod apud adverſarios generatim omnes extra controverſiam eſt poſitum. Statuunt illi omnes, à Scholaſticis edocti, Perſonam nihil eſſe aliud, quàm ſuppoſitum intelligens*: Suppoſitum *eſſe perſonæ genus*, intelligens *differentiam ſpecificam, quæ generi illi addita, totam perſonæ rationem abſolvat. Eſtque ea* Suppoſiti *vox, licet in hoc ſignificatu barbara, in ſcholis, cùm de perſonis divinis ſermo eſt, admodum uſitata. Ajunt enim, tria eſſe in Deo ſuppoſita. Iam verò ſuppoſitum, ut ab ipſis Scholaſticis, ejus vocis ita uſurpatæ*

patæ auctoribus, explicatur, eſt ſubſtantia prima completa: addere ſolent, ut ſit incommunicabilis; quanquam præter neceſſitatem, ut mox audiemus. Subſtantiam eſſe dicunt primam, ut accidentia, ut univerſalia, genera nimirum & ſpecies, excludant. Prima enim ſubſtantia dicitur, quæ una eſt numero, ſeu ſingularis. completam ac perfectam ajunt eſſe, ut partes ſubſtantiarum, ſive integrantes, ſive eſſentiales, excludant, & quicquid inſtar formæ de quopiam prædicatur, aut cuipiam ineſt, ut humanitas, ſeu humana eſſentia. Incommunicabilem denique dicunt, ne ſit pluribus ſuppoſitis communis, néve cum alio ſuppoſito conjungatur. quam conditionem propter eſſentiam divinam, vel etiam humanam Chriſti naturam, addiderunt, cui cæteræ omnes conditiones ſuppoſiti conveniunt. Itaque niſi hanc conditionem adderent, viderunt, ſequnturum, divinam eſſentiam ſuppoſitum eſſe, &, cum ſit intellectu prædita, etiam perſonam. In uno autem ſuppoſito tria ſuppoſita, in una perſona tres perſonæ locum non habent. Quare Trinitatis ſuæ metuentes ruinam, fulcrum hoc ei infirmum appoſuerunt. Atqui ea conditio jam continetur in primæ *ſeu* ſingularis *ſubſtantiæ nomine. Singularis enim non eſſet, ſi pluribus ſingularibus eſſet communis, & de iis in concreto, (quatenus quidem concreta in ſubſtantiis reperiun-*

petit. Nam & ipſa de alio prædicari poteſt: & ſunt quædam quæ de ipſâ prædicari nequeunt, quæ tamen de ſuppoſito rectè prædicantur. Sic non poſſum dicere de humanâ Petri naturâ; Humana Petri natura ſubſiſtit, ſubſiſtentiâ ſcilicet ſuppoſitali; quamvis id de Petro rectiſſimè dicam. Præterea etſi quælibet perſona ſit ſuppoſitum: omne autem ſuppoſitum ſubſtantia: & quælibet perſona ſit ſubſtantia: non tamen ubi plures perſonæ ſunt, ibi plures etiam ſubſtantias eſſe neceſſe eſt, ſi per ſubſtantiam intelligatur eſſentia. Nam ſi accuratè loquendum ſit, diſtinguendum eſt inter perſonam, & perſonalitatem. *Perſona* propriè eſt concretum quid ex eſſentiâ intelligente, & perſonalitate: *perſonalitas* autem eſt incommunicabilis naturæ ſubſiſtentia. Atque hoc diſcrimen tantùm eſt in creaturis, ut eſſentia intelligens ſine ſuâ perſonalitate in rerum naturâ eſſe queat. Etſi autem in Deo eſſentia non differat à ſubſiſtentiâ, tamen hæc multiplicatur, ipſa verò una manet: & nos qui ſecundùm rationem inter hæc duo diſtinguimus, etiam diſtinctè loquimur. Subſiſtentia quidem eſt modus entis, verùm ſubſtantialis: non fictus, & à ſolâ ratione abſtractus. Quare vaniſſimum eſt commentum, quòd hinc colligit adverſarius, eſſe non entia; quia ſint modi. Cùm enim à quibuſdam id dicitur, cum grano ſalis eſt accipiendum: id eſt, quòd non ſint eſſentiæ rerum per ſe & abſtractè à mente cogitatæ: attamen vel ſint ipſamet eſſentia, vel ſint tales ſubſtantiæ quæ in rerum naturâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

turâ non exiſtant, niſi aliam quandam ſubſtantiam quæ ſit eſſentia, modificent ac terminent. Divinæ autem perſonæ ab eſſentiâ diſtingui nequeunt; quia ſunt ipſa eſſentia. Quare adverſarius vel non intelligit, vel non vult intelligere Chriſtianos Philoſophos. Nemini unquam in mentem venit negare, perſonas divinas eſſe res per ſe ſubſiſtentes: cùm nihil ſint aliud quàm ipſa divina eſſentia certo modo ſe habens. Verùm ut oſtendant perſonarum diſcrimen, rectiſſimè ac philoſophice dicunt, quòd perſonæ abſtractè conſideratæ, hoc eſt, ſi ipſæ conſiderentur à nobis non conſideratâ eſſentiâ, non ſint eſſentia, ſed modi ſubſtantiales, qui perfectiſſimæ ſunt ſubſtantiæ. Cùm enim in ſubſtantiis creatis eſſentia & perſona differant ut includens & incluſum, (perſona ſiquidem eſſentiæ addit certum ſubſiſtendi modum, qui ab eâ re ipsâ ſeparari poteſt) nos, qui ex creaturis per analogiam ad creatorem aſcendimus, in Deo ratione illâ diſtinguimus quæ re ipsâ in ipſo idem ſunt. Id enim nî faciamus, nec diſtinctè de eo aliquid concipere, nec loqui poſſumus. Et quoniam uno conceptu non ſatis aſſequi poſſumus quid ſit eſſentia divina, & quid ſit ſubſiſtentia divina, conſideramus unum, non conſiderato altero: non negando unum de altero, ſed apprehendendo unum non apprehenſo altero. Vnde ineptiſſimè colligitur, perſonas tantùm eſſe ficticios quoſdam modos, qui non ſint ſubſtantiæ: cùm toties inculcemus, eas nihil aliud eſſe quàm ipſam Dei eſſentiam. Non ſecùs ac ſi quis *periuntur, ut Deus, homo, prædicaretur. qua de re ſuprà.* [a] *Hoc loco ea re nobis non eſt opus. Neque enim in eo vis hujus, quod nunc urgemus, argumenti ſita eſt. Illud adhuc addendum videtur, ad rationem hujus deſcriptionis rectiùs percipiendam: ideò Scholaſticos, ejuſmodi, qualem deſcripſimus, ſubſtantiam ſuppoſitum appellaſſe, quia ſuppoſitum id demum dici mereatur, quod omnibus aliis prædicationibus, ſeu rebus, quæ de altero prædicari queant, veluti ſupponatur, ac ſubjiciatur. breviter, quod ſit ultimum ſubjectum, de quo cætera prædicentur, ipſum de nullo alio. Hoc verò nullum eſt aliud, præter ſubſtantiam primam ac ſingularem. Hæc enim de nullo alio dicitur: quia nec aliquid habet ſe inferius; nec ſubjectum, cur inſit, ſive inhæreat, inſtar accidentis: ſed ipſa ſubjectum eſt ultimum, de quo & ſubſtantiæ ſecundæ, nempe genera & ſpecies, & accidentia dicuntur. qua de re videantur Categoriæ, quæ Ariſtoteli inſcribuntur. De his loquitur vulgare etiam axioma: Actiones eſſe ſuppoſitorum; quia ſubſtantiis primis, & quidem perfectis, maximè propriè actiones conveniunt. Si ergo* quælibet perſona eſt ſuppoſitum: ſuppoſitum autem omne ſubſtantia; etiam perſonam quamlibet ſubſtantiam eſſe oportet: & porrò ubi plures perſonæ, ibi plures etiam

a Vide cap. 3. h. ſect.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

eſſe ſubſtantias neceſſe eſt.

Viderunt vim hujus argumenti non pauci ex adverſariis. Ideo ut eam effugerent, definitionem perſonæ veram, ac vulgò etiam in ſcholis, ſi rem ipſam ſpectes, receptam perverterunt. Ajunt enim, perſonam non eſſe ſubſtantiam, *ſeu rem per ſe ſubſiſtentem, ſed* ſubſiſtentiam *naturæ intelligentis incommunicabilem. Hanc accuratam eſſe perſonæ definitionem: illam autem; quâ perſona fuerat in ſcholis definita, nempe quòd ſit ſubſtantia intelligens, incommunicabilis, non ſuſtentata ab alio; minùs accuratam eſſe. Perſonæ enim in concreto, non in abſtracto ſumtæ competere: non eſſe autem definitiones accuratas concretorum, ſed abſtractorum. Porrò autem ſubſiſtentiam ajunt eſſe modum quendum Entis, non Ens ipſum. Per ſe enim atque abſtractè conſideratum, Entitatem non habere. Itaque Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, per ſe & abſtractè conſiderati, ſeu ab eſſentia diſtincti, illis ſunt non Entia. Et in eo quidem illis aſſentior, quòd perſonæ ejusmodi, quales ab iis concipiuntur, ſint non Entia. Re vera enim ipſorum ſunt commenta Sed Patrem, & Filium, vel etiam Spiritum ſanctum, eſſe non Entia, aut modos tantùm Entis, id verò falſiſſimum eſt. Res certè & per ſe Deo indigna eſt, &, ut videbimus, ſua vi omne imperium Patri, & Filio, omnemque hono-*

rem

quis ita colligeret: Tu ſapientiam Dei conſideras ita, ut eam concipias aliam à Dei potentiâ: ergo figmentum concipis: quia ſapientia in Deo nihil eſt aliud quàm potentia.

Jam pluribus etiam hanc diſtinctionem, quam commentum vocat, oppugnat. Primò dicit; Perſona eſt ſuppoſitum: ergo non ſubſiſtentia. Verùm puerilis hic eſt luſus. Quemadmodum enim perſona jam concretè, jam abſtractè conſideratur, ſic etiam ſuppoſitum. Ut igitur perſona concretè conſiderata eſt ſuppoſitum, ſic abſtractè ſumta eſt ſuppoſitalitas. Omnino tres perſonæ divinæ ſunt tria ſuppoſita: quia ſingulæ non tantum ſunt ſubſtantialis eſſentiæ terminus, ſed etiam ſunt ipſa eſſentia. Quamvis autem ſubſiſtentia ſeorſim conſiderata non ſit ultimum ſubjectum, de quo omnia dicuntur: eſt tamen ultimus terminus, & quaſi complementum. quia intellectus potiùs de concretis omnia prædicat, quàm de abſtractis. Porro actiones dicuntur ſuppoſitorum eſſe: quia nec eſſentiæ per ſe conſideratæ, nec ſubſiſtentiæ per ſe conſideratæ competunt, ſed Enti, quod utrumque habet, & ex utroque conſtat. Hîc notemus obſcuritatem adverſarii, quâ in axiomate illo *Actiones ſunt ſuppoſitorum* per vocem *ſuppoſitorum* ſubſtantiam primam ac ſingularem, id eſt, individuam præcisè intelligit. Quaſi v. g. anima rationalis, non ſit ſubſtantia prima ac ſingularis, quamvis ipſi corpori unitæ, nullæ actiones ut ſuppoſito conveniant. Idem eſt judicium de omnibus partibus eſſentialibus ſub-

ſtantia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſtantiarum. Nos obſervamus quòd ſubſtantia prima plerumque accipiatur pro ſuppoſito, ut in hoc axiomate: nonnunquam autem pro ſubſtantiâ ſingulari, quâtenus generibus & ſpeciebus opponitur. Quid ad actiones faciat ſubſiſtentia, dicetur alibi. Nullus quoque noſtrûm negat, Chriſtum, Angelos, imò ipſas perſonas divinas eſſe res per ſe ſubſiſtentes: quia hæc omnia ſunt vocabula concreta: ſed tantùm quæſtio eſt, quomodo ſubſiſtentia ab eſſentiâ vel re vel ratione contradiſtincta, quàm commodiſſimè à nobis concipiatur. Neque enim res per ſe ſubſiſtens ſeu ſuppoſitum & ſubſiſtentia ſunt oppoſita, ſed res intimè conjunctæ: ita ut una ſine alterâ eſſe nequeat.

Atque ut tam divinæ quàm humanæ perſonæ ſunt ſubſiſtentiæ, ſi abſtractè conſiderentur, ſic utræque ſunt ſubſtantiæ, ſi conſiderentur concretè. Nam tam vocabulum ſubſiſtentiæ quàm perſonæ eſt analogum. Quod Chriſtum attinet, tantùm perſona increata eſt: quia tantùm increatam habet ſubſiſtentiam. Ridiculus enim eſt adverſarius, quando ſubſtantiam opponit ſubſiſtentiæ: cùm ſubſiſtentia quoque ſit ſubſtantia, ſed talis quæ aliam intimè afficiat; atque modificet. Præterea quis unquam dixit, divinam perſonam concretè ſumtam tantùm eſſe ſubſiſtentiam: præſertim juxta ſenſum quem adverſarius noſtris affingit. Illi qui piè ac perſpicuè loquuntur, hoc volunt: perſonam, quâtenus aliquid præter eſſentiam dicit, non eſſe aliquam ſubſtantiam, quæ novam eſſentiam adferat: ſed vel eſſe modum quendam ſubſtantialem, *rem eripit, atque ad atheiſmum quendam gradum hominibus ſtatuit. Non urgebo autem nunc illum tantùm loquendi modum, qui ſuam abſurditatem prima ſtatim facie prodit, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum per ſe eſſe non entia; à quo tamen non abhorrent viri magni inter ſuos nominis, etiam Theologicis ſcriptis clari. Neque enim dubito, quin id multi etiam ex adverſariis improbent. Verùm id ipſum quoque valde indignum eſt, Deum & Chriſtum (ne de Spiritu ſancto nunc quicquam dicam) ſubſiſtentiam, aut modum entis conſtituere. Quid enim? qui Deus eſt, qui ſubſtantiam habet divinam, ſubſiſtentia eſt, & non potiùs res per ſe ſubſiſtens? modus entis, non ens ipſum? Quomodo ergo imperat? quomodo quicquam agit? quomodo à nobis invocatur? atque ut uno verbo omnia complectar, quomodo eſt Deus? Actiones enim, & quæ actionum ſunt propria conſequentia, non ſubſiſtentiæ ſunt, ſed rei ſubſiſtentis. Nam ſubſiſtentia facultates ac vires, ex quibus actio promanat, non habet, ſed res ſubſiſtens. Num ſubſiſtentia actu vult, intelligit, gubernat, creat, ſervat? Num tu, cùm invocas Deum, modum aliquem divinæ eſſentiæ invocas? ut te modus aliquis juvet ac ſervet, rogas? Certè ſi id ſunt perſonæ divinæ, nullus hominum ſimplicium, perſonas divinas credit, ipſa ſua tenuitate*

tate ac ſubtilitate aciem mentis eorum planè fugientes. Sed quid de ſimplicibus tantùm loquor? Ne docti quidem plærique tales ſibi, ſive cùm orant, ſive cùm aliquid aliud de Deo & Chriſto cogitant, perſonas fingunt; fortè nec ii ipſi, qui hæc commenti ſunt, niſi tum, cùm ſua quædam dogmata ſibi conciliare laborant.

Sufficere hæc poſſent ad refutandum iſtorum hominum, ut leviſſimè dicam, commentum. Sed tamen ut & ratio perſonæ tantò clariùs pateat, & pluribus ſatisfiat; plura paulò ea de re dicamus. Primùm ergo, dum perſonam ſubſiſtentiam faciunt, obliviſcuntur ſui, qui eandem ſuppoſitum eſſe dicunt. Neque verò quemquam mihi videre hucuſque licuit, qui ſuppoſitum genus perſonæ eſſe, & accuratè de eo prædicari poſſe negaret. Et ſatis nobis hìc eſſet, tria in Deo ſuppoſita omnes agnoſcere. Iam verò ſuppoſitum ipſi dicunt eſſe ſubſtantiam talem, qualem antea deſcripſimus: & poſtulat illius nominis ratio, quam ejus inventores ſpectarunt. Neque enim ſubſiſtentia ultimum eſt ſubjectum, de quo omnia tandem dicantur, ipſum de nullo: ſed ſubſtantia ipſa, ſeu ens ſubſiſtentia præditum. Ipſa ſubſiſtentia enti ineſt, &, ut non ſit accidens, inſtar tamen accidentis prædicatur de eo, cui ineſt. Talia autem omnia ſuppoſita eſſe ab omnibus tegantur. Quò accedit, quòd actio-

nes

lem, ſeparabilem quidem ab eſſentiâ, attamen ad ejus intrinſecam modificationem ac complementum ordinatum, ut in creaturis ſe res habet: vel eſſe ipſammet eſſentiam peculiari modo ſe habentem. Ille modus, illa peculiaris habitudo per abſtractionem præciſivam, ut Philoſophi loquuntur, apprehenſa dicitur perſonalitas, ſubſiſtentiâ, vel ſuppoſitalitas. Non minùs autem poteſt concipi abſtractum perſonæ divinæ atque creatæ quamvis inter eſſentiam ac ſubſiſtentiam creatum reale, inter eſſentiam verò ac ſubſiſtentiam divinam rationis tantùm ſit diſcrimen.

Omnino autem perſona in concreto definitur, cùm dicitur eſſe ſubſtantia prima intelligens, vel etiam ſuppoſitum intelligens. Verùm hoc eſt diſcrimen, quòd in primâ genus ſumatur naturâ, adeòque quaſi à materiali; in ſecundâ verò à ſubſiſtentiâ, id eſt, quaſi à formali perſonæ. Neque nos concretorum definitiones improbamus; tantùm monemus, diſtinguendum eſſe, quò evidentiùs appareat fallacia adverſarii, qui perpetuò in ore habet illud: Vbi tria aut plura ſunt concreta ejuſdem rationis, ibi plura ſunt ſubjecta ſeu ſubſtantiæ. per ſubſtantias autem intelligit eſſentias. At nos contra oſtendimus, non repugnare, ut una eſſentia determinetur à tribus perſonis. Multiplicatis itaque perſonis multiplicantur quidem ſubſtantiæ relativæ, id eſt, ſubſiſtentiæ: quæ in perſonis ſe quaſi habent inſtar formalis: ſed non ſubſtantia abſoluta, id eſt, eſſentia, quæ ſe habet inſtar materialis. Singulos denique modos ſin-

gulas

gulas ſubſtantias, id eſt, juxta adverſarium, eſſentias poſtulare, nec Metaphyſico quidem, multò minùs Theologo perſuadebit. Videamus igitur quid in ſequenti capite adferat.

nes quæ ſuppoſitorum ſunt propriæ, non ſubſiſtentiæ conveniunt, ſed ſubſiſtentiæ ipſi, ſeu enti ſubſiſtentiam habenti, ut pote quod vires ad agendum neceſſarias habet: quemadmodum paulo antè monuimus. Subſiſtentia nil præſtat aliud, quàm ut ens per eam ſubſiſtat, & porrò, ſi id cæteroqui vires ac facultates aliquas habeat, agat. Præterea quis dicat, hominem, aut angelum eſſe ſubſiſtentiam, & non potius ſubſtantiam, ſeu rem per ſe ſubſiſtentem? At quilibet homo perſona eſt, ſimiliter & angelus. Atque ut altius aſcendamus; & Chriſtus ſubſtantia eſt, non ſubſiſtentia; ens, non modus entis. Eſt autem perſona. Perſona ergo non eſt ſubſiſtentia. Alioquin ita ex adverſariorum ſententia argumentandum eſſet: Omnis perſona eſt ſubſiſtentia: Nullus homo, angelus, nec ipſe Chriſtus eſt ſubſiſtentia. Quare nec perſona.

Dicet fortaſſe aliquis; perſonas quidem creatas ſubſtantias eſſe, ſed divinas eſſe ſubſiſtentias: nec eſſe perſonam genus univocum perſonæ creatæ & increatæ, ſed analogum tantùm. Verum ex eo quærere primùm licebit, num Chriſtum creatam tantùm, an increatam perſonam eſſe velit, an utramque ſimul? Si creatam tantùm, falſa erit ejuſdem ſententia, qui Chriſtum ſecundam Trinitatis perſonam eſſe ſtatuit. Hæc enim perſona increata eſt; nec potuit deſinere eſſe increata, quin Trinitas concideret, exemtâ ex trium perſonarum numero unâ, nempe ſecundâ. Si increata tantùm; Chriſtus erit ſubſiſtentia tantùm, ſi divina perſona ſubſiſtentia tantùm eſt, non res ſubſiſtens) quod omnes falſum eſſe vident. Qui enim homo eſt, ſubſtantia certè eſt, non ſubſiſtentia. Si utramque ſimul; duæ erunt illius perſonæ, diverſæ rationis, ſeu diverſam definitionem habentes. Altera enim erit ſubſtantia; altera ſubſiſtentia, non ſubſtantia. At unus eſt Chriſtus, una illius perſona, fatentibus omnibus, & contra Neſtorium urgentibus. Deinde ratio ſuppoſiti, quod divinæ etiam perſonæ ſeu increatæ competit, non permittit, ut vidimus, divinam perſonam ſubſiſtentiam tantùm eſſe; non, inquam, magis, quàm creatam. Denique illud ipſum, quod rationis loco aſſertur, eam ſententiam convellit. Nam ſi perſona genus eſt analogum perſonæ increatæ & creatæ, perſonam divinam non ſubſiſtentiam, ſed ſubſtantiam eſſe oportet. Neque enim analoga ſunt, ſubſiſtentia Dei, & res ſubſiſtens creata: ſed ſubſtantia creata increatæ, ſubſiſtentia ſubſiſtentiæ, modus modo, analogus eſt; & contrà. Quare ſi perſona creata ſubſtantia eſt, non ſubſiſtentia, aut modus aliquis; etiam increata ſubſtantia erit, non ſubſiſtentia: res, inquam, ſubſiſtens, non modus rei.

Quòd verò ajunt, cùm perſona dicitur eſſe ſubſtantia prima intelligens, definitionem hanc eſſe perſonæ in concreto ſumtæ, non in abſtracto: quærere ex iis libet, quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quid perſonæ in concreto ſumtæ, quid item abſtractæ nomine intelligant? Si concretum ita ſumunt, quo pacto ſubſtantiæ à nonnullis dicuntur concretæ, ut homo, animal, quorum abſtracta ſtatuuntur humanitas, animalitas; talium concretorum accuratiſſimæ traduntur definitiones; & hoc modo definienda omnino hoc loco eſt perſona, ubi quæritur, an Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſint tres perſonæ in una divina eſſentia. Neque enim Pater, Filius, & Spiritus ſanctus perſonalitates ſunt, ſed perſonæ: niſi ſimiliter dicere velis, hominem eſſe humanitatem, animal animalitatem, Patrem paternitatem, & ſic in cæteris: quo pacto concreta erunt abſtracta, & contrà; & ſic fruſtra inter ſe ab adverſariis diſtinguentur. Deinde quocunque tandem modo concretum hîc accipias, nihil id noſtra refert, modò noſtra perſonæ definitio, quatenus concreta deſinire poſſunt, ſit bona, aut genus ſaltem rectè conſtitutum. Siquidem de perſonis in concreto ſumtis, non de perſonalitatibus ſermo eſt. & neceſſe eſt, ubi tria aut plura ſunt concreta alioqui rationis, ut tres boni, tres ſapientes, tres reges, patres, Filii, ibi plura eſſe ſubjecta, ſeu plures ſubſtantias, quibus adjunctum illud, quod in concreto effertur, inſit. Eadem eſt ratio etiam eorum concretorum, quæ modum aliquem entis, aut ſubſtautiæ, in concreto exprimunt, quales ab accidentibus vulgò diſtinguunt. Nam ſinguli illi modi, ſingula Entia aut ſubſtantias poſtulant: nec concreta, ejuſdem alioqui rationis, ſunt plura, niſi ſimul ſubjecta ſint plura, ſeu plura Entia aut ſubſtantiæ. Denique etiamſi tandem daremus, perſonas divinas eſſe ſubſiſtentias, non ſubſtantias; nihilominùs tamen contradictio in vulgari Trinitatis dogmate lateret. Nam & hoc contradictionem involvit, unam numero ſubſtantiam tres ſimul ſubſiſtentias habere; quemadmodum ſequenti capite docebimus:

CRELLII
CAP. II.

Argumentum quintum: quia tres unius ejuſdemque rei ſubſiſtentiæ eſſe non poſſunt.

Quintum hujus generis argumentum eſt, quòd ſi plures ſunt in una Dei ſubſtantia perſonæ, neceſſe eſt etiam plures in eadem ſubſiſtentias eſſe: quemadmodum adverſarii non modò fatentur, ſed etiam urgent. quandoquidem ſubſiſtentia ſuppoſiti forma eſt. Non poteſt

BISTERFELDII
CAP. V.

Reſponſio ad argumentum quintum: nimirum quòd tres unius ejuſdemque rei ſubſiſtentiæ eſſe poſſint.

Tres eſſe in Deo ſubſiſtentias, omnino aſſeveramus: & fruſtra id pronuntiat impoſſibile adverſarius; præſertim tam infirmis argumentis nixus. Primùm, *inquit*, quia unius rei non poſſunt plures eſſe formæ ejuſdem rationis, ſive ſubſtantiales ſint, ſive accidentales, ſive quocunque eas nomine appelles; ne modos rerum excluſos putes. *At univerſa ratio ambiguitate verborum*

rum ejuſdem rationis *ſuperbit : quâ explicatâ protinus corruit. Nam per formas* ejuſdem rationis, *vel poſſunt intelligi formæ prorſus ejusdem rationis, ita ut ſit non ſolùm generica & ſpecifica, verùm etiam numerica identitas, adeòque una prorſus nihil aliud præſtet quàm altera: vel poſſunt intelligi formæ, quæ reverâ quidem in genere & ſpecie etiam proximâ conveniunt, ſingularem tamen quandam diverſitatem habent, ut una non planè præſtet idem quod præſtat altera. Priori ſenſu concedimus quidem propoſitionem: ſi enim prorſus idem præſtarent plures formæ, eſſent quædam ſupervacaneæ: ſed negamus, tres ſubſiſtentias divinas eſſe tres formas prorſus ejusdem rationis. Quamvis enim quælibet ſit ſubſiſtentia divina, & relativa, adeoque hactenus omnes tres ſint ejusdem rationis genericæ ac ſpecificæ, tamen alterius rationis eſt ſubſiſtentia Patris, alterius Filii, alterius denique Spiritûs ſancti: ita ut inter eas ſit differentia relativa numerica. Poſteriori ſenſu negamus propoſitionem: cùm ipſam quotidiana experientia refutet. Conſtat enim ex doctrinâ opticâ, quod in eodem puncto plurimæ concurrant ſpecies viſibiles: item diverſæ luces & quidem diſtinctæ & inconfuſæ, quæ licet ſint ejusdem generis ac ſpeciei, imò ſæpius ejusdem individui ſpecies, attamen non ideo ſunt fruſtra. Nec ideo eadem res bis aut pluries eſt id quod eſt. Nam per ſubſiſtentiam Patris eſſentia divina eſt Pater, non Filius: per ſubſiſtentiam verò Filii, nec Pater eſt, nec Spiritus ſanctus: non itaque bis eſt Pater, vel bis Filius, vel bis Spiritus ſanctus. Quod longè clarius eſt, cùm hæ ſubſiſtentiæ ſint relativæ. At ipſemet adverſarius fatetur, rationem ſuam nullam eſſe, niſi idem ſit reſpectus. Iam verò ipſæmet ſubſiſtentiæ divinæ ſunt ſubſtantiales relationes: adeòque* poteſt autem res eadem multiplicari, niſi & forma multiplicetur. Quare nec ſuppoſita aut perſonæ multiplicari poſſunt, niſi & ſubſiſtentiæ multiplicentur. Idem apertiùs etiam ex eorum ſequitur ſententia, qui ſuppoſitum ac perſonam volunt eſſe ipſam ſubſiſtentiam. Atqui impoſſibile eſt, unius numero ſubſtantiæ plures eſſe ſubſiſtentias. Primum quia unius rei non poſſunt plures eſſe formæ ejuſdem rationis, ſive ſubſtantiales ſint, ſive accidentales, ſive quocunque eas nomine appelles, ne modos rerum excluſos putes. non poſſunt, inquam, inhærentiæ unius eſſe plures exiſtentiæ; non plures rationalitates; non plures longitudines, aut albedines, niſi fortè ſecundùm diverſas partes; non plures paternitates ejuſdem rationis, niſi reſpectu diverſorum, aut diverſo tempore; & ſic in cæteris. Et ratio hæc eſt: quia non poteſt eadem res bis aut pluries eſſe id, quod eſt, ſed ſemel tantùm, intellige eodem tempore, eodem reſpectu, (qui in relatis tantùm eſt obſervandus,) & ſecundùm eaſdem partes. Alioqui progreſſus daretur in infinitum. Quis enim terminum hîc ponet? Quæ cauſſa eſt, cur non infinities res aliqua ſit id quod

quod eſt, ſi bis aut ter eſſe poteſt? Progreſſus autem in infinitum eſt impoſſibilis, etiam ſubſiſtentiarum aut ſuppoſitorum in Deo. Quare etiam illud eſt impoſſibile, unde hujuſmodi progreſſus in infinitum ſequitur. Id autem eſt, quòd una eademque res pluries poſſit eſſe id quod eſt. hoc verò inde iterùm naſcitur, quòd eadem res poſſit habere plures ejuſdem rationis formas, eodem nimirum tempore, reſpectu, parte. Eſt enim forma id, per quod res eſt quod eſt. Quare ubi plures ſunt ejuſdem rationis formæ, pluries res eſt id quod eſt. Adde, quòd, ſi forma eſt, per quam res eſt id quod eſt; eâ detractâ res non ampliùs manet id quod fuerat. At ſi duæ poſſunt eſſe ejuſdem rei formæ tales, quales diximus; alterâ etiam detractâ, nihilominùs res manebit id quod eſt. Id verò eſt impoſſibile, & cum ipſius formæ ratione pugnat. Subſiſtentia autem illa, de qua agimus, forma eſt ſuppoſiti, & per eam ſubſtantia, cui ineſt, ſuppoſitum fit.

adeòque impoſſibile eſt, ut eodem reſpectu eſſentia divina ſit Pater quo eſt Filius, & ſic deinceps. Nullus igitur hic eſt progreſſus in infinitum. Tanta enim eſt divinæ eſſentiæ perfectio, ut una forma ipſi non poſſit eſſe adæquata, ſed neceſſariò requirantur tres: tanta quoque eſt harum formarum perfectio, ut una non poſſit eſſe ſine alterâ: denique tanta eſt tam eſſentiæ quàm perſonarum perfectio, ut nec pauciores nec plures eſſe queant. Nam prorſus repugnat divinæ perfectioni, ut plures quàm tres in eâ ſint ſubſiſtentiæ. Forma quidem eſt id, per quod res eſt quod eſt. Verum per formam adæquatam res adæquatè eſt id quod eſt: per inadæquatam verò eſt inadæquatè. Per ſubſiſtentiam itaque Patris divina eſſentia adæquatè eſt Pater, non verò adæquatè Deus. Si verò abſurdiſſima illa detractio, quam fingit, locum inveniret, ſubtractâ v.g. ſubſiſtentiâ Spiritûs ſancti, Deus præcisè deſineret eſſe Spiritus ſanctus ſed non Pater: ſed cùm indiſſolubilis ſit harum perſonarum nexus, & planè impoſſibilis ſit ea imperfectio; ut eſſentia divina non ſit Spiritus ſanctus, prorſus otioſum eſt hoc argumentum, Admittamus autem, quòd ſubſtantia, de quâ agimus, ſit quaſi forma ſuppoſiti: verùm diſertè excipimus, non alio modo ſineque id à nobis fieri, quàm ut tamdiu ſubſiſtentiæ divinæ quaſi formæ habeantur, quàm diu aliquam perfectionem hæ voces innuunt; quàm primùm autem aliqua imperfectio hinc infertur, negamus, eas eſſe formas. Aliâ ratione intellectum noſtrum in rebus tam ſublimibus juvare non poſſumus.

Defenſio Argumenti.

N*Am, ut hoc quoque obiter explicemus, duplici modo, apud adverſarios ſumitur* ſubſiſtentia, *laxiùs,*

Defenſio Reſponſionis

REctè autem obſervat, quòd vox *ſubſiſtentiæ* nunc laxiùs, nunc ſtrictius accipiatur: quæ omnia probamus; niſi

quòd

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quòd non ſatis accuratè diſtinguat inter ſubſtantias primas, & ſingulares. Subſtantia enim prima propriè eſt ſubſtantia ſingularis non quævis, ſed completa. Sed jam nos ad αὐτοψίαν deducit. *Divina illa ſubſtantia*, inquit, *quæ numero una eſt, & completa, vel eſt pluries ſubſtantia*, hoc eſt, *res quæ non inhæret alteri, ſed per ſe ſubſiſtit: vel pluries completa.* Reſpondeo: Subſtantia illa, nimirum divina eſſentia, quæ ratione eſſentialis perfectionis eſt completiſſima, ratione perſonalis terminationis eſt pluries completa: id eſt, tribus perſonis ob ſuam perfectionem communicatur. *Si pluries, etiam infinities erit. ſtatus enim non datur. Quia formæ ſive ſubſtantiarum, ſive accidentium, ſive modi ſint, ſive res, ſi ſunt ejusdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, non poſſunt diſtingui: niſi diverſis ſubjectis, aut materiis inſint, vel ſaltem diverſis ejusdem ſubjecti aut materiæ partibus; aut tempore, aut reſpectu diverſa, à ſe invicem diſtinguantur.* Sed per verba *ejusdem ſpeciei ſpecialiſſimæ* vel intelligit formas ejusdem ſpeciei infimæ, quæ tamen ſub ſe habeat diverſas: vel intelligit formas prorſus ejuſdem rationis. Priori ſenſu negamus hanc propoſitionem: tum quia paulo antè oſtendimus, id eſſe falſum: tum quia exceptio, quam ipſemet auctor addit: in noſtro exemplo locum habet: nimirum diverſi reſpectûs. Nam ſubſiſtentia, præſertim divina, eſt intrinſeca ac tranſcendentalis relatio, Poſteriori ſenſu negamus, divinas ſubſiſtentias planè eſſe ejuſdem rationis. *Reſtat igitur*, inquit, *ut non ſint ejuſdem rationis ac definitionis.* Omnino hoc ſequitur. *Sed ſic forent compoſitæ ex genere & differentiâ ſpecificâ, laxiùs, & ſtrictiùs. Laxiùs ſumta, communis eſt omnibus ſubſtantiis; primis, ſecundis; perfectis, imperfectis; totis, partibus. & ſic opponitur inhærentiæ tantùm, quæ accidentium eſt propria. Itaque ſubſiſtentia illa eſt forma ſubſtantiæ cujuſvis, ſeu id, per quod ſubſtantia eſt ſubſtantia: inhærentia forma accidentis, hoc eſt, id, per quod accidens eſt accidens. De hac ſubſiſtentia hoc loco propriè ſermo non eſt: licet ea in hac, de qua agimus, ſubſiſtentia quodammodo includatur, vel ab ea præſupponatur; & de eâ quoque verum ſit eandem numero ſubſtantiam plures ſubſiſtentias habere non poſſe. Strictiùs autem ſumta, non niſi ſuppoſitis convenit, ſeu ſubſtantiis primis, hoc eſt, ſingularibus, & quidem completis ſive perfectis: eſtque hujusmodi ſubſtantiarum, quà tales ſunt, forma quædam. Non poteſt ergo una eademque ſubſtantia plures ejusmodi ſubſiſtentias habere. Atque ut rem propiùs ſpectes; num cenſes, Dei ſubſtantiam, quæ numero una eſt, & completa, pluries vel ſubſtantiam eſſe, hoc eſt, rem, quæ non inhæreat alteri, ſed per ſe ſubſiſtat; vel pluries completam? Si pluries, etiam infinities erit. Status enim non datur. Præterea, ſi plures in eadem ſubſtantia dantur ſubſiſtentiæ, neceſſe eſt, ut inter illas aliqua ſit diſtinctio. Si enim diſtinctio nulla eſt, una erit ſubſiſtentia, non plures.*

At nulla diſtinctio inter illas eſt. Etenim formæ ſive ſubſtantiarum, ſive accidentium, ſive modi ſint, ſive res, ſi ſunt ejuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, non poſſunt diſtingui, niſi diverſis ſubjectis aut materiis inſint, vel ſaltem diverſis ejusdem ſubjecti aut materiæ partibus; aut tempore, aut reſpectu diverſo, à ſe invicem diſtinguantur. Hic autem (ut ad rem noſtram id transferamus) nec diverſa ſunt ſubjecta, ſed ſubſtantia divina eadem numero; tempus idem: nec diverſæ partes; cum & ſubſiſtentia non niſi toti ſubſtantiæ competat, & divina eſſentia ex partibus non ſit conflata. Reſpectus etiam diverſi locum hic non habent: cùm ſubſiſtentia non ſit relatum. Nulla ergo reperietur inter ſubſiſtentias illas, & ſic inter perſonas divinas, diſtinctio. At diſtinctas, & quidem realiter, volunt adverſarii, & res ipſa poſtularet. Reſtat igitur, ut non ſint ejuſdem rationis ac definitionis, quo ſic aliquid habeant, in quo conveniant: quia omnes ſubſiſtentiæ ſint in divina eſſentia exiſtentes: & aliquid, in quo diſcrepent, ac ſpecie diſtinguantur. At nec compoſitionem ejusmodi ex genere & differentia ſpecifica in divinis admittunt adverſarii: & impoſſibile eſt, quorum una numero eſt eſſentia, ea ſpecie ac definitione diſcrepare. Quæ enim ſpecie ac definitione diſcrepant, ea hoc ipſo eſſentiâ etiam diſcrepant: ſiquidem ſpecies

eâ, quam non admittunt adverſarii in divinis, Non admittimus talem, quæ realem in Deo compoſitionem inferat: ſed eam, quæ divinæ perfectionis eminentiâ, noſtrique intellectûs imbecillitate nitatur, qualis hæc eſt, libenter admittimus. *Præterea impoſſibile eſt, quorum una numero eſt eſſentia, ea ſpecie, ac definitione diſcrepare.* Tali definitione ac ſpecie, quæ non abſolutum eſſentiale diſcrimen, ſed reſpectivum tantùm ac modale inferunt, ea, quorum una eſt eſſentia, diſcrepare poſſe, non eſt impoſſibile. Illud enim axioma, Vbi eſt una prorſus eſſentia, ibi una eſt definitio, &, Quæ differunt definitione, differunt etiam eſſentiâ: gratis eſt fictum, nec à primâ Philoſophiâ admittitur: cùm plurima abſurda inde ſequantur. Vltimò urget: *Subſiſtentia ea, de qua hìc ſermo eſt, protinus ſubſtantiam, cui ineſt, reddit incommunicabilem pluribus ſuppoſitis. Vna ergo poſita, ſtatim excluduntur cæteræ* Reſpondeo: Reddit eam incommunicabilem, non quovis modo, ſed eo, quo eam terminat. Sic ſubſiſtentia Patris facit quidem ut divina eſſentia ſit incommunicabilis alii Patri, ſed non facit ut ſit incommunicabilis alii qui non ſit Pater. Cùm enim eam adæquatè non terminet, quomodo aliam ſubſiſtentiam poterit excludere? Imò cùm relativa ſit, quomodo non neceſſariò aliam ponet? Quemadmodum itaque formæ ſubordinatæ eâtenus reddunt incommunicabilem materiam, quâtenus eam modificant, non verò ratione aliâ; ſic quoque formæ hæ coordinatæ ſuo modo reddunt incommunicabilem divinam eſſentiam, ſed non omni

omni modo. Denique nimis ſibi indulget, cum pro principio ponit, ſubſiſtentiam non eſſe relatum. Poterat enim à noſtris didiciſſe, divinas ſubſiſtentias eſſe ipſiſſimas ſubſtantiales relationes.

cies ad eſſentiam pertinet, & definitio rei eſſentiam explicat, quæ ubi una eſt prorſus, una etiam eſt re ipſa definitio. Deniq; ſubſiſtentia ea, de qua hîc ſermo eſt, protinus ſubſtantiam, cui ineſt, reddit incommunicabilem pluribus ſuppoſitis. Vnâ ergo poſitâ ſtatim excludentur cæteræ. Si enim plures eſſent ſubſiſtentiæ, plura forent ſuppoſita. Quanquam hîc nobis oſtendiſſe ſufficit, plura ſuppoſita in eadem ſubſtantia non eſſe. Subſiſtentiam autem illam reddere ſubſtantiam, cui ineſt, incommunicabilem, patet ex eo, quòd propter eam ſuppoſitum eſt incommunicabile pluribus ſuppoſitis. Quòd ſi ſuppoſitum; etiam ſubſtantia, quæ ob ſubſiſtentiam illam ſuppoſitum fit ac conſtituitur. Etenim forma quævis, quod largitur toti, largitur etiam materiæ, cui ineſt, vel ei, quod materiæ reſpondet; & niſi largiretur, ne toti quidem, quod ex ea conſtituitur, largiretur. Eatenus enim totum reddit tale, quatenus materiam totius, quæ potentiâ talis erat, actu talem reddit. Eadem ratio eorum eſt, quæ his per anologiam reſpondent. Hîc verò forma eſt ſubſiſtentia: materiæ reſpondet eſſentia ſeu ſubſtantia, cui ſubſiſtentia ineſt, & cum qua ſuppoſitum conſtituit, vel potiùs, quæ propterea, quòd ſubſiſtentiam illam habet, ſuppoſitum ipſa eſt. Quòd ſi corpus, quamdiu animam in ſe habet, animatum eſt & dicitur, quamdiu ſentiendi vim, ſenſitivum: licèt hæ formæ aliquid reale corpori addant: multo magis eſſentia divina ſubſiſtentiam illam atque incommunicabilitatem in ſe habens, ipſa & per ſe ſubſiſtère, & incommunicabilis dici poteſt ac debet: cum hæ formæ nihil ei realiter, ut ipſi adverſarii contendunt, addant. Hæc autem etſi pro nova ratione haberi jure queant, tamen cum priori computabimus.

BISTERFELDII CAP. VI.

Reſponſio ad argumentum ſextum, quomodo perſonæ divinæ ſimul ſint communicabiles, & incommunicabiles.

Omne quidem ſuppoſitum debet eſſe incommunicabile, ſed non quovis modo. Sufficit ſi, quatenus ſuppoſitum eſt, ita ſit incommunicabile, ut ad alterius intrinſecam conſtitutionem non ſit ordinatum. Poteſt itaque alio modo communicari. Quare non tantùm proponendum,

CRELLII CAP. VI.

Argumentum ſextum: quòd perſonæ divinæ ſimul forent communicabiles, & incommunicabiles.

Sexto loco illud afferri poteſt, quòd ex vulgari Trinitatis dogmate ſequatur, perſonas divinas & incommunicabiles eſſe, & communicabiles; & ſic ſuppoſita ſimul, & non

ſuppoſita; perſonas, & non perſonas. Conſtat enim inter omnes, ſuppoſitum omne, ac porrò omnem quoque perſonam, debere eſſe incommunicabilem alteri ſuppoſito aut perſonæ, ſive uni, ſive pluribus. Vnde etiam in definitione perſonæ incommunicabilitatem vulgò exprimunt. At ſi eſſentia divina eadem numero communis, ſeu, ut illi loquuntur, communicabilis eſt pluribus ſuppoſitis ſeu perſonis divinis, ipſa quoque ſuppoſita perſonæque illæ communicabiles erunt pluribus ſuppoſitis perſoniſque. Quorum enim eſſentia, & quidem tota, communicabilis eſt pluribus ſuppoſitis, illa ipſa ſunt communicabilia pluribus ſuppoſitis. Nihil enim magis communicari poteſt alteri, (ſi modò id alterum eſt, & non potius idem) quàm cujus eſſentia tota, eadem numero, communicatur alteri. atque in univerſum, nihil magis cuiquam competere poteſt, quàm quod ratione eſſentiæ, & quidem totius, ei competit. Quòd ſi ergo perſonarum divinarum eſſentia tota eſt communicabilis pluribus ſuppoſitis; illæ ipſæ perſonæ erunt communicabiles pluribus ſuppoſitis. Quare & communicabiles erunt ſimul, & incommunicabiles; & ſic ſuppoſita ſimul, & non ſuppoſita; perſonæ, & non perſonæ.

dum, ſed & probandum erat axioma illud: Quorum eſſentia, & quidem tota, communicabilis eſt pluribus ſuppoſitis, illa ipſa ſunt commnnicabilia pluribus ſuppoſitis. *Supra enim oſtendimus, divinæ eminentiæ conſentaneum eſſe, ut ipſa abſolutè ſpectata, ſit communicabilis. Nulla hinc oritur contradictio: quia non eodem modo, quo communicabilis eſt, eſt incommunicabilis, & viciſſim; ſed alio atque alio. Quatenus itaque divinæ ſubſiſtentiæ habent eandem eſſentiam, commnnicabiles ſunt inter ſe: unde intima illa immeatio quâ Pater eſt in Filio & Filius in Patre, radicaliter oritur: quatenus verò quælibet peculiari modo ſubſiſtit, incommunicabiles ſunt. Id autem æquè falſum eſt:* quòd nihil magis cuiquam competere poſſit, quàm quòd ratione eſſentiæ, & quidem totius, ei competit. *Nam cùm mens noſtra in divina perſonâ & eſſentiam & ſubſiſtentiam concipiat, quidni inter eſſentialia & perſonalia attributa diſtingueret? Adde, quòd ea ſit divinæ eſſentiæ perfectio, ut neceſſariò habeat tres incommunicabiles ſubſiſtentias: adeoque illa incommunicabilitas ex ipſius eſſentiæ eminentia fundamentaliter quaſi reſultet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

BISTERFELDII
CAP. VI.

Reſponſio ad argumentum ſeptimum, ex analogia cum rebus creatis ductum: quo conatur oſtendere, niſi una Dei perſona ſtatuatur, infinitas eſſe ſtatuendas.

Quàm infirmum ſit hoc adverſarii argumentum, vel rudiſſimis ſanè patere poteſt. Cur enim non idem de Deo ſtatuamus quod de ſubſtantiis intelligentibus creatis, cauſas habemus duas omni exceptione majores. Prima eſt, quia Scriptura hoc docet de Deo, de creaturis autem id non docet. Altera eſt, quia infinitas divinæ eſſentiæ illud admittit, imò poſtulat: creaturarum autem finitudo id negat. Et nullius momenti eſt adverſarii confirmatio. Nam eſſentia infinita non tantùm plures ſubſiſtentias, ſed etiam plures ſubſiſtentias infinitas poſtulat. Poſtulat, inquam, perſonas infinitas, ratione perfectionis, non verò ratione numeri. Etenim cùm ob ſuam infinitam perfectionem eas poſtulet, quomodo poterunt eſſe finitæ? Quomodo poterunt eſſe res ab ipſa diverſæ? At ſi res ab ipſa diverſæ eſſe nequeunt, utique neceſſariò infinitæ erunt, Infinitudo verò numeri magnam dicit imperfectionem; imò ab ipſa rerum natura repudiatur. Neque divina eſſentia propriè eſt pars divinæ perſonæ, ſed eſt ipſamet: niſi ex imperfectiſſimis noſtris conceptibus res ipſas fingere libeat. Præterea veram hujus diſcriminis cauſam nullatenus attingit. Non enim ideo finita ſubſtantia nonniſi unam perſonam conſtituere poteſt, quia perſona totam eſſentiam in ſe complectitur: vel quia eadem non poteſt ſecundum idem, bis eſſe idem: ſed quia eam perfectionem non habet, ut infinitæ perfectionis actus relativi in ea neceſſario ſint, utque

CRELLII
CAP. VI.

Argumentum ſeptimum, ex analogia cum rebus creatis ductum: ubi oſtenditur, niſi una Dei perſona ſtatuatur, infinitas eſſe ſtatuendas.

VLtimum hujus generis argumentum faciemus id, quod etiam rudiſſimis facilè patet, & ab adverſariis facilè creditur eludi poſſe: nempe quòd videmus, in rebus creatis unius ſubſtantiæ intelligentis unam tantùm eſſe perſonam, non plures, &, ut latiùs rem hanc extendamus, non poſſe eſſe plura ſuppoſita, niſi ſimul etiam plures ſint numero ſubſtantiæ atque eſſentiæ. Cur ergo non idem de Deo ſtatuamus? Rationem conſequentiæ mox videbimus, ubi examinaverimus exceptionem adverſariorum, quâ hoc argumentum convellere nituntur. Ajunt enim, aliam hîc eſſe rationem ſubſtantiæ creatæ & increatæ. Illam enim finitam eſſe, hanc infinitam. Itaque illam quidem, ſi una ſit numero, in pluribus ſuppoſitis aut perſonis ſubſiſtere non poſſe; hanc autem poſſe. Verùm hæc differentia nullum in eo, de quo agimus, habet momentum. Tum enim demum momenti aliquid habitura eſſet, ſi perſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

na increata non æquè infinita foret, atque eſſentia ſeu ſubſtantia, in qua ſubſiſtere creditur; aut pars rei alicujus, ſuppoſitum ac perſona eſſe poſſet. Nunc cùm aliter ſe res habeat, eadem hîc ratio eſt finitæ & infinitæ perſonæ. Cur enim finita ſubſtantia nonniſi unam perſonam conſtiture poteſt? nempe quia perſona aut ſuppoſitum totam in ſe ſubſtantiam, non partem ejus aliquam complectitur, nec poteſt eadem ſubſtantia eodem tempore, ſecundùm idem bis eſſe idem; ac porrò nec bis eſſe ſuppoſitum, bis perſona. At eadem ratio eſt etiam in ſubſtantia divina. Siquidem perſona quælibet divina totam divinam ſubſtantiam amplectitur, nec partem aliquam ſibi tantùm decerpit, aut decerpere poteſt, niſi perſona ac ſuppoſitum eſſe deſinat. Quare non magis ſubſtantia infinita, poteſt plura in ſe habere ſuppoſita aut perſonas, quàm finita. Quò accedit, quòd, ſi propter diſcrimen finiti & infiniti, diſcrimen etiam foret in numero ſuppoſitorum; ſequeretur, diſcrimen hoc ratione numeri, infinitum fore. Hoc enim poſtulat infinita illa diſtantia, quæ eſt inter finitam & infinitam ſubſtantiam, quæque diſcrimen illud numeri perſonarum parere cenſetur. Itaque perſonæ in infinita Dei ſubſtantia, numero etiam infinitæ, ſtatuendæ eſſent, non numero finitæ, & quidem tres tantùm. Etenim inter tria & unum non modò finitum, ſed etiam valdè exiguum eſt diſcrimen.

utque ipſa poſſit eſſe tria, quæ non ſecundùm idem ſint tria, ſed ſecundùm diverſos actus. At verò tanta eſt infinitæ eſſentiæ perfectio, ut neceſſariò in eâ ſit realis ac infinitus communicationis actus. Non enim eſt infinita omnique modo perfectiſſima bonitas, ubi non eſt infinita quædam realisque communicatio. Siquidem perfectior eſt bonitas quæ continuum habet actum, quàm ſit illa quæ vel nullum, vel interruptum habet. At infinitâ bonitate perfectior ne cognitari quidem poteſt. At ubi hæc eſt, ibi neceſſariò eſt aliquod communicans, & aliquod cui communicatur, adeóque quædam diverſitas. Præterea cùm hæc communicatio ſit actus ſimpliciter infinitus, utique & communicans, & id cui communicatur, debet eſſe infinitum. Porro cùm non poſſint eſſe plures eſſentiæ infinitæ, neceſſe eſt ut eadem eſſentia pluribus conveniat. Ineptè autem hinc concluditur, quòd ideò earum perſonarum numerus debeat eſſe infinitus. Eſt quidem infinitum inter numerum perſonæ creatæ & increatarum perſonarum diſcrimen, verùm intenſive, non extenſive. Id enim divinæ perfectioni repugnaret, ut paulo pòſt videbimus.

Defen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Defenſio Reſponſionis.

SEd infinitas in Deo perſonas eſſe poſſe, prorſus eſt impoſſibile: non tantùm, quia in Deo poſſe & eſſe in intrinſecis perfectionibus prorſus idem ſunt: ſed etiam quia infinita perſonarum multitudo. & divinæ eſſentiæ & ipſarum infinitam perfectionem evertit: ut ſuo loco oſtendetur.

Defenſio Argumenti.

DIces, hanc rationem non evincere, infinitas in Deo perſonas eſſe, ſed eſſe poſſe, ſeu nil repugnare, quominùs ſint; quia infinitas eſſentiæ ejus permittat. Sed præterquam quòd adverſarii dicant, idem eſſe in Deo Poſſe & Eſſe; illud certum eſt, quæcunque in Deo eſſe naturaliter poſſunt, nec ex libera illius voluntate pendent, omnino etiam ac neceſſariò in eo eſſe. Neceſſe enim eſt, ut perfectionem quandam, & quidem naturalem, in ſe contineant. Nulla autem naturalis perfectio, quæ in Deum cadere poteſt, ab eo poteſt abeſſe. ſiquidem non poteſt eſſe, naturæ imperfectæ, ſeu talis, cui aliquid adhuc perfectionis poſſit addi. Quædam ad hanc exceptionem pertinentia dicentur in ſectionibus ſequentibus, ubi examinabitur modus generationis Filii Dei, & proceſſionis Spiritus ſancti, ab adverſariis excogitatus.

BISTERFELDII

SECTIO. II.

In quâ de ſecundâ ſupremæ Deitatis perſonâ diſſeritur.

Cùm ea, quæ generatim ex lumine naturæ contra myſterium ſacroſanctæ Trinitatis objici poterant, ipſamet recta ratio vel aliena, vel ſophiſtica pronuntiârit: bona ſpes, imò dubium nullum eſt, quin ea quæ ab adverſario vel de Filii ex eſſentiâ Patris generatione, vel de ejus incarnatione adferentur, ejuſdem valoris futura ſint: id eſt, prorſus infirma: quamvis tum ob rerum ſublimitatem, tum ob verborum ambiguitatem ac obſcuri-

CRELLII

SECTIO II.

In qua de ſecunda, quæ ſtatuitur, ſupremæ Deitatis perſona diſſeritur.

Poſtquam Trinitatis dogma ex iis refutavimus, quæ ad tres, quæ in Deo ſtatuuntur, perſonas generatim pertinent; reſtat ut idem dogma ex illis refellamus, quæ de certis perſonis nominatim aſſeruntur. Ea verò illa ſunt, quæ ad ſecundam & tertiam Trinitatis perſonam propriè pertinent, vel etiam ad primam, reſpectu iſtarum duarum. Et in hac quidem ſectione, de ſecunda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſecunda perſona, ut ab initio hujus libri diximus, agemus. Quo loco duo inprimis dogmata occurrunt examinanda: alterum eſt, de ipſius ex eſſentia Patris ab omni æternitate facta generatione: alterum, de ipſius incarnatione. Vtrovis enim ſublato, concidit ſententia illa, de ſecunda Trinitatis perſona, vulgò recepta.

ſcurita tem, tnm denique ob noſtramſtupiditatem, primâ fronte, magni nomenti eſſe videantur.

CRELLII CAP. I.

Argumentum primum, quo refellitur dogma de æterna Filii Dei ex eſſentia Patris generatione: quia Filius foret ſui ipſius Filius.

Vt ergo ad prius illud dogma accedamus; ſtatuunt adverſarii, &, ni ſtatuerent, Trinitatis dogma tueri non poſſent, Filium ab æterno ita ex eſſentia Patris eſſe genitum, ut nihilominus eandem numero cum Patre eſſentiam habeat. Atqui dogma illud pluribus contradictionibus & abſurdis fœcundum eſt. Nam primùm inde ſequitur, Filium eſſe ſui ipſius filium, ac patrem. Etenim ex cujus eſſentia quiſpiam generatur, ejus eſt Filius. At, ſi illa adverſariorum de Filio Dei ſententia vera eſt, ſequitur, Filium ex ſua ipſius eſſentia eſſe genitum. Quare Filius ſui ipſius filius, ac porrò & ſui ipſius pater erit: id quod manifeſtam involvit contradictionem. Propoſitionem argumenti, quam majorem vocant

BISTERFELDII CAP. I.

Reſponſio ad argumentum primum: quo refellere conatur dogma de æternâ Filii Dei ex eſſentiâ Patris generatione: quia Filius foret ſui ipſius Filius.

Filium Dei juxta Orthodoxam doctrinam fore ſui ipſius Filium, ſic conatur evincere. Ex cujus eſſentiâ quiſpiam generatur, ejus eſt Filius. Atqui Filius, juxta noſtram ſententiam, ex ſuâ ipſius eſſentiâ generatur. Ergò ſui ipſius eſt Filius. *Aſſumtio patet:* quia ſi eadem numero eſt eſſentia Patris & Filii, utique ſi Filius ex eſſentia Patris eſt genitus, ex ſuâ ipſius eſſentiâ eſt genitus. *Sed negamus minorem, nec eam ſecunda propoſitio probat. Etſi enim eadem ſit eſſentia Patris, quæ Filii, attamen Filius non generatur ex eſſentiâ, quâ ſua eſt, ſed quâ Patris eſt. Quemadmodum non ſequitur: Eſſentia hujus materiæ, ex quâ aqua generatur, eſt quoque eſſentialis pars aquæ: ergo aqua ex ſe ipsâ generatur: Aut, eſſentia ſeminis, ex quo generatur triticum, eſt eſſentia tritici geniti; ergo triticum ginitur ex ſe ipſo, vel producit ſe ipſum: ſic quoque non ſequitur concluſio adverſarii. Quamvis enim nunquam non fuerit eſſentia Filii, attamen ordo hic, qui eſt inter generans & genitum, fuit inter eſſentiam quà Patris, & quà Filii eſt. Non ſecùs ac ſi eodem momento,* quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quo materia prima fuit creata, ex eadem aliquid fuiſſet genitum. Non enim hîc ordo durationis, ſed tantùm emanationis requiritur. Nec ſequitur, quòd Filius ex ſe ipſo ſit genitus, quamvis ex eſſentia Patris ſit genitus, quæ etiam ipſius eſt eſſentia. Neque enim ex eſſentia ſua, qua ſua eſt, ſed qua Patris eſt, genitus eſt; nec, diſtinctè loquendo, ejus rei Filius aliquis eſt ex qua ſed à qua genitus eſt. Et quis neſcit, in ipſis rebus corporeis materiam ac formam eſſe cauſas internas, id eſt, ita eſſe cauſas effecti, ut ejus quoque ſint partes eſſentiales, ſivè id intimè conſtituant? Quare non ſolùm ex Scriptura, verùm etiam ex ſola natura adverſarius ratiunculæ ſuæ à relatorum natura petitæ infirmitatem diſcere potuiſſet. Siquidem ſatis perſpicuum eſt, tùm demum adverſarii inſtantiam aliquam vim habituram, Filiumque ſui ipſius Patrem futurum, ſi & ex eſſentia qua ſua eſt, & ab ipsâ, tanquam generante, genitus fuiſſet.

Porro nulla ſequitur abſurditas ex modo, quem veteres Patres non excogitarunt, ſed ex Scriptura didicerunt. Nam qui vel ſola nomina, quibus Scriptura ſingulas perſonas indigetat, paulo accuratiùs perpendit, eaque in ſuos conceptus reſolvit, is protinus videt, hunc generationis ac ſpirationis modum, quem adverſarius refert, Deo eſſe convenientiſſimum. Neque enim fruſtra Scriptura ſecundam perſonam vocat Filium, imaginem & λόγον*: nec fruſtra Spiritus ſanctus dicitur utriuſque Patris & Filii Spiritus, item* ἐκπορεύεσθαι*, & ſic deinceps. Nec recta ratio accuſanda eſt, cùm à Scripturâ illuminata Deo ſummam perfectionem adſcribit. Et quamvis adverſarius hæc ſuperciliosè irrideat: attamen nihil ſolidi contra ea adferre poteſt. Nam ſimplicitas Dei non tollitur, etſi plures perſonæ juxta Scripturam ſtatuantur: cùm nec relationes,*

cant, nil eſt opus demonſtrare: cùm res ſit ſatis manifeſta, etiam apud adverſarios. Aſſumtio verò ſeu minor inde patet, Quia ſi eadem numero eſt eſſentia Patris & Filii; certè ſi Filius ex eſſentia Patris eſt genitus, ex ſua ipſius eſſentia eſt genitus. Neque verò dicere poſſunt, nondum illam eſſentiam fuiſſe Filii eſſentiam. quia nullum tempus fuiſſe volunt, quo Filius non extiterit, & divinam eſſentiam non habuerit. alioqui Deus ille ſummus non foret. Poſſes idem argumentum etiam hoc modo proponere: Nemo ex ſe ipſo generatur. Eſſet enim antequam eſſet. eſſet, quia eſſet principium ac cauſſa ſuæ generationis: non eſſet, quià generaretur. Relata ſunt, id ex quo aliquid generatur, & id, quod ex eo generatur. non poſſunt autem relata eidem, reſpectu eodem, eodemque tempore ineſſe. Sunt enim oppoſita. Oppoſitorum autem natura eſt, ut ſe invicem in eodem ſubjecto, eodem tempore ac reſpectu, ſecundùm idem eandémve partem, perimant. Iam verò ſi Filius ex eſſentia Patris eſt genitus, & Patris ac Filii eadem numero eſt eſſentia; ex ſe ipſo Filius eſt genitus. quia etiam ex ſua eſſentia eſt genitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tus. Non poteſt autem quiſquam magis propriè ex aliquo gigni, quàm cum ex eſſentia ejus gignitur.

Eadem abſurditas patet etiam ex modo, quo veteres Patres, vulgaris de Trinitate ſententiæ partim architecti partim patroni, Filium Dei ab æterno generatum eſſe ſtatuerunt, quem & hodie plærique agnoſcunt: cùm nec alium excogitare ſuæ ſententiæ aliqua ratione conſentaneum poſſint. Ajunt enim: Patrem genuiſſe Filium, ſe ipſum intelligendo: quemadmodum rurſus volunt, Patrem & Filium ſimul produxiſſe & ſpirâſſe Spiritum ſanctum, volendo atque amando.

Quæ res ita ex adverſariorum mente explicari poteſt. Duo tantùm ſunt in Deo principia ἐνεργητικὰ, ſeu aliquam operandi vim habentia, quorum operationes & immanentes ſint, (hoc eſt, in ipſo Deo maneant, non verò in aliquod aliud ſubjectum tranſeant) & circa ipſum Deum occupentur: intellectus nimirum, & voluntas. Deus enim ſe ipſum & intelligit, &, ut ſummum bonum, vult atque amat. Omnipotentia quidem Dei, etiam eſt principium ἐνεργητικὸν: ſed ejus operationes circa alias tantùm res, non circa ipſum Deum,

occu-

nes, quâ tales, componant: nec perſonæ re verâ ab eſſentiâ differant. Quomodo autem unitati Dei non repugnent, ſuprà vidimus. Quòd verò Dei ſimplicitatem tanquam ad ſalutem cognitu non neceſſariam elevat, id pro more ſuo facit: ut pote qui nihil penſi habet, num Deum compoſitum, id eſt, factum, ſocii ejus credant, nec ne, modò ipſius figmentis adhæreant. Etenim nî manifeſtam lumini naturæ vim inferre velit, fateatur oportet, Deum ſi vel ſubtiliſſima compoſitione ſit compoſitus, eſſe ens & factum & à componente dependens & ex Entibus imperfectis conflatum, cùm ſingulæ partes componentes tantam perfectionem habere nequeant quantam habet totum ex earum conjunctione reſultans: quibus monſtroſiſſimis erroribus dum adverſarius divinæ ſimplicitatis cavillatione viam parat, judicioſum lectorem meritò monebit, nihil prorſus ipſius de divino myſterio ſophiſmatibus tribuendum, cùm in ipſam Dei naturam ac perfectionem tam ſit injurius. Nec ex iis quæ Patres ex profunda ſacrarum literarum analyſi didicerunt myſteria, ullatenus ſequitur, Filium Dei eſſe ſui ipſius filium. Licet enim intellectio Patris ſit quoque intellectio Filii, attamen Filius non generatur ex illa intellectione, quatenus ſimpliciter intellectio eſt: ſed quatenus intellectio Patris eſt. Itaque nec Filius generat ſe ipſum, nec Spiritus ſanctus eum generat: quia ipſis non competit intellectio eatenus quatenus Patris eſt. Similiter etſi amatio Patris & Filii ſit quoque amatio Spiritûs ſancti: tamen ſe ipſum non producit Spiritus ſanctus: quia per amationem, non ſimpliciter quetenus amatio eſt, ſed quatenus Patris & Filii amatio eſt, producitur. Quamvis enim actus intellectus & voluntatis ſint communes, tamen aliter ſe habent in hac, aliter in illa perſona.

Vnde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Vnde non obſcurum eſt, quàm fruſtrà hinc infinitas perſonas fingat. Quamvis enim quælibet perſona cæteras intelligat & amet, non tamen quævis perſona generat, vel ſpirat. Quia non ſimpliciter intellectio vel amatio eſt principium productivum; ſed quâtenus perſonæ intellectio & amatio eſt. Nam ubique in hoc Myſterio obſervandum eſt, ita eſſentiæ ac eſſentialium operationem identitatem eſſe aſſerendam, ut perſonarum perſonaliumque actionum diſtinctio ſarta tecta maneat. Idem divina perfectio manifeſtè evincit. Nam ſi in infinitum producerentur perſonæ, nullæ ipſarum haberent infinitam perfectionem; quod abſurdum eſt. Neque diſſimiles ibi imagines fingi poſſunt: imò ne plures quidem. Si enim plures eſſent imagines, prima imago non fuiſſet perfectionis infinitæ: multo minùs ſi eſſent imagines diſſimiles. Tanta nimirum eſt hujus imaginis eminentia, ut non ſolùm divinas perſonas, verùm etiam omnes res poſſibiles exactiſſime repræſentet. Eſt enim perfectiſſima imago Patris, id eſt, ſimpliciter primi omnium principii. Quare abſurda ſunt omnia illa, quæ de infinitis imaginibus ac actibus fingit: cùm impoſſibilis ſit iſta multiplicatio. Quàm craſſè autem de Deo Philoſophetur, vel hinc conſtat: quòd rerum creatarum imagines à Deo diverſas, varioſque intellectus ac voluntatis actus in Deo abſurdiſſimè imaginetur; nec ſibi perſuadere poſſit, tantam eſſe divinæ naturæ eminentiam, ut unico, eoque ſimpliciſſimo intellectûs actu omnia cognoſcibilia diſtinctiſſimè intelligere, unicoq; actu voluntatis, omnia volibilia perfectiſſimè velle poſſit.

occupantur, & in alia transeunt. Ex his verò ſecundam ac tertiam Divinitatis perſonam hoc pacto eliciunt adverſarii. Intellectum, inquiunt, non intelligere niſi per imaginem rei illius quam intelligit. Quare cùm Deus ab omni æternitate ſe ipſum intellexerit; neceſſe eſſe, ut imaginem ſui ipſius ab omni etiam æternitate conceperit. Hanc verò neceſſariò eſſe Deum ipſum. Nam & quicquid in Deo ſit, id Deum eſſe ajunt, ob ſummam ipſius ſimplicitatem; & imaginem iſtam Dei infiniti, infinitam eſſe oportere. Nihil verò eſſe infinitum, præter Deum. Neceſſe autem ſimul eſſe dicunt, ut illa imago perſonâ ſit diſtincta ab eo qui ipſam produxerit; aliàs ſe ipſum produxiſſet Deus. Vnde tandem concludunt, eam eſſe Dei Filium: quia & producta ſit, & producenti, utpote ejus imago, ſimilis, & ſubſtantiâ cum illo eadem. Porrò autem, quia Deus ſe ipſum cognitum, ſuamque illam, quam intelligendo produxerit, imaginem amet, & ab ea viciſſim ametur; hunc ipſum voluntatis actum tertiam divinitatis perſonam conſtituere. Siquidem & in Deo ſit ille amor, & infinitus; ac porrò non minùs, quàm imago illa ab intellectu producta, Deus perſonâ autem neceſſariò eſſe diſtinctum ab iis à quibus ſit productus. Hæc nobis illi

pandunt de duarum perſonarum divinarum productione myſteria, mirum quàm alto ſacrarum literarum ſilentio ſuppreſſa, quamque aliena ab iis, quæ de Filii ex Deo generatione eædem ſacræ literæ apertiſſimis verbis tradunt, ſuo loco à nobis producta. Hîc illi, qui rationem in divinis cæcam eſſe clamitant, qui ex ea adverſus Trinitatem diſputari nolunt, qui illud crebrò in ore habent, *Scrutator majeſtatis opprimetur à gloria* quemadmodum à Salomone ſcriptum arbitrantur: hîc, inquam, exclamere debebant, rationem cæcam eſſe: hos ſcrutari velle majeſtatem: nefas eſſe ineffabilia myſteria velle eloqui. Sed niſi ejuſmodi commenta fuiſſent, Trinitatem illi hodie ſuam non haberent. Mirum autem eſt, quàm præpoſterè hic ſe gerant adverſarii. Nam dum ſimplicitatem ita urgent, ut quicquid in Deo eſt, Deum eſſe velint, interim autem plures in eum perſonas invehunt, &, ſi vim ſententiæ ſpectes, infinitas, ea ipſa ratione ſimplicitatem penitus convellunt. Sed gravius illud eſt, quòd, dum ſimplicitatis tantam rationem habere velle videntur, de qua tamen ſacræ literæ tacent, utpote ad ſalutem cognitu non neceſſaria, & ſimplicioribus planè incognita, unitatem tollunt, quam ſacræ literæ toties tamque apertè inculcant. Sed & hæc, & non pauca alia, quæ in hac ſententia continentur, abſurda, quorum nonnulla ſuperiùs oſtenſa ſunt, nonnulla inferiùs oſtendentur, nunc mittamus, & illud demonſtremus, quod paulo antè propoſuimus, nempe hinc ſequi, Filium Dei eſſe ſui ipſius filium. Id verò oſtendere haud eſt difficile.

Nam ſi eadem numero eſt Patris & Filii eſſentia, ac porrò etiam intellectus; eadem quoque numero eſt intellectûs, operatio, præſertim quia acutiores adverſarii, ob ſummam Dei ſimplicitatem, idem eſſe volunt intellectum ipſius & intellectionem. Itaque ſi intellectûs operatione Pater genuit Filium, Filius quoque, cujus eadem fuit operatio, ſe ipſum genuit. Quin etiam Spiritus ſanctus genuit Filium illum Dei ab æterno exiſtentem: & ſic Pater eſt Filii, & ſui principii principium. Eâdem enim intellectione, unà cum Patre & Filio, ſe ipſum eſſentiamque ſuam, & ſimul etiam ipſum Patrem ac Filium ab omni æternitate intellexit ac contemplatus eſt. & ſic, quia eodem voluntatis actu, Spiritus ſanctus unà cum Patre & Filio voluit atque amavit quicquid illi volunt atque amant; ſi voluntatis quidam actus eſt Spiritus ſanctus, ſeu quippiam à Patre & Filio per voluntatis operationem productum, ſe ipſum quoque produxit Spiritus ſanctus.

Præterea hoc pacto non tantùm eædem perſonæ ſe ipſas, ſed & alias infinitas

infinitas produxiſſe ſtatuendum eſt. Etenim cùm perſona quævis & ſe ipſam & cæteras intelligat, eaſdémque cupiat atque amet: neceſſe eſt, ut quævis iterum plures & filios & Spiritus ſanctos producat, ſi illa ſunt vera, quæ de divina intellectione & amore illi nobis dictitant. Etenim diverſam atque adeo diſſimilem eſſe oportet imaginem Patris, quà Pater eſt, & Filii, quà Filius eſt, & Spiritûs ſancti, quà talis. Sunt enim inter ſe oppoſiti Pater & Filius, quà tales: ſimiliter & Spiritus ſanctus, quà eſt ab utroque productus. Relata enim ſunt: relata omnia, ut ſuprà diximus, oppoſita. Oppoſitorum autem oppoſitas eſſe imagines oportet. Quicquid ſit; illarum rerum, quæ re ipſa differunt, diverſas imagines eſſe oportet, quæ illas exactè exprimant, & non tantùm, quomodo eæ inter ſe conveniant, ſed etiam quomodo differant, oſtendant. Pro imaginum autem illarum diverſitate ac multitudine, orietur etiam multitudo actuum voluntatis, & amoris, quo perſonæ ſingulæ complectuntur illas imagines, & viciſſim imagines illæ perſonas, à quibus productæ ſunt, ſeque etiam ipſas ſingulæ, denique ſe invicem proſequuntur. Quare ſi & imagines illæ per intellectum productæ, & illi voluntatis actus in Deo perſonæ ſunt, vel ſaltem perſonarum diverſarum principia; perſonæ in infinitum multiplicabuntur. Quamquam ſi quicquid eſt in Deo, Deus eſt; aliunde quoque divinæ naſcentur perſonæ. Etenim in Deo imagines rerum ſingularum ſunt, quas intelligit, (ſiquidem intellectio in Deo non niſi per imaginem fiat:) ſimiliter & decreta de rebus infinitis, & amor erga res creatas, variique voluntatis actus. Hæc ergo omnia Deus erunt: perſonis tamen different ab illo, vel illis, à quibus ſunt producta. Itaque vel hinc infinitas in Deo perſonas habebimus.

BISTERFELDII

CAP. II.

Refutatur argumentum ſecundum: nimirum quod non ideo infiniti ſint Filii, ut nec Spiritus ſancti.

Neque illis, qui hoc myſterium juxta Scripturæ & rectæ rationis dictamen paulo diſtinctiùs explicant: neque his, qui modeſti potius quàm profundi audire malunt, metuendum eſt, ne infinitam divinarum perſonarum multitudinem concedere cogantur. Etſi enim Deus Pater

CRELLII

CAP. II.

Argumentum ſecundum: quia infiniti forent Filii, uti & Spiritus ſancti.

Ne quis fortè putet, illis tantùm infinitam divinarum perſonarum multitudinem metuendam eſſe, qui illum, quem præcedenti capite explicuimus, generationis Filii Dei, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

proceſſionis Spiritûs ſancti modum excogitârunt; docebimus, eandem aliis etiam eſſe ſtatuendam, qui Filium Dei ab æterno ex eſſentia Patris generatum eſſe volunt: & porrò, cùm infinitam divinarum perſonarum multitudinem abſurdiſſimam eſſe videant, illud etiam dogma, unde ea fluit, à veritate alieniſſimum eſſe, eoſdem agnoſcere debere. Etenim ſi Deus ex eſſentia ſua generavit Filium, & rurſus unà cum Filio produxit Spiritum ſanctum, & hi idem ſunt cum illo Deus; nulla eſt cauſſa, cur non & Filius alium iterum genuerit Filium: ſimiliter & Spiritus ſanctus alium; & hic præterea alium, atque ita in infinitum. Quid enim? an quod Pater potuit, Filius non poteſt ac Spiritus ſanctus? Non ergo idem ſunt cum illo Deus. cum non eandem habeant facultatem ac potentiam, ſed inæqualem. Num dices, eos noluiſſe? At res ejuſmodi, quæ ad intrà, ut loquuntur, ſpectant, in Deo prorſus ſunt neceſſariæ, non verò liberæ voluntati ſubjacent. Quòd ſi voluntati liberæ ſubjacent, fieri poterit ut intra tempus aliquod plures divinæ perſonæ accreſcant, ubi nimirum perſonæ illæ, quæ hucuſque generare aut ſpirare perſonas alias noluerunt, voluerint.

ter ex eſſentiâ ſuâ generavit Filium, & rurſus unà cum Filio produxit Spiritum ſanctum, & hi idem ſunt cum illo Deus: maximæ tamen cauſæ reddi poſſunt, cur non & Filius alium iterum Filium genuerit: ſimiliter & Spiritus ſanctus alium iterum Spiritum ſanctum ſpiraverit. Imò quamvis nos nullam cauſam dare poſſemus, non tamen ob ignorantiam noſtram ea quæ à Scripturâ revelata ſunt, neganda eſſent. Verùm non deſunt rationes efficaciſſimæ, quibus illius multiplicationis impoſſibilitas oſtenditur. Obſtat nimirum divina perfectio: idque tùm communiter, reſpectu divinæ eſſentiæ; tùm ſpecialiter, reſpectu perſonarum. Cùm enim divina eſſentia ſit Ens perfectiſſimum, omnino neceſſum eſt, ut in eâ ordo ſit perfectiſſimus. At in multitudine infinita nullus omnino eſt ordo. Ergo nulla ratione infinita multitudo in ea locum habere poteſt. Idem perſpicuum eſt ex perſonarum productarum perfectione. Etenim cùm divina eſſentia ſit ens ſpirituale perfectiſſimum, neceſſe eſt, ut ſi in ea ſit multitudo, illa ſit Enti ſpirituali convenientiſſima; adeòque aut ſit per modum intellectûs, & voluntatis; aut ſaltem (quod in illorum gratiam qui modeſtiæ ſtudent impenſiùs addimus) ita ſe habeat ut infinitæ ſingularum perſonarum perfectioni haud repugnet. Iam ſi primo Filio producto adhuc poteſt alius produci Filius, utique Filius ille primus non habebit infinitam perfectionem Filii, cùm ſit multiplicabilis: ſimiliter ſi producto primo Spiritu ſancto, alius poteſt produci, neque is habebit infinitam perfectionem Spiritûs ſancti. At nihil poteſt eſſe Deus, quin infinitam perfectionem habeat. Ergo hæc Filiorum, ac Spirituum multiplicatio eſt abſurda. Neque ideo Filius vel Spiritus ſanctus inæqualem habet cum Patre potentiam. Nam is dicendus eſt

habere

habere inæqualem potentiam cum eo, qui aliquid produxit, qui non poteſt producere id, quod eſt producibile. At nec ſecundus Filius, nec ſecundus Spiritus ſanctus eſt producibilis: idque propter eorum qui alios producere nequeunt perfectionem; quæ cùm infinita ſit, alii produci nec poſſunt nec debent. Neque enim divina potentia ſimpliciter quatenus divina potentia eſt, producit aliquid in Deo, ſed quatenus eſt divina potentia perſonæ eo modo, quo producere debet, non productæ. Nam in producta perſona tanta eſt potentia non poſſe aliquam perſonam ſibi in ſubſiſtentia ſimilem producere, quanta eſt potentia in producente poſſe aliquam producere.

Defenſio Reſponſionis.

RESponſio illa, quam oppugnat adverſarius ſolida eſt: nec abſurdâ illâ interrogatiunculâ; *Quid prohibet, alium Filium, altúmve Spiritum ſanctum, à Filio ac Spiritu ſancto produci?* evertitur. Prohibet infinitia productarum perſonarum perfectio: non verò ut ſatis imperitè fingit, imperfectio. Poſſunt alii mundi produci: quia nullus infinitæ perfectionis eſt capax: adeoque poteſt aliquis produci, cujus perfectio in præcedente non fuerit. At hoc in perſonis infinitæ perfectionis locum non habet. Etenim cum illæ & infinitam perfectionem eſſentialem ſeu abſolutam, & infinitam perfectionem perſonalem ſeu relativam ſui generis contineant, nullâ ratione multiplicari poſſunt. Ex hypotheſibus autem noſtris ſequi, divinam naturam infinitarum numero perſonarum capacem eſſe, falſiſſimum eſt: contrarium ſuprà patuit. Quæ omnia clariſſima evadent, ſi attentus lector irretorto oculo ad infinitam eſſentiæ divinæ, divinarumque perſonarum perfectionem reſpiciat.

Defenſio Argumenti.

AIunt nonnulli, ideo fieri non poſſe, ut Filius aut Spiritus ſanctus alium Filium aut Spiritum ſanctum producat, non quia aliqua ſit in Filio aut Spiritu ſancto impotentia, ſed quia quicquid in divinis generari aut procedere potuit, id jam generatum ac productum fuerit: id autem, quod jam generatum aut productum eſt, produci amplius non poſſit. eſſet enim ſimul & non eſſet quo pacto nec mundus hic, quia jam exiſtit, creari ampliùs à Deo poteſt: non propter aliquam in Deo impotentiam, ſed propter ipſius rei, ut ita dicam, impotentiam. Verùm quidem eſt, mundum, qui jam eſt, creari ampliùs non poſſe. Sed an non credunt adverſarii, alium præter hunc mundum creari à Deo poſſe? credunt omnino ut arbitror. Transferamus hoc ad rem noſtram, Filius is, qui jam generatus eſt, generari ampliùs non poteſt; nec Spiritus ſanctus, qui jam productus eſt, ampliùs produci. Sed quid prohibet, alium Filium aliumve Spiritum ſanctum, à Filio ac Spiritu ſancto produci, & ab his iterum

a ſect. 1. h. lib. cap. 7. *iterum alios? ſiquidem ex adverſariorum hypotheſibus ſuprâ* a *oſtendimus conſequi, divinam naturam infinitarum numero perſonarum capacem eſſe. Quare ſuis hypotheſibus conſentanea non dicunt, dum ajunt, quicquid in Deo generari aut produci potuit, id totum jam in Filio, quem prima Divinitatis perſona generarit, & in Spiritu ſancto, quem prima & ſecunda produxerit, contineri: ac proinde alium Filium, aliumque Spiritum ſanctum à Filio & Spiritu ſancto produci non potuiſſe. ſiquidem ibi infinitis adhuc perſonis locus fuit. Et hoc alterum ſit argumentum adversùs æternam illam Filii ex eſſentia Patris generationem.*

CRELLII

CAP. III.

Argumentum tertium, quia Filius Dei ab æterno & fuiſſet, & non fuiſſet.

Tertium, quo idem dogma refellitur, argumentum eſto, quòd inde ſequatur, Chriſtum ab omni æternitate extitiſſe, & non extitiſſe; ſemper fuiſſe, & aliquando non fuiſſe. Ab omni æternitate fuiſſe oportet: quia & ab omni æternitate generatus apertè dicitur, &, ſi certo demum tempore extitiſſet, Deus ſummus non foret. Deus enim ſummus ab omni æternitate exſtitit. Non fuiſſe autem ab omni æternitate, ex eo ipſo patet, quòd generatus eſt, & quidem ratione ſubſtantiæ, proprieque dicta generatione.

BISTERFELDII

CAP. III.

Reſponſio ad argumentum tertium: quia Filius Dei ab æterno & fuiſſet, & non fuiſſet.

Ex orthodoxo dogmate minimè ſequitur, Chriſtum ab omni æternitate extitiſſe & non extitiſſe; ſemper fuiſſe & aliquando non fuiſſe. Etſi enim propriè dictâ generatione ratione ſubſtantiæ generatus ſit; hinc tamen nullatenus evincitur, eum ab omni æternitate non fuiſſe: quia æternitas non repugnat generationi.

Defenſio Argumenti.

E*Xclamabis hîc ſtatim, & te facilè intelligere dices, quid velim nempe generationem propriè dictam eſſe mutationem ex non Ente in ens. Itaque ſi Filius Dei propriè generatus fuit, eum aliquando fuiſſe non Ens, ſeu aliquando re ipſa non extitiſſe. Hoc ipſum inquam, volo. Verùm, inquies, de naturali tantùm*

Defenſio Reſponſionis.

NAm falſiſſimum eſt, quod omnis generatio ſit mutatio ex non Ente in Ens. Id enim tantùm generationi in tempore factæ competit: æternæ autem generationi competere nequit. Æternitatem autem non repugnare generationi. adeò verum eſt, ut acutiſſimi Philoſophi exiſtiment, etiam creaturas ab æterno produci potuiſſe. Quorum opinioni etſi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

non aſſentiamur: hinc tamen liquidò paret, non debuiſſe nobis adverſarium hoc axioma, *Omnis generatio*, vel ut generaliùs proponatur, *Omnis vera productio eſt mutatio ex non ente in Ens*, ſine ullâ probatione inculcare. Diſſimulat hanc difficultatem adverſarius, nec fontem hujus axiomatis attingit, ne ſe ſuumque dogma proſtituat. Omnis difficultas in eo vertitur, num res generata vel producta neceſſariò debeat eſſe duratione poſterior ſuo generante vel producente: an verò fieri poſſit ut ſuo producenti coëxiſtat. Quam propoſitionem cùm non ſolùm ſpiritualium, ſed & corporearum creaturarum productio admittat & approbet, ſic diſputamus contra adverſarium. Rei productæ, vi productionis ſimpliciter non repugnat, ſimul eſſe cum ſuo producente: ergo nec repugnat, rem quandam productam eſſe æternam: ſi nimirum non repugnet producenti, aliquid producere ab æterno; ei multo minùs repugnabit, rem quandam productam eſſe æternam, ſi res producta neceſſariò producatur à re æternâ. Itaque æterna productio non poteſt hinc refutari, quòd nimirum productioni repugnet æternitas, ſed debet ex aliis fundamentis id deduci. Quamvis autem ſecundùm probabiliorem, ut nobis videtur, ſententiam creatura ab æterno produci non poſſit, firmum tamen noſtrum eſt argumentum: quia generatio illa, quam nos æternam eſſe dicimus, non eſt Ens contingens, ſed ſimpliciter neceſſarium: nec à libera producentis voluntate pendet, ſed ex infinita ejus perfectione neceſſariò fluit. Ergò &

tùm generatione definitionem illam accipiendam eſſe, non de ſupernaturali. Hanc autem Filii Dei ex eſſentia Patris generationem ſupernaturalem eſſe, non naturalem. Hæc cùm dicunt adverſarii, primùm vehementer in illis deſideramus conſtantiam. Etenim ſi Filii Dei generatio ſupernaturalis eſt, & à naturali adeò diverſa; cur ipſimet tantopere hac ipſa in re urgent humanæ generationis exemplum, dum toties inculcant, eum, qui Filius Dei ſit proprius, unigenitus, naturalis, neceſſariò ejusdem eſſe cum Patre eſſentiæ? Unde enim hujusmodi propoſitionem exſtruunt, niſi ex rebus humanis ac planè naturalibus? Et ſanè expreſsè etiam exempla filiorum ab hominibus genitorum proferunt, ut eam enunciationem ſtabiliant; nec alia proferre poſſunt. Quid enim? num fortè alii aliqui exſtant filii cujuſpiam unigenti, proprii, naturales, ſed ſupernaturaliter geniti, quos in exemplum adducant, & ex quibus hujusmodi enunciationem exſtruant? Dicent, in eo convenire Filii Dei generationem cum generatione humana ac naturali, quòd Filius per eam evaſerit ſubſtantiâ Patri ſimilis, non in eo, quòd aliquando non extiterit. Itane verò tibi licebit, ubi libet, generationis naturalis rationem ac ſimilitudinem urgere; ubi iterùm libebit, repudiare? Ita nimirum non ſemel faciunt adverſarii, ut

 proprie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

proprietatem vocum, cùm illorum cauſſæ ſervit, obtendant; cùm obſtat, rejiciant; recepta in ſcholis axiomata ac definitiones mutent, amplient, reſtringant, & Lesbiæ regulæ inſtar ad ſententiam ſuam inflectant. Nuſquam plura ſibi permiſit humani ingenii audacia fingere, quàm de Deo, utpote re à ſenſibus noſtris remota, in qua commenta ſua non ita facilè deprehendi poſſe credidit.

Sed, ut ad rem noſtram redeamus, ſi proprietatem vocis urges, cùm Chriſtus à Deo generatus eſſe dicitur, & inde concludis, eum omnino ex ſubſtantia ejus generatum eſſe: quia illos, qui propriè ex aliquo ſunt generati, ex ſubſtantia ejus generatos eſſe oporteat; cur non etiam vides, Chriſtum ex non Ente factum eſſe Ens. & ſic aliquando non extitiſſe; cùm hoc non minùs, quam illud, ad proprietatem pertineat generationis illorum, ex quibus prius illud colligis? Eſt enim hoc eſſentiale, ut tu fateris, generationis naturalis, ut ſit mutatio ex non ente in ens. Cur deinde non agnoſcis, aliam eſſe ſubſtantiam generantis, aliam generati? cùm hæc per generationem demùm producatur, illa jam antè extiterit: altera ſit cauſſa, altera effectus. Cur denique non agnoſcis etiam, Filium tempore poſteriorem eſſe Patre? quòd ſi hæc agnoſcere in Filii Dei generatione non vis, nec ſententia tua permittit; ne vocis pro-

& noſtra reſponſio firma erit: quòd nimirum omnis generatio entis creati & contingentis ſit mutatio ex non ente in ens: non verò generatio entis increati, & ſimpliciter neceſſarii. Difficultas enim quæ hîc oritur, non eſt ex parte generationis, cùm conſtet, generatum vel ſaltem productum, poſſe eſſe ſimul cum ſuo producente; ſed eſt ex parte Entis ſimpliciter neceſſarii. Solent autem auctores generationem Entis increati ob ſublimitatem vocare ſupernaturalem; creati, ob frequentiam, naturalem. Verùm hîc tumultuatur adverſarius, nobisque vehementer inſultat; quòd jam ſupernaturalem generationem à naturali diverſam pronuntiemus, jam eam urgeamus: ſed ſine ratione hîc triumphat; cùm nos evidentiſſimâ ratione nitamur. Etenim cùm nos à rebus creatis argumentamur, tum ex minori creaturarum perfectione colligimus majorem perfectionem in Deo. At cùm adverſarii diſputant, ex imperfectionibus creaturarum Deo imperfectionem inferre conantur: quod abſurdiſſimum eſt. Nos igitur jure merito à creaturarum perfectione tanquam minori, ad Dei perfectionem, tanquam majorem, aſcendimus: at illi à creaturarum imperfectione, tanquam pari, rerum quoque divinarum imperfectionem concludere ſatagunt. Rectè igitur argumentamur: Verus hominis filius eſt ejuſdem cum Patre ſuo eſſentiæ: Ergo & verus Dei Filius eſt ejuſdem cum ſuo Patre eſſentiæ: quia eſſentiam ſuam Filio communicare perfectio eſt, non imperfectio. At malè adverſarius: Hominis filius generatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

neratur in tempore, & ex non Ente ens: Ergo & Dei Filius generatur in tempore, & ex non Ente ens: quia in tempore generari, & ex non ente Ens fieri, imperfectio eſt, & quidem longè maxima. Vera igitur axiomata, veras rerum definitiones, veras diſciplinarum regulas non vitiamus, non corrumpimus, ſed ab ineptis ſophiſmatibus liberamus, ac pro rerum naturâ, ipſoque rationis dictamine, dextrè applicamus. Quem diſſerendi modum & methodum adverſarius improbare nequit, niſi in rectam rationem manifeſtè velit eſſe injurius. Quis enim adeò hoſpes eſt in philoſophia, qui neſciat, plurimos, imò pleroſque ejuſmodi canones ex imperfectâ rerum obviarum inductione eſſe profectos, ita ut non rarò ab iis qui ſoli phyſicæ incumbunt corrigantur? Quis tàm iniquus, qui in tam ſingulari materiâ regulas vix in phyſicâ omni exceptione majores pro catholicis axiomatibus obtrudere, iiſque ipſam Dei perfectionem evertere conetur?

Quamvis enim generationis naturalis, vel clariùs, generationis entis creati, eſſentiale ſit, ut ſit mutatio ex non Ente in ens: tamen non eſt eſſentiale generationis ſimpliciter ac communiter ſumtæ: nullâque ratione generationi entis increati convenire poteſt: cùm ei è diametro adverſetur. At ſubſtantiam generantem neceſſariò extitiſſe ante generatam, nec Theologicè, nec Philoſophicè verum eſt. Præterea, Omnem generantem eſſe cauſam, Generatum autem effectum, non tantùm dicendum, ſed etiam probandum fuerat: nam in exemplo noſtro falſiſſimum

proprietatem urgeas, aut eam ex rebus naturalibus ipſemet æſtimes. Quòd ſi à proprietate diſceſſeris, & ſimilitudine eximia ac ſingulari, quæ inter generationem humanam & divinam illam intercedat, contentus fueris; rem tibi facile abſque illa ex eſſentia Dei generatione expeditam dabimus, ut & libro I.ª oſtendimus, de Filio Dei agentes, & alibi à noſtris oſtenditur. a ſect. 2. cap. 31.
Debebas autem id tanto magis facere, quòd ſupernaturalem hanc eſſe generationem, & rectè, contendis. Circumſpice enim generationes ſupernaturales ac divinas omnes; nullam invenies, in qua ex eſſentia ſua aliquid Deus generarit. Nec eſt, quòd exempla deſideres: tot ſunt, quot angeli, qui omnes Dei dicuntur Filii: quot homines extant pii, & Chriſto fideles; quot olim evadent immortales. Hi enim omnes ex Deo aut generati, aut adhuc generandi ſunt, ut ex ſacris literis patet. Nec eſt, quod verearis, ne in hujuſmodi generatione nullum invenias modum ſpecialem, qui Chriſto ſit vel prorſus peculiaris, vel ita eximius, ut eum à cæterorum cenſu eximat, & unigenitum Dei Filium conſtituat. Eximent hunc tibi metum ea, quæ & à nobis loco dicto, & ab aliis alibi diſputantur.

Sed deinde, ut mittam, generationem ex eſſentia generantis, qualem Chriſti eſſe volunt adverſarii, vel imprimis eſſe naturalem, non ſuper-

pernaturalem; omnis omnino generatio propriè ſic dicta, ſive tu illam naturalem, ſive ſupernaturalem eſſe velis, eſt mutatio à non ente in Ens, ita nimirum ut neceſſe ſit, id, quod generatur, non extitiſſe aliquando, & poſtea per generationem exiſtere cœpiſſe. Quid enim? an non omnis generatio propriè ſic dicta, eſſentiæ productio eſt & acquiſitio, acquiſitio, inquam, reſpectu generati? At quomodo eſſentia ejus produci potèſt, quod jam eſt, ſemperque re ipſa fuit? quomodo acquirere eſſentiam poteſt id, quod eam perpetuò habuit? Num forte generatio ſupernaturalis, licèt ſubſtantialis ac propriè ſic dicta, productio & acquiſitio eſſentiæ ſive ſubſtantiæ non eſt? Si non eſt, ne nomen quidem generationis, cùm de ſupernaturalibus effertur, ampliùs intelligimus; & tu ignotâ nobiſcum loqueris linguâ, qui talem nobis generationem narras. Sed quicquid tu tandem ſentias; illud certum eſt, ſacras literas, cùm generationem Filii Dei commemorant, populari nobiſcum loqui lingua, & ideò loqui, ut vim ac ſententiam vocum percipiamus, utut totam rei rationem non penitus intelligamus. Sed age; ſi non eſt neceſſe, ut id, quod generatur, antea non non extiterit; poterit id generari, quod jam re ipſa exiſtit: ac porrò nihil prohibebit, eum, qui hodie re ipſa eſt, nec eſſe deſinit, cras aut perendie propriè generari. Hoc pacto prius ille fuit in

ſiſſimum eſt. Omnis enim effectus habet eſſentiam à cauſâ ſuâ efficiente diverſam. Atqui generatum, de quo hîc agimus, prorſus eandem numero habet eſſentiam cum ſuo generante. Ejus itaque effectus propriè dictus eſſe nequit. Dico *proprie dictus*: quia quaſi effectus ob mentis noſtræ ſtupiditatem non raro concipitur. Fruſtrà autem exempla rerum creatarum allegat, quia iniquiſſimè ipſarum imperfectiones rebus divinis affingit. At nos in iiſdem vocum proprietates rectiſſimè urgemus: quia hoc ipſum & Dei, & Sacræ Scripturæ perfectio poſtulat. Nam quæ de ſimilitudine eximiâ ac ſingulari differit, ea tam frigida ſunt, ac aliena, ut univerſas ſacras literas planè proſtituant: quemadmodum ſuprà ex parte, alibi verò pleniùs oſtendemus. Quicquid enim de ſpeciali generationis, quæ Chriſto ſit peculiaris, modo differant, nec tam magna, nec tam multa dicere poſſunt, quin illinc ſequatur, Deum quemvis hominem, ſi vellet, Chriſto longè majorem ac præſtantiorem efficere poſſe. Quæ impia perſuaſio ſi apud homines Chriſtianos obtineret, quis non videt, eo ipſo omnem divinum cultum, adeóque adorationem & invocationem, Chriſto ex ipſorummet adverſariorum confeſſione partim debitam, partim conſentaneam, protinus iti extinctum? Perpendantur quæſo omnia Scripturæ præcepta & exempla nobis Chriſti cultum ingeminantia, & conferantur cum futiliſſimâ hâc, ne quid gravius dicam, adverſarii filiatione. Sanè nullus dubito quin omnium piorum conſcientiæ prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſus eam ſint exſecraturæ. Sed jam repetit ſuam Maximam, eamque ut ipſi videtur, confirmat. *Omnis*, inquit, *generatio propriè ſic dicta, ſive tu illam naturalem, ſive ſupernaturalem eſſe velis, eſt mutatio à non Ente ad ens: ita nimirum ut neceſſe ſit, id, quod generatur, non extitiſſe aliquando, & poſtea per generationem exiſtere cœpiſſe. Omnis enim generatio propriè ſic dicta, eſſentiæ productio eſt & acquiſitio, acquiſitio, inquam, reſpectu generati. At quomodo eſſentia ejus produci poteſt, quod jam eſt, ſemperq; re ipſa fuit? quomodo acquirere eſſentiam poteſt id quod eam perpetuò habuit?* Hîc diſtinctè agendum eſt, ne verborum ambiguitatibus decepti veritati injuriam faciamus. Si per acquiſitionem eſſentiæ nihil aliud quàm acceptionem intelligit, concedimus, omnem generationem eſſe acquiſitionem eſſentiæ reſpectu generati. At ſi per acquiſitionem intelligit acceptionem ejus quod aliquando non habuit, negamus, in omni generatione eam locum habere. Poteſt igitur id produci quod ſemper fuit: quia ſemper fuit productum: Poteſt eſſentiam acquirere id quod eam perpetuo habuit, quia ſemper illam acquirit, id eſt, accipit. Ac prorſus ſophiſtica ſunt verba illa: *At quomodo eſſentia ejus produci poteſt, quod jam eſt?* Nam illud *jam* vel hunc habet ſenſum, quòd aliquid poſſit produci, quod ſit antequam producatur: vel hunc, quòd id, quod jam antè erat, adhuc producatur. Prior ſenſus eſt abſurdus; poſterior, verus. Nam quoniam æterna productio talis eſt, ut licet & indiviſibilis & ſimul tota ſit, attamen in æternum duret, ideo etiam id, quod per æternam generationem produ-*in viæ termino, ad quem tenderet, quàm viam eſſet vel ingreſſus, vel emenſus. Generatio enim eſt via ad eſſe: re ipſa eſſe, ſeu eſſentiam habere, terminus illius viæ eſt. Quis ergo id abſurdum eſſe non videt, & contra omnem generationis rationem? Conſervari id quidem poteſt, quod jam eſt; ſed non generari. Quod ſi generatio poteſt eſſe rei jam exiſtentis, quà exiſtit, generatio erit conſervatio rei. Atqui generatio eſt conſervationis antecedens. illa producit rem; hæc productam tuetur. Si ergo cum natura generationis pugnat, id, quod jam re ipſa eſt, generari; neceſſe eſt, ut id, quod proprie generatur, aliquando non Ens fuerit, ſeu aliquando re ipſa non extiterit.*

Dicent forte, ad generationem illam, quæ fiat per emanationem, ut vocant, non requiri, ut res generata aliquando non extiterit; ſatis enim eſſe, quòd eſſentiam ſuam non à ſe ipſa habeat, ſed ab alio, nempe ab eo, unde manat. Sic lucem aut radios perpetuò à Sole emanare ac generari, non ideo, quia antea non extiterint, ſed quia ſuam eſſentiam ex ſe ipſis, verùm à Sole habeant. Finge enim, inquiunt, Solem ab æterno extitiſſe: ab æterno eum lucem ac radios generaſſe neceſſe erit: & ſic radios, licèt generatos, ab æterno tamen extitiſſe. Iam verò Dei Filium per emanationem à Patre genitum eſſe ajunt. Genitum enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

enim à Patre, dum is ſe ipſum intelligit, & ſui ipſius concipit imaginem; quæ actio perpetuò duret. Similiter etiam, jugi voluntatis actione produci Spiritum ſanctum. qua de re ſuprà vidimus. Verùm nihil iſto commento proficiunt. Nam ut alia præteream ſuprà c. 1. hujus ſectionis commemoràta; exemplum radiorum ſolarium, quod illi ſuæ ſententiæ maximè putant accommodatum, ad rem non facit. Quandoquidem de generatione propriè dicta hîc unà cum adverſariis loquimur. At lucis ac radiorum propriè dicta generatio non eſt: cùm hæc ſint accidentia. Accidentium autem propriè dicta generatio non eſt, ſed ſubſtantiarum tantùm, ut notum eſt. Quod ſi emanatio radiorum à Sole propriè dicta generatio foret; nihil fuiſſet neceſſe, adverſarios tam ſollicitè inter generationem naturalem & ſupernaturalem diſtinguere, cùm nos urgemus, quicquid proprie generatur, id neceſſariò aliquando non extitiſſe. quandoquidem emanatio radiorum à Sole naturalis eſt, &, ſi generatio propriè dicta eſt, jam habebunt exemplum generationis naturalis, in qua id, quod generatur, jam antea tamen, ut ipſi hîc urgent, extiterit, ſemperque exiſtere potuerit. Deinde, quæ per emanationem quodammodo generantur, non habent eſſentiam perfectam ac conſiſtentem, ſed eorum eſſe, ut loquuntur, eſt in fieri, h. e. eo ipſo tantum

producitur, & perfectiſſimè eſt, & adhuc producitur: non quòd ſit ante ſui productionem, ſed quòd per ipſam, & unà cum ipsâ ſit. Manet igitur hæc ſupernaturalis generatio ſubſtantialis ac propriè dicta productio, etiamſi productum, nec ante eam, nec poſt eam ſit, ſed una cnm eâ. Sacræ literæ populari quidem nobiſcum loquuntur linguâ, & ideò loquuntur, ut vim ac ſententiam vocum percipiamus: verùm cum de rebus divinis loquuntut, volunt omnino modo ipſarum perfectioni conſentaneo intelligi. Sic populariter loquuntur de intellectione, volitione, vitâ, & duratione Dei: verùm niſi ea ita intelligamus, ut & ab æterno, & in quovis momento, perfectiſſima fuerint, & nihilominus in æternum duratura ſint, Deum omni perfectione ſpoliabimus, adeóque ipſum è rerum naturâ tollemus. Porro etſi neceſſe non ſit, ut id, quod generatur, antea non extiterit, nihil tamen hinc abſurdi ſequitur. Poteſt enim id generari, quod jam re ipsâ exiſtit: ſcilicet ſi illud *ante* vel *jam* non reſpiciat generationem: nihil enim ante ſuam generationem exiſtere poteſt: ſed reſpiciat rem aliam, cum quâ tam generatio quàm genitum confertur. Exempli gratiâ: Filius Dei jam, id eſt, ſi cum aliis rebus à ſe diverſis conferatur, exiſtit: attamen reverâ adhuc generatur: Ratio; quia ejus generatio non minùs antea perfectiſſimè exiſtit, licèt adhuc duret ac duratura ſit. Nec prohibet aliquid, eum, qui hodie re ipsâ eſt, nec eſſe deſinit, cras aut perendie propriè generari; ſi nimirum ipſius generatio ſit permanens ac indiviſibilis: at ſi ipſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſius generatio ſit ſucceſſiva vel interrupta, abſurdum eſt. De homine igitur abſurdum foret. Neque ideò prius ille fuit in viæ termino, ad quem tendit, quàm viam ſit vel ingreſſus, vel emenſus. Alienum enim hîc eſt, inter viam & terminum ſucceſſionem realem fingere, cùm ſit generatio indiviſibilis. Quare adverſarius non tantùm malum Theologum, verùm etiam craſſum Philoſophum hîc agit. Omne enim ipſius acumen nititur craſſiſſimo hoc principio: *Nullam poſſe eſſe generationem indiviſibilem.* At Phyſici, præſertim Peripatetici, docent, omnem generationem ſubſtantialem, etiam corpoream, eſſe indiviſibilem. Itaque hoc ejus argumentum non minùs generationem phyſicam, quàm hanc hyperphyſicam oppugnat. Nequè denique ideò generatio erit conſervatio. Quia tum demum conſervatio locum habet, cùm generatio ceſſat. At hæc generatio, cùm æterna ſit, finemque nullum habeat, ceſſare, ac proinde conſervatio rei ſuccedere nequit.

Nec ad rem faciunt quæ de emanatione, ac radiorum ſolarium generatione excipit. Quamvis enim radii ſolares juxta pleroſque Philoſophos per generationem ſubſtantialem non producantur, omnium tamen conſenſu reverâ producuntur. Fruſtraneum igitur eſt ipſius argumentum: cùm hoc principio nitatur, *Rem productum non poſſe ſimul eſſe cum ſuo vel producente, vel productione.* At exemplum

tantùm ſunt quòd fiant, ac tranſeant, perinde ut actiones ac motus. At Filius Dei ſubſtantiam habet perfectam ac conſiſtentem, non tranſeuntem. Quare per emanationem genitus non eſt. Denique & in illis, quæ jugiter emanant, & ea ratione veluti generantur, id generatur, quod antea non extiterat. Habent enim illa partes ſucceſſivas, quarum una præcedit, altera ſubſequitur; & illa quæ ſemel fuerat generata, quia ſuum eſſe jam accepit, non generatur ampliùs, ſed alia, quæ nondum extiterat. Quare ſi lux perpetuò à Sole generatur, alia ſubinde atque alia pars ſucceſſiva generatur. Aliàs ſi tota ſecundùm omnes partes unquam extituras ſemel producta eſſet, non generaretur jugiter, ſed tantùm ſemel producta conſervaretur. Ex his autem & illud apparet, non poſſe Filium Dei per emanationem jugem generari; aut ſi per emanationem generari velint, eum Deum ſupremum non fore. Nam Deus ſupremus partes non habet, per quas ſucceſſivè generetur. ut taceam, quicquid per emanationem ſive perpetuam, ſive non perpetuam generatur, ejus eſſentiam ab eo pendere à quo emanat. Dei autem ſupremi eſſentia à nullo pendet.

allatum evidentiſſimè oſtendit, quòd etſi radius ſolis eodem momento exiſtat quo Sol, reverâ tamen à Sole producatur: quia ſuam eſſentiam non à ſe ipſo, ſed à Sole habet. Habemus igitur etiam in ipsâ naturâ exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

exemplum generationis, in quâ id quod generatur, non jam ante ſuam generationem exſtiterit, ut ineptè nobis affingit adverſarius, ſed in quâ generatum ratione durationis nullâ tenus eſt poſterius vel ſuâ genetatione, vel ſuo generante. Id verò nimis falſum eſt, quòd ea tantùm per emanationem generari dicat, quæ non habent eſſentiam perfectam ac conſiſtentem. Nam ex Phyſicis notum eſt, radios Solares eſſe rem non ſucceſſivam, ſed permanentum, cùm in momento totam ſuam eſſentiam habeant. Sed etſi radii Solares res ſucceſſivæ eſſent: nimis tamen abſurdum eſt, id de intellectu, voluntate, aliiſque proprietatibus aſſerere, quæ à ſuis ſubſtantiis emanant. Nullum igitur periculum eſt, quòd Filius Dei partes ſucceſſivas habeat, ſi per emanationem producatur. Dumque ea antè non extitiſſe, quæ per emanationem producuntur, aſſerit, principium ſatis apertè petit. Similiter quòd omne id quod per emanationem producitur, ab eo pendeat, à quo emanat, non ſumere, ſed probare debuiſſet. Nam in noſtro exemplo planè falſum eſt. ubicumque enim vera unius ab altero eſt dependentia, ibi neceſſariò eſt eſſentiæ diverſitas: quæ cùm hîc locum non inveniat, gratis quoque dependentia fingitur. Verùm mirum non eſt, adverſarium in his tam audacem eſſe, cùm alibi talia defendat, ex quibus neceſſariò ſequitur, Deum componi ex partibus, ipſiuſque attributa eſſe facultates, non permanentes, ſed ſucceſſivas.

CRELLII
CAP. IV.

Argumentum quartum; quia Filius Dei adhuc generaretur, & in omnem æternitatem generandus eſſet.

Quartum argumentum ex eo duci poteſt, quòd ſi Deus ex eſſentia ſua ab æterno generavit Filium, adhuc etiam eundem generat, & in æternum generabit. id quod etiam fatentur ex adverſariis plurimi, ii præſertim, qui Filium per intellectionem à Deo generatum ajunt. Illa enim intellectio perpetuò durat, & in omne ævum durabit. Verùm non tantùm illi

BISTERFELDII
CAP. IV

Reſponſio ad argumentum quartum: nimirum quòd Filius Dei adhuc generetur, & in omnem æternitatem generandus ſit.

Etſi nos immediatè ex vocula Hodie *Pſal.* 2. 7. *non colligamus, Filii Dei generationem eſſe æternam, apertè tamen profitemur, nos firmiſſimè credere, Filium Dei & ab æterno fuiſſe genitum, & adhuc generari, & in æternum genitum iri. Id enim divina perfectio, quam non ſolùm ex ſacrarum literarum, ſed ipſiusmet rectæ rationis dictamine diſcimus, omnino poſtulat. Quicquid enim in Deo eſt, id neceſſariò eſt indiviſibile ac infinitum, adeòque prorſus indiviſibilis ac ſimul tota eſt æternitas. Quam ejus indiviſibilitatem Philoſophi exprimere conantur,* cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cùm eam puncti inſtar eſſe docent. Neque hîc inſuperabilis aliqua difficultas occurrit. Nihil, inquam, abſurdi eſt, ſi dicamus, Filium Dei adhuc generari, & in æternum generatum iri: nullus, inquam, hic ſcrupulus oritur, niſi illi, qui incogitantiſſimè res infinitas ac indiviſibiles rebus finitis ac ſucceſſivis metitur. Quod cùm adverſario noſtro ſit ſolemne, non eſt quòd ipſius jactantiam miremur. Illum enim ſaltem parùm acutum, vel ſi adverſarii ſcomma imitari liceat, parùm ſanum eſſe oportet, qui non animadvertit, quòd, licèt intellectus noſter ob ſuam imperfectionem æternam Fili Dei generationem per præteritum, præſens, & futurum concipiat & exprimat, id tamen ſine perfectione intellectum velit. Quamvis enim ſic loquatur, firmiſſimè tamen ſtatuit, illam generationem, ut pote æternam, eſſe indiviſibilem, ac ſimul totam. Cur igitur his modis loquendi utitur? ob rerum divinarum perfectionem, ſuam imperfectionem. Nam quòd uno actu facere nequit, id variis actibus præſtare ſtudet. Itaque vocabulis imperfectionem quandam inferentibus utitur quidem, ſed eam judicio, quod vocant, correctivo ab imperfectione purgat. Sic enim ſecum ratiocinatur. Ut innuam generationem Filii Dei jam ab æterno fuiſſe perfectiſſimam, utor præterito: ut autem innuam eam nec ceſſaſſe, nec ceſſaturam eſſe, utor præſenti, ac futuro. Nimirum præterito utor, ut negem rei quaſi tantùm inchoatæ, nec dum abſolutæ imperfectionem: præſenti, ut negem ceſſationis; futuro denique, ut negem ſucceſſionis imperfectionem. Quæ rectæ rationis modeſtia omnino in divinis rebus admiranda eſt, niſi prorſus inſanire libeat. Etenim de vitâ Dei quæro, num ab æterno perfectiſſimè vixerit, num adhuc vivat, & num in æternum victurus ſit? Non puto, ullum adverſariorum adeo illi id fateri coguntur, qui iſtum generationis Filii Dei modum agnoſcunt, ſed & cæteri omnes, niſi alia ſua dogmata velint ſubvertere. Etenim ſi Deus ab æterno genuit Filium, nunc autem non ampliùs gignit; factus eſt ex generante non generans: quæ mutatio cùm non ad creaturas ſpectet, ſed intra ipſum Deum conſiſtat, in Deum non cadit, nec cadere ab adverſariis agnoſcitur. Adde, quòd vel Filius ſupremus Deus non eſt, vel ex naturæ neceſſitate fuit à Patre genitus. Si enim eum Pater non ex naturæ neceſſitate genuiſſet, liberè ac contingenter genuiſſet. Deus autem ſummus non eſt, qui contingenter, non neceſſariò exiſtit. Quòd ſi ex neceſſitate naturæ genuit Deus Filium, perpetuò gignit: cùm natura ejus ſemper ſit prorſus eadem. Præterea apud Deum, ſi adverſariis credimus, nulla eſt diſtinctio temporis, ſed æternitas tota apud eum ſimul collecta, & ad punctum quoddam contracta eſt. quicquid ergo facit, neceſſe eſt, ut tota æternitate faciat, ac porrò perpetuò. Adde, quòd non pauci illud Pſalmi urgent, [a] *Hodie genui te.* Ajunt enim, vocem præteriti temporis *Genui* ſignificare, generationem illam jam

[a] Pſal. 2. verſ. 7.

 eſſe

eſſe perfectam, vocem autem *Hodie* ſignificare, eam adhuc eſſe præſentem, quia *Hodie* præſens tempus denotet. Frivolum quidem id eſt, quod urgent: ſed ſuo adverſarium gladio jugulare, etiam plumbeo, potes. quaſi verò *Hodie* non habeat latitudinem, & non amplectatur etiam aliquid præteritum, ut & futurum. Omniane, quæ hodie facta ſunt, adhuc durant; aut quæ futura ſunt, jam ſunt? An quæ tu hodie loquutus es, omnia adhuc loqueris, aut quæ loquuturus es hodie, jam loqueris omnia? Quæ ego hodie ſcripſi, adhuc ſcribo? In hominibus, aut creaturis, inquies, ito ſe res habeat, non in Deo. Sed unde tu ſcis, *Hodie* præſens denotare apud Deum? Nonne ex eo, quòd de præſenti aliàs ſemper ſumitur? Num fortè ex eo, quòd de Deo illa vox uſurpetur, apud Deum autem nonniſi præſens ſit, colligis, *Hodie* præſens denotare? Non arbitror. Atqui illo modo etiam conſtat, *Hodie* latitudinem habere: & non in indiviſibili momento conſiſtere, ſed certum quendam temporis tractum complecti: quia aliâs ſemper ita uſurpatur. Sed ne tergiverſandi ſit locus; dico, vocem *Hodie*, de ipſo Deo uſurpatam,

certum

adeò aberraturum, ut vel unicum horum eas inficias. At jam nullum mihi argumentum contra æternam Filii generationem adferent, quod ipſis contra Dei vitam non poſſim reponere. Si ab æterno perfectiſſimè vixit, utique jam non vivet. Et ſi adhuc in æternum vivet, utique antea non vixit æternùm: & ſic deinceps. Quæ omnia cùm abſurdiſſima ſint, diſcant quæſo ſapere adverſarii; nec protinùs eos inſaniæ damnent, qui opiniones, vel ab ipſis inſulsè interpolatas, vel recèns quidem inventas, ſed nimis crudas ac inſipidas, ſalvâ veritate, pro oraculis excipere nequeunt. Diſcant quæſo, eo ipſo Dei perfectionem & conſequenter exiſtentiam, tolli, quo aliqua durationis ſucceſſio in intrinſecis Dei, adeòque intellectus ac voluntatis divinæ, qui ſimiliter efficaciſſimam contra adverſarium inſtantiam ſuppeditant, actibus ſtatuitur. Illa ſcilicet vera Philoſophia fuerit, quæ imperfectiones longè maximas Deo adſcribit: qualem adverſariorum eſſe vel hinc patet, quòd nullâtenus intelligere queant, quomodo Deus ab æterno aliquid extra ſe vel cognoverit, vel fieri decreverit: iſta verò Pſeudophiloſophia, quæ hoc unicè agit, ut à ſacrâ Scripturâ manu ducta omnem imperfectionem quàm longiſſime à Deo removeat; ad quem ſcopum orthodoxa noſtra ſententia perpetuò collimat. Nos verò omneſque ſolidæ veritatis ſtudioſi ita nobiſcum ſtatuamus: Si adverſarius noſter Crellius, qui eruditionis ac ſubtilitatis laudem omnino meretur, in rebus naturæ notis adeò cæcutit, ut palam pronuntiet, Nullum Dei actum liberum poſſe eſſe æternum; in quantis quæſo tenebris verſabitur, cùm de Myſteriis, naturæ lumini incognitis, diſputaverit?

Quæ hîc de divinarum ſubſtantiarum multitudine repetit, ea ſuprà ſatis fuerunt explicata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cata. Nimirum quòd ſubſtantia vel generaliter accipiatur pro Ente quod per ſe ſubſiſtit, id eſt, alteri non inhæret: vel ſpecialiter pro eſſentiâ. Si accipiatur priori modo, ita ut etiam ſubſtantiales modos ſub ſe complectatur, concedimus, tres eſſe in Deo ſubſtantias; ſin poſteriori, negamus. Eſt itaque eadem Patris ſubſtantia, id eſt: eſſentia, quæ Filii. At quia non eſſentia, ſed perſona Filii gignitur, neque Patris eſſentia genita eſt. Sit itaque hac noſtrâ reſponſione contentus, donec alia, & quidem fortiora, argumenta attulerit.

certum ac definitum tempus denotare, & actiones, quas hodiè feciſſe aut facturus eſſe dicitur, certo tempore circumſcriptas eſſe, non æternas. & id quidem perpetuum eſt: cùm nuſpiam aliter de Deo vox illa uſurpetur. Nam ut prætercam illa Caini ad Deum verba: [a] *Ejicis me hodie à facie terræ*: ita ait de eo Moſes: [b] *Videt magnalia Dei, quæ facturus eſt hodie*, Num fortè jam tum, cùm ita loqueretur Moſes, ea faciebat, imò ab omni æternitate jam fecerat Deus, aut in æternum erat facturus? Quin & ipſe Deus de ſe ait: [c] *Obſerva cuncta, quæ hodie mando tibi.* & iterùm Moſes: [d] *Hodie enim Dominus aprarebit vobis.* vide etiam Deut. 2. 25, 26; 16. 18: 29. 12. Ioſ. 3. 7: 5. 9. 1. Sam. 4. 3. & 11. 13. & 15. 28. & 26. 8, 23. & 28. 28. ut alia non pauca mittam, quæ quiſque per ſe poterit ſacras literas legendo obſervare. Iam verò vel ex hoc ipſo apparet, Deum jam non ampliùs gignere, nec in omnem æternitatem geniturum Filium: quandoquidem dixit ſe *hodie eum genuiſſe*. id quod certum temporis ſpatium ſeu articulum, quo actio illa perfecta fuerit, ſignificare, ex tot exemplis ſimilium locutionum à nobis adductis patet: præſertim cùm diſſimile exemplum proferri nequeat; & ipſi adverſarii fateantur, vocem *Genui* ſignificare, generationem illam jam perfectam eſſe, ſeu Filium per eam generationem perfectè jam eſſe productum. Id autem non ſignificaret, niſi præteriti vim haberet. Sed quid multis opus? Res ipſa oſtendit, eum, qui jam olim re ipſa ac perfectè exſtat, ut quidem Filium Dei extare conſtat, gigni ampliùs non poſſe: quod & ratione nos antea comprobavimus, & omnes ii agnoſcunt, quorum mentes Pſeudophiloſophia non pervertit. Et ſolent ſanè plærique hoc Myſterium ſuum apud homines ſuæ iſtius Philoſophiæ ignaros celare, niſi cùm id aliquo modo aperire coguntur; quia vident, ſe fidem apud eos non facilè inventuros; & abſurdum cuivis ſano viſum iri, Filium Dei, quem à tot retro ſeculis re ipſa extitiſſe ſciat, nunc generari, & generatum perpetuò iri.

[a] Gen. 4. 14.
[b] Ex. 14. 13.
[c] ibid. c. 34. 11.
[d] Lev. 9. 4.

Addi poteſt allatis adhuc argumentis & illud: quòd cùm perſona nil ſit aliud, quàm ſubſtantia prima intelligens, ut ſuperiori ſectione oſtenſum

ſum eſt; ſi perſona Deitatis ſecunda ex ſubſtantia primæ generata eſt; duas fore in Deo ſubſtantias; unam primæ perſonæ, ex qua fuerit generatus Filius; alteram, quæ ſit ipſe Filius. quod etiam ex eo conſequitur, quòd generatio propriè dicta, qualem illi volunt eſſe generationem Filii Dei, non ſit niſi ſubſtantiæ: ſubſtantia autem non niſi ex ſubſtantia naſci poteſt. Rurſus tamen, ſi ſubſtantia Filii nata eſt, & eadem numero ſubſtantia eſt Filii & Patris; ſequitur, & Patris ſubſtantiam eſſe natam, & quidem ex ſe ipſa. Itaque & Pater ſui ipſius eſt Filius. Quomodo enim is non gignitur, cujus ſubſtantia genita eſt? quomodo non ejus eſt Filius, ex cujus ſubſtantia eſt genitus? Afferri poſſent & alia argumenta, ſed his contenti nunc erimus.

CRELLII
CAP. V.

Argumentum primum: quo dogma de Incarnatione Filii Dei refellitur: quia Pater etiam & Spiritus ſanctus fuiſſet incarnatus.

Tranſeundum eſt ad incarnationem. Quam omnes illi agnoſcere coguntur, qui Chriſtum ſupremum eſſe Deum ſtatuunt. Cùm enim eum naturâ hominem eſſe, & certo tempore ex virgine natum, ex ſacris literis ſit manifeſtiſſimum; neceſſe fuit, ut ſtatuerent, eum ſeu naturam ejus divinam, ita aſſumſiſſe humanam, ut unitate perſonæ manente, Deus ſimul eſſet & homo. Nam ſi Deus & homo diverſæ eſſent perſonæ; nec Filius Dei homo, nec homo Filius Dei fuiſſet, non magis, quàm Pater eſt Filius ille, quem ſecundam Trinitatis perſonam ſtatuunt, aut Spiritus

BISTERFELDII
CAP. V.

Reſponſio ad argumentum primum, quo dogma de Incarnatione Filii Dei *refellere conatur: nimirum* quia etiam Pater & Spiritus ſanctus fuiſſet incarnatus.

Myſterium incarnationis libentiſſimè agnoſcimus: cùm quia nullum in eo abſurdum deprehendimus: tum quia ex ſacris literis certiſſime cognovimus, nunquam illos Sermonem vitæ palpaturos eſſe, qui eam non agnoſcunt. Sane nimis audax eſt adverſarius, qui argumentis tam infirmis rem tantam, tamque teſtatam evertere conatur. Nam primo nullâtenus hinc ſequitur, non tantùm Filium, ſed & Patrem, & Spiritum ſanctum, aſſumſiſſe humanam naturam. Syllogiſmus enim, quem objicit, ſophiſticis propoſitionibus conſtat. Prima namque propoſitio: ſcilicet hæc, Is aſſumſit humanam naturam, cujus propria natura ſive ſubſtantia eam aſſumſit, cumque eâ eſt perſonaliter unita, *duplici nomine falſa eſt. Primò quòd ſit copulata: & una ejus pars vera, altera verò falſa ſit, adeóque tota falſa. Quamvis enim is humanam naturam rectè aſſumſiſſe diceretur, cujus natura*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

natura ipſi ſoli propria planéque cum eo reciproca eam aſſumſiſſet, tamen non protinus is eam aſſumſit, cujus natura aliis quoque à ſe diverſis communis perſonaliter humanæ naturæ eſt unita. Nam aliud eſt, quòd natura aliqua aliam naturam aſſumat, aliud quòd ei perſonaliter ſit unita. Illud enim convenit ſuppoſito: hoc convenit parti ſuppoſiti: ideóque adverſarius ſibi tacitè contradicit. Nam tantùm partis, & rei non omnimode terminata eſt, alicui perſonaliter uniri. Eſt enim nihil aliud, quàm ita cum aliâ quâdam naturâ uniri, ut ſint naturæ unius perſonæ; adeóque eſſe alicujus perſonæ partem. At tantùm ſuppoſiti & rei omnimodo terminatæ eſt, naturam aliquam aſſumere. Eſt enim nihil aliud quam naturam aliquam non ſubſiſtentem ſibi unire, vique ſubſiſtentiæ ſuæ ſuſtentare. Deinde ambiguum quoque eſt illud, cujus propria natura perſonaliter eſt unita humanæ naturæ. *Nam nullius perſonæ natura illa eſt propria, cùm tribus ſit communis: adeóque licèt naturæ humanæ ſit perſonaliter unita, quâtenus eſt unius, putà Filii, tamen non eſt ipſi perſonaliter unita, quâtenus eſt natura alterius, putà Patris, vel Spiritûs ſancti. Iam ſi examinemus minorem, tribus modis eam deprehendemus eſſe vitioſam. Primò non aſſumit partem propoſitionis, quam debebat. Omittit enim illa verba*: cumque eâ eſt perſonaliter unita: *quâ omiſſione procul dubio argumenti ſui infirmitatem tegere conatus eſt. Deinde pars antecedens eſt falſa. Neque enim divina natura, ſi propriè & accuratè loqui velimus, ſed perſona divina aſſumſit naturam humanam. Divina quidem natura unitur humanæ, ſed eam non aſſumit. Aſſumere enim non eſt naturæ, ſed ſuppoſiti. Tertiò pars conſequens ejuſdem aſſumtionis hâc falsâ hypotheſi nititur, quaſi*

Spiritus ſanctus, vel contrà: imò minùs: cùm illarum perſonarum natura, non genere tantùm aut ſpecie, ſed numero eadem ſtatuatur: Dei autem ſupremi & hominis natura etiam genere longiſſimè à ſe invicem diſtet. Atqui in illa, quam diximus, ſententia de Incarnatione Filii Dei, ex eſſentia Patris ab æterno geniti, multa continentur abſurda. Nos hîc quædam tantùm, & ad rem noſtram magis pertinentia, afferemus. Primum enim inde ſequitur, non tantùm Filium, ſed & Patrem, & Spiritum ſanctum, aſſumſiſſe humanam naturam. Etenim is aſſumſit humanam naturam, cujus propria natura ſive ſubſtantia eam aſſumſit, cumque ea eſt perſonaliter unita. Atqui ſi Chriſti divina natura aſſumſit humanam naturam, etiam Patris & Spiritûs ſancti natura propria eandem aſſumſit. Siquidem eadem numero in tribus illis perſonis eſt. Et ſanè diuturnitas erroris effecit, ut nonnulli ex adverſariis non ſint veriti dicere, totam Trinitatem eſſe incarnatam. & nuper non nemo [a] ex præcipua quadam adverſariorum ſecta extitit, vir celeberrimi inter ipſos nominis, & Romæ quidem Theologiam nunc docens, qui

[a] Cornelius à Lapide Jeſuita, commentar. in Prophetas minores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

qui librum ſuum dedicavit Trinitati increatæ, & in Ieſu Chriſto creatæ. Quod ſi verum eſt, & Pater & Spiritus ſanctus ex virgine natus eſt, & paſſus, & mortuus, & ſepultus, & reſuſcitatus, & quicquid Chriſtum unquam feciſſe, aut eo factum eſſe legimus, id Patri & Spiritui ſancto quoque convenit. Ita redibit veterum illorum ſive Sabellianorum, ſive Patripaſſianorum hæreſis ab ipſis adverſariis damnata. Et ſanè, ſi rem rectè conſideres, nihil eſt aliud ſententia vulgaris de Trinitate, quàm Sabellianiſmus ſubtiliùs aliquanto propoſitus, & novis quibuſdam coloribus incruſtatus, noviſque nominibus palliatus. Idem enim numero Deus, cum hoc modo, ſeu ſubſiſtentiâ, conſideratus, Pater eſt; cum alio modo, ſive ſubſiſtentiâ, Filius; cum alio iterùm, Spiritus ſanctus. Quod quid eſt aliud re ipſa, quàm quod Sabellius voluit? Idem enim numero Deus, eademve ſubſtantia, eadem etiam revera perſona eſt, tres diverſos modos ſeu ſubſiſtentias habens.

quaſi Patris vel Spiritûs ſancti natura ſit propria, cùm omnibus tribus ſit communis. Non, inquam, eſt propria, ſi proprium opponatur communi: quamvis ſit propria, ſi proprium opponatur alieno. Etſi enim eadem numero eſſentia in tribus illis perſonis ſit, tamen quia perſonæ illæ ſunt diſtinctæ, fieri non poteſt, ut quod uni eſt proprium, id quoque competat alteri. Audaciam Ieſuitæ ſocii ipſius defendant: nos ab ejuſmodi novitatibus abhorrèmus, diſertéque profitemur ſolam perſonam Domini Ieſu Chriſti aſſumſiſſe naturam humanam. Graviſſimam autem orthodoxæ ſententiæ injuriam facit, quòd eam Sabellianiſmi inſimulat: cùm diſertiſſimè omnes doceant, ſingulas perſonas eſſe diſtinctiſſimas. Quod vero modis, vel ſubſiſtentiis eas differre dicunt, id non eo fine faciunt, ut perſonas confundant, ſed ut eas quoad per noſtræ mentis hebetudinem fieri poteſt, quam clariſſimè diſtinguant. Neque enim per modos res fictas, ſed perfectiſſimas ſubſtantias intelligunt: ut ex omnibus dextrè philoſophantibus adverſarius facile cognoſcere potuit.

Defenſio Argumeuti.

SEd, ut ad id revertamur, quod agere cœperamus; dicent, naturam quidem ſeu ſubſtantiam divinam aſſumſiſſe humanam, verùm non in quavis ſubſiſtentia, ſed tantùm in ſubſiſtentia Filii: ad hanc tantùm terminari unionem ſeu conjunctionem illam humanæ ac divinæ

Defenſio Reſponſionis.

NOn igitur, ut adverſarius nobis affingit, dicimus, naturam ſeu ſubſtantiam divinam, quâtenus præcisè pro eſſentiâ divinâ recipitur, aſſumſiſſe humanam, ſed divinam perſonam id feciſſe aſſerimus. Nimirum Filii ſubſiſtentia unionem illam terminavit, atque in eâ natura divina fuit unita naturæ humanæ, non

non ſimpliciter, quâtenus divina natura eſt, ſed quâtenus natura divina Filii eſt. Vidimus hoc ipſum oculis mentis primò à ſacrarum literarum lumine illuminatis: tum à craſſis illis ſuperbientis Philoſophiæ axiomatibus, modeſtâ inveſtigatione, purgatis. Nam quamvis ſubtilitatis nomine ſanam hanc doctrinam odioſam reddere conetur; quivis tamen prudens facilè animadvertit, in rebus tam longè humanum captum ſuperantibus omnino aliqua difficilia occurrere oportere. Neque tam obſcura ſunt, quin à modeſto ſacriſque literis addicto ingenio fructuosè intelligi queant. Iam enim ſuprà vidimus, quòd tanta ſit divinæ eſſentiæ eminentia, ut ſit tres perſonæ; adeòque ipſa tribus rebus incommunicabilibus communicetur. Cùm igitur tres perſonæ inter ſe ſint diſtinctiſſimæ, nihil utique repugnat, ut uni illarum aliquid ſpecialiter & immediatè uniatur quod non uniatur alteri. Hoc enim ſi fieri non poſſet, utique non eſſent diſtinctæ. Etſi igitur divina natura tota humanæ naturæ ſit juncta, tresque ſint in illâ naturâ ſubſiſtentiæ, quæ ab ipsâ non differunt: tamen non ſequitur, quòd omnia illa, quæ competunt uni perſonæ, competant etiam alteri: quia ſuprà vidimus, quòd una res indiviſibilis poſſit eſſe pluribus rebus communis. Sic videmus, quod unum idemque punctum, quâ tale, unam terminet figuram, nec tamen terminet alteram: etſi non minùs ſit in hâc quam non terminat, quàm in eâ quam terminat. Nam falſum eſt, quod pro conceſſo ſumit adverſarius, naturam naturæ primò ac *divinæ naturæ. Diceres, hos homines oculis ipſis illam incarnationem vidiſſe, qui tam accurate explicare norint, in qua ſubſiſtentia terminata fuerit illa unio, licet ſubſiſtentiæ tres in eadem natura ſint, realiter, ut loquuntur, ab illa non differentes. Vt autem commenti hujus vanitas oſtendatur; explicemus aliquantulùm, quid ſibi velint; ſi modò intelligi res poteſt. Vnio vera ac realis, qualis illa foret ab adverſariis excogitata, inter res minimùm duas verſatur, quarum altera alteri terminos ſuos, ſive proproprie, ſive improprie dictos, jungat atque applicet. Res eſt clara in rebus corporeis, quas oculis cernimus, & à quibus terminorum vox, quâ ipſi in hac re utuntur, deſumta eſt. Nam tabula tabulæ, lapis lapidi jungitur, dum ſuperficies unius jungitur ſuperficiei alterius. eſt autem ſuperficies extremum, ſeu terminus quidam corporis. Quia autem ſuperficies totius alicujus corporis per omnia ejus latera extenditur, & alia ejus pars eſt anterior, verbi gratiâ, alia poſterior: ideò fieri poteſt, ut unio ac conjunctio duorum corporum non terminetur ad quamvis ſuperficiei aut corporis partem. Sic lapides duo quadrati, ſecundùm ſuperficiem unius tantùm lateris ſe tangunt: niſi fortè unus includat alterum: & tum exterior continentis lapidis ſuperficies, non tanget contenti ſuperficiem nulla ex parte.*

quare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quare ad exteriorem illam continentis lapidis ſuperficiem non terminabitur illa unio, ſeu conjunctio, ſed ad interiorem tantùm. Iam in rebus incorporeis nulli propriè ſunt termini, nulla partium ejuſmodi diverſitas. Vnde neceſſe fuit, ſi humana natura juncta fuit divinæ, quam omnes incorpoream eſſe ſtatuunt, eam toti jungi. Sed tamen apud adverſarios terminorum diverſorum inſtar ſunt ſubſiſtentiæ ac modi naturæ divinæ diverſi, quorum unus Patrem, alter Filium, tertius Spiritum ſanctum conſtituit. Iam dicunt, unionem hanc perſonalem terminari ad ſubſiſtentiam Filii, ſeu eatenus naturam humanam junctam eſſe divinæ, quatenus hæc in Filio, non verò quatenus in Patre aut Spiritu ſancto ſubſiſtit. Itaque Filii ſubſiſtentiam, non Patris aut Spiritus ſancti, humanæ naturæ communicatam; illâ hanc ſubſiſtere; ac porro unam cum Filio Dei, non cum Patre aut Spiritu ſancto, perſonam conſtituere. Adverſarii rem fere obſcuriſſimè explicant. Sed aut hoc eſt, quod volunt, aut, quid velint, ne intelligi quidem poteſt. Verùm nihil agunt. Nam ſi natura divina tota humanæ juncta eſt, & tres ſunt in illa tota natura ſubſiſtentiæ, quarum una non magis ab eſſentia differt, quàm altera, aut penitiùs illi infixa; non magis etiam uni ſubſiſtentiæ juncta eſt humana natura, quàm alteri; &

ac per ſe junctam eſſe: id enim tantùm verum eſt in unione eſſentiali, ubi ex duarum naturarum unione una natura reſultat, non autem in perſonali, ubi quidem duæ naturæ uniuntur, ſed illinc non reſultat una natura, ſed una perſona: adeóque unio illa fit mediante ſubſiſtentiâ. Illud autem pronuntiatum; *Neque enim quicquam realiter jungi & uniri poteſt cum modo rei, ſed cum re ipsâ*; nullius eſt momenti: cùm ſophiſticè per modum intelligat modum, quem Metaphyſici purum vocant: ſubſiſtentia autem divina talis ſit modus, qui ſit perfectiſſima ſubſtantia. Nec exemplum animæ hîc rectè adducitur. Anima enim non eſt perſona, ſed altera eſſentialis pars compoſiti: neque illa corpus perſonaliter terminat ac ſuſtentat, ſed ex ejus cum corpore unione humana ſubſiſtentia & perſona reſultat. Rectiùs omnino feciſſet, ſi ita diſſeruiſſet. Quemadmodum nutrimentum agglutinatum non primò aſſumitur ab animâ, ſed ab homine, ſic quoque humana Chriſti natura non primò aſſumitur ab eſſentiâ divinâ, ſed perſonâ Filii. Item: Sicut non omnia quæ ſunt in animâ, competunt pedi, etſi pedi tota anima uniatur: ſic etiam non omnia quæ ſunt in eſſentiâ divinâ, competunt naturæ humanæ, etſi tota natura divina ipſi uniatur. Nec ad omnium illorum quæ in divinâ eſſentiâ ſunt incarnationem ſufficit, quòd tota eſſentia ſit incarnata: quia incarnatio non eſt qualiscunque unio, ſed eſt ſpecialiſſima, proxima, & immediatiſſima, ut ita dicam, unio, quâ perſona divina humanam naturam ſuâ perſonalitate

litate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

litate carentem ita terminat, ut eam perſonaliter ſuſtentet, ipſique illud complementum, attamen longè eminentiori modo, communicet, quod à ſuâ connaturali perſonalitate accepiſſet. Quamobrem ſicut Filius habet ſuam propriam ſubſiſtentiam ſeu perſonalitatem Patrî & Spiritui ſancto incommunicabilem, ſic quoque naturam humanam aſſumit modo ſibi proprio, ipſiſque incommunicabili. Cùmque nec prima, nec tertia perſona, imò nec ipſa divina eſſentia in ſe conſiderata, ut pote quæ ſic perſona non ſit, humanam naturam perſonaliter ſuſtentet; perſpicuum eſt, quòd ſola perſona Filii incarnata fuerit: quod etiam Iohannes evidentiſſimè teſtatur: *Et verbum*, inquit, non Pater, non Spiritus ſanctus, *Caro factum eſt.* Iohan. 1. 14.

& ſic non magis ad unam, quàm ad alteram terminatur illa unio; humanaque natura non magis unius, quàm alteriùs perſonæ ſubſiſtentiâ ſubſiſtit. imò ſi eſſe poteſt aliquod inter eas ſubſiſtentias diſcrimen; magis Patris, quàm Filii & Spiritûs ſancti ſubſiſtentia ſubſiſtet, utpote quæ in natura divina prima eſt, & qua duæ reliquæ veluti nituntur.

Quod ut tanto clarius fiat, id repetendum eſt memoria, quod antea indicavimus; realem quandam inter naturas duas unionem ſtatui; ac porrò naturam naturæ primò ac per ſe junctam eſſe; ea, quæ in natura ſunt, tantùm conſequenter. Neque enim quicquam realiter jungi & uniri poteſt cum modo rei, ſed cum re ipſa. Cernimus id in conjunctione corporis & animæ, quod illi exemplum inter cætera omnia unioni illi hypoſtaticæ ſimillimum judicant. Corpus enim primò & per ſe jungitur animæ; conſequenter iis, quæ ſunt in anima, ejuſve modis, ut exiſtentiæ, aut ſi quod aliud eſt, quod modum *appellare placeat. Quòd ſi ſecundariò tantùm corpus jungetur iis, quæ ſunt in anima; non poteſt uni eorum magis uniri, quàm alteri; niſi fortè unum magis, aut priùs inſit animæ, quàm cætera. At hoc modo ſubſiſtentiam Filii non ineſſe divinæ eſſentiæ, jam oſtenſum eſt. Sed deinde etiamſi aliqua ratione magis juncta eſſet humana natura ſubſiſtentiæ Filii; ſufficeret tamen ad incarnationem totius Trinitatis, totam Trinitatis eſſentiam cum ea unitam eſſe. Quomodo enim id totum non eſt incarnatum, cujus tota eſſentia incarnata eſt? Adde, quòd, cum ſubſiſtentiæ illæ extra eſſentiam non exiſtant, imò cum ea re ipſa idem ſint; neceſſe eſt etiam, ſubſiſtentias illas unà cum illa incarnatas eſſe. Trinitas ergo tota incarnata eſt, paſſa eſt, ſatisfecit Patri pro peccatis. ò egregiam Theologiam, quæ hujuſmodi fructus parit! Sed pergamus ejus dogmatis abſurditatem oſtendere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

CAP. VI.

Argumentum ſecundum: quia ſecunda Divinitatis perſona deſiiſſet eſſe perſona.

Secundò ex eodem dogmate ſequitur, alteram Divinitatis perſonam deſiiſſe eſſe perſonam. Nam evaſit pars Chriſti, ex humana & divina natura conſtituti. Eſt autem de eſſentia ſuppoſiti, ac porrò etiam perſonæ, ne ſit pars alterius, ut apud omnes in confeſſo eſt.

CAP. VI.

Reſponſio ad argumentum ſecundum: quod ſecunda Divinitatis perſona ideo deſierit eſſe perſona.

Quamvis altera Divinitatis perſona naturam humanam aſſumendo pars Chriſti evaſerit, non tamen perſona eſſe deſiit. Non enim eam aſſumſit, perſonalitatem ſuam amittendo, ſed eam humanæ naturæ communicando, id eſt, eam ſibi intimè ac ſubſtantialiter uniendo. Eſt quidem de eſſentiâ ſuppoſiti, ut non ſit pars alterius, à quo compleatur ac terminetur: non verò ut aliam naturam complendo ac terminando non conſtituat idem ſuppoſitum tantùm alio modo ſe habens. Male igitur argumentatur adverſarius, dum à terminis creaturis proprie competentibus, ſed à mente noſtrâ ad res divinas analogice tranſlatis, imperfectionem quandam Deo inferre conatur.

Defenſio Argumenti.

F*Atentur adverſarii, & res nimis manifeſta eſt, Chriſtum eſſe totum quoddam ex humana & divina natura conſtans. Quanquam ajunt, non eſſe Totum eſſentiale, ſed perſonale. id quod noſtram argumentationem minimè infringit, ſed ſtabilit potiùs. Quid enim? non æquè repugnat perſonæ, eſſe partem totius perſonalis, hoc eſt, perſonæ ac ſuppoſiti, atque eſſe partem totius eſſentialis? Imò verò maximè. quia ſic duæ forent perſonæ in una perſona, altera pars, altera totum. Quare nihil eſt, quòd quis forte putet, illam, quam cæteroquin adhibent, inter Totum eſſentiale & perſonale diſtinctionem quicquam ad rationem*

Defenſio Reſponſionis.

FAtemur & nos cum viris doctiſſimis, Chriſtum eſſe Totum quoddam ex humanâ & divinâ naturâ conſtans. Etſi enim aliqui id non diſertè pronuntient, attamen id non faciunt quò rem ipſam negent, ſed quò, ut ipſis videtur, modeſtiùs loquantur. Metuunt enim, ne ſic alicujus imperfectionis divinam naturam inſimulent. Et omnino obſervandum eſt, quòd licèt divina Chriſti natura, imò & perſona Chriſti, pars rectè dicatur, tamen hæc nomenclatura rem non ſatis exprimat: cùm tantùm à rebus creatis ſumta ſit. Fieri enim non poteſt, ut una notio logica tantum Myſterium plenè repræſentet: ideòque accuratiores humanam Chriſti naturam non tantùm partem, ſed etiam proprium adjunctum, (non acci-

accidens) item intimum objectum appellant : quò ita variis inadæquatis notionibus id innuant quod unà præſtare nequeunt. Etenim ſi ullibi , hìc profectò varia argumentorum Logicorum immeatio locum invenit. Præterea notandum eſt, quòd pars & aliquam perfectionem, & aliquam imperfectionem dicat. *Perfectionem* dicit, quâtenus unionem, ac communionem ſignificat : *imperfectionem*, quâtenus receptionem quandam includit. Dictat autem recta ratio, quòd divinæ naturæ ita ſit applicanda , ut omni imperfectione remotâ ſola perfectio indicetur. Quam ob cauſam viri docti Chriſtum vocant *Totum perſonale* , non eſſentiale. Per Totum enim perſonale intelligunt totum in quo partes uniuntur , non ut inde tertia quædam eſſentia reſultet , (hoc enim rectè vocatur Totum eſſentiale) ſed in quo ex partium unione una perſona conſtituitur. Nimirum à termino ſuo denominationem accipit. Jam quòd perſonæ non repugnet ut talis totius pars ſit , ſic patet. Quamdiu perſona nullam perfectionem ſibi debitam amittit , tamdiu manet perſona. At perſona ſecunda aſſumendo naturam humanam , nullam amittit perfectionem ſibi debitam. Non enim deponit ſuam perſonalitatem , ſed tantùm humanam naturam ſuſtentat. Sicut igitur arbor , ſeu truncus non deſinit eſſe ſuppoſitum , etſi ſurculus quidam ipſi inſeratur : ſicut etiam homo non ceſſat eſſe ſuppoſitum , etſi nutrimenti partem ſibi agglutinet , vel novos dentes acquirat: ſic multò minus perſona divina deſinit eſſe ſuppoſitum , etſi humanam naturam

nem noſtram convellendam pertinere. Quanquam & aliàs fruſtrà fingitur Totum *perſonale , quod ſimul eſſentiale non ſit. Sed nil eſt nunc neceſſe iſtud demonſtrare. Quid ergo? num fortè dicent , humanam naturam Chriſti , ejus partem non eſſe? Eò nonnulli ex adverſariis inclinare videntur : quanquam illis plerique non minùs contradicunt , quàm illi receptiſſimæ à tot retro ſeculis , apud unionis illius hypoſtaticæ defenſores , ſententiæ. Quid enim apud illos uſitatius , quàm totum Chriſtum alterutri naturæ ſeorſim ſumtæ opponere? quorſum ſpectat illa diſtinctio inter* totum Chriſtum , *&* totum Chriſti? *Deinde ſi humana natura pars perſonæ Chriſti non eſt , accidens iſtius perſonæ erit ; accidens, inquam, tale , quod Phyſicum ſeu prædicabile nonnulli appellant. Facilè enim tum ratione, tum auctoritate Philoſophi oſtendi poteſt: id eſſe accidens , quo ineſt, non ut pars, & poteſt ab eo in quod ineſt , abeſſe. Iam ſi humana natura Chriſti , pars Chriſti non eſt, totum id , quod diximus , ei competit. Ineſt enim in perſona Chriſti , in eaque ſubſiſtit , uti adverſarii volunt. Iam verò pars non erit. Abeſſe denique poterit ab eo , in quo ineſt , nempe divina Chriſti perſona aut natura. An enim divina natura aut perſona interiret , ſi humana ab ea ſepararetur? Non dico , ſeparatum iri ; quod illi futurum ne-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

negant: ſed, ſi ſepararetur, non deſtructum iri perſonam divinam: id quod hoc loco ſatis eſt. Sunt enim & Accidentia inſeparabilia, uti & in ſcholis appellantur, quæ licet nunquam à ſubjecto ſeparentur: tamen ab eo abeſſe poſſe ideo dicuntur, quia, etiamſi poneretur, illa ab eo, in quo inſunt, ſeparari, rem tamen ipſam interire non eſſet neceſſe. Quod ſi humana natura eſt accidens perſonæ Chriſti, quomodo Chriſti perſona, aut Dei Filius eſt homo? Humanus quidem dici forte poterit Chriſtus, ſed non homo. Neque enim id, quod alteri accidit, de eo συνωνύμως *ſeu univocè prædicatur, ſed* παρωνύμως. *Sic poculum, cui aurum tanquam accidens adhæret, auratum vel inauratum dicitur, non aurum: ferrum, cui ignis ineſt, ignitum, non ignis: & ſic in cæteris.*

Sed præterea, quomodo id non eſt totum, quod unum eſt, & ex duobus natura ſua ſeparabilibus conſtat? Tale autem eſt Chriſtus. Eſt enim unum quippiam, ex divina & humana natura conſtans, quarum utraque natura ſua ſeparabilis; utut hæc, ex illorum ſententia, non ſit ſeparanda. Quomodo ergo humana natura pars Chriſti non eſt? Si eſt; jam altera pars erit divina natura ſuam ſubſiſtentiam habens, hoc eſt, perſona divina, quæ humanam aſſumſit. At perſona, ut videmus, pars alterius, & quidem ſuppoſiti, aut perſonæ, eſſe non poteſt.

turam perſonaliter ſibi uniat. Quòd evidentius eſt, ſi obſervemus, duplicis generis eſſe partes. Aliæ ſunt tales, ut mutuò perfectionem dent ac accipiant: quemadmodum duæ partes ſunt materia & forma ſubſtantialis materialis: aliæ tales ſunt partes, ut alterutra tantùm perficiatur, altera verò tantùm perficiat: ſic anima rationalis perficit corpus, parum autem, vel nihil ab illo perficitur: vel, ut clarius adferamus exemplum, cùm Angelus aſſumit aliquod corpus, totum quoddam inde reſultat; & Angelus fit quaſi pars: Angelus tamen nec aliquam perfectionem amittit, nec à corpore accipit: ſed tantùm ipſi motum & quaſi vitam quandam influit. Non quidem ibi intercedit tam arcta unio, qualis in corporibus viventibus occurrit; ſatis tamen ex his perſpicuum eſt, quòd aliqua pars eſſe queat, quæ tantùm alteram perficit, non verò perficitur. Sic quis dicat, mare ideò deſinere eſſe ſuppoſitum, etſi gutta infuſa ipſi ſuppoſitaliter uniatur? Ignis quidem exemplum non urgemus: quia alia longè propinquiora ac efficaciora ſuppetunt. Quamvis nullum exemplum prorſus æquale dari queat. In omni enim intrinſecâ ac ſubſtantiali creaturarum unione, ſaltem aliqua vel ſubſtantialis, vel accidentalis perfectio, etiam ad præcipuam partem redundat: at hìc divinæ perſonæ ob infinitam ſuam perfectionem nulla nova perfectio accidere poteſt; cùm tanta ejus ſit excellentia, ut ſine ullâ perfectionis acceſſione creaturam quàm perfectiſſimam reddere queat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Dicet fortaſſe aliquis, ferrum ignitum eſſe quippiam ex ferro & igni unitum; nec tamen ferrum ipſum ſuppoſiti rationem amittere, ſed tantùm ignem in illo ſubſiſtentem. Quare etiamſi Chriſtus ſit quippiam ex perſona divina, & humana natura conſtans; non tamen illam, ſed hanc, perſonæ rationem amittere: quia hæc in illa ſubſiſtat. Eandem enim hac in parte perſonæ & ſuppoſiti rationem eſſe: quia id, de quo diſputamus an in perſonam cadat, ideo in eam cadat vel non cadat quia in ſuppoſitum cadat vel non cadat. Sed ſi in ferro illo ignis ſubſtantialis eſt, isque ſuppoſitum illud, quod ferrum ignitum dicitur, conſtituit tanquam pars aliqua, certè ferrum per ſe, abſque igne illo ſumtum, ſuppoſitum ampliùs non erit. Eſſet enim ſuppoſitum pars ſuppoſiti. Nec quicquam refert, quòd nihilominùs ferrum illud diceremus ſuppoſitum. Non enim ferrum illud ab igne ſejunctum, ſuppoſitum appellaremus, ſed cum eo conjunctum, licèt à ferro, tanquam potiori, fieret denominatio. Quòd ſi ignis ille ſubſtantialis unà cum ferro unum ſuppoſitum non conſtituit, ſeu pars ejus non eſt, non video primùm, quî dici queat, illum ſuppoſiti rationem amiſiſſe. Erit enim in ferro ita, quemadmodum aër per ferri poros ſparſus. Hic verò in ferro tantùm ut in loco quodam continetur, nec interea ſuppoſitum eſſe deſinit; uti nec aqua laxiorum corporum ſpatiis ſeſe inſinuans, per eaſque diffuſa. Deinde hoc exemplum ad rem non faciet: quia nos demonſtravimus, humanam naturam, Chriſti partem eſſe. Eligant jam, utrum velint, adverſarii, ex illis, quæ de igne diximus, (nihil enim neceſſe eſt, ut nos controverſiam illam decidamus) & animadvertent, ἔνςασιν illam, ſeu exemplum ferri igniti, quo in hac re ſæpiùs utuntur, nihil ad convellendam rationem noſtram facere.

BISTERFELDII

CAP. VII.

Reſponſio ad argumentum tertium: quòd Deus ſummus & homo non ſint ſimpliciter diſparata.

Omnino noſtra ſententia eſt, quòd Chriſtus ſimul & Deus ſummus ſit, & verus homo; quòdque is, qui etiam Deus ſummus eſt, verus ſit homo; & verus homo ſit ſummus Deus. Illum autem Deum ſummum, & hominem, diſparata eſſe negamus.

Vnum idemque ſubjectum non poſſe ſimul eſſe duo diſparata, nec unam diſparatorum poſſe eſſe alterum, ſeu non poſſe diſparata de eodẽ ſubjecto univocè ſeu in Quid prædicari; & quidem ſingula

CRELLII

CAP. VII.

Argumentum tertium; quia Deus ſummus & homo diſparata ſunt.

Tertia ratio eſt, quòd ex ipſorum ſententia neceſſe eſt, Chriſtum ſimul & Deum, nempe ſummum, & hominem eſſe; & Deum eſſe hominem, hominem eſſe Deum. Atqui Deus ille ſummus & homo diſparata ſunt. Unum autem idemque ſubjectum duo diſparata ſimul eſſe non poteſt, nec unum diſpara-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

paratorum poteſt eſſe alterum, ſeu, ut in ſcholis loquuntur, non poſſunt diſparata de eodem ſubjecto univocè, ſeu in Quid, prædicari, & quidem ſingula ſeorſim abſque ulla limitatione vel adjectione. Non poſſunt etiam de ſeſe mutuò univoce, ſeu in Quid, dici, niſi fortè per metaphoram ac ſimilitudinem: ut ſi dicam, hominem eſſe leonem, vel vulpem, hoc eſt, leoni, aut vulpi ſimilem. Sed figuræ hîc locum non habent. Propriè enim id fieri volunt adverſarii, & velle coguntur; partim ob ſua de Chriſto dogmata; partim ob aperta ſacrarum literarum dicta. Qua de re poſtea nonnihil dicetur. Cur verò diſparata iſto, quem diximus, modo de uno eodemque ſubjecto dici nequeant, nedum de ſe invicem, ratio hæc eſt: quia diſparata ſunt oppoſita, quanquam laxiori oppoſiti ſignificatione, quàm Ariſtoteles id nomen accepit. Atque id non diffitentur adverſarii. Vident enim, diſparata tacitam in ſe contradictionem continere, quæ oppoſitio eſt maxima & irreconciliabilis. Etenim per differentias eſſentiales, quibus ſibi invicem opponuntur, ſe mutuò excludunt, & alterum negatur eſſe alterum. Sic homo v. g. & equus

ſingula ſeorſim abſque nullâ limitatione, vel adjectione, nos concedimus. Fruſtra igitur ſe fatigat adverſarius, ut hoc ipſum probet. At hoc probare debuiſſet, quod nos negamus, nimirum, ſummum Deum eſſe, & hominem eſſe, eſſe diſparata: quodque propoſitiones illæ, Deus eſt homo; *vel,* Homo eſt Deus, *ſine ullâ limitatione intelligi debeant. Etenim omnia diſparata, ipſo adverſario docente, ſunt oppoſita. Oppoſita verò ſunt ejusmodi diſſentanea quæ inter ſe convenire ſeu uniri nequeunt. At ſumma Deitas, & humana natura poſſunt inter ſe uniri, & quidem intrinſecè: non igitur ſunt diſparata. Quod ut clarius evadat, obſervandum eſt: Duarum ſubſtantiarum repugnantiam, quo minùs inter ſe intrinſecè uniri queant, vel oriri ex ipſarum naturâ; vel ex ipſarum ſubſiſtentia. Quarum repugnantia ex natura oritur, illæ nunquam inter ſe intrinſece uniri poſſunt. Sic exiſtimamus, naturam divinam, & naturam intellectûs expertem, reverâ eſſe naturas diſparatas inter ſe. Nam tanta eſt naturæ non intelligentis imperfectio, ut in actionibus vitalibus Deoque dignis, tanquam commune earum principium, Deitati ſubordinari nequeat. At ſecùs ſe habet natura intelligens. Nam nec divinæ perfectioni, nec creaturæ intelligentis imperfectioni repugnat, quo minùs creatura rationalis Deitati tanquam intrinſecum & conſubſtantiale principium ſubordinetur. Imò hoc divinæ bonitati, ſapientiæ, ac potentiæ valdè conſentaneum eſt. Videamus jam alteram repugnantiam, ob quam duæ ſubſtantiæ intrinſecè uniri nequeant. Ea oritur ex utriuſque completa atque ultima ſubſiſtentia. Quod enim in certo genere ordinis ultimò ac perfectiſſimè ordinatum eſt, id ulteriùs ordinari nequit. At quicquid ultimam habet ſubſiſtentiam, id ultimò in genere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

genere ſubſtantiarum eſt intrinſecè ordinatum. Vlteriùs itaque ordinari nequit. At ſi unum illorum ea careat, nihil repugnat, quo minùs alteri intrinſecè ſubordinari queat; ſi alterum tantæ ſit perfectionis, ut & per ſe perfectè ſit ordinatum, & aliud adhuc ordinare ſeu terminare poſſit. Talia itaque Entia, quæ ſibi ratione naturarum non repugnant, vel utriuſque vel alterutrius ſubſiſtentiâ aut in actum non exeunte, aut ceſſante, intrinſecè uniri queunt: quamvis, quamdiu ſubſiſtentiam ſuam completam ſervant, inter ſe intrinſecè jungi nequeant: adeóque diſparata ſint. Cujus rei exempla in naturâ habemus. Videmus enim, elementa & per ſe ſubſiſtere, & ad corporis naturalis, quod per ſe unum eſt, conſtitutionem concurrere poſſe. In plantis quoque utriuſque repugnantiæ umbra apparet. Sunt enim v.g. quædam arbores, quæ ratione naturæ quaſi inter ſe diſſident, adeóque ſibi invicem mutuò inſeri nequeunt: ut ſunt pleræque oleaginoſæ, & pomiferæ. At ſunt aliæ, quæ inter ſe ſubſtantialiter uniri queunt: ita ut una eademque arbor ſit pomus, & pirus. Non, inquam, unam arborem conſtituere queunt, quamdiu utraque pars ſuppoſitum manet: ſed ſi una alteri, vel utraque tertio cuidam trunco inſeratur, fieri poteſt, ſæpeque fit, ut una eademque arbor ſit & pomus, & pirus. Nimirum ſi naturarum antipathia non refragetur, una, ſua ſubſiſtentia depoſita, alteri ita inſeri poteſt, ut interna unio atque communio hinc reſultet. Sed nec in animantibus utriuſque convenientiæ & repugnantiæ deſunt exempla. Etſi enim ex leone & bove vix perfectum aliquod animal naturaliter naſci queat, nullum tamen dubium eſt, quin ex leone & pardo, ex lupo & cane, ex equo & aſino, & ſimilibus, animalia ſatis perfecta naſcantur. Quæ naturæ miracula ideò tantùm

equus differunt, ut homo, & non homo; rationale, & non rationale; equus, & non equus. Homo & planta differunt, non tantùm ut homo, & non homo; ſed etiam ut animal, & non animal; ſeu ut ſenſitivum, & non ſenſitivum. & quanto longiùs alterum ab altero diſtat, tanto plures reperiuntur inter illa differentiæ eſſentiales, quas genericas vocant, tantoque plures emergunt inter illa contradictiones. Iam verò, ſi quicquam in ſubſtantiæ genere ab homine diſtat, is Deus eſt; ſi modò Deum ad ſubſtantiæ genus referre per adverſarios licet: id quod hîc ſtatuere nihil eſt neceſſe. imò ſi eum à ſubſtantiæ genere excludas, tanto longiùs ab homine diſtabit, tantoque plures inter illum & hominem orientur differentiæ, atque contradictiones, quæ efficiunt, ut ii inter ſe opponantur. Differunt enim homo & Deus, ut homo, & non homo; animal, & non animal; corpus naturale, & non corpus naturale; & ſi quæ adhuc aliæ reperiuntur differentiæ, quibus Deus ab hominis generibus diſceſcitur. Non poſſunt ergo Deus & homo de eodem ſubjecto, quale eſt Chriſtus, ſimpliciter atque abſolute, & quidem univocè, ſeu in Quid, prædicari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tantùm adduximus, ut diſcurſûs noſtri veritas appareat: quamvis infinitis paraſangis ab exempli noſtri perfectione diſtent. Magis appoſitum exemplum nobis Spiritualis natura ſuggerit. Natura Spiritualis, & natura corporea aliquando ſunt oppoſita, aliquando non ſunt. Sunt oppoſita in naturâ Angelicâ ob duplicem repugnantiam, nimirum tum ſubſiſtentiæ, tum naturæ: repugnat quippe angelicæ naturæ ut ſubſtantialiter corpori uniatur. Sed non ſunt oppoſita in animâ rationali; quia nec ſubſiſtentiæ, nec eſſentiæ animæ repugnat quo minùs corpori organico tanquam forma ſubſtantialis uniatur. Dicimus igitur, Deum & hominem eſſe diſparata, ſi & Deus, & homo ſuâ connaturali ſubſiſtentiâ ſubſiſtat: ſeu, ſi utrumque ſit ſuppoſitum, naturali ſuâ ſubſiſtentiâ terminatum, & completum. At ſi homo careat ſua ſubſiſtentia, negamus quòd ſint diſparata. Negamus, inquam, naturam divinam & naturam humanam, vel perſonam divinam, & humanam naturam eſſe diſparata. Nec unquam adverſarii contrarium probabunt. Falſiſſima enim & univerſæ naturæ inimica eſt illa hypotheſis, quam adverſarius tacitè ſupponit: nimirum; illa neceſſario eſſe diſparata, quorum unum tacitam alterius contradictionem in ſe continet. *Sic enim nulla eſſent diverſa in rerum natura, ſed vel unum eſſent, vel oppoſita: adeóque nulla prorſus eſſet in rerum natura unio ſubſtantialis, ac per ſe. Quodlibet enim diverſum, tacitam includit alterius diverſi contradictionem: unum quippe diverſorum non eſt alterum. Nulla igitur erit corporum ex elementis, nulla animatorum ex corpore & anima; nulla denique hominis ex corpore & anima rationali ſubſtantialis compoſitio: cùm terreum ignei, corporeum animati; corruptibile & quantum, incorruptibilis & non quanti contradictionem involvat. Ex quibus luce meridiana clariùs patet, univerſam hanc adverſarii diſſertationem planè abſurdam eſſe. Sane rerum naturæ de ſe invicem univocè prædicari nequeunt; at earum concreta ſubſtantiva rectiſſimè prædicantur univocè de toto compoſito: quia quælibet natura ſubſtantialis univocè in concreto prædicatur de eo, cujus eſt natura.*

Defenſio Argumenti.

Neque verò eſt, quòd putes, illa ſynecdochicè de Chriſto dici, partium nominibus pro toto poſitis. Nam primùm utrumque vocabulum, ut aliàs, ita & de Chriſto uſurpatum, non niſi perſonam ipſius denotat. Perſona autem totum eſt, non pars. Deinde ſi illa ſynecdochicè tantùm de Chriſto prædicarentur; rectiſſime dicerem; Chriſtus non eſt

Defenſio Reſponſionis.

Hinc quoque liquet, quàm ineptè concludat: *Ergo Deus & homo de eodem ſubjecto, quale eſt Chriſtus, ſimpliciter atque abſolutè, & quidem univocè ſeu in quid, prædicatur.* Quæro enim ex ipſo, num hæ prædicationes ſint propriæ, univocæ, & abſolutæ, *Homo eſt ens intelligens? Homo eſt corporeus?* Quin propriæ & univocæ ſint, negare non poterit. Num abſolutas dicturus ſit, neſcio. Utrumque enim poteſt defen-

defendi. Si enim totum compoſitum appellent, ſunt abſolutæ: ſi verò tantum naturas indicent, ſunt limitatæ. Hic enim eſt ſenſus: Homo ſecundum animam eſt ens intelligens. Homo ſecundum corpus eſt ens corporeum. Sic quoque, *Deus eſt homo: Homo eſt Deus*, ſunt propoſitiones propriæ, univocæ, veræ tamen: quia homo & Deus ſunt nomina ſubſtantivè concreta, non verò abſtracta. Attamen ratione ſui fundamenti ſunt limitatæ. Cùm enim omne compoſitum ex partibus conſtet, & hæc prædicata à diſtinctis partibus proficiſcantur, tacitam quandam limitationem includunt. Nam ut Homo ſecundùm animam non eſt corporeus: nec ſecundùm corpus intelligens: ita nec Chriſtus ſecundùm divinam naturam eſt homo; vel ſecundùm humanam naturam eſt Deus: quamvis non ſit Deus ſine humanitate; nec homo ſine Deitate: haud ſecus ac homo non eſt intelligens ſine corpore, nec corpus ſine animâ. Cæterùm ſicut non dicimus ſine tropo, *Homo eſt anima, Homo eſt caro*; ſic nec ſine tropo diceremus, imò neque ſic dicendum eſt: *Chriſtus eſt Deitas, Chriſtus eſt humanitas*: quia hæc nomina ſunt abſtracta ſeu partium, non concreta ſeu totius.

Inuſitatus autem hic prædicandi modus dici poteſt, non ratione falſitatis aut impoſſibilitatis, ſed ratione ſublimitatis: quia prorſus ſingularis eſt hæc unio. Sic inuſitata quoque eſt prædicatio, cùm dico: *Pomus eſt pirus*. Neque enim hæc duo, *Homo* & *Deus*, prout in Chriſto ſe habent, ſunt diſparata, ut oſtendimus. Nihil autem contra nos facit, quòd ſpecies reſpe-

eſt Deus, Chriſtus non eſt homo: imo ſic tantùm propriè & accuratè loquendum eſſet: quemadmodum veriſſimè dico, Homo non eſt anima, homo non eſt caro, à Spiritu nimirum diſtinctè ſumta. Hæc enim locutio eſt propria & accurata: illa impropria & figurata, Homo eſt anima, homo eſt caro. At quis ferat dicentem, Chriſtum non eſſe Deum, non eſſe hominem? Adde, quòd, utut partes de toto ſynecdochicè dici ſoleant, non ſoleant tamen de ſe ipſis mutuò prædicari. Neque enim dico, carnem eſſe animam ſeu Spiritum; vel contrà, animam eſſe carnem. At hîc etiam de ſe invicem prædicantur Deus & homo. De Metaphora, qua interdum diſparata de eodem aut de ſe invicem prædicantur, ut ſi dicam, hominem aliquem eſſe leonem, aut vulpem, h. e. leoni aut vulpi ſimilem, nil eſt neceſſe dicere. Nam Chriſtus nec ex adverſariorum, nec ex noſtra ſententia, metaphorice vel Deus, vel homo dicitur, ſed utrumque proprie: & ſecundùm illos utrumque eſſentialiter; ſecundùm nos, hoc quidem eſſentialiter, illud verò prius eo modo, quo & rex dicitur: id quod eſſentiam non attingit.

Viderunt non pauci ex adverſariis hunc nodum, quem cum diſſolvere non poſſent, vellent tamen, dixerunt, hunc inuſitatum eſſe prædicandi modum. & certe inuſitatus eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

quia id dicit, quod natura ſua impoſſibile eſt: ſiquidem, ut docuimus, contradictionem involvit, nempe eundem ſimul ſimpliciter eſſe hominem, & non eſſe; Deum eſſe, & non eſſe. Neque verò eſt, quòd quis dicat, diſparata illa, quæ contradictionem tacitam in ſe contineant, non ſecundùm eandem partem de Chriſto prædicari, ſed ſecundùm diverſas: alterum quidem ſecundùm divinam naturam; alterum ſecundùm humanam. Poſſe autem idem de eodem ſecundùm diverſas partes & affirmari & negari. Etenim quemadmodum idem de eodem toto non ſimpliciter, ſeu abſque limitatione vel adjectione aliqua, & affirmatur, & negatur, etiamſi id ſecundùm unam partem ei inſit, ſecundùm alteram non inſit, ut libro primo [a] *docuimus: ita nec illa de eodem ſubjecto ſimpliciter dicuntur, quæ tacitam ejusmodi contradictionem continent, utut ſecundùm diverſas partes eidem inſint. Nam id nihilominùs perinde eſſet, ac ſi idem de eodem toto ſimpliciter & affirmaretur & negaretur. Talia verò oſtendimus eſſe duo diſparata, univocè de eodem ſubjecto ac propriè prædicata. Deinde ſpecies, ſub qua individuum unum quodque continetur, nunquam reſpectu unius tantùm partis integralis, aut integrali ſimilis, de toto prædicatur, ſed de toto, quà totum eſt.* Homo *autem ſpecies eſt, ſub qua Chriſtus continetur: & ſi non foret, negandum eſſet, Chriſtum propriè eſſe hominem. Quare Homo non reſpectu unius tantùm partis de Chriſto prædicatur, ſed de toto, quà Totum eſt. Cur autem non &* Deus *totius, quà tale, attributum foret? Atqui non poſſunt de eodem toto, quà totum eſt, diſparata prædicari. contradictoria enim de eodem toto, quà tale eſt, ſimul prædicarentur.*

[a] ſect. 2. cap. 3.

reſpectu unius tantùm partis integralis, vel quaſi integralis, non prædicetur, ſed de Toto quâ Totum eſt: Quia & homo & Deus de Chriſto, quâ perſona, adeóque quâ Totum eſt, omnino prædicatur. Quòd verò illæ prædicationes à diverſarum partium ratione proficiſci nequeant, falſum eſt: præſertim ſi ex talibus partibus Totum conſtet, ut una ſpecies individuo non ſit adæquata: quale individuum eſt Chriſtus; qui & Deus, & homo eſt; ſicut homo & immortale, & mortale ens eſt.

CRELLII

CAP. VIII.

Argumentum quartum: quia duæ in Chriſto forent perſonæ.

Ultimum argumentum faciemus: Si humana Chriſti natura (utimur appellatione adverſariis conſueta) perſona eſt Chriſtus

BISTERFELDII

CAP. VIII.

Reſponſio ad argumentum quartum: quòd non ſunt duæ perſonæ in Chriſto.

In ultimo hoc argumento prolixus quidem, ſed parum acutus eſt adverſarius: cùm vel ſibi ipſi tandem reſpondeat; vel ea, quæ in ſuperioribus ſoluta ſunt, ſuperfluè repetat. Rogamus itaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

itaque lectorem, ut Totum caput perlegat, antequam judicium de ipſius argumentis ferat. Negamus autem, humanam Chriſti naturam eſſe perſonam: quamvis ſit ſubſtantia prima intelligens. Ratio negationis eſt, quia hæc phraſis ſubſtantia prima, *eſt ambigua. vel enim ſignificat ſubſtantiam tantùm ſingularem ac immultiplicabilem: vel ſubſtantiam complete, incommunicabiliter, ac ultimò ſubſiſtentem. Priori ſenſu concedimus, humanam Chriſti naturam eſſe ſubſtantiam primam intelligentem, ſed negamus conſequentiam: poſteriori verò negamus minorem.*

Chriſtus divina perſona eo, quo adverſarii volunt, modo eſſe non poteſt. Eſſent enim duæ in uno Chriſto perſonæ, divina, & humana: id quod ſe ipſum evertit.

Defenſio Reſponſionis.

HÆc enim definitio, *Perſona eſt ſubſtantia prima intelligens*, vel ſophiſticâ ambiguitate laborat: vel ſuo definito eſt laxior. Nam quòd non omnis ſubſtantia ſingularis intelligens ſit perſona, ſic patet. Si omnis ſubſtantia ſingularis intelligens eſt perſona, etiam omnis ſubſtantia ſingularis, juxta naturam ſuam agens, erit ſuppoſitum. At conſequens eſt falſum. Conſequentia eſt evidens. Nam ut intellectio ſe habet ad certum ſubſtantiarum genus; ita etiam connaturalis actio ſubſtantiæ ſe habet ad ſubſtantiam in genere. Minorem probant omnes partes ſubſtantiales. Eæ enim ſunt ſingulares, & agunt naturæ ſuæ convenienter. Notatu autem digniſſimum eſt, quod adverſarius paulo pòſt urget his verbis. *An partes ſubſtantiarum naturales à ſe invicem disjunctæ, ſuppoſita non ſunt? Certè ut vulgaris, ita & veriſſima ſcholarum ſententia eſt, ſuppoſita tum temporis eſſe.* Hîc enim manifeſtè ea evertit, quæ aliâs inculcare ſolet: nimirum ſubſtantiam ſingula-

Defenſio Argumenti.

I*Am verò humanam Chriſti naturam perſonam eſſe, primùm ex definitione perſonæ probatur. Omnis enim ſubſtantia prima intelligens, perſona eſt. Nam quod nonnulli dicunt, hanc eſſe definitionem perſonæ in concreto ſumtæ, id nihil hîc momenti habet. Etenim nec quicquam nos aliud probare volumus, quàm humanam Chriſti naturam perſonam eſſe in concreto ſumtam, qualis eſt Petrus, Paulus, alii; & præterea omnis perſona concretum quoddam eſt. Reſpondebunt igitur, hanc definitionem definito ſuo laxiorem eſſe. Non enim omnem ſubſtantiam primam (hoc eſt, ſingularem atque unicam) intelligentem, eſſe perſonam, ut ut* perſonæ *vox in concreto ſumatur. Sed nullo id jure reſpondetur. primùm, quia aliàs ſequeretur, aliquod ſuppoſitum intelligens perſonam non eſſe: id quod nemo non falſiſſimum eſſe agnoſcit. Omnis enim ſubſtantia prima intelligens, ſuppoſitum ſimul eſt; vel ob id ipſum, quia intelligendi* actio

actio ei propriè competit: actiones autem non ſunt niſi ſuppoſitorum. Deinde quam inſtantiam, quod exemplum in contrarium afferent? Percurre ſubſtantias humanas omnes; percurre angelicas, ac dæmonum malorum naturas; omnes perſonæ ſunt. De divina ſubſtantia idem nos ſuprà docuimus. Et ſit ſanè, quod volunt adverſarii, eam tribus ſubſiſtentiis ſubſiſtere, & ſic in perſonis trinam eſſe: ſatis eſt, eam perſonam, ſive unam, ſive plures eſſe. Nunc enim, cùm humanæ Chriſti naturæ perſonalitatem ſuam aſſerimus, non de numero perſonarum, ſed de re ipſa diſputamus. Per nos eam hîc vel trinam in perſonis fingas licet. Quænam autem reſtant aliæ ſubſtantiæ primæ intelligentes, quæ perſonæ non ſint? Hominum, inquies, animæ à corporibus ſeparatæ. Eas enim ſubſtantias eſſe primas, ſeu ſingulares, & intelligentes. Nam à corporibus ſeparatas intelligere poſſe, atque adeo re ipſa intelligere. Sed ſi ita ſe res habet; cur eæ perſonæ non ſunt? Num enim non erunt ſuppoſita intelligentia? Dices, ſuppoſita non eſſe: quia partes ſint hominum naturales, ſeu naturâ ad id inſtitutæ ut totum aliquod conſtituant. Quid? an partes ſubſtantiarum naturales, à ſe invicem disjunctæ, ſuppoſita non ſunt? Certè ut vulgaris, ita & veriſſima ſcholarum ſententia eſt, ſuppoſita tum temporis eſſe. Nibil enim refert, quòd partes aliorum natura-

ſingularem & ſuppoſitum eſſe idem: nec ſubſiſtentiam in creaturis eſſe modum realiter ab eſſentiâ ſingulari diverſum. Etenim ſi illæ partes ſalvâ ſuâ eſſentiâ poſſunt fieri ſuppoſita, item ex ſuppoſitis denuò poſſunt fieri partes; utique aliud erit earum eſſentia; aliud ſuppoſitalis ſubſiſtentia. Verùm probat ſuam definitionem. Primò, quia *ſecus aliquod ſuppoſitum intelligens non foret perſona.* Quare? *Quia omnis ſubſtantia prima intelligens eſt ſuppoſitum.* At hîc iterum vel ambiguitate ludit; vel principium petit. Nos enim negamus, omnem ſubſtantiam primam, id eſt, ſingularem intelligentem, eſſe ſuppoſitum. Sed oſtendit: *quia intelligendi actio ei propriè competit: actiones autem non ſunt niſi ſuppoſitorum.* Miror hominem; qui in materiâ etiam difficillimâ vix habet quid dicat, niſi verborum ambiguitatibus nitatur. Nam vocem *propriè* vel ſumit pro proximè & adæquate: vel pro inadæquatè, verè tamen. Dicimus igitur: Actiones quidem ſolis ſuppoſitis tanquam principiis proximis & adæquatis competunt: competunt tamen etiam ſuppoſitorum partibus tanquam veris & intrinſecis principiis. Itaque priori ſenſu negamus, animam Chriſti humanam intelligere: poſteriori concedimus. Sic Scriptura dicit: Auris audit, oculis videt, anima hominis intelligit. Ergo ne auris, oculus, anima eſt ſuppoſitum? Deinde petit inſtantiam, aut definitionem ſuam pro exactâ habet. Iniquum ſanè poſtulatum. Etſi enim noſtrum exemplum controverſum opponeremus, non tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tamen peteremus principium: ſed ipſe potiùs. Præterea vanum eſt hoc idem poſtulatum; quia alia ſuppetunt exempla. Nam ut nihil dicam de animâ rationali ſeparatâ, quam tamen plerique Chriſtiani philoſophi negant eſſe perſonam, propone animam rationalem corpori junctam: quæ eſt ſubſtantia ſingularis, verè intelligens; nec tamen eſt perſona. Addo omnes partes ſubſtantiales, quæ verè agunt quod ſuum eſt, nec tamen ſuppoſita ſunt. Par autem in his atque in partibus intelligentibus, ut paulo antè patuit, eſt ratio. Divinam ſubſtantiam, ſeu eſſentiam in ſe conſideratam, eſſe perſonam, probabit nunquam. Partes ſubſtantiarum naturales à ſe invicem disjunctas fieri ſuppoſita, libenter admittimus: niſi quòd de animâ rationali res paulo ſit obſcurior. Demus tamen eam eſſe perſonam. Sic enim ipſius axioma, *Omnis ſubſtantia ſingularis eſt ſuppoſitum*, funditus evertetur. Hoc enim poſito, anima rationalis unita corpori non erit ſuppoſitum: ſeparata, erit: reunita, non erit: cùm tamen ſemper maneat ſubſtantia ſingularis, ſuamque eſſentiam ſartam tectam retineat. Non deſunt viri doctiſſimi qui exiſtimant, animam ſeparatam verè eſſe perſonam, quamvis intrinſecum ordinem dicat ad unionem. Quicquid ſit, infirma omnino eſt adverſarii argumentatio. Brutam porrò adverſarii ſententiam, quòd animæ ſeparatæ actu intelligere nequeant, nemo approbabit, niſi qui earum immortalitatem, adeóque omnem religionem, negat. Iam ipſemet reſponſionem noſtram probat, dum ambigui-

naturaliter vel fuerint, vel eſſe poſſint: modò nunc re ipſa non ſint, ſed tota quadam per ſe abſolvant. Actiones ſuppoſitorum proprie iis competunt, & ſingulis ſingulæ. Animabus ſane humanis, ſi vera eſt adverſariorum ſententia, non actiones tantùm conveniunt, ſed omnium etiam præſtantiſſimæ, ac perſonarum maxime propriæ, nempe intelligere, & velle, & ſi quæ ſunt cum his conjunctæ. Quomodo igitur ſuppoſita, quomodo perſonæ non erunt? Quòd ſi perſonæ non ſunt; ne illis adſcribantur actiones perſonarum propriæ. id quod fiet, ſi dixeris, animas illas quamdiu ſeparatæ ſubſiſtunt, actu intelligere non poſſe. Anima enim non eſt intelligens ut Quod, (cum Scholaſticis loquimur) ſed ut Quo: hoc eſt, non ipſa per ſe intelligit, ſed eſt id, cujus vi homo intelligit. Itaque quamdiu homo ipſe non eſt, anima ejus per ſe intelligere non poteſt. Cùm autem perſona definitur Subſtantia prima intelligens, vel ſuppoſitum intelligens; id dicitur intelligens, quod per ſe ipſum intelligere actu queat, ſeu intelligens ut Quod, non ut Quo. Quâ ergo inſtantiâ noſtram infringent definitionem? num exemplo ejus ipſius natura, de qua diſputamus? At id ſine petitione ejus, quod in principio, fieri non poteſt. Num dices, naturam Chriſti humanam non eſſe intelligens ut Quod, ſed ut Quo? non erit ergo ſubſtantia intelle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

intellectu prædita, uti nos ſumus, & ſic nec humana natura. Omnis enim ſubſtantia intellectu prædita, eſt intelligens ut Quod, hoc eſt, ipſamet intellegere actu ipſo poteſt. qua de re infrà plura dicemus.

Secunda ratio, qua probater, humanam Chriſti naturam perſonam eſſe, hæc eſt, quòd ea ſit homo, homo, inquam, ſingularis, ac filius hominis. At qui homo eſt, aut filius hominis, is perſona eſt. Sunt enim hæc perſonarum nomina. Vnde adverſarii quidam acutiores nolunt naturam in Chriſto humanam, hominem *appellare; & hanc phraſin Neſtorianiſmum reſipere non malè ajunt, ſi quis dicat, Deus aſſumſit hominem. Dicendum enim eſſe, Deum aut divinam naturam aſſumſiſſe humanitatem vel humanam naturam. Deinde ſi humana Chriſti natura homo re vera eſt & filius hominis; nemo dubitare poteſt, ea, quæ de homine Ieſu Chriſto, ſeu filio hominis, ut ſe Chriſtus appellat, in ſacris literis dicuntur, de*
a Matth. 16. conf. v. 13, 15, 16. Ioh. 3. conf. v. 14, 15 & 5. 26, 27. 1. Tim. 2. 5. *ea intelligenda eſſe.*[a] *Neque enim duo homines in uno Chriſto fuerunt. Atqui Filius ille hominis, dicitur Filius Dei; aut contrà, Filius Dei dicitur filius hominis: homo dicitur Chriſtus mediator, & alia illi tribuuntur, quæ omnium confeſſione non niſi perſonæ competunt. Certè ſi homo ille perſona non eſt, ita licebit argumentari: Filius ille hominis non eſt perſona:*

biguitatem in voce *intelligens* latentem explicat, nimirum quòd intelligat intelligens ut *Quod*, non ut *Quo*. Apertè enim negamus quòd natura Chriſti humana ſit ſubſtantia prima intelligens ut *Quod*. Probat. *Omnis enim ſubſtantia intellectû prædita eſt intelligens ut Quod.* Quidni ergo & anima rationalis corpori juncta: cùm ſit ſubſtantia intellectu prædita? Pergit *Ergo non erit ſubſtantia intellectu prædita, uti nos ſumus.* Redit ad ingenium, Si per *uti* intelligit, quòd non æquè habeat intellectum ac nos, negamus ſequi: ſi verò per *uti* ſignificat, non eodem planè modo ut nos, quid hinc abſurdi? Nos præditi ſumus intellectu tanquam perſonæ quæ naturas habent, illa tanquam natura quæ perſonæ pars eſt.

Nec ſecunda ratio præcedente eſt firmior. Humana enim Chriſti natura, ſi accuratiùs ac diſtinctiùs loqui libeat, non eſt homo, ſed hominis, qui Deus eſt, pars. Quamvis enim humana Chriſti natura ſit animal rationale, animal, ſubſtantia corporea, tamen ideo perſona non eſt. Nam illæ voces generum, vel ſolam naturam explicant, vel unà ſubſiſtentiam ſuppoſitalem includunt. Sic etiam definitones vel ſolam naturam exprimunt, vel unà illud quod naturam habet: quæ res tantùm ab humano conceptu, varioque verborum uſu pendet. Quemadmodum itaque non ſequitur, Manus eſt corpus, corpus animatum, ſubſtantia: ergo eſt ſuppoſitum: vel, Anima rationalis corpori juncta eſt Spiritus, ſubſtantia viva, ſubſtantia intelligens, & ſic deinceps, ergo eſt perſona: ſic quoque non ſequitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

tur, humanam Chriſti naturam eſſe perſonam vel hominem, etſi ſit animal, corpus, & ſubſtantia ſingularis.

Si enim propriè & accuratè loqui velimus, illa genera concreta ſuppoſitis potiùs quàm naturis competunt: nec diſtinctio illa inter abſtracta & concreta ſubſtantialia, fruſtrà ac ſine fundamento à recentioribus Philoſophis eſt introducta. Cùm enim Concreta ſubſtantialia ultimos ſubſtantialis compoſitionis terminos exprimere debeant, hique ſola ſuppoſita, non autem naturæ ſint, utique rectiùs de ſuppoſitis quàm de naturis enuntiantur. Quamvis enim v. g. natura humana ſit ſubſtantia compoſita, ac in ſe, quâtenus natura eſt, Totum quid: tamen adhuc tale eſt totum, quod ſubſtantialis cujuſdam Totius pars eſſe, ab eoque ulteriùs perfici queat. Unde patet quàm infirma ſit adverſarii ratio, dum ſolâ ambiguitate nititur, & ſic diſputat: *Humana Chriſti natura eſt corporea ſubſtantia proprie & accurate loquendo, ergo etiam homo.* Pari enim gratiâ dicam de quâcunque parte ſubſtantiali: v. g. *Manus hominis eſt ſubſtantia corporea proprie & accurate dicta*: item: *Anima hominis eſt ſubſtantia ſpiritualis proprie & accurate dicta: ergo & manus, & anima eſt ſuppoſitum.* Quamvis enim ejuſmodi genera proxima, fermè ſuppoſita exprimant, tamen remotiora, ut pote ſimpliciora, naturas quaſi propriùs repræſentant. Tota igitur hæc difficultas in ſolo modo loquendi verſatur, quòd nimirum genera & ſpecies vel pro ſuppoſitis, vel tantùm pro ipſorum naturis accipiantur. Nihil autem ejusmodi naturis deeſt præter ſuppoſita-

Filius Dei eſt Filius ille hominis: Ergo Filius ille Dei non eſt perſona. Humanam autem Chriſti naturam, quam illi hominem dicere verentur, hominem revera ac propriè eſſe, ex hominis definitione patet. Cui enim definitio competit, ei etiam definitum. Si quidem definitum & definitio, ſeu res definitione comprehenſa, non niſi explicandi modo differunt. cæteroquim idem prorſus ſunt. Iam verò an humanæ Chriſti naturæ definitio hominis non convenit? non fuit illa, ut cæteri homines omnes, animal rationale? De rationali dubium non eſt. natura enim humana non fuiſſet, ſi rationalis non fuiſſet. De animali dubium etiam illi eſſe non debet, qui ſcit, animal, cùm hominis genus conſtituitur, nil eſſe aliud, quàm corpus animâ ſenſitivâ præditum. quid? num tale corpus humana in Chriſto natura non fuit? num corpus, hoc eſt, corporea ſubſtantia non fuit? num animâ ſenſitivâ non fuit prædita? omnem ſenſum & rationem exuit, qui id negare audeat. Humana ergo Chriſti natura homo eſt. De ſingularitate autem ejus, quis dubitat? Quod ſi homo eſt, filius etiam hominis eſt: tum quòd ſacræ literæ Filium hominis & Hominem promiſcuè ponunt, ut vulgò etiam notum eſt; tum quia is, qui homo ex homine natus eſt, non poteſt non eſſe propriè loquendo filius hominis.

Dicet fortaſſe aliquis, humanam Chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Chriſti naturam non eſſe propriè & accuratè loquendo vel hominem, vel animal, vel corpus, ſed Chriſtum humanâ naturâ præditum, eſſe & hominem, & animal, & corpus. quia homo & animal concreta ſint; & ſimiliter corpus, cùm pro genere hominis ponitur: humanam autem Chriſti naturam abſtractum eſſe. At nos contrà: ſi humana Chriſti natura corporea ſubſtantia propriè & accuratè loquendo eſt, quod negare nemo poteſt, niſi qui ſenſui non ampliùs credit; eadem etiam animal eſt, cùm animâ ſenſitivâ ſit prædita: & porrò homo, cùm etiam anima rationali ſit prædita. Quare quòd illi abſtractum quoddam eſſe dicunt, & humanitatem ſeu naturam humanam, non hominem appellant, id nuda eorum opinione nititur. Sed deinde quid illis eſt humanitas, animalitas, corporeitas abſtracta? Non dicent eſſe univerſalia à ſingularibus mente veluti ſejuncta, qualia abſtracta in ſubſtantiarum genere libenter admittimus. Id enim hic nihil ad rem facit. ſiquidem Chriſti humana natura ſingularis eſt atque unica numero. Non dicent etiam, eam eſſe formam hominis, animalis, corporis. Nam & hoc nihil ad rem facit: cùm natura Chriſti humana non forma ſit hominis, ſed aliquid forma præditum; non pars eſſentiæ humanæ, ſed tota eſſentia. Quid ergo illis ſunt abſtracta illa? num ſingularis

poſitalitatem, ſeu ſubſiſtentiam ſuppoſitis propriam. Et in ſuâ naturâ perfectæ ſunt, & ſingulares, ſed nondum ultimò completæ. Nec carere fundamento hoc diſcrimen, ex adverſarii confeſſione planum eſt. Dum enim gutta aquæ aliis eſt conjuncta, quæro num ſit aqua? Utique. Dum jam ſola exiſtit, velim ſcire, num magis ſit aqua? Minimè. attamen ibi non eſt ſuppoſitum. hîc eſt. Omnino autem dicimus, quòd humana Chriſti natura homo dici non debeat: quia à ſubſiſtentiâ Filii Dei ſuſtentatur. Nam ideò tantùm negamus, eam dicendam hominem, quia perſona non eſt. Perfectiſſima tamen eſt natura: quia ſubſiſtentia illa quâ caret, non ad naturam, ſed ad perſonam humanam conſtituendam pertinet. Ideò ab eo, qui diſtinctè ac ſine veritatis obſcuratione loqui amat, homo dici non debet. Neque ideo noſtris naturis eſt imperfectior: quia longè major perfectio eſt, ſi natura humana aſſumatur à perſonâ divinâ, quàm ſi illa connaturali ſuâ ſubſiſtentiâ terminetur. Sic ſurculus ignobilioris arboris nobiliori trunco inſitus, non eſt ſe ipſo, vel ſui generis ſurculo imperfectior, ſed potiùs perfectior.

Videamus jam argumentum tertium: quamvis vix noſtrâ reſponſione opus ſit, cum ille ſibi ipſi fermè ſatisfecerit. Negamus, humanam Chriſti naturam propriè loquendo agere, & officia certa ſuſtinere: quia hæc adverſarius intelligit de ipſâ tanquam de principio *Quod*, non verò *Quo*: ua ex præcedenti ipſius explicatione conſtat. Aliâs tanquam principium *Quo* veriſſimè agit. Neque enim ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ipſi vel ſubſiſtentia, per quam ſubſtantia eſt, neque ſufficientes vires & facultates deſunt, ſed ſola ſubſiſtentia, per quam ſit ſuppoſitum. Hæc autem ad actionem omnino requiritur. Etenim cùm actio ſit quædam rei ſibi ſufficientis communicatio, fieri non poteſt, ut ea natura quæ complementum ſibi connaturale nondum habet, per ſe agat. Quæ omnia ipſemet adverſarius ſatis fuſè perſequitur.

Ejus autem exceptio, quâ ſic nec ſecundam Divinitatis perſonam propriè aliquid acturam eſſe urget, nulla eſt. Non enim ideò præciſè humana Chriſti natura propriè non agit, quia pars eſt: ſed quia caret propriâ ſubſiſtentiâ perſonali, adeóque eſt pars ab aliâ parte perficienda ac ſuſtentanda: ſecunda autem perſona Divinitatis ſemper ſuam ſubſiſtentiam habuit, parſque facta eſt, non ideo ut perficeretur vel ſuſtentaretur, ſed ut perficeret ac ſuſtentaret. Sic homo non deſinit eſſe ſuppoſitum, licet alimentum ſibi aſſimilet, idque intimè aſſumptum ſuſtentet. Itaque tum demum perſona divina deſineret eſſe perſona, ſi ſubſiſtentiam ſuam non retineret, ſed amitteret: ſi ab aliâ naturâ aſſumeretur, non aſſumeret: ſi ex ſubſtantiâ completâ fieret incompleta: denique ſi aliam naturam ſuſtentando aliâ ſe ſuſtentante indigeret. univerſus namque adverſarii diſcurſus hâc falſiſſimâ hypotheſi nititur, quòd nullum ſuppoſitum ſibi naturam aliquam hypoſtaticè unire queat, niſi propriam ſubſiſtentiam amittat. quæ opinio ſi vera eſſet, toties animalia deſinerent eſſe ſuppoſita quoties nutrirentur. Sed

gularis natura hominis, animalis, corporis alicujus, ab omnibus, quæ ad eam conſtituendam non requiruntur, abſtracta, & per ſe nudè conſiderata? Primum quid cogit, ita humanam Chriſti naturam conſiderare? ſiquidem in illa fuerunt multa ad ipſam humanitatis eſſentiam conſtituendam non pertinentia, uti & in aliis hominibus. Et ut illa propiùs attingam, quæ in hujusmodi concretis ſpectari vulgò ſolent: fuit in eo exiſtentia ſingularium propria, cujus, in definitione ſpeciei ac generis, ratio non habetur: fuerunt differentiæ, quas vocant, individuantes: certo ea loco, certo tempore extitit. ens, inquam, fuit reverà exiſtens, &, ut cæteræ ſubſtantiæ, ſubſiſtens. Talia autem Abſtracta *appellari non ſolent. Deinde cernere non poſſum, cur eſſentia tota, atque omnibus numeris abſoluta, quæ re ipſa exiſtat, utut mente abſtrabatur ab illis quæ ei inſunt, ſpeciei aut generis ſui nomen proprie non mereatur: cur, inquam, hæc humana natura, quæ re ipſa exiſtat, (de hac enim loquimur) homo dici non debeat, aut hæc animalis natura integra, animal. Fruſtra videntur hic diſtinctionem quæſiiſſe recentiòres Philoſophi, veteribus ignoratam, & ob vocum diſcrimen, (quanquam & abſtracta illa ſubſtantiarum vocabula ſimplicia, ut humanitatis, pro humana natura ſumtæ, animalitatis, corpo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

reitatis, fingere neceſſe fuit) rei ac ſignificationis ipſius diſcrimen quoddam induxiſſe. Sed dicent fortè, humanam Chriſti naturam per ſe ipſam non ſubſiſtere, ſed ſubſiſtere in perſona Filii Dei, cujus ſubſiſtentiâ propriâ ſuſtentetur. Itaque vel hominem non debere dici, vel, ſi homo dicatur, perſonam tamen non eſſe. Verùm ut alia nunc mittamus paulo pòſt dicenda, ſubſiſtentia illa, quâ humanam Chriſti naturam carere dicunt, vel ad naturam hominis conſtituendam pertinet, vel non pertinet. Si pertinet, natura Chriſti humana ſine ea non erit integra: & ſic Chriſtus non erit homo perfectus, contra Sacrarum literarum, & ipſorum adverſariorum ſententiam. Si non pertinet: nil prohibebit ejus abſentia, quominùs humana Chriſti natura homo propriè dicatur.

Tertiò ex eo probatur, humanam Chriſti naturam perſonam eſſe, quia ea propriè loquendo agit, & officia certa ſuſtinet. At actiones, ut ſæpiùs de communi ſcholarum ſententia monuimus, propriè non ſunt niſi ſuppoſitorum; quæ ſi intellectu ſint prædita, omnium confeſſione ſunt perſonæ. Similiter & officia perſonarum ſunt propria, quemadmodum & adverſarii fatentur. Iam verò humanam Chriſti naturam propriè agere, eo probatur, quòd & re ipſa ſubſiſtat, & vires quoque ac facultates ad agendum ſufficientes in ſe ipſa habeat. Non enim minores

Sed urget. *Si natura Chriſti humana per ſe ipſam totum quoddam eſt, eſſentialibus, atque integrantibus partibus omnibus conſtans, utique per ſe ſubſiſtit, etiamſi in tertiâ ſignificatione vocem accipiamus. Contrarium enim contradictionem involvit, ſcilicet ut ipſa perfecta manens non ſit ſuppoſitum.* Verùm hæc omnia nullius ſunt momenti, cùm ſolâ terminorum ambiguitate nitatur. Vna enim eademque res pro diverſo reſpectu rectè vocatur & pars & totum. Sic perfecta manus & totum, & pars eſt. Totum eſt, quia omnibus ſuis tam eſſentialibus quàm integrantibus partibus conſtat: nam & materiam & formam ſuam, per quam manus eſt, perfectè habet; neque digitus vel ſimilis pars integralis ipſi deeſt. Ergone vera hominis pars non eſt? Nugæ. Tota manus eſt, ſed non totus homo eſt. Sic ſurculus eſt & totum eſſentiale, & integrale, quâ ſurculus eſt: Cùm autem inſeritur trunco, deſinitne eſſe perfectus ſurculus? Num aliqua vel eſſentialis, vel integralis pars ipſi adimitur? Aut ex trunco ſuo primùm exciſus, num aliquam vel eſſentialem vel integralem partem acquirit? Nullam profectò. Si autem nullam, dum ſuppoſitum evadit, acquirit; certè nec ullâ, dum nondum eſſet ſuppoſitum, caruit; nec ullam, dum deſinit eſſe ſuppoſitum, amittit. Eat jam adverſarius, ſuiſque diſcipulis inculcet implicare contradictionem, quòd natura aliqua ex ſuis partibus eſſentialibus ac integralibus perfectè conſtans non ſit ſuppoſitum. Iam ſuprà oſtendimus, compoſitionem ex partibus eſſentialibus non eſſe ultimam compoſitionem ſubſtantialem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

lem, ſed dari ulteriorem & perfectiorem, reſpectu cujus compoſitum, adeoque totum eſſentiale (quâtenus nimirum non ponitur pro toto ſuppoſito) ſit tantùm pars, nimirum totum perſonale, vel, ut generalius loquar, ſuppoſitale: quod analogiâ quâdam toti eſſentiali reſpondet. Nam pars perficienda ac ſuſtentanda eſt inſtar materiæ, ut in noſtro exemplo eſt natura humana; pars autem perficiens ac ſuſtentans eſt inſtar formæ, ut hîc eſt natura divina. Etſi igitur natura humana ſit Totum eſſentiale, adeoque quoad eſſentiam perfectiſſima, non tamen eſt Totum ſuppoſitale ſeu perſonale: caret enim ſubſiſtentiâ ſuppoſitali.

Veriſſimum eſt, quòd omnes Chriſti actiones, qualeſcunque tandem fuerint, divino ipſius ſuppoſito, quâ ſuppoſitum eſt, propriè, id eſt, tanquam principio *Quod*, tribuendæ ſint; ſeu, quòd divinum ſuppoſitum eas actiones propriè perfecerit. Tribuendæ, inquam, ſunt hæ actiones divino ſuppoſito, non quâtenus ſimpliciter divinum ſuppoſitum eſt, ſed quâtenus eſt divinum ſuppoſitum naturam humanam hypoſtaticè ſuſtentans: uno Scripturæ verbo, quâ *Immanuel* eſt. Prorſus nihil abſurdi hinc ſequitur. Nec horrebit is qui ex 1. *Cor.* 2. 8. didicerit Dominum gloriæ crucifixum eſſe, credere, quòd Deo actiones illæ ἀσχήμονες conveniant: cùm longè mirabilius ſit, Deum turpiſſimè enectum fuiſſe, quàm, actiones nec in ſe impuras, aut inhoneſtas exercuiſſe. Et quamvis adverſarius nos impietatis vix non apertè damnet, nos tamen ſolatur illud ejuſdem Apoſtoli 1. *Cor.* 1. 23, 24; *Nos*

nores habet, quàm quiſquam hominum, imò tanto majores, quanto majoribus donis majorique potentiâ eſt à Deo donata. Quid verò ad id, ut aliquid propriè loquendo, agat, requiritur, quàm ut re ipſa ſubſiſtat, ac vires ad agendum ſufficientes in ſe ipſo haebeat? Certè nos ipſos propriè agere negandum eſſet, ſi id de humana Chriſti natura negandum eſſet, quæ, ut diximus, in iis, quæ ad actionem propriè ſic dictam requiruntur, non modò nos æquat, ſed & multis modis ſuperat. Atque ut ſpecialiùs rem iſtam declaremus; num illa propriè loquendo, ac per ſe ipſam non intelligit, non ratiocinatur? Non eſt ergo ſubſtantia intelligens, & anima rationali prædita, ac porrò nec humana. Intelligens enim ſubſtantia eſt illa, quæ re ipſa intelligere ac rationari, propriè ſane, non impropriè, poteſt, accidente præſertim uſu aliquo & exercitatione. Atqui intellectio vel ſola ad probandam perſonam ipſius ſufficeret. Eſt enim perſonarum, ut ſuprà etiam monuimus, propria. Sume jam porrò alias actiones, ſive hominum, ſive animalium proprias, ut velle, deſiderare, loqui, edere, bibere, loco ſeſe movere, & membra ad agendum ciere. Si facultates ad has actiones exercendas non habuit humana natura; vel humana prorſus non fuit; vel manca fuit, aut corporis, aut animæ ratione. Neutrum veritas, aut adverſariorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſententia admittit. Damnavit antiquitas Monotheletas, qui unam tantùm in Chriſto voluntatem ſtatuerunt. Quòd ſi duplex in ipſo voluntas fuit, altera in divina natura, altera in humana; quemadmodum divina natura propriâ ſua voluntate voluit ac vult; ita & humanitas ſuâ. quorſum enim illi aliàs ineſſet? Facultates ſunt propter actiones. Et ſanè abunde ſe exſeruit humana ejus voluntas, dum petiit à Patre, ut calicem à ſe transferret. Quanquam hîc ſatis nobis eſſet, potuiſſe eam naturam propriè velle. Nam id non cadit niſi in ſuppoſita.

Dicent fortaſſe, humanam naturam per ſe non ſubſtitiſſe, ſed ſubſtitiſſe in perſona Filii Dei; ac proinde per ſe etiam nihil potuiſſe agere. Quod enim per ſe non ſubſiſtat, per ſe quoque nihil agere. Quare actiones omnes propriè ac directè non humanæ naturæ, per quam ſint perfectæ, adſcribendas eſſe, ſed toti Chriſto, licet ſecundùm humanam naturam. In toto enim Chriſto, ejusve perſona, illas terminari ac fundari. Quòd ſi actiones illas velis ipſi naturæ humanæ directè adſcribere, locutionem fore impropriam: quemadmodum cùm dico, animam intelligere, velle, ſentire: cùm tamen non anima propriè intelligat, velit, ſentiat; ſed homo animâ, ſeu per animam, aut ſecundùm animam. ſic nec corpus edere, bibere; ſed

Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem offendiculum; Græcis verò ſtulticiam: Ipſis autem vocatis, tum Iudæis tum Græcis, Chriſtum Dei potentiam, ac Dei ſapientiam. Præſertim cùm is nos ita traducat, qui pro ſingulari doctrinæ ſuæ emblemate habet, Deo competere accidens: cùm vel ſolâ rectâ ratione magiſtrâ nobis clariſſimum ſit, eum ne Deum quidem eſſe poſſe, cui vel perfectiſſimum accidens internum conveniat. Ut igitur ad finem properemus, cùm adverſarius nullâtenus oſtendere potuerit, actiones humanæ Chriſti naturæ propriè, prout ipſe intelligit, competere, facilè patet, quàm fruſtrà id de officiis moliatur. Jam enim ſatis conſtat, quòd ipſa per ſe & in ſe conſiderata in eo ſtatu non ſit, ut actionum principium *Quod*, vel ſubjectum officii *Quod* eſſe queat; cùm hæc omnia ſint perſonalia attributa. Nec eſt quòd ea, quæ de tribus officiis ſpeciatim narrat, ſigillatim refutemus cùm quàm vel falſa, vel inſufficientia ſint, alibi id ſit vel à nobis, vel à noſtris oſtenſum. Chriſtus quidem tanquam Propheta, Patris ſui nomine locutus eſt: ſed probandum erat, eum, qui Deus eſt, nomine Dei Patris loqui non poſſe. Nec illa omnia, quæ hîc narrat, tantùm ſecundùm naturam humanam Chriſto competunt, ut ſuprà patuit. Nam & quâ Deus, doctrinam ſuam à Patre audivit: & quâ Deus, ejus doctrina non fuit ſua, ſcilicet eo ſenſu, quo ipſe ibi accipit. Reliqua, quæ divinæ perfectioni repugnant, ipſa quidem perſona divina propriè fecit, ſed ſecundùm naturam humanam.

Chriſtus

Chriſtus quoque quâ Deus eſt, apud Deum Patrem interceſſit, & ſe ipſum Deo obtulit. Imò niſi ſimul quâ Deus utrumque feciſſet, nullius prorſus valoris fuiſſet. Quomodo autem illa vocula *quà* intelligenda ſit, alibi ſatis eſt explicatum. Neque enim hæc duo, *Fecit quâ Deus*, & *Fecit ſecundùm naturam humanam*, oppoſita, ſed ſubordinata ſunt.

Neque ea, quæ de regio Chriſti officio adfert, difficultatem habent, ſi ſuperiùs dicta repetantur. Adeò autem communicatio Idiomatum, quam ſpinas & ſalebras, ex animi impotentiâ, argumentorumque defectu, vocat, ad genuinam ſacrarum literarum interpretationem eſt neceſſaria, ut ſine eâ nec falſitatis, nec ineptitudinis, nec ſtulticiæ ullâ ratione abſolvi queant: ut, Deo dante, in noſtro Myſterio pietatis oſtenſo perſpicuum fiet.

Quàm utilis, imò quàm neceſſaria duarum iſtarum naturarum unio fuerit, norunt illi, qui divina Chriſti officia ex Sacrâ Scripturâ rectè didicerunt, quique illinc afflictis ſuis conſcientiis vivum ac ſolidum ſolatium haurire norunt. Adverſarios non miror, cùm illi ex Chriſto Prophetarum Principe diſcipulum; ex ſummo Sacerdote nudum interpretem, ex Rege Regum & Domino dominantium tantùm quendam præfectum faciant: ut cuilibet ſcripta ipſorum attentè perlegenti, ac ſincerè accuratéque perpendenti ad oculum patet. Eum verò omnia tria officia quàm perfectiſſimè obire poſſe, etſi verus & æternus Deus ſit, in ſuperioribus ſatis fuit à nobis declara-

ſed ipſum hominem corpore. ſic denique nec brachium ſeſe movere, licet ita nonnunquam loquamur; ſed hominem. Quæ cujus ſint momenti, conſideremus: & primùm illud, cur negent, humanam Chriſti naturam per ſe ſubſiſtere. Poteſt autem triplex eſſe ejus locutionis ſententia, quæ hîc in mentem alicui venire poſſit. Primùm enim id per ſe dici poteſt ſubſiſtere, quod non indiget ullo ſubjecto, cui inhæreat, & à quo, ſi removeatur, in nihilum ſit abiturum. Hoc modo per ſe ſubſiſtunt omnes ſubſtantiæ; non ſubſiſtunt accidentia, ea nimirum, quæ in novem Categorias ſeu Prædicamenta vulgò diſtribui ſolent. Hoc modo humana natura, fatentibus adverſariis, per ſe ſubſiſtit. Eſt enim ſubſtantia, non accidens. alioqui natura humana non eſſet. Deinde per ſe ſubſiſtit, quod nullo prorſus externo indigit adminiculo, ut ſubſiſtere queat, & integrum atque incolume conſervari. Hoc modo nulla res creata, & ab altero dependens, per ſe ſubſiſtit. Sed id non impedit, quominùs res, hac per ſe ſubſiſtendi ratione deſtitutæ, propriè agant, ut cuivis manifeſtum eſt. Res enim corruptibiles, atque inprimis homines, & multis cauſſis, ut primùm exiſtant, & multis adminiculis, ut conſerventur, indigent; & tamen proprie agunt. Quare nec humanæ naturæ id obſtabit, quominùs propriè loquendo agat. Tertiò id per ſe ſubſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſubſiſtit, quod non eſt pars alterius, ſed per ſe totum quippiam ſuiſque numeris abſolutum conſtituit. Hoc modo partes rei alicujus, ſive integrantes, ſive eſſentiales, per ſe non ſubſiſtere dicuntur; ac porrò nec per ſe agere, ſed Totum per illas. Atque huc pertinent exempla illa omnia paulo antè adducta. Hoc forte modo, dicent adverſarii, humanam Chriſti naturam per ſe non ſubſiſtere: quia ſit pars ſuppoſiti alterius, nempe totius Chriſti, ſeu perſonæ ipſius. At ſi ita ſe res habet, nec perſona illa Divinitatis ſecunda, cum qua humana dicitur unita, quaque proinde altera ejuſdem ſuppoſiti pars eſt, ampliùs quicquam propriè aget. Ita ex perſona divina, hoc eſt, ex ipſo Deo ſummo, qui propriè loquendo egit, factum eſt id, quod propriè loquendo agere non poſſit. quo nihil cogitari poteſt abſurdius. Nam certe, ſi humana natura pars eſt; erit & alia aliqua ejusdem totius pars. Quænam verò ea, præter perſonam, à qua eſt aſſumta, & cum qua dicitur unita? Quare & hæc pars erit, ac porrò per ſe non magis ſubſiſtet, (ea nimirum ſubſiſtendi ratione, de qua nunc agimus) quàm humana natura.

Sed deinde, ſi humana natura Chriſti eſt plena ac perfecta, corpore humano, & anima rationali, utroque ſuis numeris abſoluto, conſtans; nónne eſt per ſe integrum aliquod, facultas ad agendum ſufficientes habens? certè ſi quid horum negaveris, vel integritatem humanæ naturæ negabis, vel nos quoque ipſos talia integra eſſe negabis. Concedunt adverſarii, ipſa rei veritate coacti, humanam Chriſti naturam

claratum. Quamvis enim regium Chriſti munus, imperium ſupremi Dei, quâ talis eſt, propriè non ſit; id tamen neceſſariò præſupponit; cùm ejus ſit quaſi quoddam conſectarium, ac compendium. Neque enim humanæ vires per ſe, nec à divinâ virtute ſolùmmodo adjutæ ſufficiebant, ſed Dei ſanguine opus erat. Utque Deus & natura nihil fruſtra faciunt, ita nec, in iis quæ ad ſummam divinæ bonitatis, potentiæ, juſticiæ ac ſapientiæ, imò omnium divinarum perfectionum illuſtrationem aptiſſima ſunt, deficiunt. Quarum omnium prorſus divinum Speculum, eſſe Verbum in carne, cùm negat adverſarius, non aliter ſe gerit ac ingratiſſimus æger, qui à præſentiſſimâ morte liberatus fideliſſimi peritiſſimique medici operam extenuat, negans, tanto pretioſiſſimorum medicamentorum apparatu, tot Medici curis, vigiliis, tantis denique ſudoribus opus fuiſſe: quod vel craſſam ejus ignorantiam, vel extremam impudentiam nimis arguit. Nam aut morbi gravitatem, aut medici beneficium non cognoſcit. Ita adverſarius, cum ſuis aſſeclis, generis humani morbum extenuat, & extenuando incurabilem reddit, ut niſi Chriſtus Spiritu ſuo ipſis in piorum cordibus reſiſteret, omnem æternæ ſalutis fiduciam radicitùs exſtirparent. Verùm hæc in hujus Myſterii uſibus fuſiùs exponentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

naturam per ſe eſſe Totum eſſentiale. non audent etiam dicere, eam eſſe partem Chriſti integrantem: quia plures integrantes eas tantùm eſſe docent, quæ quantitatem habent. Quare ſi Chriſtus ex humana natura, & divina, ut partibus integrantibus conſtaret; etiam divina natura, altera hujus ſuppoſiti pars, quantitatem haberet. Itaque nonnulli dicunt, divinam & humanam naturam eſſe quaſi partes eſſentiales, ſeu inſtar partium eſſentialium: & humanam naturam habere ſe inſtar materiæ, reique perficiendæ: divinam inſtar formæ, ac rei perficientis. Sed dum hoc dicunt, eo ipſo fatentur, eas naturas impropriè partes dici, propriè autem tota: vel ſaltem, ſi divina natura Totum dici nequeat, quia partibus careat; humanam naturam per ſe ipſam Totum quoddam eſſe, eſſentialibus atque integrantibus partibus omnibus conſtans. Atqui hoc ipſum eſt per ſe ſubſiſtere, cùm in tertia, quam conſtituimus, ſignificatione locutio illa accipitur. Quare fruſtra ſunt adverſarii, cùm dicunt, poſſe divinâ potentiâ à ſubſtantia integra ac perfecta, qualis eſt humana in Chriſto natura, ſubſiſtentiam illam, de qua loquimur, ſeparari. Et credo quidem ſeparari poſſe, ſi integra ac perfecta ſimul eſſe deſinat, & vel pars alicujus rei eſſentialis, vel integralis, cum corpore alio coaleſcens, evadat. Sed ut ea perfecta manens, & Totum eſſentiale atque integrale per ſe abſolvens, per ſe non ſubſiſtat, id contradictionem involvit. Id enim foret, eam per ſe Totum abſolvere, & non abſolvere; integram ac perfectam per ſe ipſam eſſe, & non eſſe. Et hæc quidem ratio non tantùm oſtendit, actiones propriè humanæ naturæ competere, unde porrò concluditur, eam ſuppoſitum ac perſonam eſſe; verùm etiam immediatè id oſtendit. Si enim humana natura eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, ſtrictiore nimirum illo per ſe ſubſiſtendi modo, quem tertio loco expoſuimus; ſuppoſitum omnino eſt. Siquidem hæc ſubſiſtentia ſuppoſiti forma eſt, per quam ſuppoſitum eſt ſuppoſitum, ut ipſi docent adverſarii: qui nullam etiam aliam cauſam afferunt, nec afferre ex ſua ſententia poſſunt, cur humana Chriſti natura ſuppoſitum, ac porrò perſona non ſit, quam quia ſubſiſtentia illa careat.

Sed ut ad actiones revertamur, inde quoque patet, eas humanæ naturæ propriè convenire, quòd alioqui neceſſe ſit ſtatuere, omnes Chriſti actiones, qualescunque tandem fuerint, divino ipſius ſuppoſito, qua ſuppoſitum eſt, propriè tribuendas eſſe, ſeu divinum illud ſuppoſitum eas actiones propriè perfeciſſe. Atqui inde ea emergunt abſurda, quæ vel cogitare horret animus. Omnes enim actiones naturales, imperfectionis humanæ & mortalitatis noſtræ propriæ, quæ homini cum brutis communes ſunt, nonnullæ etiam, utut neceſſariæ, ἀσχήμονες *tamen, non humanæ naturæ, ſed ipſi divino ſuppoſito, hoc eſt, ipſi Deo, quà ſuppoſitum eſt, propriè convenient. Qui hæc abſurda de Deo cogitare non veretur, is nondum tremendam illam ac glorioſiſſimam illius majeſtatem ſatis revereri didicit, & maximam ſanctiſſimæ Chriſti religioni facit injuriam, quam hoc pacto apud extraneos ludibrio exponit.*

In

In illos certè id cadere non debeat, qui tantopere horrent accidens aliquod Deo adſcribere, aut genus aliquod, & ſimilia; quæ utut tandem erronea eſſent, ſalva tamen ipſius majeſtate cogitari ac dici poſſent. Sed ita fere fit, ut qui culicem colant, elephantem deglutiant, & qui in iis, quæ ad Philoſophicam tantùm ſubtilitatem pertinent, ad ſuperſtitionem uſque cauti eſſe volunt, in iis, quæ ipſam Numinis reverentiam petunt, plusquam incurioſi ſint.

Vt igitur ad inſtitutum redeamus; cùm ſatis oſtenſum ſit, actiones propriè humanæ naturæ competere; facile etiam eſt oſtendere, eidem officia quoque competere. Nam primùm poſſe humanam Chriſti naturam officium aliquod ſuſtinere, id quod nobis hîc ſufficeret, proclive eſt demonſtrare. Qui enim actiones intelligentium proprias, eaſque valde eximias, obire poteſt, poteſt etiam officium aliquod ſuſtinere. Quid enim aliud ad officium in genere requiritur? Deinde in ſpecie idem haud difficulter oſtenditur. Tria Chriſti ab omnibus conſtituuntur munera; Propheticum, Sacerdotale, & Regium. primi eſt, divinam voluntatem hominibus exponere & confirmare: ſecundi, Deo offerre, & pro peccatoribus interpellare: tertii, Dei populum gubernare, tueri ac ſervare. quamquam ſervare etiam ad Sacerdotale pertinet. de quo nunc non eſt dicendi locus. An verò hæc munera humanæ Chriſti naturæ non conveniunt? Prophetæ eſt, non ſuo nomine, ſed alieno, nempe Dei, loqui, (neque enim cùm Deus ex ſua perſona loquitur, Prophetico munere fungitur) & ſermones doctrinamve ab illo acceptam aliis proponere a. Et Chriſtus nominatim de ſe dicit, ſe à Patre ea, quæ dixerit, audiiſſe; ab eo ſe edoctum; ab eo mandatum ſe accepiſſe, quid loqui debeat: doctrinam ſuam non eſſe ſuam, ſed ejus, qui ſe miſerit. quæ omnia ſecundùm humanam naturam de Chriſto dicta eſſe volunt adverſarii: nec aliter poſſunt. Divina enim natura aut perſona, quà talis, diſcere aut mandata accipere non poteſt; omnia illius ſunt, quæ habet, aut tradit, non aliena. At ſi humana natura propriè non agit, ea, quæ ſecundùm illam facta dicuntur, ipſam divinam perſonam propriè feciſſe, dicendum eſt. Illa ergo propriè audivit à Patre, illa propriè didicit, mandata accepit: & porrò ex mandato alieno loquuta eſt; alienam, non ſuam doctrinam promulgavit: illa propriè Propheticum munus obivit: ſimiliter & pietatem, temperantiam, caſtitatem, aliáſque virtutes exercuit; miracula virtute divina edidit; morte ſua doctrinam ſuam confirmavit: id quod Prophetici muneris complementum fuit.

a Vide lib. 1. ſect. 2. cap. 8.

Iam ut ad ſacerdotale munus veniamus: interpellare pro altero apud Deum, non eſt ipſius Dei, nec divinæ perſonæ, quà talis, ut cernunt ipſi adverſarii, ſimiliter nec offerre Deo: præſertim quia ipſa oblatione expiatoria apud Deum interceditur pro altero. Itaque neceſſe eſt, ut ſecundùm humanam naturam iſta Chriſtum feciſſe dicatur. Vnde porrò, ob rationem paulo antè dictam, conſequitur, humanam naturam illa feciſſe aut facere, & ſic ſacerdotis munere fungi.

Denique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Denique cùm videamus, Chriſtum regem à Deo conſtitutum atque unctum dici, eique omnem in cœlo & in terra poteſtatem datam: cùm, illa ſecundùm humanam naturam de Chriſto neceſſe ſit intelligere; conſequitur, humanam naturam poteſtatem illam habere, ac porrò etiam exercere: id quod Regis eſt. Hæc plana ſunt, ſine ſalebris, ſine ſpinis. Nihil hic communicatione Idiomatum eſt opus: nihil opus eſt ſubtiliter inter loquutiones abſtractas ac concretas diſtinguere; perſonam à natura, naturam rurſus unam ab altera diſcernere; quærere, quomodo Deo ſummo humana, homini Dei ſummi propria poſſis tribuere; quomodo eadem perſona nunc ut Deus ſummus, nunc ut Mediator gubernet, & ſic perſona eadem à ſe ipſa quodammodo diſtinguatur.

Ex dictis autem illud quoque intelligi poteſt, nihil opus fuiſſe illa duarum naturarum unione. Nam ſi opus fuiſſet, ideo fuiſſet, ut officia illa Chriſtus ſuſtinere atque obire poſſet. Atqui illa obire poterat Chriſtus, etiamſi eſſentiâ non niſi homo eſſet: imò ſi Deus fuiſſet, obire priora duo non potuiſſet, poſtremum non potuiſſet accipere, nec obire propterea, quòd regium iſtud munus non ſit imperium ſupremi Dei, quà talis eſt, ſed, ut loquuntur adverſarii, Regnum ejuſmodi, quod Chriſtus, quà mediator, adminiſtret. Et tale quidem requirebat noſtræ fidei ac ſpei confirmatio, ac Dei ſupremi gloria. Quòd ſi quis dicat, vires humanis majores ad illa officia obeunda fuiſſe requiſitas; id aliquid haberet momenti, ſi neceſſe fuiſſet, eum vires illas à ſe ipſo habere, nec eas potuiſſet ab ipſo Deo accipere. At nunc cùm & potuerit eas à Deo accipere, & ſacræ literæ toties teſtentur, eum à Deo accepiſſe: quid opus erat, ut is Deus ſummus eſſet? Deus & natura nihil faciunt fruſtra, rectè ajunt vulgò: quanquam Deus ea quoque facit, quæ natura facit. Quòd ſi Deus non facit ſupervacanea; multo minùs ea, quæ impediunt, & aliàs majeſtate ipſius ſunt indigna. Oſtendimus autem, unionem illam impedituram fuiſſe munerum iſtorum adminiſtrationem. Oſtendimus etiam, eam Deo non pauca tribuere abſurda, & majeſtate ipſius indigna, atque ad venerationem ejus, quam ſancire per Chriſtum voluit, ex animis hominum vel tollendam, vel ſaltem in iis minuendam, aptiſſima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

SECTIO III.

In qua de tertia, quæ vulgò ſtatuitur, ſupremæ Deitatis perſona diſſeritur, & Spiritum ſanctum Dei Filium fore oſtenditur, ſi ſententia de eo vulgaris vera eſſent.

Satis jam de ſecunda, quæ ſtatuitur, Trinitatis perſona diximus; reſtat, ut nonnulla addamus etiam de tertia. Vt multa de ea dicamus, neceſſe non eſt; quia quæ de generatione Filii ex eſſentia Patris dicta ſunt, ea ad proceſſionem illam Spiritus ſancti, quam adverſarii excogitarunt, transferri, leviter immutata, poſſunt. Vnde nos quoque ſuprà interdum Spiritum ſanctum cum Filio apertè conjunximus, & ſic ea, quæ hic afferri poterant, dicere occupavimus. Nec id abſque ratione. Etenim ſi rectè attendas, & generatio Filii ex eſſentia Patris, proceſſio quædam eſt; & contrà proceſſio ejuſmodi, qualem adverſarii Spiritui ſancto tribuunt, generationi illi ſimilis, qualem Filio Dei tribuunt adverſarii. Prius fatentur doctiores ex adverſariis, qui de generatione Filii ac proceſſione Spiritus ſancti agentes, duas ajunt eſſe in Deo proceſſiones. Cur autem* proceſſionis *nomen Spiritui ſancto peculiariter accommodetur, & ſic à generatione Filii diſtinguatur, hanc ajunt eſſe rationem: quia ſpeciale nomen deſit, quo proprius ac pecu-*

SECTIO III.

In quâ de tertiâ Deitatis perſonâ diſſeritur, & oſtenditur, Spiritum ſanctum Dei Filium non eſſe, *licèt orthodoxa ſententia ſit veriſſima.*

Cum ea, quæ adverſarius de Filii generatione objecit, ſatis perſpicuè ſoluta fuerint, non eſt quòd de Spiritûs ſancti proceſſione prolixi ſimus. Quæcunque enim de ejus æternitate, indiviſibilitate, ſimilibuſque perfectionibus moveri poterant, ea omnia jam explicata ſunt. Ultimum reſtat argumentum, quod proculdubio tanquam difficillimum adverſarius reſervare voluit. Novit enim quòd auctores in hujus argumenti ſolutione diſcrepent. Nos breviter reſpondemus. Etſi nulla ratio reddi poſſet, cur Spiritus ſanctus non æquè ſit Filius atque ſecunda Deitatis perſona, nihil tamen obtineret adverſarius: cùm piis abundè ſufficiat, quòd hæc tantùm Filius, & generari; illa nunquam, ſed ſemper Spiritus, & procedere in ſacris literis dicatur. Hoc, inquam, piis abundè ſufficere poteſt; cùm conſtet, prorſus incomprehenſibile eſſe hoc myſterium: hæc verò objectio non tantùm rem ipſam, ſed & rei infinitæ modum quaſi ad oculum ſibi demonſtrari poſtulet. Quæ noſtra reſponſio licèt non niſi ab iniquiſſimo rerum divinarum cenſore repudiari queat, attamen neque hâc in parte Spiritus ſanctus Eccleſiæ defuit, quò nullam adverſarii ſuorum errorum anſam prætendere queant. Etenim ſi accuratè ea, quæ Sacra Scriptura nobis de hoc ſummo Myſterio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſterio revelat, perpendamus, tam firma ac clara generationis Filii, ac proceſſionis Spiritûs ſancti diſcrimina apparebunt, ut immodeſtis quoque ingeniis ſatisfacere debeant. Quam ad rem ſolida primæ Philoſophiæ axiomata, & exacta rerum naturalium anatome plurimùm faciunt: quæ duæ ſapientiæ claves cùm hâctenus à pleriſque nimis obiter tractentur, mirum non eſt, adverſarios divinæ veritati tam ferociter inſultare. Omnino amplam ac fundamentalem deductionem res meretur; nobis hâc vice prima rudimenta ſufficient; Quæ ut eò clariora evadant, perſpicuis, quamvis non adeò Latinis, vocibus rem exponemus. *Proceſſio*, generaliter ſumta, eſt immanens Dei actus quo perſonæ à perſonâ eadem eſſentia communicatur. Ea eſt generatio, vel ſpiratio, quæ ſpecialiter dicitur proceſſio. *Generatio* eſt prima, ac multiplicativa proceſſio. *Spiratio* eſt ſecunda, ac completiva proceſſio. His verbis explicatis utriuſque diſcrimen non erit obſcurum. In eo omnino conveniunt, quòd utraque ſit communicatio divinæ eſſentiæ, & quidem immanens, unde neceſſariò omnes divinæ perfectiones, ut æternitas, indiviſibilitas, & ſimiles, utrique competunt. Quarum perfectionum accurata ponderatio ac dextra applicatio difficultatem hanc egregiè illuſtrant. Cùm enim infinita divinæ eſſentiæ perfectio immanentem perſonarum productionem poſtulet, neneceſſe eſt, ut ſaltem ſint duæ perſonæ, una producens, altero producta. Fieri enim nequit, ut perſona producens & producta ſit perſona una. Præterea cùm

culiaris ille modus deſignetur, quo Spiritus ſanctus à Patre & Filio proceſſerit. Itaque, ut in aliis rebus ſæpe fit, generale nomen uni ſpeciei tanquam proprium tribui, & ſic ab altera ſpecie diſtingui. Quòd verò proceſſio quoque illa Spiritûs ſancti, generatio ſit, ſi modò generatio illa Filii Dei, quam adverſarii ſtatuunt, generatio revera eſt; id quoque demonſtrare non eſt difficile. Etenim quid aliud ad generationem propriè dictam requiritur, quàm ut quis eſſentiam ab alio accipiat, vel ſpecie, vel (ut adverſariorum de Deo fert ſententia) numero eandem cum eſſentia ejus, à quo illam accipit? Breviter, generatio propriè dicta eſt ſubſtantiæ communicatio cum altero. An verò proceſſio illa Spiritûs ſancti ab adverſariis excogitata, talis communicatio non eſt? Num per proceſſionem illam Spiritus ſanctus eſſentiam non accipit eandem numero cum eſſentia illorum, à quibus proceſſit? Ita ſanè ſentiunt atque contendunt adverſarii. Quod ſi proceſſio Spiritûs ſancti, generatio propriè dicta eſt; duos habemus in Trinitate Filios, unum primæ perſonæ ſolius, alterum primæ & ſecundæ: & duos etiam Patres, unum primam perſonam, quæ duplici nomine Pater erit, nempe quia & ſecundam & tertiam Deitatis perſonam generârit: alterum ſecundam, quæ unà cum Patre Spiritum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ſanctum generarit. Atqui & ex ſacris literis, & ab adverſariis didicimus, unum tantùm eſſe Patrem, & unum tantùm Filium, nempe κατ' ἐξοχὴν ſic dictum.

Viderunt acutiores ex adverſariis hunc ſententiæ ſuæ ſcopulum, eúmque vitare conati ſunt. Limitandam ergo illam cenſuerunt, quam cæteroquin ipſi tradunt, generationis definitionem, & dixerunt, non omnem communicationem ſubſtantiæ cum altero eſſe generationem, ſed eam demùm, quam ſequatur relatio talis, qualis eſt inter Patrem & Filium, quæ barbarè appellatur paternitas & filiatio. *In quo quidem ridiculi ſunt. Quaſi enim fieri poſſit, ut perſona perſonæ ſubſtantiam ſuam re ipſa communicet, nec tamen ſtatim ſequatur iſtiuſmodi relatio; & illa perſona, quæ ſubſtantiam ſuam communicat alteri, eo ipſo non protinus exiſtat Pater, aut (ubi ſexus diſtinctio eſt, quæ in Deo nulla) mater: & viciſſim is, cui ſubſtantia communicatur, filius, vel (ubi ſexus diſtinctus) filia. Fatentur ipſi adverſarii, patris, filii, generationis, proceſſionis vocabula, uti & alia ſimilia, per analogiam de Deo & creaturis dici, eſſeque ab his ad Deum ob ſimilitudinem tranſlata. At in rebus creatis, ſimul ac ſubſtantia producta eſt, generata res propriè dicitur, nec quicquam ampliùs ad proprietatem*

cùm eadem eſſentiæ perfectio requirat, ut ſint duæ productiones ſeu proceſſiones in Deo; ſecùs nec intellectui, nec voluntati divinæ adæquata proceſſio reſponderet, minorque eſſet in Deo quàm in Spirituali creatura perfectio: neceſſe eſt, ut una ſit ordine prima, altera ſecunda: & quidem ordine non quocunque, ſed prorſus intrinſeco ac per ſe. Omnis enim multitudo, quæ per intrinſecum ordinem ad unitatem non revocatur, eſt imperfecta. Si autem una productio eſt prior alterâ, neceſſe eſt ut prioritas illa reſpiciat tum perſonam primò producentem, tum perſonam ſecundò atque ultimò productam: Idque ſine omni imperfectione: cùm eam divina perfectio excludat. Quamvis igitur ob noſtri intellectus infirmitatem aliquando & verbis, & conceptibus imperfectioribus utamur, tamen imperfectio iſta corrigente judicio poſtmodum eſt removenda. Prima igitur productio prima ideo dicetur, quia quaſi propiùs ac intimiùs primam inter tres perſonam reſpicit: adeóque eo modo fit qui & iſti naturæ, & iſti perfectioni quàm maximè congruit. Jam verò natura iſta eſt ſpiritualis, adeóque intellectu, & voluntate prædita; & non ſolùm in omni naturâ intelligente, ſed etiam in ipſo Deo, intellectus quaſi prior eſt voluntate: ergò neceſſariò prima illa productio erit per intellectum, & ad modum intellectus. Porrò quia illius naturæ perfectio requirit productionem ſecundam, & quidem intimo ordine priori junctam, neceſſe eſt, ut productio prima ſit quædam etiam via & quaſi vis ad productio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

ductionem ſecundam. Secùs adhuc perfectior ordo inter eas concipi poſſet: quod perfectioni divinæ repugnat, cùm eâ nihil excellentius concipi queat. Quare ex ordine quem dicit, tum ad productionem ſecundam, tum ad perſonam ſecundam, omnino habebit vim quandam progreſſivam multiplicativam, ſeu denuò productivam: id eſt, talem, ad cujus perfectionem intrinſecè faciat, eſſe ſecundæ originem. Verùm cùm divina perfectio non admittat plures perſonas quàm tres, adeóque neceſſariò in tertia omnis productionis ſit ſtatus, terminus, quies, ac quaſi complementum, oportet ut tertia perſona non ſit productiva: ſecus non eſſet ſtatus. Iterum cùm ſecunda neceſſariò ſit productiva, tertia autem non ſit, utique ſecunda erit ſimilior primæ, ſaltem in hoc quòd ſit productiva. Præterea cùm illa productivitas ex ipsâ primæ productionis ratione intimè fluat, neceſſe eſt, ut prima illa productio ſit aſſimilativa, non tantùm quia divina productio eſt, verùm etiam quia prima divina productio eſt. Quod etiam hinc patet, quia fit per modum intellectûs, adeóque productum eſt verbum. At verbum neceſſariò eſt dicenti ſimile, non tantùm communiter quia productum eſt, ſed etiam quia verbum ſeu quia ſic productum eſt. Verbum autem perfectiſſimum perfectiſſimam, &, quoad, ſalvâ perſonarum diſtinctione, fieri poteſt, omnimodam ſimilitudinem poſtulat. Ex his jam intelligi poteſt, cur prima productio ſit generatio, non autem ſecunda: nimirum quia generatio eſt actus generantis & *tem vocis requiritur. quòd ſi perſona perſonam produxerit, ſtatim illa pater, vel, ut diximus, mater, appellatur; hæc filius aut filia. Quod ergo generationi illi analogum eſt in Deo, etiam generatio dici meretur. Id verò eſt productio alterius perſonæ, ſeu communicatio ſubſtantiæ cum altera perſona. Hujus porrò conſequens neceſſarium eſt paternitas & filiatio, ei, quæ in humanis cernitur, analoga ſiquidem ea generatio inter perſonas verſatur.*

Sed ajunt nonnulli, ideo productionem ſecundæ perſonæ generationem appellari, quia per eam producta ſit perſona, non eſſentiâ tantum, ſed aliâ etiam peculiari ratione producenti ſimilis. Eſſe enim ſecundam illam perſonam, quà talis eſt, primæ imaginem, utpote quam illa ſe ipſam intelligendo produxerit; imaginem autem ei, cujus eſt imago, ſimilem eſſe. Aliam rationem eſſe ajunt proceſſionis Spiritûs ſancti. Hunc enim à Patre & Filio eſſe productum volendo. Voluntatis autem non eſſe, producere quippiam ſimile ei rei, quam vult ac deſiderat. Itaque Spiritum ſanctum, utut Patri ac Filio per proceſſionem evaſerit eſſentiâ ſimilis, vel potiùs idem; habita tamen ratione perſonæ ſuæ, quâ à Patre & Filio diſtinguitur, neutri eſſe ſimilem. Generationem autem illam demùm proceſſionem rectè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rectè appellari, quâ perſona producta producenti prorſus evaſerit ſimilis: eam verò rectè à generatione diſtingui, cujus diverſa ſit ea in parte ratio. Sed nihil ſubtilibus illis commentis proficiunt. Nam præterquam quòd jam ſuprà[a] *commentum illud de productione perſonarum, quæ intelligendo aut volendo fiat, refutavimus: duo adhuc ſunt, quæ vanitatem hujus exceptionis oſtendunt. Prius eſt, quòd ad proprietatem generationis ex altero, nequaquam requiritur, ut generatum generanti per omnia ſit ſimile: ſed ſatis eſt, id eſſentiâ ſeu ſubſtantiâ illi eſſe ſimile. ex qua ſimilitudine, proprietatum etiam naturalium, & toti generi aut ſpeciei communium, ſimilitudo ſequitur. quanquam non in hac, ſed in illa, per ſe generationis proprietas cernitur; &, ſi fieri poſſet, ſubſtantiam generati, ſubſtantiæ generantis eſſe ſimilem, proprietates autem utriuſque diverſas, nihilominus generationis proprietas conſtaret, utut fortaſſe agnoſci non ita facile poſſet: quia nos ex propriis ac conſequentibus rerum indiciis, res ipſas cognoſcere fere ſolemus. Quare ſi Spiritus ſanctus, vi proceſſionis ſuæ, ſubſtantiâ evaſit Patri & Filio ſimilis, imò idem, (identitas enim apud adverſarios, nec proceſſionem, nec generationem in divinis tollit) Spiritus ſanctus proceſſione illa generatus à Patre ac Filio fuit, ipſaque adeò proceſſio ejus,*

[a] ſect. 2. cap. 1.

& naturaliſſimus, & ulteriùs productivus. Quia eſt naturaliſſimus, neceſſe eſt, ut & ordine primus ſit, & modo naturaliſſimo fiat. Si enim alius actus eſſet vel prior, vel æquè primus, non eſſet intimè cum naturâ ac perſonâ producente connexus. Deinde eſt ulteriùs productivus. Cùm enim omnis actio ſit aſſimilatio quædam, utique actio naturaliſſima erit actio maximè aſſimilativa. At maximè aſſimilativa non foret, niſi eſſet productiva. Non enim illam producentis proprietatem, quam prodćtivitatem dicere liceat, exprimeret. Atque hoc ipſum univerſalis quoque inductio comprobat. Nam etiam accidentalis generationis quaſi adæquatus ſcopus eſt nova quædam, & ex illa reſultans productio. Hinc à Phyſicis dicitur, quòd generatio à Naturâ data ſit ad conſerſervationem ſpeciei. Secunda autem productio non poteſt eſſe generatio, tum quia non eſt prima, tum quia non eſt ulteriùs productiva. Etenim ſi prima non eſt, utique non eſt tam immediata, adeóque nec omni modo naturaliſſima. Nam duos producentes neceſſariò requirit: cùm prima tantùm unum. Iterum quia non eſt productiva, non erit progreſſiva, nec id, quod in generatione inſtar ſcopi eſt, attinget. Atque hæc hâc vice ſufficiant: quæ licet alicui curioſiora videri queant, tamen nihil ſunt aliud quàm conſectaria ex ipſiſſimis Scripturæ verbis firmiſſimâ conſequentiâ deducta. Etenim qui perpenderit, quòd ſecunda Deitatis perſona ſit Filius, ἀπαύγασμα, εἰκὼν, & χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, is facilè intelliget, cur Spiritus

ſanctus

ſanctus Filius eſſe nequeat. Filius enim cùm ſubſiſtentiæ character ſit, utique non ſolùm eandem cum Patre eſſentiam habebit, ſed & ratione ſubſiſtentiæ ſeu perſonalitatis ipſi erit ſimilis: non quidem ita ut etiam ſit Pater (ſic enim nulla foret diſtinctio) ſed ut ſit productivus. Nam omnis omninò hujuſmodi character, & ei cujus character eſt, ſimillimus, & etiam productivus eſt. Quæ omnia ſuo loco fuſiùs oſtendentur. Si tamen alicui obſcuriora videantur, is diligenter binarii & ternarii ex unitate; item lineæ ex fluxu puncti, ſuperficiei ex fluxu lineæ, denique corporeitatis ex fluxu ſuperficiei productionem meditetur.

Ex his ea, quæ adverſarius contra nos adfert, facilè refutantur. Si ſufficiens filiationis fundamentum in productione Spiritûs ſancti occurreret, nullum eſt dubium quin inde filiatio reſultaret: ſed prius nunquam probabit adverſarius. Quæ autem contra productionem intellectûs & voluntatis diſſerit, jam ſatis fuerunt rejecta; & reverâ ſunt vaniſſima. Ipſemet enim fatetur, quòd Filius Patri & ratione eſſentiæ, & ratione proprietatum debet eſſe ſimilis: præſertim ſi generatio ſit omni modo excellentiſſima. At Spiritus ſanctus non eſt ſimilis perſonæ Patris, ratione proprietatis perſonalis ſcilicet: non enim eſt productivus. Ambiguum quoque eſt, quod dicit, Spiritum ſanctum ſubſtantiâ evaſiſſe ſimilem vi ſuæ proceſſionis. Nam vel hîc proceſſionem ſimpliciter intelligit, vel ſpecialiter ſumit: ita ut exiſtimet, Spiritum ſanctum formaliter eſſe Patri ſimilem, non tantùm quia per *ejus, generatio eſt. Quàm multis in rebus, ſi eſſentiam, & proprietates eam protinùs conſequentes excipias, filii ſolent eſſe patribus diſſimiles? nec tamen propterea minùs propriè ex illis generati, eorúmve Filii eſſe dicuntur. Hîc autem eſſentia ac proprietates naturales ſunt eædem prorſus. Quid igitur ad generationis proprietatem Spiritui ſancto deeſt? ut taceam, ne proprietate quidem ſeu charactere illo, quem* hypoſtaticum *vocant, Spiritum ſanctum Patri & Filio diſſimilem eſſe poſſe, ſi alia eorundem adverſariorum de proprietatibus illis perſonalibus ſententia vera eſt. Statuunt enim illi, eas, cum eſſentia tribus perſonis communi, re idem eſſe, & non niſi intellectione ab ea diſcretas. Vnde neceſſariò conſequitur, qui eſſentiam illam in ſe habet, (habet autem qualibet iſtarum trium Perſonarum) etiam proprietates illas omnes in ſe habere, eaſque, non minùs quàm eſſentiam, tribus perſonis communes eſſe. Quanquam ea ſententia ſe ipſum evertit. ſimul enim communes erunt, & propriæ, reſpectu earundem perſonarum; & perſonas illas diſſimiles, & non diſſimiles, diverſas, & non diverſas facient.*

Poſterius, cur illa adverſariorum ratio ſive exceptio locum non habeat, eſt: quia ſi eorum ſententiam de attributis diviniſ ſequamur, non poteſt quicquam à voluntate proce-

procedere, quin ſimul procedat ab intellectu; & contrà. ſiquidem apud illos omnia attributa divina, atque adeò intellectus quoque ac voluntas, ſi rem ipſam ſpectes, planè idem ſunt. ſunt enim ipſa Dei eſſentia, in quam ne minima quædam compoſitio aut diverſitas vera cadat. Et Scholaſtici quidem plærique, ut ſuam ſententiam exprimant, dicunt, intellectum ac voluntatem in Deo, uti & cætera ejus attributa, non tantùm realiter, ſed etiam formaliter idem eſſe, hoc eſt, non tantùm ita inter ſe juncta eſſe, ut divelli à ſe invicem nunquam queant, ſed ne propriis quidem formis, vel eſſentiis ac definitionibus, à ſe invicem diſcerni. Ariſtoteles diceret, & re, & ratione idem eſſe. Eadem enim Ariſtoteli ratione ſunt, quæ eandem formam, eandémque definitionem habent; quæ diverſam, ratione differre dicit. Si autem hoc modo idem in Deo ſunt intellectus & voluntas, atque adeò intellectus eſt ipſa voluntas, & contrà; quicquid ex intellectu procedit aut generatur, procedit etiam ac generatur ex voluntate, & contrà. Non ergo productio ab intellectu magis eſt generatio, quàm illa, quæ à voluntate proficiſci dicitur; non illa magis producit perſonam producenti ſimilem, quàm hæc; nec magis Filius eſt Filius, quàm Spiritus ſanctus: nec minùs idem Filius eſt Spiritus ſanctus, quàm tertia Trini-

per divinam productionem proceſſit, verùm etiam quia per ſecundam. Poſterius eſt falſum: ut patet ex ſuperioribus. Prius quidem verum eſt, ſed non ſufficit ad generationem conſtituendam: ſecùs omnia ab aliquo producta, eſſent ejus filii. Non ſolùm enim requiritur ſimilitudo, ſed etiam productivitas: unde licet omnes creaturæ à Deo productæ aliquâtenus ipſi ſint ſimiles: tamen quia non producunt ſimiliter Deo, ideo non dicuntur ejus filii. Hinc quoque impii non dicuntur filii Dei, quia non exercent actiones ipſi ſimiles. Illud autem falſiſſimum eſt, quòd is qui eſſentiam divinam in ſe habeat, etiam omnes proprietates perſonales in ſe habeat: cùm ſuprà patuerit, non eſſe impoſſibile, ut una res ſit tres res relativæ ſeu perſonæ diſtinctæ.

Vidimus quòd modus producendi Spiritum ſanctum ſit diverſus à modo producendi Filium: jam videamus diverſitatem eorum, quæ quaſi proxima productionum ſunt principia. Dicimus itaque, generationis proximum quaſi principium eſſe intellectum divinum, ſpirationis autem divinam voluntatem. Quam ſententiam vehementer quidem oppugnat adverſarius: ſed argumento per ſe quidem abſurdiſſimo, attamen tali, quod ipſius ſententiam funditus evertat, ſacro-ſanctum autem myſterium ex ipſius hypotheſi efficaciter probet. Vniverſæ argumentationis nervus hic eſt: *Si idem in Deo ſunt intellectus & voluntas, atque adeò intellectus eſt ipſa voluntas, & contrà; quicquid ex intellectu procedit aut generatur, procedit etiam aut generatur ex voluntate, & contrà.*

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Sed nego hanc conſequentiam. Ratio negationis eſt: quia tanta eſt rerum divinarum perfectio ac eminentia, ut licèt ipſæ ſint una & eadem res, tamen ratione productionis æquipolleant rebus reverâ diſtinctis. Niſi enim hoc verum ſit, non ſolùm Deus non erit ſimpliciſſimus; ſed re vera nullum ens erit planè ſimplex in ſuâ eſſentia, adeóque omnia entia quoad eſſentiam ſuam erunt compoſita: ideóque nullum erit ens primum; & per conſequens non erit Deus. Nam ex hypotheſi adverſarii nullum ens ſimpliciſſimum quâ tale poteſt eſſe principium diverſarum productionum: ergo nec intellectus, nec voluntas Dei poteſt eſſe principium actionum diverſarum, niſi & intellectus differat à voluntate, & intellectus à ſe ipſo, viciſſim divina voluntas à ſe ipsâ. Iam & experientia, & Sacra Scriptura teſtatur, quòd & intellectus divinus diverſiſſima, imò oppoſita, cognoſcat, & voluntas velit, & quidem ex ſe: item quod plurima cognoſcat Dei intellectus quæ nolit voluntas: ergo nec unus idemque erit in Deo intellectus, nec una eademque voluntas: nec intellectus Dei erit voluntas Dei. Itaque non ſolùm diſtincti erunt actus intellectûs ac voluntatis, adeóque nulli illorum erunt ſummè perfecti; ſed etiam ipſæ facultates inter ſe erunt diſtinctæ. Quæ omnia licèt abſurdiſſima ſint, tamen jam demus adverſario, quò citiùs monſtroſam ſuam philoſophiam corrigat. Sint igitur diverſæ inter ſe facultates intellectus ac voluntas divina, quæro num tanquam proprietates emanent ex eſſentiâ divinâ? Non poterit hoc negare. *Trinitatis perſona. Non minùs enim Filius à voluntate proceſſit, quam Spiritus ſanctus; nec minùs Spiritus ſanctus ab intellectu, quam Filius. Hi nimirum ſunt fructus ſubtilitatum, quibus Theologia ſcholaſtica ſcatet. Et tamen eas & ſectari, & admirari videmus eos, qui ſacris literas pro unica fidei norma agnoverunt.*

Sed inquient, his difficultatibus eoſdem Scholaſticos jam occurriſſe. Divina enim attributa ex illorum diſciplina, utut actu non diſtinguantur ex rei natura, ſeu extra mentis noſtræ conſiderationem, ullo modo, nec realiter, nec formaliter; diſtingui tamen eminenter, hoc eſt, virtute ac potentiâ. Hoc autem diſcrimen eſſe fundamentum diverſitatis inter proceſſiones duarum perſonarum, de quibus nunc agimus, itemque inter effectus varios à Deo manantes; & denique inter conceptus ac cogitationes animi noſtri de divinis attributis. Nos enim ob imperfectionem intellectûs noſtri attributa divina inadæquatè concipere, ac proinde tanquam diverſa conſiderare, quæ re ipſa idem planè ſint. Et hanc Rationis diſtinctionem vocant Scholaſtici, quâ creberrime utuntur. Nam cùm diverſa inter ſe confuderunt; qui tamen rerum diverſitas animis contemplantium ultrò ſeſe offert, & ipſi de iis, tanquam de diverſis loqui & diſputare coguntur; ad hoc irrationale

nale rationis diſcrimen, tanquam ad ſacram anchoram confugiunt. Quanquam autem hunc errorem etiam in obſcuritate verborum, tanquam latibulo ſuo deliteſcentem, configere poſſimus: placet tamen eum priùs inde extrahere, ut ab iis, qui in ſcholarum umbris nunquam ſunt verſati, cerni res clariùs poſſit. Eminenter diſtingui, & diſtingui actu, apud Scholaſticos inter ſe opponuntur. Potentiam enim ac virtutem actui apud Philoſophos opponi, notum eſt. Cùm verò Scholaſtici dicunt, aliquid eminenter diſtingui: perinde id illis eſt, ac ſi dicerent, virtute ac potentiâ diſtingui. Diſtinguuntur ergo illis eminenter ea, quæ, utut actu ipſo prorſus ſint eadem, poſſint tamen diſtingui; quia vim quodammodo habeant plurium; ſive quia diverſæ operationes atque effectus ab illis poſſint manare; ſive quia cum rebus diverſis comparata, ſingularum formis aliquo modo reſpondeant, aut diverſos ad illas reſpectus habeant. Sed quicquid illi comminiſcantur, vel actu ipſo in re, de qua agitur, diſcrimen eſt, vel diſtinctio nulla eſt. Etenim actu ipſo diſtincta ſunt, de quorum uno aliquid rectè affirmatur, quod de altero eodem tempore rectè negatur. Quòd ſi enim illa nihilominùs actu prorſus ſunt idem; contradictoria eidem ſimul inerunt, ſeu idem de eodem ſimul & affirmabitur, & negabitur. id

quod

negare. Quæro igitur rurſum, num eſſentia divina ſit res una ac ſimpliciſſima, an ſit compoſita? Si primum: falſum eſt, quòd res ſimpliciſſima non poſſit eſſe origo duorum, cum eſſentia ſimpliciſſima ſit radix intellectûs & voluntatis, facultatum, ex hypotheſi inter ſe reverâ diverſarum. Si autem eſſentia quoque divina ſit compoſita, præterquam quòd ſit abſurdiſſimum, attamen, ni infinitum evagari & aberrare velimus, tandem erit concedenda res una ſimpliciſſima, quæ ſit origo plurium, & quidem ſibi planè intrinſecorum. Poteſt itaque res una, & quidem ſimpliciſſima ac immutabilis, eſſe principium productionum reverâ inter ſe diſtinctarum. Ergò etiam, licèt intellectus & voluntas divina, ſint una & eadem res, poſſunt tamen eſſe principia diverſarum productionum. Dicat aliquis, concedimus, quòd hæc duo, licèt ſint unum, poſſint eſſe principia diverſarum productionum: attamen non debebat dici, Hæc proctio fit per modum intellectûs, & non voluntatis: Illa fit per modum voluntatis, & non intellectûs: ſed dicendum eſſet, Utraque fit per utramque facultatem, cùm ſint una res. Contrà probo, rectiſſimè ſic nos loqui, imò ſic loquendum eſſe. Nam ſic debemus loqui, quemadmodum poſſumus rem concipere. At nos, qui præditi ſumus intellectu admodum imperfecto, non poſſumus rem illam ſimpliciſſimam plurium productivam perfectè apprehendere conceptu uno: ergo pluribus: ergo tanquam plura: ergo diſtinguimus unam ab alterâ: adeoque diſtinctè de illis loquimur; & per conſequens rectè poſſumus aliquid

affirmare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

affirmare de unâ, quod negamus rectè de alterâ. Etenim de diſtinctis thematibus neceſſariò, quâ diſtincta ſunt, diſtinctas formamus propoſitiones. At intellectus & voluntas divina, juxta conceptum noſtrum, ſunt diſtincta: Ergo diſtinctas propoſitiones de iis enuntiamus. Cùm enim tanta ſit perfectio divinæ eſſentiæ, ut ipſa ſit principium & intelligendi, & volendi: nos autem illa duo ſimul diſtinctè concipere nequeamus: neceſſe eſt ut concipiamus diſtinctè actibus diſtinctis. Sicut igitur non ſequitur, Eadem eſt res Dei miſericordia, & Dei ira; ergo ex irâ condonat Deus peccata, & ex miſericordiâ punit peccata: ſic quoque non ſequitur, Eadem res eſt Dei intellectus & Dei voluntas; ergo per intellectum ſpirat, & per voluntatem generat Deus Pater. Sed indignatur adverſarius, quòd nos, qui ſacras literas pro unicâ fidei normâ agnoſcimus, Theologiæ ſcholaſticæ ſubtilitates & ſectemur, & admiremur. Verùm iniqua eſt hæc indignatio. Licèt enim Scholaſtici ob temporum injuriam plurima falſa, addo & abſurda, vel exogitarint, vel defenderint: tamen nemo ipſis omnem vel ſubtilitatis, vel etiam ſolidæ utilitatis laudem invidebit, niſi qui accuratioris Philoſophiæ vel ob negligentiam eſt ignarus, vel ob præconceptam opinionem hoſtis. Omnia igitur juxta Apoſtoli præceptum probemus, & quæ bona ſunt, retineamus.

Sed quid hanc de eminenti diſtinctione doctrinam retineremus, cum eam ſuis argumentis adverſarius jam prorſus confixerit? Omne enim diſcrimen rationis palàm *quod eſt impoſſibile. Quòd ſi adeò obſtinatus adverſus clariſſimam veritatem eſſe velis, ut dicas, nihil prohibere, quominùs contradictoria eidem conveniant, modò id virtute ſeu potentiâ ſit plura; nihil prohibebit, omnia, quæ nuſpiam extant, unum actu eſſe, diverſa autem virtute ſeu potentiâ: & ſi quis id aſſerere velit, nulla poterit ratione refutari. Nam ſi contradictoria non evincunt, illa, de quibus dicuntur, actu ipſo eſſe diverſa; nihil id evincere poterit. Quicquid enim unum ab altero diſcernit, contradictionis vi diſcernit: & omnis oppoſitio, omnis differentia, eam in ſe tacitè includit; & niſi includeret, nihil eſſet, quod prohiberet, oppoſita eidem convenire. Rectè dixit [a] Philoſophus, & dixit quidem ex communi omnium conſenſu: ſi duo eadem dicantur, quicquid de eorum uno dicitur, dici etiam de altero. Quòd ſi ergo de uno quippiam verè dicatur, quod de altero negandum ſit; illa actu eadem ſimpliciter eſſe non poſſunt: ſed neceſſe eſt vel re, vel ratione, hoc eſt, formâ atque eſſentiâ propriâ, diſtingui. Id verò neceſſariò evenit in intellectu ac voluntate divina, ſi vera ſunt illa, quæ ſuprà ex veterum Patrum & Scholaſticorum ſententia diſſeruimus, de diverſitate inter generationem Filii, & proceſſionem Spiritûs ſancti. Etenim generatio dicitur facta per operationem intellectûs;*

a Lib. 7. Top. cap. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

proceſſio Spiritûs ſancti non item. hæc rurſus per operationem voluntatis; illa non item. intellectûs eſſe dicitur, producere quippiam prorſus ſimile rei intellectæ; voluntatis id eſſe negatur. intellectu ſolus Pater dicitur produxiſſe Filium; voluntate non ſolus Pater, ſed una cum Filio, Spiritum ſanctum. Quod ſi iſta vera ſunt, & actu ipſo ante omnem mentis noſtræ conſiderationem extiterunt; actu etiam, citra omnem mentis noſtræ operationem, intellectum ac voluntatem divinam diſtinctam fuiſſe neceſſe eſt. Quare vel deſinant negare, actu ipſo eſſe aliquod inter divina attributa diſcrimen; vel diſcrimen inter generationem Filii & Spiritûs ſancti tollant, & Filium Spiritum ſanctum eſſe dicant, Spiritum ſanctum viciſſim Filium: quo ipſo Trinitatis dogma convellent. Etenim ſic præter Patrem una tantùm perſona erit, ſublato inter Filium & Spiritum ſanctum diſcrimine.

Illud adhuc, antequam huic diſputationi finem imponamus, addere placet, quando in hunc de diſtinctione virtuali, ut loquuntur, ſermonem incidimus; vaniſſimum eſſe eorundem Scholaſticorum commentum, dum dicunt, perſonas Trinitatis ab eſſentia nec realiter, nec formaliter diſtingui, ſed eminenter tantùm, ac porrò rations, quæ ibi etiam diſtinctionem concipiat, ubi actu nulla eſt. Etenim ſi, ut illi volunt,

palàm irrationale pronuntiat: ut pote quod diſcrimen fingat ubi re ipsâ nullum eſt. Ego verò mirari ſatis nequeo, in virum doctum tam abſurdum & ridiculum errorem cadere potuiſſe: ſed præconcepta opinio, ſuaque defendendi ſtudium dubio procul hominem faſcinavit. Dicimus igitur, quòd rectiſſimè ea, & quidem eminenter, diſtingui queant, quæ ut ut actu ipſo prorſus ſint eadem, attamen vel plurium vim quodammodo habent: vel diverſæ operationes atque effectus ab ipſis manant: vel cum rebus diverſis comparata, ſingularum formis aliquo modo reſpondent: vel diverſos reſpectus habent: quódque mens humana rectiſſimè atque utiliſſimè ea diſtinctis conceptibus cognoſcat. Quod licèt plurimis argumentis ad oculum demonſtrari poſſet, nobis tamen hâc vice unicum ex Scripturâ petitum ſufficiet. Si itaque malè & voces & conceptus diſtinguuntur, niſi res per eas repræſentatæ actu ac reipſâ inter ſe ſint diſtinctæ, ſequitur, quòd vel Scriptura abſurdè de Deo diſſerat: vel Deus ex rebus plurimis maximéque inter ſe diſtinctis ſit compoſitus. Utrumque eſt abſurdum, parùmque abeſt à blaſphemiâ. Prius non negabunt adverſarii eſſe abſurdum. Poſterius æquè inſulſum eſſe, ſic patet. Abſurdum eſt, nihil eſſe tam ſimplex, ètiam in ipſa Dei eſſentia, quin ex rebus diverſis ſit compoſitum. Sic enim dabitur progreſſus in infinitum: nec Deus ulla ratione poterit eſſe ens primum ac perfectiſſimum. At poſita opinione adverſarii, neceſſariò id ſequitur. Cùm enim Scriptura plurimis vocabulis intrin-

intrinſecè ad Dei naturam pertinentibus tanquam diſtinctis, nec ſynonymis, utatur, nosque ea neceſſariò ob intellectûs noſtri imperfectionem tamquam diſtincta concipiamus, erunt utique ſignificata ipſorum juxta adverſarium reverâ inter ſe diſtincta. Aliud itaque erit Deus, aliud Deitas: aliud hæc; aliud ſpiritualitas ejus, aliud exiſtentia; aliud vita, aliud æternitas, aliud perfectio; aliam rem in ipſo exprimet nomen *Iehovah*, aliam *Elohim*, aliam *Schaddai*. Pergamus jam ad illa quæ Deo intrinſecè competunt. Aliud erit Dei ſcientia, aliud ſapientia, aliud decretum ejus. Sed quis erit abſurditatum finis? Cùm Deus ſit ens ſaltem perfectione infinitum, habebit attributa plura quàm ulla creatura: erit itaque ens omnibus entibus compoſitius. Eamus igitur per univerſam Scripturam, omniaque Dei nomina, ac attributa non ſynonyma colligamus, & tot res, imò tot eſſentias ac formas in Deo ſtatuamus quot illorum invenerimus. Nam omnia illa, quæ ratione diſtinguuntur, formis atque eſſentiis juxta Philoſophum noſtrum differunt. Poſtea nobis cum adverſariis gratulemur de Theologiâ ipſorum, quàm magnificè Dei perfectionem aſſerat ac defendat. Quæ omnia cùm inſaniæ ſint proxima, caveamus nobis quæſo à monſtroſis iſtis adverſariorum oraculis: præſertim cùm futiliſſimis argumentis nitantur. Primùm eſt: *Ea actu ipſo ſunt diſtincta, de quorum uno aliquid rectè affirmatur, quod de altero eodem tempore rectè negatur.* Egregiè ſane. Aliud itaque in Petro re verâ eſt homò, aliud Petrus. Nam de homine rectè dico, quod *volunt, eſſentia divina actu ipſo eſt communicabilis pluribus perſonis, & communicabilis fuit ante omnem operationem intellectûs noſtri; contrà autem perſona eſt incommunicabilis pluribus perſonis; actu etiam ipſo inter eſſentiam & perſonam diſcrimen eſſe oportet. Aliàs ſi actu planè ſunt idem; contradictoria eidem ſimul actu inerunt; quemadmodum ſuprà dictum eſt. Neque verò in eo ſolo, quod jam expreſſimus, contradictio implicabitur, ſed in omnibus illis, in quibus perſona ab eſſentia diſtinguitur: ut quòd illa ſuppoſitum ſit ac perſona, hæc non ſit; illa realiter diſtinguatur ab aliis perſonis, hæc non diſtinguatur; illa propriè genuerit, aut genita fuerit, vel à Patre Filioque proceſſerit, hæc non item. Sed quid multis opus? planè irrationale, ut diximus, eſt illud rationis diſcrimen, quod ibi fingitur, ubi re ipſa nullum eſt. Similes nimirum ſunt ii, qui hoc rationis diſcrimen rebus applicant, illis, qui unum hominem cùm videant, duos ſibi cernere videntur. Hi oculis, illi mente falluntur. Vera enim eſſe non poteſt mentis noſtræ ſententia, ſi aliter rem concipiat, quàm eſt. ſiquidem veritas eſt adæquatio, ut loquuntur, ſeu convenientia intellectûs noſtri, ac porro etiam ſermonis, cum re ipſa. Quòd ſi verè homines concipiunt ut diſtinctum, quod diſtinctum re ipſa non eſt: conceptus ejuſdem rei ſibi invi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

invicem contrarii, veri erunt, Dei nimirum & hominum mortalium. Deus enm & beati angeli atque homines, qui Deum, uti eſt, cernunt, nullum, ſi iſtorum de divinis attributis ſententia vera eſt, in Deo diſcrimen mente concipiunt: quia nullum in ipſo eſt: homines concipiunt. At verum vero contrarium eſſe non poteſt, non magis, imò minùs, quàm ovum ovo, lac lacti. Nec eſt, quòd ab Ariſtotele tam abſurdæ diſtinctionis patrocinium petant, qui ut ſuprà monuimus, alia dicit re, alia ratione diſtincta eſſe. Ratione enim illi diſtincta ſunt, quæ Scholaſtici formaliter diſtingui ajunt, hoc eſt, quæ, utut inter ſe unita ſint & nexu quodam indiſſolubili, vel utrimque, vel ex una patre juncta, formis tamen atque eſſentiis propriis differunt: ut docilitas, & facultas admirandi in eodem homine: generatio & corruptio. Omnis enim generatio naturalis ac proprie dicta, eſt corruptio alterius, & contrà. Differunt nihilominus hæc, imò oppoſita ſunt, & porrò oppoſitas etiam habent eſſentias, quæ eidem materiæ reſpectu diverſorum inſunt. Aliud enim corrumpitur, aliud generatur. Sic & fundamenta à relationibus, quæ illis innituntur, diſtinguuntur. Differunt autem illa toto etiam genere, ſeu prædicamento. Sic & ejuſdem rei cum diverſis comparationes ac relationes, formas atque eſſentias habent diver-

quod conſtituat Petrum; de Petro verò id rectè nego. Idem calor erit idem, & non idem. Nam rectè de eo affirmo, quòd ſit major, ſcilicet calore ſe minore: & quòd non ſit major, ſcilicet calore æquali. Igitur prorſus ineptum eſt hoc principium. Nam pro diverſo reſpectu de eodem idem poteſt & affirmari & negari. Itaque cùm ratio noſtra unam rem tanquam duas concipiat, quid mirum ſi diſtinctas de eâ propoſitiones formet? *Neque ideò contradictoria eidem ſimul inerunt:* quia leges oppoſitionis non ſervantur. Nam vel modus, vel reſpectus variatur. Vanæ igitur ſunt exaggerationes adverſarii. Philoſophus enim *lib. 7. Top. cap. 1.* ſic intelligendus eſt: Si duo, omni modo, re ſcilicet & ratione, eadem dicantur, quicquid de eorum uno dicitur, dici etiam de altero. Si enim juxta mentem adverſarii explicetur, nec ſecum, nec cum experientiâ conſentiet. Quamvis autem intellectus & voluntas divina revera inter ſe non diſtinguuntur, rectè tamen dicitur, quòd generatio facta ſit per operationem intellectûs, proceſſio verò Spiritûs ſancti per operationem voluntatis: quia natura divina utramque vim in ſe habet, ſcilicet & cognoſcendi, & appetendi. Nos autem illam, quâtenus vim habet cognoſcendi, vocamus intellectum; quâtenus vim appetendi, voluntatem; ac proinde meritò de operationibus diſtinctis diſtinctè loquimur.

Alterum adverſarii argumentum ita ſe habet: *Non poteſt eſſe vera mentis noſtræ ſententia, ſi aliter rem concipiat quàm eſt. Siquidem veritas eſt adæquatio ſeu convenientia intellectûs*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

intellectûs noſtri, ac porro etiam ſermonis, cum re ipsâ. Quòd ſi verò homines concipiunt ut diſtinctum, quod diſtinctum re ipsâ non eſt; conceptus ejuſdem rei ſibi invicem contrarii veri erunt: Dei ſcilicet & hominum: item Angelorum & hominum. Ego verò miror adverſarium, qui non ſolùm in prima Philoſophiæ principia, verùm etiam in ipſam Scripturam graviter impingat. Quis enim ignorat, adæquationem illam quâ intellectus noſter res pleraſque cognoſcit, non eſſe omnimodam? Secùs nulla eſſet imperfecta cognitio, nullus quoque cognitionum ratione perfectionis gradus: ſed omnis imperfecta cognitio eſſet falſa. quæ omnia ſunt abſurdiſſima. Sciat igitur, aliam cognitionem eſſe adæquatam, quam comprehenſivam vocant, quæ omne cognoſcibile eo modo, quo eſt, cognoſcit: aliam inadæquatam ſeu apprehenſivam, quæ aliquid quidem cognoſcit, ſed non prorſus ad modum cognoſcibilis, verùm etiam ad modum cognoſcentis. Duplex autem hæc cognitio oritur, partim ex cognoſcibilium perfectione, partim ex cognoſcentium imperfectione. Nam ad utrumque cognitio relationem habet, adeóque & proportionem. Neque tamen ideò apprehenſiva cognitio falſa eſt: quia non qualiscunque diſſimilitudo, ac incongruentia, ſed diſſimilitudo ac incongruentia propoſitionum, cognitionis falſitatem producit. Quamvis igitur mens noſtra apprehendat Dei intellectum, non apprehensâ ejus voluntate, attamen nec facit nec enuntiat hanc propoſitionem, *Intellectus Dei re ipsâ non eſt voluntas*: ſed potiùs hanc, *Quamvis ego, ob imperfectionem meam apprehendam intellectum Dei non apprehensâ voluntate, & utrumque ſimul diſtinctè apprehendere nequeam, tamen re ipsâ non ſunt diſtincta.* Et hoc volunt Philoſo-

diverſas, vel genere, vel ſpecie, vel numero: uti & termini ac correlata differunt. Has ergo diſtinctiones in rebus non fingit ratio, ſed in iis re ipſa invenit: & ipſi Scholaſtici ea, quæ, nobis etiam non cogitantibus, formis diſtincta ſunt, actu ipſo diſtincta dicunt, utut ſimul exiſtant. Quod ſi tale inter perſonas divinas & eſſentiam diſcrimen agnoſcere velint, vulgare Trinitatis dogma, nec ſecum, nec cum aliis ſuis dogmatis conciliare patroni ejus poterunt. non ſecum: quia hoc pacto quælibet perſona propriam ſuam habebit formam atque eſſentiam; & ſic perſonæ illæ unius ſimul eſſentiæ erunt, & non erunt. non cum aliis: quia ſumma Dei ſimplicitas cadet. Quòd ſi non agnoſcant diſtinctionem illam, iterum Trinitas concidet, ſublato omni vero inter eſſentiam & perſonas, & porrò etiam perſonarum inter ſe, diſcrimine. Quare quocunque ſe vertant adverſarii, Trinitatem illam ſuam, perſonarumve in unica Dei eſſentia pluralitatem, defendere non poſſunt: ac porrò nihil reſtat aliud, quàm ut unà nobiſcum fateantur, unam Dei perſonam non minùs, quàm ſubſtantiam eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Philoſophi, cùm dicunt: Intellectus noſter abſtrahit, adeóque diſtinguit ea, quæ in re ipsâ non ſunt diſtincta, abſtractione præciſivâ, id eſt, ſimplicis apprehenſionis, non negativâ, id eſt, propoſitionis. Quæ omnia clariſſimè confirmat Apoſtolus, cùm 1. Cor. 13. 12. docet, quòd *hic per ſpeculum cognoſcamus, in ænigmate, ex parte*. At omnes hæ cognitiones alio modo res cognoſcunt quàm ſint in ſe ipſis, licèt nihil falſi de iis pronuntient. Fruſtra quoque, ſi adverſarii figmentum obtineat, dicit Iohannes 1. Ep. 2. 3. *Qui videbimus ipſum ſicuti eſt*. Nam etiam jam aut ipſum cognoſcimus ſicuti eſt, aut falsò, ut ipſe philoſophatur, eum cognoſcimus. De cognitione Angelorum, num ſcilicet Deum ſine diſtinctione rationis cognoſcant, non eſt quòd hîc diſputemus. Quicquid ſit, noſtri de Deo conceptus nec ipſorum de Deo, nec Dei de ſe ipſo conceptibus ſunt contrarii; etſi ea, quæ re ipsâ unum ſunt, diſtinguant. Nam nec contrarias propoſitiones formant: nec eodem modo, quod in verâ contrarietate requiritur, ſibi opponuntur. Secùs viſio diſtincta & obſcura, viſio ſolis ſimul tota & per partes, eſſent contrariæ: quæ omnia planè ſunt ridicula. Porro quàm ab omni ratione alienum ſit, quòd exiſtimet, generationem unius & corruptionem alteriùs eſſe eſſentias diverſas, Phyſici viderint. Satis profectò ejusmodi paradoxis adverſarius ſe, ſuaque ſtudia prodit: nimirum, quòd legerit quidem Philoſophos, verùm inde non ſincerum veritatis ſuccum hauſerit, ſed ſophiſticum venenum aranei inſtar ſuxerit, quò inauditos ſuos errores aliquâ veriſimilitudinis ſpecie palliaret. Ex his jam cuilibet veritatis ſtudioſo conſtare poteſt, quòd nec compoſitio in Deum inferenda, nec myſterium Trinitatis negandum ſit: quódque nec ſimplicitas perſonarum multitudini, nec perſonarum multitudo ſimplicitati repugnet. Quamvis enim perſonæ ab eſſentiâ nec realiter, nec formaliter diſtinguantur, ſed eminenter tantùm: attamen eſſentia eſt communicabilis, perſona autem incommunicabilis. Nec hinc oritur contradictio: quia oppoſitio non fit eodem modo ac reſpectu. Nam eſſentia abſolutè ac in ſe conſiderata eſt communicabilis: At reſpectivè conſiderata, quâtenus ſcilicet in perſonâ eſt, vel ipſa perſonâ eſt, non eſt communicabilis. Alio itaque modo eſt communicabilis, alio verò incommunicabilis. Quod etſi intellectu paulo difficilius videatur, attamen ex teſtatiſſimo illo principio; *Quod una res ſit tres res*; haud difficulter cognoſcitur.

Reſtat ut oſtendamus quòd abſurdum adverſarii argumentum myſterii noſtri poſſibilitatem efficaciter probet. Quamvis enim veritas falſitate non indigeat: tamen non præter rem erit monſtrare, quomodo adverſarius nos oppugnando ſe ipſum evertat, nos verò defendat. Aſſuma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Aſſumamus igitur ipſius principium: *Omne diſcrimen rationis eſſe irrationale*, ac ſtatuamus, omnia illa reverâ in Deo eſſe diſtincta, quæ bene à nobis tanquam diſtincta concipiuntur. Dico itaque: In Deo intellectus noſter diſtincta rectè concipit: nam ipſamet Scriptura in Deo diſtinguit Deitatem à ſpiritualitate: item attributa Dei ab ejus eſſentiâ. Verum quia hæc ſunt diſtincta ac unita inter ſe, oportet ut etiam ſint relationes reales tùm inter ipſa & eſſentiam, tùm inter ipſamet. Cùm enim omne ens rationis juxta adverſarium ſit ens irrationale, etiam relatio rationis, erit ens irrationale: ergo erunt reales relationes inter Dei eſſentiam atque ejus attributa. Iam nullum eſt dubium, quin juxta eandem ſententiam attributa Dei fluant & emanent ex eſſentiâ Dei. Ergo neceſſariò ea, quæ ad eſſentiam Dei pertinent, diſtinguentur inter ſe ut producens & productum: eſſentia ſcilicet ut producens: attributa verò ut productum. Porrò non poteſt negari, quin juxta mentis noſtræ conceptum voluntas fluat ex eſſentiâ, & intellectu volentis: ergo etiam voluntas divina fluet ex eſſentia & intellectu Dei: ergo eſſentia & intellectus Dei erit producens, voluntas autem productum. Habebimus igitur neceſſariò in Deo ſaltem tres res: unam omnimodè improductam: ſecundam productam & producentem: tertiam tantùm productam: ſcilicet intrinſecè. Nam de intrinſecâ productione tantùm hîc agimus. Quid ergo tumultuatur adverſarius? cùm noſtrum Myſterium nihil ſit aliud, quàm quòd in Deo ſit una res improducta, quæ vocatur Pater: alia producta & producens, quæ vocatur Filius; alia denique tantùm producta & non intrinſecè producens, quæ vocatur Spiritus ſanctus. Vos, inquis, longè aliud vultis: vultis enim, hæc tria eſſe tres diſtinctas perſonas, & unam eſſentiam. Omnino aliud volumus, & quidem hoc volumus: at longè potiori jure quàm tu tuum velis. Tu in Deo vis accidentia vel vera vel analoga habere: nos nolumus, nihil enim præter ſubſtantiam in Deo ponimus. tu vis omnino habere compoſitionem in Deo: nos nolumus, ſed eandem Dei eſſentiam ſimpliciſſimam, eſſe tria diſtinctiſſima credimus. tu plures in Deo vis eſſe res abſolutas, eaſque vel quaſi partes, vel adjuncta diſtinctas: nos non niſi unam rem abſolutam admittimus, ac tres relationes ſubſtantiales tanquam intimas perfectiones, non tanquam partes, non tanquam adjuncta, non tanquam addita ac componentia, ſed tanquàm perfectiſſimè modificantes ac terminantes adoramus. Quis igitur vel ingenio tàm hebes, vel judicio tàm pertinax eſſe velit, qui non videat, nos in Deo & unitatem, & diſtinctionem divinæ perfectionis longè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

congruentiorem credere quàm adverſarii juxta ſuam ſententiam ſibi vel imaginari queant? Major profectò eſt unitas eſſentiæ, quàm compoſiti ex ſubjecto & accidentibus: major eſſentialis unitas trium, quàm conferruminata unitas innumerorum; perfectior ſanè eſt diſtinctio trium relationum, quàm decem rerum abſolutarum. Si divinæ perfectioni repugnat, quòd tres ſint in Deo perſonæ, quarum quælibet eſt divina eſſentia, quæque tam perfectè inter ſe ſunt ordinatæ ut nulla ſine aliâ vel eſſe vel perfectè cognoſci queat, imò quarum quævis tùm ad eſſentiæ tùm ad alterius perſonæ intrinſecam perfectionem faciat; quî quæſo eidem non repugnaret, quòd plurima ſint in Deo attributa, quorum nullum ſit ipſa eſſentia divina, imò nec eſſe queat? quæque ita à ſe invicem ſint diſtincta ut diverſas formas ac eſſentias habeant: atque unum poſt aliud, imò unum aliquando ſine alio eſſe queat? quid? quorum unum cum alio ſimul eſſe non poſſit: quemadmodum adverſarii de irâ & miſericordiâ Dei differunt. Cùm itaque ſacroſancti hujus Myſterii tanta ſit perfectio, ut quocunque vertamus oculos, veritatis ac certitudinis ſuæ radios ſpargat: quid reſtat aliud: quàm, ut verâ fide agnoſcamus, quòd *tres ſint qui teſtificantur in cœlo, Pater, Sermo, & Spiritus ſanctus, & quòd hi tres unum ſunt?* 1. Joh. 5. 7.

CRELLII

CONCLUSIO OPERIS

In qua uſus hujus de Uno Deo Patre diſputationis explicatur.

Poſtquam ergo demonſtravimus, Deum illum ſummum, non minùs perſonâ, quàm eſſentiâ, unum eſſe, nullumque eſſe alium, quàm Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti; reliquum eſt, ut uſum hujus rei oſtendamus. Is autem tanto major eſt, quanto adverſum dogma magis eſt noxium; tantóque latiùs ſe diffundit, quanto latiùs contrariæ ſententiæ patent incommoda. Nam primùm

BISTERFELDII

CONCLUSIO OPERIS.

In quâ uſus hujus *de uno Deo Patre, Filio, ac Spiritu ſancto* diſputationis *breviter indicatur.*

POſtquam oſtendimus, & Scripturæ, & naturæ lumini maximè conſentaneum eſſe, quod licèt ſit unus Deus, re verâ tamen ſint tres perſonæ, quibus æterna & ſuprema Deitas competat: non ſolùm utile ſed etiam neceſſarium eſt, ut ſalutaris hujus doctrinæ uſum indicemus. Quamvis enim à nemine ſanæ mentis dubitari queat, quin vera veri Dei cognitio ſummum in Theologiâ uſum habeat: attamen quia non pauci reperiuntur, qui neſcio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

neſcio quâ ſimplicitate ſeducti, exiſtimant, ſubtilies ac ſpinoſas potiùs eſſe has de naturâ Dei diſceptiones, quàm in ſtudio ac ſtadio pietatis fructuoſas: omnino res ipſa poſtulat, ut oſtendatur, ſine ſincerâ ac conſtanti hujus myſterii agnitione univerſam ſalutis ſtructuram ſubſiſtere nullâ ratione poſſe. Quòd eò clariùs apparebit, ſi perinciem adverſarii dogmatis paucis ob oculos ponamus. Ac primùm quidem ideo quilibet Chriſtianus ab adverſariorum dogmatibus abhorrere debebat, quia *univerſæ religionis vim funditus evertunt, eamque in puram putam Philoſophiam moralem*, infelici admodum metamorphoſi, *convertunt*. Omnium quippe ſanorum judicio conſtat, quòd ea demum ſit verè divina religio, quæ ita omnia à Deo deducit, juxta Deum inſtituit, ac ad Deum reducit, ut ſolus Deus prima divini cultûs ac felicitatis origo, unicum exemplar, ſupremusque ſcopus conſtituatur: omniaque bona ipſius bonitati ac virtuti in ſolidum adſcribantur. At quantum ab hâc regulâ abſint adverſarii, ipſorum placita nimis, proh! dolor, teſtantur. Dum enim Chriſtum ac Spiritum ſanctum ſupremâ adeoque verâ Deitate ſpoliant, nulla reſtat interna ac phyſica, ut loquuntur, virtus, quàm illi in hominum animis ac conſcientiis exſerere queant, ſed omnia meris externis ac moralibus perſuaſionibus abſolvuntur. Licèt enim Chriſtum, ac Spiritum ſanctum proximas vocationis, juſtificationis ac ſanctificationis cauſas verbis profiteantur, attamen omnia illa encomia huc redeunt, quòd Chriſtus nobis inſigni exemplo

primùm quàm neceſſarium ſit, intelligere ac credere, unum tantùm eſſe Deum ſupremum, & ſacræ literæ docent, quæ id tam crebrò inculcant, & omnes facilè intelligunt. Iam verò, niſi ſtatuas, unam tantùm eſſe ſupremæ Deitatis perſonam, nec ſatis intelligere, nec conſtanter credere ac tueri unitatem ſupremi Numinis potes. Quandoquidem à nobis ſatis eſt oſtenſum, plures perſonas ſupremam Divinitatem habentes, plures eſſe Deos ſummos. Etiamſi verò error hic aliquatenus infringatur ac minuatur alio errore, dum iſtarum perſonarum una numero eſſentia ſtatuitur: tamen nec penitus tollitur; & id ipſum, quod de unitate eſſentiæ divinæ dicitur, ſatis intelligere, ac conſtanter credere nan patitur. Vtut enim maximè connitaris, unam eandemque trium re ipſa diſtinctarum perſonarum eſſentiam animo concipere non potes; præſertim ſi ea de illis cogitare velis, quæ vel ſacræ literæ, vel ipſi adverſarii de Patre, Filio, & Spiritu ſancto aſſerunt, ad eorum diſcrimem ſpectantia. Quiſquis enim vel ipſa illa nomina audit, & Filium à Patre verè generatum eſſe, Spiritum ſanctum ab utroque proceſſiſſe cogitat, protinus tres eſſentias numero diverſas, utut cæteroqui ſimillimas, aut certa quadam ratione inter ſe copulatas, cogitare neceſſe habet. Similiter, qui cogitat, Patrem miſiſſe Filium, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

utrumque rurſus Spiritum ſanctum; Filium de cælo deſcendiſſe, &, ut illi volunt, carnem aſſumſiſſe, illorum neutro deſcendente, aut carnem aſſumente; Spiritum ſanctum rurſus in corporea forma deſcendiſſe, Patre & Filio non deſcendente; quî non ſimul diſtinctas eſſentias animo concipere cogitur? Qoòd ſi ſingulis ſupremam Deitatem tribuet; tres numero Deos, utut inter ſe ſimillimos, ac certa ratione unitos, cogitabit. Cùm ergo hactenus multitudo Deorum iſtâ ſententiâ inducatur; neceſſe eſt, illam eatenus quoque in abſurda incidere, quæ multitudinem Deorum conſequuntur. Qui plures Deos ſummos ſtatuit, is gloriam atque honorem uni debitum in plures dividit, & quantum cæteris tribuit, tantum illi uni adimit. Cùm enim illi inter ſe ſtatuantur æquales, nec alius alii ſubordinatus agnoſcatur, (quamquam & falſa ſubordinationis opinio pro nulla habetur) quod uni tribuitur, ad alterum non pervenit. Quare qui plures perſonas ſupremam Divinitatem habentes agnoſcit ac colit, quod uni debebatur, ad plures transfert, & quod cæteris tribuit, illi uni detrahit. Atque ut propiùs rem ſpectes; ſi ſolus Pater, uti demonſtravimus, ſupremus eſt Deus; quis ea abſurda ex contraria de Trinitate ſententia conſequi non cernit? Primùm enim Patris honor minuitur, dum id; quod longè omnium

emplo præiverit, ſicque ſalutis viam, antea prorſus inauditam, confirmaverit: Spiritus ſanctus autem tanquam interna quædam diſpoſitio nos aliquantum juvet, verùm ita ut ei reſiſtere, imò ipſum pro lubitu penitus extinguere queamus. Neque aliud ſalvis ipſorum principiis dicere poſſunt. Etenim nulla ratio nulluſque modus fingi poteſt, quo Chriſtus ac Spiritus ſanctus internas hominibus vires vel ſuppeditare, vel conſervare poſſint, niſi utrumque omniſcium ac omnipotentem, adeóque ſupremum Deum agnoſcamus. Sed forſan Patri internarum virium ſuppeditationem adſcribunt? Nullatenus. Cùm enim fateantur & urgeant, Patrem per Chriſtum & Spiritum ſanctum tanquam proximas cauſas omnia operari in fidelibus; ſi de horum vi ac virtute ita differunt, ut omnia bona opera ab humano arbitrio ac viribus ſuſpendant, aliud de Patre profiteri nequeunt. Verùm non ſolùm prima imò unica pietatis ac felicitatis noſtræ ſemina, ſed & ipſum fructum corrumpunt. Etenim cùm tam frigidè de Chriſto, unico Dei Patris ac hominum mediatore differant, ut ejus vel exiguus ſit ad ſalutis negotium uſus, vel ſaltem nulla neceſſitas; ac facilè animadvertatur, quòd nimis Chriſti honor ac gloria vileſcat, ſi ſine illo eundem ſcopum homines quondam obtinere potuerunt: abſurdiſſimè negant, ſanctis in V. federe Patriarchis vitæ æternæ ſpem propoſitam, vel promiſſam fuiſſe; ſicque divinæ religionis ſcopum planè brutum conſtituunt. unde non ſolùm profana illa de animarum rationalium mortalitate com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

commenta, verùm indigniſſima in ſacroſanctam Dei legem ac cultum V. T. convitia pullulant. Cúmque & à primo ſalutis fonte, & à vero ſcopo aberrent, nemini dubium eſſe poteſt, quin modum quoque & viam penitus ignorent. Longè itaque aliter ſentiunt quàm ipſemet Servator de ſe pronuntiavit Ioh. 14. 6. *Ego ſum illa via, illa veritas, & illa vita.* Nam illi duplicem omnino viam invenerunt; Unam, quâ veteribus, ſalutem nec ſperantibus, nec jure ullo, utique minimè promiſſam, exſpectantibus, ſed terrenæ tantùm felicitati immerſis, ſalus inopinatò, citra ullum Chriſti reſpectum datur: Alteram, quà Chriſtus tandem ſuâ prædicatione, paſſione, bonoque exemplo Dei Filius, Eccleſiæ caput, adeóque ſalutis auctor evaſit. Quæ omnia quàm divinâ Patris ſapientiâ, bonitate, ac potentiâ indigna; quàm in Abrahamum omnium fidelium Patrem, ac proinde in ipſius filios iniqua; quàm denique in ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti injurioſa ſint, ſuo tempore latiùs oſtendetur. Id tantùm hâc vice obſervemus, adverſarios Chriſti dignitatem ac Deitatem, quam in imperio in Eccleſiam collocant, conſtanter, ac bonâ fide tueri non poſſe. Quo enim jure imperabit fidelibus in veteri fœdere Chriſtus, ad quorum ſalutem ne hilum quidem contulit? Verùm ſingula hæc perſequi nimis longum foret. Videamus jam, quomodo ipſam *Scripturam ſacram* contemtui, ac riſui exponant: hinc enim facilè intelligetur, quòd omnes fidei articulos convellant. Ac *primò* quidem univerſam Sacram Scripturam proſti-*nium auguſtiſſimum habet, & quo cætera omnia ſuperat, cum aliis ex æquo communicatur, ſuprema nimirum Deitas, & porrò, quæcunque hujus ſolius ſunt propria, ſive ipſius ſint opera, ſive noſtra, ad gloriam & honorem ipſius ſpectantia. Etenim ſtatim neceſſe eſt, & creationem cœli & terræ, &, ut alia innumera opera prætercam, reſuſcitationem & exaltationem Chriſti, quam ſoli Patri imputandam eſſe clariſſimis Scripturæ teſtimoniis docuimus* [a], *toti Trinitati communem exiſtimare; ut quidem exiſtimant adverſarii. Sic nec amor hominem, qui ad Patrem ſolum ultimò pertingere, & in eo uno conquieſcere debebat, ad eum ſolum ultimò pervenit, ſed in plures perſonas, quæ ipſi prorſus æquales ſtatuuntur, ſpargitur: ſimiliter & honor, & fiducia, & invocatio, & omnia laudum genera, in plures ultimò dividantur, quæ tota tandem ad unam perſonam pervenire debebant.*

[a] Lib. 1. ſect. 2. cap. 18. 29.

Et hæc quidem abſurda naſcuntur æquè ex ſententia de ſuprema Filii Deitate, atque ex dogmate de ſuprema Deitate Spiritûs ſancti. Iſtud autem ſententiæ de Spiritu ſancto magis eſt proprium, quòd ei divinum imperium ac gubernatio, quæ illi prorſus non convenit, tribuitur; ac porrò Deus eſſe ſtatuitur, per ſe adorandus, invocandus, &, ut dator omnium planè bonorum, celebrandus: cùm nec quic-

 quam

[a] lib. 1. ſect. 3. cap. 1. & 3.

quam horum, ut [a] vidimus, ei in ſacris literis tribuatur, nec tribui, cùm perſona non ſit, poſſit. Itaque licèt aliàs Spiritus ſanctus Deo ſupremo ſit ſubordinatus, tanquam media actionum diviniſſimarum cauſſa: non eſt tamen ei ita ſubordinatus, ut perſona eſſe ſolet, cui ab altero imperium rerumque adminiſtratio, &, quæ illam conſequi ſolent ac debent, honoris ac cultus partes, ſint conceſſæ: quo pacto Chriſtum Deo ſubordinatum eſſe cernimus, qui & Deus expreſsè nominatur, & in ſolio Dei collocatus, rebus omnibus imperare ſcribitur. Vnde etiam, ut ab omnibus adoretur, utque omnes in eo fiduciam collocent, atque adeò ejus opem implorare audeant, præcipitur, nec ulla honoris divini pars eſt, quæ ei non legatur tributa, quanquam ita, ut ad Patrem ultimò tendat. Nihil horum de Spiritu ſancto legitur. Quare non in eo tantùm adverſarii peccant, quòd Spiritum ſanctum ſupremum Deum faciunt; ſed & in eo ſimpliciter, quòd Deum ſtatuunt, ſeu divino imperio præditum, humanáſque res gubernantem; eumque porrò non minùs, quàm Chriſtum, invocandum, adorandum, & cætera ei tribuenda dicunt, quæ divino cœleſtique regi ac domino propriè debentur: immemores apertiſſimorum Apoſtoli verborum aſſerentis, [b] Nobis unum eſſe Deum, Patrem, ex quo omnia,

[b] 1. Cor. 8. 6.

proſtituunt, dum Chriſtum, ac Spiritum ſanctum ſupremum Deum eſſe negant Communis enim ſenſus docet, illum ſcriptorem nullius planè momenti eſſe, qui certis perſonis, vel rebus, frequentiſſimè divina nomina, attributa, opera, cultumque attribuit, nec tamen ea verum Deum eſſe permittit: cùm nec clariùs, nec efficaciùs, rei natura, quàm ex effectis ac adjunctis propriis cognoſci queat. At quin Scriptura, ſaltem de Chriſto, planè divina pronuntiet, non poſſunt ire inficias. Quamvis autem hîc varia σοφὰ φάρμακα adhibere ſoleant, nimis tamen ſuam audaciam produnt, cùm ad dicta V. T. pro Chriſti Deitate à noſtris citata reſpondere coguntur. Nam ſi reſponſionum Socini contra Wiekum analyſin inſtituamus, manifeſtè deprehendemus, præcipuum, imò unicum in V. T. locis effugium ipſius eſſe, quòd Novi federis ſcriptores ad non genuinum V. T. ſenſum reſpexerint, ſed per neſcio quam accommodationem applicuerint. Quo quidem vitio in univerſo diſſerendi modo nihil poteſt eſſe ſtultius, nihil impudentius. Quis enim neſcit, thema eſſe omnis diſſertationis baſin, normam, ac ſcopum, & quidem ita, ut qui themata inter ſe confundat, ab ipsâ, quod ajunt, januâ toto cœlo aberret? Sed ſi ſubtilitates adverſariorum locum invenire debent, ſic plerumque Chriſtus, ſic Apoſtoli contra Iudæos, hoſtes pertinaciſſimos, diſputant. Nimirum cùm auctor ad Hebræos prima Chriſtianæ fidei fundamenta Iudæis demonſtrare conatur, aliena quædam loca arripit, ac Chriſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

pro verò Iehovâ ſubſtituit: quæque illi ſoli verè competunt, ſine ullo colore, ſine ullâ fronte Chriſto affingit. Sed ne quis forte autumet, hæc ſcrupuloſiùs quàm ſolidiùs ipſis objici, aliud adferamus in medium, ex quo vel rudiſſimus quiſque manibus palpare queat, quòd ſacras literas ludibrio exponant. Nihil nunc dicemus de eo, quòd, dum argumenta noſtra, quæ ex locorum collatione deducimus, repudiant, Chriſti ac Apoſtolorum quoque argumentationes, adeóque novi Teſtamenti certitudinem, proſcribant: hoc enim ſupra attigimus. verùm id nunc urgemus, quòd *Sacram Scripturam inter ſe committunt*, dum vetus & novum Teſtamentum inter ſe opponunt. Neminem, niſi planè in Scripturis hoſpitem, latet, quòd lex ac doctrina Moſis tanquam perfectiſſima, omnibuſque numeris abſoluta, prædicetur: quæ & præcepta, & promiſſa planè divina fidelibus proponat. At ipſi id apertè negant. Imò unus ex præcipuis ipſorum cardinibus eſt, quòd lex Moſis fuerit imperfecta, mutila; quòd eam Chriſtus augere, ac corrigere debuerit: quòd nullam ad ſalutem æternam viam demonſtret. Quæ ſi ita ſe habent, fruſtrà clamat Chriſtus, fruſtra ingeminant Apoſtoli, quòd nihil præter Moſis, ac Prophetarum doctrinam promulgârint. Sed mirum non eſt, quòd in tantum Labyrinthum incidant illi, qui verum ejus ſcopum ac centrum ignorant; quique oculos ac aures præfractè occludunt, cùm Apoſtolus *Rom.* 10.4. altâ voce pronuntiat: *Nam finis legis eſt Chriſtus ad juſtitiam cuivis credenti.* Teſtatiſſimum quoque nia, & nos in illum: & unum Dominum, Ieſum Chriſtum, per quem omnia, & nos per illum.

Quanquam autem hæc abſurditas, quam poſteriori loco explicuimus, magis in vulgari de Spiritu ſancto, quàm de Filio Dei, ſententia cernitur; cernitur tamen etiam in iſta: & , niſi alius error, nempe incarnationis Filii Dei, alterum illum quodammodo correxiſſet, fieret adhuc gravior. Nam dum antè, ac præter Ieſum Chriſtum ex virgine natum, eum, inquam, hominem, quem illi humanam tantùm naturam appellant, Filius Dei unigenitus fingitur, qui ab omni æternitate extiterit, qui divino in omnia imperio unà cum Patre ſemper fuerit præditus; Deitas ei tribuitur rei, quæ non modò Deo ſupremo non fuit ſubordinata, aut imperio tam ſublimi ab eo donata, ſed ne extitit quidem unquam. Atque hac poſteriori in parte gravior per ſe eſt hic error, quàm is, qui circa Spiritus ſancti Deitatem committitur. Spiritus enim ſanctus non modò extitit, & adhuc exiſtit, ſed etiam res eſt, ut diximus, diviniſſima, & Deo ſummo in præſtantiſſimis operibus verè unita ac ſubordinata.

Audimus nonnullos interdum dicentes, vel propterea ipſorum de Chriſto ſententiam eſſe præferendam noſtræ, quòd illa cum majori ipſius gloria ſit conjuncta. Ipſam autem

autem erga Chriſtum Servatorem noſtrum charitatem, poſtulare, ut ei potiùs aliquid honoris addamus, quàm detrahamus. Qui quidem homines primùm ita agunt, ac ſi ex noſtro res penderet arbitrio, & non ex ſacrarum literarum, hoc eſt, ipſius Dei ſententia, manifeſtiſque rei argumentis, penitùs æſtimanda eſſet. Cùm ergo certas ipſæ ſacræ literæ nobis hac in parte poſuerint metas, quas tranſgredi fas non eſt; ut nihil nobis de honore Chriſti demere licèt, ita nec quicquam addere. Neque verò amor erga Chriſtum verus, quantuſcunque ſit, poſtulat, ut quicquam ei præter veritatem tribuas, & falſis eum titulis ac laudibus ornes. Nam nec falſo delectatur honore, cui veri honoris abunde eſt: nec quicquam laudi ſibi ducit, quod Patris gloriam, unde omnis in ipſum honor, omnis Divinitas eſt profecta, minuit. Minuit autem, ut vidimus, illa adverſariorum de ſuprema Chriſti Divinitate opinio. Itaque etiamſi tandem liceret ex noſtro affectu aliquid ad honorem Chriſti adjicere; non liceret tamen id, quod cum injuria Patris conjunctum eſt. Nefas eſt, quicquam de honore Chriſti demere. ſed nec fas, quicquam de honore Patris decerpere. Nefas eſt, quicquam de amore erga Filium detrahere. ſed nec fas, quicquam de amore Patris. cùm & prius illud propterea non liceat, quia dum honor

quoque eſt, quòd Moſis, omniumque prophetarum fundamentum ſit illud Deut. 6. 4. *Audi Iſrael, Iehovah Deus noſter Iehovah unus eſt.* Et (ideo) *diliges Iehovam Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex omnibus viribus tuis.* Quid ad hæc Socinus? Audiamus quid Wieko ipſi duos Deos objicienti reſpondeat cap 1. Deficeret me tempus, ſi o-" mnia alia, quæ non in Novo Teſta-" mento ſolùm, ſed etiam in Vetere Te-" ſtimonia extant de Chriſto, quâtenus" ab illo uno Deo diſtinguitur, divino" cultu afficiendo, in medium producere" vellem; ut is, qui negat, in religione Chri-" ſtianâ oportere, aut licere duos, quorum" unus alteri ſit ſubordinatus ab eoque to-" tus pendeat, divino cultu afficere, is ſo-" lem meridie lucere neget, ipſiuſque" Chriſtianæ religionis præcipuum Myſte-" rium ſe ignorare oſtendat: ac proinde ſi" ſummo jure cum ipſo ſit agendum, Chri-" ſtiani nomine omnino ſit privandus: tan-" tum abeſt, ut is, qui iſta profitetur, pro-" pter id, ut Wieko placet, non Chriſti-" anus ſed Ethnicus ſit appellandus. Eat" jam cum ſuo magiſtro Crellius, nobiſque Deorum multitudinem, objiciat. Eat, & hoc ſuo dogmate Iudæos, quorum pertinaciam orthodoxæ doctrinæ imputat, convertat, ipſiſque perſuadeat, ut primum Decalogi præceptum expungant. Verùm cùm tam pernicioſa ſit adverſariorum doctrina, ut non tantùm ea, quæ lumen gratiæ nobis de Deo revelat, irrideat, ſed etiam ea, *quæ ipſa Philoſophia inculcat* condemnet, fruſtrà ſum qui omnia ipſius incommoda enarrare ſatagam. Quilibet ſuam conſcientiam exploret

exploret ac judicet, num divinam majeſtatem ſartam tectam velint illi, qui Deum compoſitum, mutabilem, certo loco definitum, omniumque futurorum contingentium ignarum, ac ab hominum arbitrio ſuſpenſum, eſſe tam firmiter ſibi perſuadent, ut omnes eos ſtulticiæ inſimulent, qui hæc oracula exoſculari, ſalvâ conſcientiâ, nequeunt. Quare ne alibi fuſius demonſtranda nimiâ brevitate enervemus, paucis tantùm adhuc oſtendemus, quomodo omnes ii, qui Sacroſanctum Trinitatis Myſterium non agnoſcunt, *Gratiam Domini Ieſu Chriſti, & charitatem Dei, & communicationem Spiritus ſancti cum omnibus Sanctis*, 2. Cor. 13. 13. prorſus inficientur. Iam ſatis ſuperque ex his adverſarii libris intelleximus, quòd *Chriſtus* nihil niſi purus putus homo ab initio nativitatis ſuæ ex Mariâ fuerit, quòd negotium ſalutis ipſi Deus tanquàm officium ita impoſuerit, ut in ipſius arbitrio minimè fuerit, illud vel non ſuſcipere, vel aliter ac juxta formulam præſcriptam gerere, ſed ſi vel minimum in eo mutâſſet, ſe graviſſimo crimine obſtrinxiſſet, adeóque non pro præmio Deitatem, ſed graviſſimum ſupplicium reportâſſet: quódque ob hanc ſuam obedientiam ſubordinatâ Deitate ita coronatus ſit, ut nullum hominem vel elegerit, vel à Patre etiam electos ipſe pro ſuo arbitrio aut vocet, aut juſtificet, aut ſanctificet, aut glorificet; ſed quicquid hâc in parte agat, id non tanquam ſupremus Dominus, ſed tantùm quâ Dei famulus ac præfectus exequatur. Quæ igitur eſt ipſius erga nos gratia? Is ne alicujus præfecti

honor Chriſto debitus negatur, Patri ſimul honor debitus denegatur; & dum minùs amatur Filius, quàm par eſt, minùs amatur Pater. Qui *enim* non honorat Filium, *inquit ipſe Chriſtus* [a], non honorat Patrem, qui miſit eum. *&* [b], qui odit me, odit & Patrem meum. *ſiquidem, ut Iohannes ait* [c], qui diligit eum, qui genuit, diligit etiam eum, qui ex ipſo genitus eſt. *Habenda ergo eſt ratio ſumma honoris Filii; ſed non minor Patris, propter quem ille honoratur amaturque. Neque verò nos ii ſumus, qui ullam Filio honoris partem detrahamus, aut detractam cupiamus, pro cujus gloria, ipſius auxilio freti, ne atrociſſimam quidem mortem recuſamus. Honorem illi falsò, & cum imminutione gloriæ divinæ affictum, ab ipſomet edocti, refellimus. Quod ipſemet recuſat, facere nolumus. Atque ut videas, Chriſto nos honorem relinquere illibatum, & pro virili conari præſtare; quid ampliùs requirit à nobis ipſe Chriſtus, quàm ut ipſum honorificemus, ſicut honorificamus Patrem? Num quis major illi honor convenit? neminem, niſi inſanum, id arbitror dicturum. At quam ob cauſſam illum ſibi honorem vindicat Chriſtus? Num ideo, quia ſupremus ſit, atque ab omni æternitate exiſtens Deus? Non ſanè: ſed quia omne illi Pater judicium dedit. Ita enim ait:* Pater non judicat

a Ioh. 5. 23.
b & 15.
c 1. Ioh. 5. 1.

dicat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

dicat quenquam: ſed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. *qua de re plura ſuo loco*[a] *diximus. Cùm ergo eum ob judicium omne à Patre datum, honoremus; cùm ob tam ſublime imperium eum adoremus; ob nomen ſuper omne nomen* [b] *ei donatum, genua illi flectamus, & eum divinum noſtrum Dominum, ad Patris dextram in cœleſtibus collocatum, profiteamur, eum tanquam omnium factorum, dictorum, conſiliorum noſtrorum, intimorumque animi receſſuum judicem ac vindicem revereamur, non ſecùs ac Patrem, num ullam ei honoris debiti partem detrahimus? Vtinam verò plærique, qui, ut ſuum erga Dei filium teſtentur amorem, laudibus etiam falſis eum afficiunt, in eo, in quo Chriſtus verum erga ſe amorem collocat, majorem præſtarent ardorem: & qui in ipſum de alieno liberales eſſe volunt, in ſuo non adeo eſſent reſtricti! Id verò eſt, ut præcepta Chriſti obſervent. Ita enim ait Chriſtus:* [c] Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me. *Hîc, hîc nobis omnibus elaborandum eſt, hîc ſumma erga Chriſtum oſtendenda charitas, quam ſi præſtiterimus, nullum ei convenientem denegabimus honorem. Sed nimirum facilius eſt laudes & honorum titulos in immenſum augere, quàm juſſa exſequi: ut*

[a] Vide appendicem cap. 18. ſect. 2. lib. 1.

[b] Phil. 2. 9, & d.

[c] Ioh. 14, 21.

fecti gratiam jure merito agnoſcit, qui ab ipſo quidem magnis præmiis afficitur, ſed ita ut præfectus ea omnia ex Regis mandato, ſine prævio ſuo conſenſu, diſtribuere, & quidem pro accipientis merito, teneatur? Imò ut præfectus hâc ipsâ præmiorum diſtributione planè regiam dignitatem adipiſcatur, ac, ſi vel minimum in eâ mutarit, omni honore exuatur? Hæc ſcilicet eſt illa Chriſti gratia, quam Scriptura & frequentiſſimè & magnificentiſſimè deprædicat: imò quam omnes creaturarum exercitus admirantur, ut vel ex ſolâ Apocalypſi, præſertim *cap.* 5. clariſſimè cernitur. Quod ſi hæc paulò diſtinctiùs evolveremus, quanta quæſo abſurditatum ſeges oriretur? Quàm efficacibus ac patheticis verbis Paulus *Phil.* 2. 5, 6. Chriſti exinanitionem commendet, quem fugit? At ſi noſtros homines audiamus, nil niſi luſus eſt. Quodnam vel exiguæ modeſtiæ ſpecimen edidit, quòd eam gloriam ſibi non vendicârit, quam habere nec poterat, nec debebat? quam niſi ſponte dimiſiſſet, prorſus repudiatus fuiſſet? Scilicet jure ſibi vendicâſſet Dei gloriam, quam non niſi poſt aſcenſionem in cœlum ex purâ putâ Patris gratiâ, certo pacto, acquirere debebat. At ſi ſingula Chriſti officia perpendamus, ſacerdotale in primis, jam ſole meridiano clariùs apparet, quòd ſanguinem Dei *Act.* 20. 28. reverâ pedibus conculcant. Quod graviſſimum tamen peccatum non ipſorum maliciæ (confido enim quod Chriſtum amare conentur) ſed ignorantiæ, quæ ob nimiam errorum admirationem in pertinaciam abire conſuevit, adſcribo. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Si enim cum ipſis ſentiendum ſit, Chriſti ſanguis fruſtrà, imò inutiliter; quid? imprudentiſſimè fuit effuſus. Fruſtrà, inquam, effuſus fuit: quia planè non erat neceſſarius. Nam commodiſſimè ſine eo Deus eundem finem obtinere poterat. At tales tantæque actiones meritò fruſtrà fieri dicuntur, ſi ſine iis, quod per eas obtinetur, æquè obtineri poſſit. Iam verò, juxta adverſarios, juſticia Dei Chriſti ſanguinem non poſtulabat. Deus enim erat placatiſſimus: imò ſanguine Chriſti nullâtenus placari poterat. Quin adeò peccatorum pœnas oblitus fuerat, ut hoc unicè meditaretur, quâ ratione de ſuâ erga peccata lentitudine homines poſſet reddere quàm perſuaſiſſimos. Sed nec ſapientia Dei eundem poſcebat. Nam jam in V. T. homines imperfectioribus præceptis obſtrictos, nec ſalutis avidos, ſine Chriſti ſanguine ſervaverat: quidni igitur ſub ſublimiori lege idem præſtaret? Forſan non planè ex animi ſententiâ prior conatus ſucceſſerat: novum ergò modum excogitavit. Atque ſic omnino ſentiunt adverſarii. Sit ita: ſed num ſapientius conſilium iniit? Si ipſis credimus, Dei ſcopus erat, per ſanguinem Chriſti omnes omnino homines ad ſalutem æternam in N. T. deducere. Quàm feliciter hunc ſcopum attigerit, experientia teſtatur. Non igitur ſatis virium fuit in ſacrificio Chriſti, cùm ſcopum ſuum Deus per illud non obtinuerit. Et ſanè, niſi ſupremi Dei ſanguis fuerit, tantum abeſt, ùt hominibus fidem ingeneret, ut eam potiùs impediat. Verùm quanta hæc eſt ſapientia, hominem innocentiſſimum diriſſi- *ut in humanis facilius eſſe videmus adulari, ac laudibus etiam nimiis alterum ornare, quàm veri amici aut ſervi fidelis officium præſtare. Nihil nobis hîc ſumimus, tenuitatis noſtræ probè nobis conſcii; nec aliis omnibus pietatis laudem detrahimus, dum in plæriſque deſideramus majorem; nec de alieno magis, quàm de noſtro officio ſumus ſolliciti. Sed cuperemus tamen, minùs illi in Chriſtum amori tribui, qui in ſola opinione & verbis ſpecioſis conſiſtit; & eum illis ipſis, qui ſibi nimiùm in eo placent, aliquando fieri, ut jure debebat, ſuſpectum.*

Præterea (ut ad alia ſimul incommoda atque abſurda tranſeamus, quæ ex adverſariorum ſententia de pluribus in Deo ſummo perſonis manant) illi ipſi, qui falſum Chriſto honorem tribuunt, verum illi interim vel adimunt, vel vehementer minuunt atque obſcurant. Itaque quod nobis injuriâ objiciunt, faciunt ipſi, &, dum altiùs Chriſtum evehere conantur, de ſuo eum ſolio ac faſtigio imprudentes detrudunt. Etenim ſententia illa de ſecunda Trinitatis perſona, ſeu de Filio Dei unigenito, qui ab omni æternitate ex Patris eſſentia genitus fuerit, non tantùm Patris, ſed & ipſius Ieſu Chriſti ex virgine nati Divinitatem veram ita obſcurat, ut propè extinguat. Nam primùm ea non permittit, ut ipſe Ieſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Chriſtus, ille ipſe, inquam, homo, qui ex virgine demùm eſt natus, pro Filio Dei unigenito, & κατ' ἐξοχὴν in ſacris literis ſic dicto, agnoſcatur, ſed pro ejus acceſſione quadam, ſeu natura ab ipſo aſſumta. Etſi enim hominem Ieſum Chriſtum Dei filium unigenitum appellant adverſarii: id tamen non niſi per communicationem Idiomatum ab illis fit, quâ ea, quæ ſecundùm unam naturam Chriſto conveniunt, ei tribuuntur ab altera natura deſcripto. At illa ipſa ſubſtantia humana, ex corpore & anima rationali conſtans, quam illi hominem appellare verentur, illis per ſe Filius Dei unigenitus nequaquam eſt, ſed natura ab eo aſſumta. Vnde & veſti comparare ſolent, quam ille induerit. Non magis ergo ſubſtantia illa humana, hoc eſt, ſi ex vero rem æſtimes, ipſe homo Ieſus Chriſtus, unicus ille Dei Filius erit, quàm corpus noſtrum anima eſt, quia hæc illo ſit induta, & cum illo tam arcto vinculo nexa. At ex iis, quæ nos ſuprà [a] ex ſacris literis de ratione diximus, quâ Ieſus ſit Filius Dei, manifeſte conſtat, illum ipſum hominem ex virgine natum, nec quenquam alium, vel ante, vel præter eum, unigenitum eſſe Dei Filium. Quomodo ergo illa adverſariorum opinio veram ejus gloriam non minuit, vel potiùs tollit? Quò accedit, quòd eadem ſententia Chriſtum hominem de regio illo,

[a] lib. 1. ſect. 2. cap. 31.

diriſſimis cruciatibus, vi mandati, ſubjicere, eo ſcopo, quo planè excidere potuiſſet? Scopus Dei erat, omnes homines in N. T. per Chriſti mortem ſervare, ſicque Chriſtum Eccleſiæ Regem conſtituere, ac hoc ipſo Chriſti honore ſuam gloriam promovere. At ſi de decretis, & præ ignorantiâ Dei, ſibi conſtant adverſarii, fieri poterat, ut ne unicus quidem homo ſalvaretur, adeóque nec Chriſtus Eccleſiæ Rex fieret, nec Dei gloria promota fuiſſet. Fuit igitur fruſtraneum, fuit potiſſimam partem inutile, fuit in ſe planè dubium, ac proinde imprudentiſſimum Dei de ſanguinis Chriſti effuſione, ejuſque ſacrificio, conſilium. Unde quoque quàm frigidus ipſius erga fideles amor fuerit, haud obſcurè elucet. Cùm ſacræ literæ *Dei Patris erga nos amorem* exaggerare volunt, id unicè inculcant, quòd Filium ſuum unigenitum dederit, *Ioh.* 3. 16, quòd proprio ſuo Filio non pepercerit, ſed ipſum pro nobis omnibus tradiderit. Rom. 8. 32. Sed quàm elumbia, quàm enervia ſunt hæc omnia, ſi adverſariorum ſententia obtineat? Dedit quidem Filium: ſed nulla neceſſitas id poſtulabat. Habebat ſine eo voluntatem nos ſervandi; erat enim placatiſſimus: habebat poteſtatem ac potentiam ſine eo id præſtandi: jam enim hujus rei ſpecimen in V. T. oſtenderat. Quid itaque obſtabat, quò minùs ei parceret? Vereor, & quidem vehementer vereor, ne illi, qui ſatisfactionis Chriſti neceſſitatem extenuant, tandem Deum Patrem crudelitatis inſimulare cogantur. Non noſtri causâ id fecit: nam eadem in nos ſine Filii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Filii ſui morte beneficia facillimè conferre poterat. Dedit quidem Filium: ſed qualem? Nudum, purum putum hominem, quem ex purâ putâ gratiâ per hanc ipſam dationem Deum facere conſtituerat, quique ſuâ obedientiâ illam Deitatem acquirere tenebatur. Fuit igitur pro nobis datus antequam eſſet ipſius Filius, ſaltem tam excellens, qui tam ſingulari amore dignus eſſet. Ineptiſſima igitur eſt Scripturæ exaggeratio. Niſi enim antea excellentiſſimo modo Filius fuerit, quodnam in paulo antè citatis verbis robur apparet? Dedit denique Filium: ſed pro quibus, & quomodo dedit? Primò dedit pro omnibus, tam pro Iuda Iſcariote, quam pro Petro; tam pro Simone mago, quam pro Apoſtolo Paulo. Egregius profectò amor: egregia ſanè charitas, quam Apoſtolus Paulus omnibus Sanctis precetur, quâ nec carere poterant, (ſiquidem omnibus hominibus ſit communis) & cum qua in mortem æternam præcipitari poterant. Sed deinde quomodo dedit? Eâ conditione dedit, ut, ſi obedientia & gloria Chriſti perſuaſi credamus, Deum & velle, & poſſe nobis vitam æternam aliquando dare, ac vi illius perſuaſionis Chriſti præceptis perfectiſſimis perfectè obſequamur, vita æterna potiamur. Quis niſi planè excæcetus hîc cernit, omnem divini amoris fontem, vim, uſum, ac fructum tandem in noſtram voluntatem, tanquam in primam, præcipuam, ac ultimam cauſam reſolvi? Minimè, inquies; quia Deus dat nobis Spiritum ſuum, ut hæc præſtare queamus. Audiamus igitur quem Spiritum, quamque *Spiritûs ſancti commu-*

*illo, in quo eſt à Deo collocatus, ſolio deturbat, nec Dominum ac Chriſtum à Deo factum eſſe, bona fide agnoſcere permittit. Hæc enim non niſi in perſonam cadunt Deo ſupremo minorem: qualis illis nec Chriſtus homo, ſeu humana, ut illi vocant, natura eſt, nec divina ipſius perſona. Hæc; quia ipſamet Deus ſupremus eſt, ac porrò eo nequaquam minor: illa, quia iis perſona non eſt, nec eſſe poteſt, ſi in alia perſona ſubſiſtit. Et quorſum illa humanæ naturæ poteſtas, ſi eam per ſe ipſam exercere non poteſt? Nihil enim per ſe ipſam, ſi ſuppoſitum non eſt, agere poteſt; ſed Deus ipſe tantùmmodo ſecundùm eam agit. Quorſum duplex in eadem perſona imperium, quod non niſi ſemel ab ea poteſt exerceri? Si quis Lunam cum Sole indiſſolubili nexu jungere vellet, illius lumen redderet ſupervacaneum atque otioſum. Neque enim Luna ſuum nobis lumen impertiretur, Sole omnia radiis ſuis illuſtrante, atque ipſam Lunam veluti obſcurante. At eadem à Sole disjuncta tantam terris lucem, utut à Sole acceptam, impertit, ut ma*gnum *cum illo* luminare *in ſacro Codice appelletur. Ita & homo Chriſtus, ſi illum in unam cum Deo perſonam conjungas, anguſtum illud imperii ac majeſtatis ſuæ jubar amittit, à ſupremæ divinitatis gloriâ ac ſplendore obſcuratum, atque otioſum redditum. Omnia enim*

ſuprema divinitas, poteſtatis, ſapientiæ, ac bonitatis ſuæ radiis ſatis per ſe ipſam illuſtraret. At ſi is eſt à Deo ſupremo, ut naturâ, ita & perſonâ diſtinctus; ejus veluti radiis illuſtratus, terris maximè ſalutare lumen impertit; facitque ut, qui ad ſupremæ divinitatis ſplendorem oculos attollere, eúmque per ſe intueri non poterant, in Chriſto blandiùs quodammodo refulgentem contemplari queant; & qui ob tantam naturæ diſtantiam ad Deum ſupremum animos erigere non poterant, per Chriſtum, naturæ vicinitate ac ſimilitudine ſibi conjunctum, elevare audeant.

Quod ut tanto meliùs intelligatur, plura adhuc ejus ſententiæ, quæ Chriſtum ſupremum Deum facit, recenſebimus incommoda, ut intelligatur, nos haud temerè, ſed graviſſimas ob cauſſas à recepta per tot ſecula ſententia diſceſſiſſe. Nam ſententia illa finem eum magna ex parte tollit, ob quem Deus per hominem totam ſalutis noſtræ rationem adminiſtrari voluit; & porrò etiam, cur ita Deus voluerit, intelligere nos non patitur. Duo enim ea in re ſpectavit Deus, nempe æternam nominis ſui, ob quam omnia facit, gloriam, & incomparabilem generis humani fructum. Illam Deo eripiunt, qui talem faciunt Chriſtum, ut nihil à Patre ſuo accipere, omniáque ſuis ipſius viribus præſtare; ſine aliena ope potuerit. id quod

communicationem nobis depingas. Dat nobis Spiritum, qui ante Chriſti aſcenſionem non fuit: adeóque ſine quo non ſolùm patres V. T. ſed ipſimet Apoſtoli verè fideles eſſe poterant: dat Spiritum, qui eſt tam efficax, ut eum non admittere, admiſſum minuere, imò protinus extinguere vel uno peccato poſſimus. Hoc ſcilicet eſt præclarum illud donum, cujus ortus, ſtatus, atque occaſus à liberrimo noſtro arbitrio pendet. Sed ceſſo: confido enim, quòd quilibet æternæ ſalutis avidus exhorreſcat, ſi hæc, ſincera animi ac Scripturæ lance perpenderit. At hæc omnia, imò longè plura, ac fœdiora opinionum monſtra ex Sacroſanctæ Trinitatis abnegatione ſcaturiunt, quemadmodum in myſterio pietatis oſtenſo, Deo benedicente, pleniùs planiùſque demonſtrabimus: Nunc, paucis, *adverſarii objectionibus, ſatisfaciamus.* Quòd perſonarum Trinitas divinæ unitati non repugnet, in præcedentibus ſatis fuit declaratum. Qui divinæ eſſentiæ perfectionem perpenderit, ac ſacrarum literarum collationem inſtituerit, ſibi aliiſque hâc in parte ſatisfaciet: quamvis ineffabilem Dei majeſtatem ſupplex admiretur. Neque hâc ratione honorem uni debitum vel illi uni adimit, vel pluribus tribuit. Nam hi tres ſunt unus ille Deus: ac licet non ſint ſubordinati, ſunt tamen coordinati, & quidem ita ut nullus honor uni attribui queat, quin ad alterum quoque redundet, nulluſque uni adimi, quin omnibus tribus ſubducatur. Nec majori ignominiâ Pater affici poteſt, quàm ſi negetur ipſum ab æterno generare Filium, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

& unà cum Filio ſpirare Spiritum ſanctum quorum uterque ſit ſupremus Deus. Etenim reliquæ laudes ita ipſi conveniunt, ut ſalvâ ſuâ perfectione iis carere potuerit: at Filii & Spiritûs ſancti productio ipſi tam intrinſeca eſt, ut qui eam neget, eo ipſo divinam ipſius perfectionem inficietur. Non igitur ex Filii honore Patris honor minuitur, ſed potiùs augetur ac ſummopere illuſtratur. Neque hoc ipſo prima omnium actionum origo ei adimitur. Dum enim Filii & Spiritûs ſancti principium eſſe aſſeritur, eo ipſo naturalis agendi ordo quoque confirmatur. Quamvis illa Patris prærogativa non aliquam præ reliquis perſonis excellentiam, ſed tantùm perfectiſſimum ordinem exprimat.

Quemadmodum autem Filii honor Patris gloriæ non repugnat, ſed ſuaviſſimè cum eo conſentit, ſic quoque Spiritûs ſancti gloria neutrius dignitati officit. Eſt enim utriuſque Spiritus. Imò ideo Scriptura peccatum inSpiritum ſanctum planè irremiſſibile pronuntiat, quod injuria ipſi illata Patris ac Filii honorem quàm graviſſimè lædat. Quare abſurdè per unum Deum Patrem, & unum Dominum Chriſtum Spiritus ſanctus excluditur; cùm is utriuſque ſit nexus ac vinculum. Chriſtum autem nullâtenus ante ſuam ex Mariâ nativitatem extitiſſe, repetit quidem adverſarius; ſed tum probaverit, cum univerſam Scripturam, omnemque divinam religionem è medio ſuſtulerit.

Quamvis enim Chriſtus falſo affictoque honore nec indigeat, nec delectetur, fieri tamen nullâ ratione poteſt, ut illi vel *quod illi faciunt, qui eum Deum ſupremum conſtituunt. In eo enim inprimis tanta Dei, quam ſpectavit, gloria ſita eſt, quòd per hominem, cui tantæ vires cæteroqui minimè inſunt, tam ardua præſtiterit, eumque à mortuis excitatum, ad tam ſublime imperii faſtigium in cœlis extulerit. Fructum autem tantæ rei nobis iidem eripiunt, quia ſpei ac fiduciæ noſtræ nobis ſubducunt fulcra atque adminicula, quibus per tam arduum iter in cœlum nitimur. Nam primum, exemplum, quòd à Chriſto capere debebamus, tùm pietatis adeò laborioſæ, tum felicitatis per eum nobis propoſitæ, enervant. Voluit enim Deus, ut in Chriſto non tantùm cerneremus, quid vel præſtare, vel conſequi deberemus; ſed etiam quid poſſemus. Poterat nobis ipſe Deus exemplo eſſe & ſanctitatis, & felicitatis, ad quam adſpirare debeamus, uti ſanè nobis utraque in re ſpectandus proponitur. Nam* [a] *& ſancti eſſe jubemur, ut Deus ſanctus eſt;* [b] *in luce ambulare, ut ipſe eſt in luce: ut alia omittam, quibus* [c] *ad certas quaſdam, & valde eximias virtutes Dei exemplo incitamur; & nos* [d] *Deo ſimiles aliquando fore,* [e] *divinæque naturæ participes, promittitur. Sed propius homines & imbecillitati ſuæ accommodatius deſiderabant exemplum. Nam ipſius Dei exemplo diſcere quidem poterant, quid illud ſit, quod* vel

a 1. Pet. 1. 15. 16
b 1. Ioh. 1. 7.
c Vide inter alia Matt. 5. ult. Luc. 6 35. 36. Eph. 4. ult. 5. 1.
d 1. Ioh. 3. 2.
e 2. Pet. 1. 4.

vel ſacere, vel ſperare deberent, (quanquam ne illud quidem ſatis exactè; cùm utrobique multum ad pleniorem ſimilitudinem deſit:) ſed illud ſcire inde non poterant, quid etiam poſſent. Id verò ex Chriſti exemplo abundè diſcimus. Eo enim nos docuit Deus ſuis ea nos præſtare ac conſequi poſſe viribus, quæ noſtris nequeamus. Nam quod ad prius attinet, & Chriſtus carne circundatus erat, carni noſtræ, hoc eſt, carni, ut Paulus loquitur, peccati, ſeu peccatrici, ſimili, quam omnes etiam, quæ nos ad peccandum inducunt, occaſiones invitare atque irritare per ſe poterant. non minùs illa à morte tam acerba, quæ ei propoſita erat, quàm noſtra, abhorrebat. ſed quod illa per ſe non poterat, Deus ope ſua in ea effecit. Ad exactiſſimam enim ſanctitatem, omnique labe carentem, Chriſtum perduxit; ut inde ad nos manaret exemplum, quo vetaremur dubitare, eam nos, divina ope ſuffultos, pietatem præſtare poſſe, quam Deus à nobis exigit, non parem quidem Chriſti ſanctitati, ſed tamen ſimilem. Atque huc inter alia reſpicit Paulus, dum ad Romanos ita ſcribit, præſertim ſi Græca ejus verba inſpicias:

a Rom. 8. 2. 3. 4.

a Quod impoſſibile erat Legi: quatenus infirmabatur per carnem, Deus filio ſuo miſſo in ſimilitudine carnis peccati, & (*vel* idque) pro peccato, condemnavit peccatum

in

vel bene erga ipſum ſint animati, vel in rectâ ipſius cognitione verſari, qui id unicè dant operam, ut graviſſima Scripturæ dicta enervent, elevent, ac contra ipſius majeſtatem torqueant: quique eum quem Pater ſibi Filium unigenitum longéque chariſſimum eſſe toties teſtatus eſt, ita deſcribunt, ut non ſolùm quilibet Angelus, verùm etiam quivis homo longè charior filius, longéque excellentior Deus evadere potuerit. Habeamus igitur eam honoris Filii rationem, quam ipſemet Pater haberi voluit: ideóque ſicut Pater omnia per Filium perfecit, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem; ſic quoque nos in omnibus ac ſingulis Filii paſſionibus ac actionibus quàm diligentiſſimè obſervemus Myſterium crucis; adeóque quàm accuratiſſimè perpendamus, quòd Dominus gloriæ ſit crucifixus. Audax autem eſt adverſarius, quòd contra verba Chriſti fingat, quaſi judicii datio ſit honoris cauſa ac fundamentum, cùm diſertè pronuntiet Chriſtus: *Pater non judicat quenquam, ſed omne judicium dedit Filio, ut, ἵνα, omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem.* Quibus verbis docet, quo fine ſibi Pater judicium dederit, nimirum ut hinc ejus honor, quem cum Patre æqualem habet, eluceſceret, hominibusque innoteſceret: non verò quam ob cauſam ipſe honore dignus ſit. Nemini rectâ ratione utenti unquam perſuaſerit adverſarius, quòd is, qui ſupremus Deus ac æternus non eſt, omnium factorum, dictorum, conſiliorum noſtrorum, intimorumque animi receſſuum judex, ac vindex eſſe

queat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

queat. Nos quoque ex animo dolemus, quòd eò ſecuritatis homines prolapſi ſint, ut verbis potiùs quàm factis ſuum erga Chriſtum amorem teſtentur. Quamvis enim ſincerus ac ſolidus Chriſti amor ſine verâ ejus cognitione reperiri non poſſit, ac proinde fruſtrà vitæ ſanctitatem ii jactent, qui doctrinæ puritatem negligunt: attamen graviſſimam injuriam Servatori noſtro inferunt illi, qui Orthodoxam doctrinam vitæ impuritate contaminant, adeóque adverſariis blaſphemandi anſam præbent.

Immotum quoque juxta veram doctrinam manet illud, quòd homo Ieſus Chriſtus, ex Mariâ virgine natus, ſit verus & æternus Deus. Neque enim divina natura vel ut accuratiùs loquamur, perſona hominem aſſumſit, ſed humanam naturam. Homo nempe non dicit tantùm naturam humanam, ſed perſonam. Quemadmodum, licèt corpus noſtrum non ſit anima, eſt tamen animatum: ſic etſi Deus non ſit humana natura, eſt tamen homo: quamvis hoc exemplum non parum ſit diſſimile. Neque enim anima aſſumit corpus perſonaliter, ſed ipſi tanquam pars hominis eſſentialis unitur; at divina perſona ſibi perſonaliter unit naturam humanam. Nec ſanè alius eſt unigenitus Dei Filius, quàm ille ipſe homo, qui ex virgine natus eſt; nec quiſquam alius vel ante eum, vel præter eum: non quòd non fuerit Filius Dei antequam fuit Filius virginis, ſed quòd idem ipſe, qui jam antè Filius Dei erat, homo factus ſit. Neque ideò Chriſtum de ſolio ſuo deturbamus. Etſi enim ad œconomicum imperium requi-

in carne: ut juſtificatio Legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulamus, ſed ſecundùm Spiritum. *Impoſſibile erat Legi Moſaicæ, nos ab imperio ac poteſtate peccati, ac porrò etiam mortis ſempiternæ, liberare. Conabatur quidem id præſtare, ſed caro noſtra ad peccandum adeò prona, ejus conatui obſtabat, & vim illius minuebat, ita ut id, quòd volebat, conſequi non poſſet. Quod igitur Lex efficere in nobis non poterat, id Deus poſtea per Filium ſuum Ieſum Chriſtum effecit. Hunc enim miſit ad nos carne circundatum, noſtræ, quæ ad peccandum adeò proclivis eſt, ſimili, & iiſdem, quibus peccatores premi ſolent, malis obnoxiâ: utque peccatum in nobis aboleret, ejus vim in Chriſti carne primùm ſuſtulit ac delevit; ut ita nobis quoque, ad exemplum Chriſti, non ex carnis cupiditatibus, ſed ex Spiritûs ductu viventibus, juſtificatio contingeret, quam Lex promittebat quidem, ſed præſtare ob carnem noſtram, ut dictum eſt, non poterat. Ex quibus facilè apparet, Deum in Chriſto tale nobis proponere voluiſſe pietatis exemplum, ex quo diſceremus, non tantùm quid facere debeamus, ſed etiam quid ope ejus adjuti poſſimus.*

Quod ad poſterius attinet; itidem Chriſti exemplo docemur, non tantùm quid illud ſit, quod conſequi debeamus; ſed etiam quòd id conſequi

 poſſimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

poſſimus, utut viribus noſtris planè non poſſimus. Etenim & Chriſtus, qui mortalis olim fuit, & naturâ nobis planè ſimilis, evaſit immortalis, & eâ quidem viâ, quæ omnes naturæ limites excedit, hoc eſt, per reſurrectionem. Unde, ut libro primo [a] *demonſtravimus, Paulus luculenter oſtendit, nos quoque reſurgere poſſe, atque adeò reſurrecturos, ſi Chriſtus ex mortuis reſurrexit.*

[a] ſect. 2. cap. 29

Iam verò utriuſque rei, hoc eſt, & pietatis & felicitatis, exemplum labefactant, & maximam ejus vim tollunt, quicunque Chriſtum Deum illum ſupremum faciunt. Nam quod ad priorem attinet; quid mirum, Deum illum ſupremum ſanctè vixiſſe? Num ab eo, quid poſſimus, diſcere poſſumus? Eſtne talis inter nos & illum, virium ad ſanctitatem pertinentium proportio, qualis inter nos & Chriſtum ratione ipſius ſanctitatis eſſe debet? Quòd ſi dicas, humanam nihilominus Chriſti naturam noſtræ fuiſſe ſimilem, quæ divina ope, tanta fuerit ſanctitate prædita; ex illa exemplum ejuſmodi capere nos poſſe; multùm falleris. Nam ſi humana natura ſuppoſitum non fuit; ipſa etiam nihil propriè loquendo egit, ſed divina perſona, ſeu Deus ipſe ſecundùm illam. Multùm autem, imò infinitum intereſt, ſi vires agendi ſpectes, utrùm Deus ſupremus agat, an homo. Deinde nihilominus in humana illa natura, infinita ſupre-

requiratur, ut aliquo modo, ſcilicet ratione humanæ naturæ, ſit Patre minor, nihilominus tamen æquè requiritur, ut alio modo, ſcilicet ratione naturæ divinæ, ſit Patri æqualis. Ita enim duæ naturæ in actionibus ac officiis concurrunt, ut utraque quidem agat quod ſuum eſt, neutra tamen alteram impediat, vel cum eâ confundatur. Unde malè adverſarius ex Solis juſticiæ, ut ita dicam, eclipſi, ejus cum naturâ humanâ, tanquam lunâ, conjunctionem negat. Quemadmodum enim Sol non ideò patitur eclipſin, quòd lumine aliquo privetur, ſed quòd inter ipſum ac viſum noſtrum lunæ corpus opacum ſit interjectum: ſic quoque Chriſtus nullam æternæ ſuæ Divinitatis diminutionem vel jacturam paſſus eſt, licèt carnis infirmitas variarumque paſſionum nubes eam nonnunquam obſcurarint: uſque dum velo carnis per mortem ſciſſo, Divinitatis clariſſimi radii copioſiſſimè effulſerunt. Nec Chriſtus Mediator noſter Optimus Maximus ideò eſt, quia purus homo eſt, ſed quia verus Deus eſt. & quia, ut noſtræ neceſſitati ac infirmitati eo meliùs ſe accommodare poſſet, caro factus eſt. Etenim ſi tantùm nudus homo eſt, quomodo nos à Deo ob peccatum remotiſſimos ob tantam natutæ diſtantiam ad Deum ſupremum adducere, noſque cum eo, à quo naturæ diverſitate immenſùm diſtat, arctiſſimè conjungere poſſet? Quis non videt, quòd longè credibilius ſit, Deum præ immensâ ſuâ miſericordiâ ſe ad noſtram infirmitatem demiſiſſe, quàm nudam humanam carnem ad divinum faſtigium elevatam eſſe? Nimirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

mirum ut verus & æternus Deus, verus & mortalis homo fieret, & divina majeſtas, & noſtra egeſtas, & execrabilis peccati atrocitas, & ineffabilis piorum felicitas, & immenſa Chriſti charitas, ipſius denique Myſterii incomprehenſibilis dignitas poſtulabat. Etenim ſi homines peccatores, qui omni jure minus quàm nihil eſſe debebant, divinæ naturæ debuerunt fieri participes, utique convenientiſſimum erat, ut Deus, qui eſt omnia in omnibus, minus quàm nihil, vel ut Scriptura loquitur, peccatum, 2. *Cor.* 5. 2, 1. fieret: quo ſummæ indigniſſimorum peccatorum exaltationi infima Dei Filii humiliatio & exinanitio exactiſſimè reſponderet. Quod diviniſſimum crucis myſterium univerſæ Scripturæ fundamentum, centrum, ac ſcopum eſſe, qui non intelligit, næ is ne prima quidem ſalutiferæ ſapientiæ elementa didicit.

Dum verò pluribus incommodis ſententiam noſtram gravare conatur, ſuæ abſurditatem longè magis prodit. Quis enim probæ mentis homo ſibi perſuadere poterit, quòd vel unicus vel præcipuus Patris ſcopus in Chriſti miſſione fuerit, ac tanta Dei, quam ſpectavit, gloria in eo inprimis ſita ſit, ut oſtenderet, quòd per hominem, cui tantæ vires cæteroqui minimè inſunt, tam ardua præſtiterit, eumque à mortuis excitatum, ad tam ſublime imperii faſtigium in cœlis extulerit? Quaſi verò Deus tantùm omnipotentiæ ſuæ ſpecimen in admirando hoc myſterio edere voluerit. Quaſi non gratiæ ac miſericordiæ ſuæ illuſtrationem ſpectârit. Quaſi homo prudens vel minimùm de Dei *ſupremæ Deitatis vis perſonaliter habitavit, & à peccato omni ita eam cohibuit, ut prorſus impoſſibile fuerit eam peccare. Quid in nobis ſimile? Taceo, quæ illi de diſſimilitudine dictitant inter nos & Chriſtum, ratione peccati originalis, & ingentis ejuſdem corruptionis naturæ noſtræ; quæ in Chriſto nulla; in nobis autem tanta exiſtimatur, ut nobis relicti, nil propè niſi peccare poſſimus.*

Quod verò ad poſteriorem, nempe felicitatem noſtram, ejuſque adipiſcendæ rationem attinet; quid mirum eſt, Deum ſupremum à mortuis (eum enim hominem factum mori potuiſſe, credere nos volunt) reſurrexiſſe, & porrò immortalem evaſiſſe? Num ullæ vel minimæ reſtant in nobis poſt mortem vires, quibus nos ab ejus vinculis expedire, atque in vitam revocare poſſimus? Num ergo ex Chriſti exemplo diſcemus, poſſe nos, quod ille potuit?

Sed alia præterea ratione; ſpei ac fiduciæ noſtræ fulcra, quæ ei firmandæ Deus admovit, ſubvertit adverſariorum de Chriſto opinio. Deus enim non per ſe ipſum, ſeu immediatè, ut loquuntur, totam ſalutis noſtræ rationem gubernare, atque ad exitum perducere voluit, ſed eam in Ieſu Chriſti manu poſuit, nobis & naturâ conjuncti, & omnia, quæ nobis ipſi ſervientibus eveniunt, mala perpeſſi, ut ita in opti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

optimam ſpem nos erigeret, fore, ut is vilitatem noſtram non deſpiciat, & nobis vexatis atque afflictis tanto promtiùs ſuccurrat. Id quòd atquot locis indicavit D. Auctor Epiſtolæ ad Hebræos; & primò quidem omnium circa finem cap. 2. *Dixerat enim, Chriſtum* nuſpiam angelos apprehendere, ſed ſemen Abrahæ apprehendere, *h.e. nuſpiam in Scriptura dici, Chriſtum Angelis ſuſcipiendis ac ſublevandis (id enim hic eſt* ἐπιλαμβάνεσθαι*) deſtinatum à Deo, aut in eo occupatum eſſe; ſed has ejus eſſe partes, ut Abrahæ poſteros ac filios curâ ſuâ complectatur, eos ſublevet, æternúmque ſervet: illos nimirum, qui non tantum ſecundùm carnem ex Abrahamo fuerint prognati, ſed qui etiam fidem illius imitentur. Hoc ergò cùm dixiſſet, ſubjicit:* Vnde debuit per omnia fratribus (*veris nimirum Abrahæ filiis, carne & ſanguine tamen præditis, & omni acerbitatum generi ſubjectis*) ſimilis fieri, ut miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, (*ſeu* in iis, quæ ad Deum ſpectant,) ut repropitiaret (*ſeu* expiaret) delicta populi. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, (*ſeu* cùm tentaretur,) potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari. *quam eandem rem aliquo modo repetit ſub finem cap.* 4. *& fuſiùs declarat cap.* 5. [a] *Docet nimirum divi-*

[a] confer inter ſe v. 2. 2. & 7. 8. cap. 5.

Dei potentiâ, ac ſupremâ poteſtate perſuaſus, de ejusmodi actu ſapienter dubitare potuerit. Quaſi denique, ſi omnino hunc ſcopum ſibi propoſuiſſet, non illuſtriſſima ſuæ omnipotentiæ ſpecimina tam in V. T. quàm in Novo ante Chriſti reſurrectionem, & per Chriſtum ediderit; & quidem, ſi tantùm potentiæ ratio habita fuiſſet, longè illuſtriora quàm in Chriſto. Etenim majoris potentiæ argumentum eſt, per ſolum oſſium contactum hominem mortuum, ſolo verbo ac nutu cadaver jam putridum excitare, quàm corpus omnis corruptionis adhuc expers poſt tridum vitæ reſtituere. Neque hoc noſtrum argumentum iis, quæ de ſublimi imperio addit, refutatur. Notiſſimum enim erat piis in V. T., quos tamen ſtupiditatis haud obſurè inſimulare ſolent, quòd Deus quamcunque creaturam rationalem pro liberrimo ſuo arbitrio ad ſupremam dignitatem evehere poſſet: præſertim cùm eam dignitatem, quam in ſuæ cauſæ patrocinium liberaliori manu hic pollicetur, alibi, ubi de divinâ ejus majeſtate nobiſcum diſputat, avariſſimâ retractet. Ex his patet quantum in fine miſſionis Chriſti aberret adverſarius. Verùm in fructu longè graviùs hallucinatur Omnem enim pretioſiſſimi ſanguinis Ieſu Chriſti utilitatem in eo collocat, ut diſcerent homines, quid illud ſit quod vel facere, vel ſperare deberent: utque inprimis ſcirent, quid facere poſſint. Nihil nunc de eo dicam, quàm in Chriſti mortem ac paſſionem injurium ſit, nihil aliud de eâ fidelibus polliceri. Id ſolùm hic perpendamus, quàm abſurdè hæc dicantur

tur juxta adverſariorum hypotheſes. Unde enim potuimus cognoſcere, quid nos poſſimus? Aut quia iiſdem viribus præditi ſumus, quibus Chriſtus præditus fuit, nec majoribus impedimentis circumdati: aut quia Chriſtus nobis, qui ipſi aliâs impares eramus, vires ſuas communicavit. Tertium fingi nequit. Si enim Chriſti exemplum eſt virium noſtrarum ſpeculum, aut eſt ſpeculum virium quas citra ipſum, aut quas per ipſum obtinemus. Atque à priori modo non abhorret adverſarius. Nam quod
„ad prius attinet, ſic ait: Et Chriſtus car-
„ne circumdatus erat, carni noſtræ, hoc
„eſt, carni, ut Paulus loquitur, peccati,
„ſeu peccatrici, ſimili, quam omnes e-
„tiam, quæ nos ad peccandum inducunt,
„occaſiones invitare atque irritare per ſe
„poterant. non minùs illa à morte tam a-
„cerbâ, quæ ei propoſita erat, quàm no-
„ſtra abhorrebat; ſed quod illa per ſe non
„poterat, Deus ope ſuâ in eâ effecit. Ubi primò illud obſervandum eſt, quod blaſphemiæ prorſus eſt affine: nimirum Chriſtum non minus carne ad peccandum pronâ circumdatum fuiſſe ac nos. Nam & verba hoc præ ſe ferunt, & niſi hoc afferat, futiliſſimus eſt ipſius diſcurſus. Deinde quòd hîc omnia bona opera Chriſti non ejus voluntati, ſed Patris virtuti adſcribat: cùm tamen alibi Dei in piorum hominum voluntates ac actiones influxum penitus neget. Neque tamen abſurdis his effatis ſe extricat. Etenim his omnibus poſitis, quomodo hinc diſcimus, quid nos poſſimus? Ubi nobis promiſit Deus, quòd idem in nobis velit facere, quod fecit in Chriſto? Iam corrigit *divinus Auctor, Chriſtum, quia eadem mala ſit expertus, tanto proniorem eſſe ad nos, in ſimili afflictione conſtituos, juvandos, & ope ſua ſublevandos. At quo pacto hac conſolatione ſincerè nobis frui licet, ſi Chriſtus eſt ipſe Deus immortalis, & ab omni afflictionis etiam umbra ſemotus? Nec enim refert, quòd humana natura paſſa mortuaque fuerit, ſi modò hæc in id cadunt, quod ſuppoſitum non eſt. Nam ſi natura illa ſuppoſitum non eſt, ac porrò nec per ſe quicquam agit, ſed quicquid agit, divina perſona, hoc eſt, ipſe Deus ſupremus ſecundùm illam agit; quid refert, illam paſſam eſſe, & mala noſtra expertam? Siquidem ipſa divina perſona, quæ verè agere cenſenda erit quicquid Chriſtus agit, nihilomimus ea mala non ſenſit, nec eam ob cauſſam ad nos juvandos fieri potuit pronior. Et licèt natura humana ad actionem illam, quâ nobis auxilium à Chriſto fertur, concurrere ſtatuatur: non concurret tamen tanquam ſuo arbitrio relicta, ſed ut ea, quæ Divinitatis arbitrio ac impulſui neceſſariò pareat, ſine quo nec agere, nec ceſſare ab agendo poſſit. Perinde ergò hac in parte erit, ac ſi ipſe Deus immediatè totam ſalutis noſtræ rationem gubernaret. Itaque ut in Dei gloriam, & verum Ieſu Chriſti honorem, ita & in ſe ipſos valde ſunt injurii, qui ſupremam Chriſto Divinitatem affingunt. Nos verò ſimul*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Deo ac Chriſto ſuum aſſerimus honorem, qui hominem Ieſum Chriſtum, ob mortem crucis in ſummam ſublimitatem potenti Patris dexterâ evectum, & principem ac ſervatorem noſtrum conſtitutum, adoramus, eúmque Dominum ad Dei Patris gloriam ex Pauli[a] *doctrinâ profitemur, ſimul & vim reſurrectionis, ac glorificationis ejus fructum ſentimus, & veriſſimè illud à Petro*[b] *dictum eſſe experimur*, nos per ipſum credere in Deum, qui ſuſcitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides noſtra & ſpes eſſet in Deo; *in quo ipſo ſummam Dei erga nos bonitatem agnoſcimus, & grato animo exoſculamur.*

[a] Phil. 2. 1.
[b] 1. Pet. 1. 21.

Magna ſunt illa & gravia, quæ hucusque attulimus, ſententiæ adverſariorum incommoda, quæ vel ſola ad ejus abſurditatem oſtendendam abundè ſufficerent. ſed nondum eſt finis. Vno enim dato abſurdo, ſequuntur multa; & facilè catena errorum nectitur. Nam præterquam quòd plurima ſacrarum literarum loca, cum opinione illa pugnantia, eive minùs conſona, adverſarios pervertere, & in alienam ſententiam torquere neceſſe eſt, dogmata quædam alia, ſaluti humanæ valdè noxia, illi ſuperſtruuntur, quæ, eâ convulſa, corruere neceſſe eſt. Poſſes hîc jure collocare craſſiſſimum illum multorum de Vbiquitate, ut vocant, ſeu omnipræſentia corporis Chriſti errorem,

git ſe, dicitque, quòd Deus non exigat à nobis ſanctitatem Chriſti ſanctitati parem, ſed ſimilem. Sit ita: ſed quomodo promiſit nobis par auxilium: an abſolutè, an à noſtro libero arbitrio ſuſpenſum? Utrumvis elegerit, ſe ipſum refutabit. Jam videamus alterum dilemmatis noſtri membrum: an nimirum Chriſtus nobis eas vires communicet, ut ex ejus vitâ ac morte ſcire queamus, quid nos quoque poſſimus. Hîc primò altum adverſarii hâc de re ſilentium ſatis clarè videtur ipſius diſſenſum teſtari. Nam verba illa *ope ejus*, quæ paulo infrà occurrunt, ad Deum, non ad Chriſtum reſpiciunt. Sed ponamus, jam ipſum ſic ſentire: omnia tamen hæc in fumum abibunt, cùm ipſe tale, ne Patris quidem, multo minùs Chriſti auxilium admittat, quòd voluntatis noſtræ reſiſtentiam vel inhibeat, vel ſuperet. Atque hinc quoque violenta illa *Rom*. 8. 2. 3. 4. detorſio fluit: cùm ex antecedentibus ac conſequentibus perſpicuum ſit, quòd nos non ad exemplum Chriſti, ſed in, & per Jeſum Chriſtum juſtificemur. Hîc jam manifeſtiùs ſe prodit horrenda adverſarii doctrina, dum dicit: *quòd Deus peccati vim in Chriſti carne primùm ſuſtulit ac delevit*: ac ſi quædam peccati vis in Chriſti carne delituiſſet, quaſique in nobis major non deliteſcat, cùm ad ejus exemplum juſtificamur. Nec aliam ob cauſam peccatum originale, noſtræque naturæ corruptionem inferiùs negat. Atque hoc eſt egregium *Socinianæ pietatis fulcrum* ac adminiculum: alterum, felicitatis nempe, pari facilitate ſubjungit. *Sic enim*, inquit, *nos docuit Deus, nos poſſe reſurgere*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

gere, atque adeò nos reſurrecturos. Sed ſcire velim, quo fundamento, illud *atque adeò* nitatur. Num per ſe neceſſarius ac infallibilis ſit noſtræ reſurrectionis cum reſurrectione Chriſti nexus? An hiatum illum arbitrii noſtri, pietas ac conſtantia ſuppleat? Prius aſſerere non audet: niſi univerſam ſalutis œconomiam, quam fingit, evertat: poſterius tam abſurdum eſt, ut non pietatis ac felicitatis, ſed deſperationis fulcrum ac fomentum dici mereatur.

At tanto rectiùs, certius, ac efficacius eſt *Orthodoxæ ſententiæ fundamentum*, quanto divina potentia ac conſtantia humanâ impotentiâ ac inconſtantiâ eſt ſuperior. Quo enim fulcro nititur noſtra *pietas*? Eo quòd ſimus membra illius capitis, quod eſt verus & æternus Deus; quódque Spiritum ſuum æternum in nos effudit, qui veræ fidei fructus producat. Quod noſtræ reſurrectionis ac æternæ felicitatis fundamentum? Hoc, quòd illius, qui verus & æternus Deus eſt, Spiritus in nobis habitet, nobiſque loco arrhabonis datus ſit, ita ut nos non minùs certò æternam beatitudinem adepturi ſimus, quàm certò ille à mortuis reſurrexit. Quare nimis audax eſt adverſarius, qui planè invicta ſalutis noſtræ fulcra traducat, ac pro iis vaniſſima ac prorſus ſtraminea ſubſtituat. Neque firmius eſt fulcrum quod ſubjungit: cùm non ſolùm in amorem Patris, ſed etiam in Chriſti erga nos charitatem ſit injurium. Fingit enim, magnum ſpei noſtræ inde acceſſiſſe incrementum, quòd de Patris amore, de quo ſubdubitari poterat, certiores ſimus, eò quod non ipſe

errorem, quo nimirum ipſa corporis Chriſti ſubſtantia, una cum divinitate ejus, quovis in loco, minimo, maximo, tota adeſſe fingitur. qui error, quicquid illius patroni dicant, Chriſtum de loco in locum moveri non magis, quàm ipſam divinam naturam, patitur; & quæcunque in ſacris literis leguntur, (leguntur autem innumera) quæ oſtendunt, eum certo locorum ambitu comprehenſum, & è loco in locum progreſſum fuiſſe, ſua vi tollit; atque inter cætera ejus in virginis utero conceptionem; niſi quis ipſam virginem non tantùm veſte, aut ædibus ſuis, ſed omnibus cœlis latiùs patuiſſe dicat; ſimiliter & aſcenſum ejus in cœlum, & ex eo reditum, tam neceſſarios Chriſtianæ religionis fidei, ut vocant, articulos: quos dum illi defendunt, qui & Vbiquitatem corporis Chriſti, ſibi contradicunt, & neutrum plenè ac conſtanter aſſerunt. Gravis hic error eſt, tum per ſe, tum quia, ſi animum attendas, omnis ſcientiæ, fideique Chriſtianæ fundamenta ſubvertit. Senſibus enim fidem negat, & nec oculis, nec manibus ampliùs vult credi, quibus Chriſtus [a]*, ut aliorum diſcipulorum, ita & pertinaciſſimam Thomæ incredulitatem olim expugnavit. Credi namque poſtulat, in quem locum Chriſtus veniſſe oculis eſt viſus, in eo jam re ipſa fuiſſe, antequam veniret: & è quo loco diſceſſiſſe viſus eſt, in eo nihilominus ipſo corpore manſiſſe, & nunc ea etiam*

a Luc. 24. 39, & d. Ioh. 20. 25, 28.

etiam loca corpore Chriſti, carne, ſanguine, & oſſibus conſtante, plena eſſe, quæ eo vacua, aliisve corporibus repleta eſſe, non oculi tantùm, ſed & manus teſtantur[a]. *Quod ſi his teſtibus fides neganda eſt; nulla erit cauſa, quin fides derogetur Chriſto, ea, quæ vidit, teſtanti; nihil erit, cur Apoſtolis credamus, Chriſti miraculo, mortem, reſurrectionem, quæ ſenſibus externis deprehenderunt, aſſerentibus; & iis ſcriptoribus ſacris, qui oculatorum teſtium fide ſeſe niti affirmant*[b]. *Fruſtra ſcripſit Iohannes*[c]: Quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt, de verbo vitæ: *ſi & oculi & manus falli in re tam manifeſta poſſunt. quin etiam dubitandum nobis erit, an illa, quæ legimus in ſacris literis, legamus. Sed de hoc errore plura hîc dicere non libet, utpote non omnibus adverſariis communi. Quanquam interim & illorum pars major ſimilia de præſentia ſubſtantiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, contra ipſorum ſenſuum fidem aſſerit; & nemo denique illorum Vbiquitatis illius patronis penitus poteſt ſatisfacere, quamdiu humanam Chriſti naturam cum divina, quæ eſſentiâ ſuâ omnibus in locis tota ſubſiſtat, individuo nexu junctam ſtatuunt. Niſi enim iisdem planè in locis humana natura ſit, in quibus divina; eodem tempore humana natura*

a Ioh. 3. 11, 32. Act. 10. 40, 41, 1. Cor. 15.6, & d.

b Luc 1.2.

c 1. Ioh. 1. 1.

ipſe immediatè totam ſalutis noſtræ rationem gubernet, ſed per Chriſtum nobis magis conjunctum, adeóque nos ad juvandum magis pronum, eam procuret: utpote qui per paſſiones ad miſericordiam pronior factus ſit. Quaſi verò Chriſti exhibitio, immutabilis Patris erga nos amoris non ſit infallibile pignus? Quaſi Chriſtus ante paſſionem non æquè propenſus fuerit in ſalutem noſtram ac poſt eam? cùm clariſſimum ſit, paſſionem non fuiſſe miſericordiæ cauſam, ſed fructum & effectum. Sed hanc ſuam ſententiam probat ex *Heb.* 2. 16, 17, 18. verùm abſurda ſententia non niſi abſurdâ ſcripturæ interpretatione ſtabiliri poteſt. Nam primò univerſam Apoſtoli argumentationem evertit, dum ἐπιλαμβάνεται per *ſublevare* explicat. Etenim ex contextu perſpicuum eſt, quòd Apoſtolus cauſas reddere ſatagat, cur Dominus ille, de quo ſermo eſt, quique Angelis longè præſtantior fuerat demonſtratus, carnis & ſanguinis particeps, ſicque Angelis minor fieri debuerit: quódque illas cauſas tandem in ipſius officium reſolvat: nimirum quòd talem eum eſſe oportuerit, quales fuerint illi, quos ſanctificavit. Itaque aut ἐπιλαμβάνεται ejuſdem naturæ participationem includit; aut malè diſſeruit Apoſtolus. Imò etſi concederetur, hîc per ἐπιλαμβάνεται tantùm intelligi *ſublevare*, tamen vi diſcurſûs Apoſtolici fieri potuiſſet, ut & Angelos ſublevaret, & per conſequens ipſorum naturam aſſumeret. Deinde ex N. T. inductione patet, ἐπιλαμβάνεσθαι ſemper exprimere unionem & aſſumtionem quandam, quæ auxilium præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

præcedat, ejuſque ſit vel fundamentum, vel via. Sed de hujus vocis emphaſi ſuo loco. Tertiò ex *verſ.* 18. liquet, quòd per paſſionem ita factus ſit miſericors ac fidelis Pontifex, ut per eam potuerit eſſe talis, non autem ut demum voluerit. *Nam ex eo quòd perpeſſus fuit, quum tentatus eſt, poteſt & iis qui tentantur ſuccurrere.* Sed adverſarius δύναται, *poteſt*, vertit per *ſolet*. Verùm hæc audacia propriâ abſurditate configitur. Senſus igitur horum verborum genuinus hic eſt: Cùm non Angelos, ſed ſemen Abrahæ aſſumſerit ac juvare voluerit, debuit per omnia fratribus ſimilis fieri, ut miſericors & fidelis Pontifex eſſet (fieret) in iis quæ apud Deum agenda erant ad expiandum peccata populi: id eſt, ut eſſe poſſet verus ille Pontifex, de quo prædictum fuerat, quòd ex mirabili ſuo amore & Miſericordia ſe peccati hoſtiam ſtiturus eſſet. Non poterat igitur eſſe miſericors ac fidelis Pontifex ſine paſſione. id eſt, non poterat fidelis illius ac miſericordis Pontificis officium vel ſubire, vel implere, niſi paſſus fuiſſet. Ejus enim paſſio erat peccatorum expiatio. Nos tamen minimè negamus, longè maximum ſpei noſtræ fulcrum eſſe, quòd Chriſtus homo ſit noſter mediator: verùm longè firmioribus columnis nitimur. Sic enim nos ſolatur Scriptura. Si is, qui æternus Dei Filius eſt & erat, ex ſingulari erga fideles ſuos amore homo fieri ac mori voluit, utique jam mortuus eos ab omni miſeriâ liberabit, æternaque beatitudine donabit. Nam Scriptura ubique nos ad amorem Chriſti, paſſionem ejus antecedentem, tanquam ad ſpei noſtræ *natura toti Divinitati erit juncta loco, & non juncta.*

Sed alius eſt error, tum in ſummam Dei erga nos benignitatem valdè injurius, tum pietati, ac porrò etiam ſaluti humanæ valde noxius, qui eo dogmate nititur eſtque omnibus vulgò adverſariis communis. Etenim ſi Chriſtus eſt Deus ſupremus, qui è cœlis in virginis uterum ſe demiſerit, qui infans in cunis vagierit, qui ederit, biberit, lachrymatus fuerit, aliáque humanæ fragilitatis propria, mortem denique truculentam in ſe ſuſceperit; quærendus eſt aliquis rei tam abſurdæ conveniens; hoc eſt, æquè abſurdus finis, qui huc neceſſitatis Deum ſupremum, nos ſervare volentem, adegerit. Is verò vulgo ſtatuitur, ut Deus infinitus, partim infinito obedientiæ ſuæ, quam activam *vocant, merito, infinitorum hominum inobedientiam plenè compenſaret, partim etiam infinito mortis ſuæ pretio Patri nobis irato, pro peccatis noſtris omnibus, & præteritis, & præſentibus, & futuris, pleniſſimè ſatisfaceret, omniaque penitus debita noſtra illi perſolveret; imò ſi vera ſunt, quæ dicunt, longe plus etiam ſolveret, quàm nos deberemus; ſiquidem vel unam ſanguinis Chriſti, utpote Dei infiniti, guttam pro omnibus totius mundi peccatis ſatisfacturam fuiſſe dictitant. Hujuſmodi ſatisfactio quia à nulla creatura præſtari potuerit, fuerit autẽ ad placandam Dei iram neceſſa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

neceſſaria; ideò ajunt, Deum incarnari oportuiſſe. Reperti quidem ſunt nonnulli, qui priorem ſatisfactionis illius partem, quæ in activa, ut vocant, Chriſti obedientia conſiſtit, ſuſtulerunt. Viderunt enim, ſi obedientâ ſuâ Chriſtus inobedientiam noſtram plenè compenſarit, nulla reſtitura peccata, pro quibus morte ſua ſatisfaceret, omnibus obedientiâ illâ jam abundè compenſatis atque extinctis. Sed illi & pauci ſunt, & poſteriorem nihilominùs ſatisfactionem in obedientia paſſiva, ſeu paſſione ac morte conſtitutam, vehementer urgent. Reperti ſunt plures, qui etiam alteram ſententiæ illius partem aliquantùm mitigare ſunt conati: vel quòd ejus neceſſitatem ſuſtulerunt, vel quòd aſſeruerunt, eam ſatisfactionem ſua vi debita noſtra non extinguere, niſi Dei accedat benignitas. Sed præterquam, quòd vulgarior ſit illa, quam nos antea explicuimus, ſententia; neceſſarium atque inevitabile illud fuiſſe neceſſe eſt, quod Deum ſupremum ad eam rem, quâ nihil poteſt ipſo indignius cogitari, impulerit; & plærique eorum, qui neceſſitatem ſatisfactionis illius ſuſtulerunt, ex Dei decreto non pendentem, nihilominùs pretium illud, quod pro nobis ſolutum fuerit, dignitate ſuâ infinitum, ac par debitis noſtris, fuiſſe ſtatuunt. Atqui hæc ſententia, præterquam quòd veram mortis Chriſti vim, in parienda nobis peccatorum remiſſione ac ſalute

noſtræ fontem, remittit. Quamvis autem humana Chriſti natura non ſit perſona: tamen hæc noſtra ſpes non infirmatur, ſed corroboratur. Etenim ſi perſona eſſet, tantùm hominis amore ac paſſionibus fiducia noſtra niteretur: at cùm altera ejus natura ſit divina, jam fides ac ſpes noſtra triumphat: quippe cùm Deus nos ita amarit, ut pro nobis mortuus ſit. Quod ipſum magnificentiſſimè docet Paulus *Act.* 20. 28. nimirum quòd Deus, ubi Syrus habet *Chriſtus*, eccleſiam illo ſuo proprio ſanguine acquiſiverit; ita ut nos non magis perire poſſimus quàm ille ſanguinem ſuum perditum, fruſtraque effuſum velit. Nec Apoſtolus Petrus dicit, eſſe fidem & ſpem noſtram in Deum, ut neget, Chriſtum eſſe principale, ac, ut adverſarius loqui amat, ultimum fidei ſpeique noſtræ ſubjectum, ſed ut oſtendat, per Chriſti ſatisfactionem nos Deo Patri jam perfectè eſſe reconciliatos, ut quem ſine ea tanquam ſeveriſſimum judicem metuere debuiſſemus, in illo jam per eam tanquam in in blandiſſimo patre nos fiduciam ac ſpem tutiſſimè collocaremus.

Veriſſimum quidem eſt, quod adverſarius dicit, uno abſurdo dato ſequi multa, errorumque catenam facilè necti. Verùm hâc in parte vehementer fallitur, quòd eam nobis affingat, cùm ipſe illâ manus, pedes, collum, totumque corpus quàm arctiſſimè conſtrictus teneatur. Adeò enim ipſius dogma univerſæ religionis ſyſtema perturbat, ut nullus ſit Chriſtianæ religionis annulus, quem non rumpat, vel enervet. Quàm longè Orthodoxi ab errore de corporis Chriſti Ubiqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Ubiquitate abſint, ſatis conſtat. Neque illi ullâ ratione patrocinatur, quòd humana Chriſti natura toti Divinitati individuo nexu juncta ſit. Quamvis enim illa unio ſit intima & arctiſſima, tamen non eſt adæquata & reciproca. Toti Divinitati juncta eſt, quia illa in quolibet loco ſimul tota eſt: non tamen omni in loco humana natura eſt, in quo Deitas: quia Deitas ita in uno eſt loco tota, ut tamen tota quoque ſit extra illum. Quemadmodum oculus toti animæ rationali eſſentialiter eſt unitus, nec tamen ubicunque anima eſt, ibi quoque eſt oculus: quia anima quidem tota eſt in oculo, verùm ita ut etiam tota ſit extra oculum. Quæ intellectu haud difficilia erunt, ſi rerum indiviſibilium ac diviſibilium unio, ipſarum naturæ congruè perpendatur.

Sed abſurdiſſimus eſt adverſarius, ac in ſalutem ſuam vehementer injurius, dum ſatisfactionem Chriſti abſurditatis condemnat. Novimus quidem, quanto pere ſaluberrimam hanc doctrinam Socinus in libris de Servatore exagitet: novimus quàm mirificè ſibi adverſarius in ejus contra Grotium defenſione placeat: attamen id quoque novimus, Socini commentum magnam quidem ſub initium ſubtilitatem, adde & ſoliditatem mentiri; verùm ſi paulo exactiùs examinetur, non ſolùm graviſſimè in Sacram Scripturam, ſed etiam in ipſam rectam rationem impingere. Me quod attinet, mirari ſatis nequeo, quòd viri in Scripturis exercitati tanti faciant ſophiſtica ejus argumenta, quibus diviniſſimum ineffabilis Dei Patris miſericordiæ & rigidiſſimæ in Chriſto vindi-

ſalute ſempiterna, agnoſcere non permittit; ipſum quoque Deum ſummæ, quam nobis peccatoribus præſtitit, benignitatis laude privat: imò & jus illi adimit pietatem porrò à nobis exigendi; quo ipſo & in nobis ſtudium pietatis perimit, & cum pietate ſalutem eripit. Etenim nec remiſit ſeu condonavit nobis Deus peccata, ſi totum id, quod ipſi debebatur, noſtro loco ac nomine ab altero ei fuit perſolutum; nec Filium, redemptionis noſtræ pretium, pro nobis ipſe impendit, ſi ipſi eſt Filii morte ſolutum. Ubi ergo illud, quod tantopere prædicat Apoſtolus a, *nos in Chriſto habere redemtionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum, ſecundùm divitias gratiæ divinæ? Plenus eſt ſacer, Novi potiſſimùm Teſtamenti, Codex laudibus tantæ Dei erga nos benignitatis, & immenſæ charitatis. Quo verò jure Deus à nobis ampliùs exigere poterit pietatis officium, ſi Chriſtus omnia abundè præſtitit ac compenſavit, tum Legi pro nobis parendo, tum (quâ re jam ampliùs opus non erat) morte pœnas peccatorum noſtrorum omnes cumulatè perſolvendo? Cui licet ab ipſo debitore adhuc aliquid exigere, ei ab alio, debitoris nomine ac loco, nondum eſt penitus ſatisfactum. Is qui pro debitore ſolvit, jus habet ſuum ab eo recipiendi, niſi id ſe ipſi donaturum promiſerit. Sed id jus Chriſtus non habebit, ſi idem eſt cum Patre Deus. Si enim ita ſe*

a Eph. 1. 7. vide inter alia Ioh. 3. 16. Rom. 3. 25, 26. & d. 8. 32. 2. Cor. 5. 18. & d. Eph. 2. 4. & d. 1 Ioh. 4. 9. & d.

res habet, ipſi Chriſto non minùs, quàm Patri, erat ſatisfaciendum; & dum illi ſatis fecit, ſibi quoque ſatisfecit: ſi modò quisquam ſibi ſatisfacere poteſt. Si ideò, quòd de ſuo ſolvit, non de alieno, ipſius manemus debitores; tantum debemus illi, quantum antea Patri. Verſura facta eſt, æquè nobis, niſi benigniorem Patre Filium facias, gravis. Infinitum enim reſtat, ut antea, debitum, non niſi æterna morte perſolvendum: nec ſaluti noſtræ conſultum eſt magis, quàm antea. Sed nemo id facile cogitat; omnes ſolutum eſſe libenter credunt: nemo ſe tantumdem debere cenſet, quantum antea debuerat. Ius ergo Deo & Chriſto periit nobis pietatem imperandi, &, ſi eam præſtare nolimus, nos puniendi. Hoc quanquam per ſe impium eſt cogitare; id quoque ſecum ſtatim affert, ut neceſſitatem piè vivendi tollat. Quòd ſi autem nobis piè vivere neceſſe non eſt; periit pietas. Quis eſt, qui rem, quâ nulla eſt difficilior, ſine neceſſitate ſuſcipere velit? Si quis enim eſt, qui pietatem ad ſalutem non eſſe neceſſariam dicat, piè interim vivat; ſe ipſum non ſatis intelligit, ac meliùs ſentit, quàm loquitur. Neceſſitatem enim piè vivendi revera agnoſcit, &, ſi animi ſui tacitos ſenſus meliùs aut ſcrutaretur, aut exprimere vellet, etiam profiteretur. Sed notum (proh dolor!) nimis eſt, quàm periculoſa, quàm inimica pietati dogmata, quæ hîc recenſere

vindicativæ juſticiæ temperamentum it oppugnatum. Nam omnibus iis, qui communia, ipſoque lumine naturæ nota ſymbioticæ principia, primaque cultûs Levitici atque epiſtolæ ad Hebræos elementa cognoverunt, clariſſimum eſt, fermè in omnibus ac ſingulis tam V. quam N. T. phraſibus ad ſacerdotale Chriſti officium pertinentibus id ipſum inculcari: imò hæc ipſa dicta ab adverſario allegata id evidentiſſimè comprobant. Gratia Dei Patris ſe illuſtriſſimè exſerit in eo, quòd non ipſos fideles, ſed ipſorum ſponſorem puniat; quòd Sponſorem ipſis det: quòdque ipſos, non alios, ad unionem & communionem cum hoc ſponſore elegerit. Iuſtitia in eo, quòd obedientiam & pœnas, omnium fidelium obedientiæ & pænis æquivalentes, ab eo accuratiſſimè exigat. Hoc ipſum clamat univerſus cultus. Leviticus Nunquam enim remiſſio vel condonatio in eo reperitur, quin mors ac expiatio præceſſerit. Quin id ipſum ipſa phraſis *remiſſio peccatorum* evincit. Neque enim hæc phraſis denotat ſimplicem habitudinem ſocialem, ſed ſacerdotalem, quâ onera peccatorum à fidelium humeris deportantur, dum ea Chriſti capiti, tanquam vero hirco emiſſario, imponuntur. Quod pulcherrimè docet Paulus *Rom.* 4. 7, dum *Pſalmi* 32 verba, אַשְׁרֵי נְשׂוּי־פֶּשַׁע exprimit his Græcis, *μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι*: Hebræa verbotenus ſonant; *Beati quorum transgreſſiones ſunt transportatæ*: Græca: *Beati quorum transgreſſiones ſunt remiſſæ vel dimiſſæ.* Indicat ergo, peccatoribus remitti peccatorum onera, quia alius ea in caput ſuum recepit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

receperit. Devotum autem illud caput David exprimit v. 5. ſcilicet Iehovah ipſe eſt illud. Confer Exod. 34. 7. Num. 14. 18. Michæ. 7. 18. Eſ. 53. & Lev. 16. 21. 22. 23. &c. ubi ſolus Chriſtus intelligitur. Verùm de his alibi erit diſputandi locus. Nam cum ob adverſariorum pertinaciam, tum ob multorum incogitantiam, res meretur ampliorem tractationem, quam aliquando cum bono Deo perſequemur, ſi is nobis otium atque vires conceſſerit. Quâ de re jam non eſt diſputandi locus. Chriſtum accuratiſſimè pro omnium fidelium peccatis ſatisfeciſſe credimus, ipſum autem plus ſolviſſe quàm deberet, in ſacris literis non legimus. Omnes quoque iræ divinæ nonniſi ab eo, qui æternus Deus eſt, ſuperari potuiſſe, cum Scripturâ affirmamus: nec aliter ſentiet, niſi is qui nec peccatorum ſuorum magnitudinem ac multitudinem, nec divinæ juſticiæ rigorem, nec amoris Chriſti ardorem æquâ lance perpendit. Nec eſt quòd divinam hanc doctrinam ob doctorum quorundam diſſenſum in dubium vocemus. Nam tam illi qui utramque juſticiam Chriſti, quàm hi qui paſſivam tantùm in ſatisfactione urgent, eam agnoſcunt. Neque tam longè à ſe diſſident, quin diſtinctâ verborum explicatione inter ſe conciliari queant: quamvis illi qui utramque urgent, paulo pleniùs ſentire videantur. Eorum tamen, qui poſito hominum peccato ac quorundam liberatione, ſatisfactionis neceſſitatem tollunt, ſententia jure merito minùs accurata cenſetur. Quamvis enim peccatorum punitio ſit actus Dei ad extra, ut loquuntur, attamen poſitâ permiſſione peccati, *ſere longum foret, ſuper hoc uno, de quo modò locuti ſumus, exſtruantur. Subduc illis fundamentum malè poſitum, opinionem de ſuprema Chriſti Deitate, omnia mox collabi ſenties.*

Obeſt autem illa de ſuprema Chriſti Deitate opinio non tantùm iis ipſis, qui eam tuentur, ſed etiam aliis. Etenim eos, qui à Chriſtiana religione adhuc ſunt alieni, ab ea amplectanda arcet, & porrò ſalutis iter ingredi non ſinit. Cum enim putent, hæc eſſe ipſius Chriſtianæ religionis capita, & quidem præcipua, quæ eſſe à Chriſtianis vulgò creduntur, de Deo Trino, de Dei ſupremi incarnatione, & cætera, quæ ex his aliquo modo pendent; interim tamen partim ratione duce, partim ex ſacris literis Veteris fœderis, manifeſtam eorum falſitatem videant; non poſſunt non univerſam Chriſtianam religionem, tanquam falſam, atque à Deo minimè profectam averſari. Quî enim vera poſſet eſſe ea religio, qui divinitùs profecta, cujus dogma aliquod ad eam conſtituendam omnino pertinens, manifeſtè falſum eſſe deprehendatur, & iis ſcriptis, quæ divinitùs ſint profecta, contrarium? Quare neminem adeò & ſuæ & alienæ ſalutis incurioſum, ne dicam ei inimicum eſſe decet, ut quid hac in parte ſtatuat, ac profiteatur, minimè curet; nec cuiquam mirum videri debet, nos non dubitâſſe ſententiam vulgò à tot ſeculis receptam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

deſerere, utut infeſtis omnium odiis, atque inſectationibus, ac perpetuis fortunarum, & ipſius denique vitæ periculis propterea ſimus expoſiti. Fructum enim illum, quem inde ad Dei gloriam, ad verum Christi honorem, ad noſtram denique & alienam ſalutem redundare docuimus, longè majorem eſſe judicamus, quàm ut vita fortunaque noſtræ, & quicquid habemus in rebus humanis carum, in comparationem cum eo venire queat. Vnde etiam cenſemus, eos, qui vitam ob profeſſionem hujus veritatis profundere recuſent, & eam agnitam turpiter deſerant ac prodant, inter illos eſſe numerandos, quos filii hominis [a]*, & ſermonum ejus pudeat, & qui nec Dei Chriſtique gloriam, nec ſuam ſalutem, uti par eſt, ament, omnibuſque aliis rebus anteponant. Quibus quid expectandum ſit, facilè æſtimare quivis poteſt. Quin & illud facilè hinc intelligitur, quid de iis ſentiendum ſit, qui, cùm adjumenta habeant omnia, & occaſionem minimè vulgarem, veram, quam tuemur, ſententiam agnoſcendi, eam tamen contemnunt, imò etiam ei contumaciter reluctantur. eos nimirum, unà cum cæteris divinæ veritatis contemtoribus, & gloriæ divinæ pietatiſque inimicis, pœnas, niſi reſipiſcant, daturos. Noſtrum interim non eſt damnare eos qui, ob meram ignorantiam, adverſæ adhærent, aut fortè ob longam erroris conſuetudinem, aliaque ſimilia, quæ*

[a] Luc. 9. 26.

peccati, poſitoque de quorundam peccatorum ſalute decreto, ſimpliciter fuit neceſſaria: quia non pauci reperiuntur actus, qui in ſe quidem liberi ſunt, ſed ob antecedentium quorundam actuum, à quibus pendent, poſitionem, omnino neceſſarii evadunt. Sic poſita alicujus creaturæ intelligentis creatione ac conſervatione, neceſſariò ponitur ejus gubernatio: ſecus ſtultè Deus eam creaſſet. Nihil autem hâc ſatisfactione poſſe cogitari indignius qui pronuntiat, is ſe & eâ, & ejus fructu indignum quidem teſtatur, non tamen ideò id probat. Quam vim morti Chriſti adverſarii tribuant, ſatis notum eſt. Sacra Scriptura ipſi non ſolùm vim iram Dei placandi, ſed etiam pietatem inchoandi, alendi ac augendi adſcribit. Licet enim ad ejus fructum Dei Patris benignitas erga electos requiratur, attamen ipſa in ſe tanti eſt pretii & valoris, ut non per acceptilationem, ſed per plenam ſolutionem juſticiæ Dei ſatisfecerit. Neque verò hæc ſatisfactio vitæ ſanctitatem excludit, ſed includit; cùm propter eam inſtituta ſit: neque à nobis ſatisfactionis loco poſtulatur, ſed vi pacti à Chriſto cum Patre initi ex ipsâ ſatisfactione neceſſario nexu derivatur. Dum autem Patris ſatisfactum fuit, Filio quoque mediatè fuit ſatisfactum: cùm omnia quæ Patris ſint, ſint etiam Filii: nec tamen naturalis divinarum perſonarum ordo perturbatur. At quâ ratione verſura facta ſit, nullus video: cùm Filius non ſolùm pro fidelibus mortuus ſit, verùm etiam Spiritum ſuum iis donaverit, qui fructus cœleſti vitâ dignos produceret.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Sed mirum non eſt , quòd adverſarius tam monſtroſa objiciat, cùm ipſe univerſam ſalutis œconomiam evertat, nullumque diſcrimen inter filialem ac ſervilem Dei timorem agnoſcat. Vrget enim ita pietatis neceſſitatem , ut gratiæ efficacitatem tollat . Neque illa pietatis eclipſis , quam nos non minùs ac adverſarius deploramus , Orthodoxæ de Chriſti merito ſententiæ ſed potiùs ejus ignorantiæ imputanda eſt. Teſtatur enim experientia , omnes eos , qui ſuis meritis ac ſanctitate nituntur , à verâ pietate ac ſanctitate ſolere eſſe alieniſſimos. Quomodo non noſtra , ſed adverſariorum ſententia , V. T. contemtum pariat , adeóque Judæorum converſionem , ſine quâ univerſalis gentium converſio fruſtra ſperatur , quantum in ſe eſt , impediat , ſuprà attigimus. Nos omnino ſperamus, Deum pernicioſiſſimos adverſariorum errores ideò permiſiſſe & permittere , ut Eccleſiam variis argumentis exercerent , eamque plurimorum ac nobiliſſimorum Sacræ Scripturæ , veteris præſertim, locorum depravatione excitarent, quo illorum accuratior cognitio pedetentim ad Iudæorum converſionem viam ſternat. Divinum hoc , quod defendimus , Myſterium vel falſum , vel divinis literis contrarium eſſe , hucuſque non potuit probare adverſarius. In aliorum conſcientias nec tyrannidem , nec juriſdictionem nobis uſurpamus : id tamen, bonâ conſcientiâ , teſtamur, nos divinæ gloriæ ſalutiſque noſtræ ſtudio adverſariorum libros, quos nanciſci potuimus, diligenter percurriſſe , eorum argumenta in timore Domini ac pro ingenii noſtri

quæ ei veritatis ſpeciem conciliant , eam deponere admodum difficulter poſſunt , modò alioqui pietatis ſint ſtudioſi , nec diſſentientes odio proſequantur. Charitas enim in æquiorem nos partem flectit, ubi manifeſta ſupremi ligislatoris ac judicis ſententia in ſeveriorem, nos non cogit. Periculoſa eſt ſententia adverſariorum , & in Deum ac Chriſtum, inque pietatem per ſe injuria: ſed cogitamus , veniam poſſe dari à benigniſſimo judice ; hinc quidem errori atque ignorantiæ , ſi abfuerit contumacia & contemtus ; illinc pietati, ejus ſententiæ abſurditatem partim minuenti , partim tegenti , & tanto quidem faciliùs , quanto minùs iidem illi alios ob contrariam veriorem que ſententiam damnârint. At quæ ſpes illis, quibus adjumenta ad veritatem cognoſcendam non defuerunt ; quorum manifeſta in re tanta apparuit vel negligentia, vel pertinacia ; quos nil niſi hominum metus , & crucis Chriſti fuga , & quæ ſunt his ſimilia , à vera ſententia arcuerunt ? quid illi errori ſuo, cùm ad tremendi judicis tribunal ſiſtentur, prætexent? quid autem illi , qui alios ob hanc ſententiam tam rigidè, tam ſuperbè, ut fit à plurimis, damnant , & non modò conviciis inſectantur , ſed vel extremo ſupplicio afficiendos , vel ſaltem in exilium pellendos cenſent? quod errori ſuo velum prætendent ? Si non veniſſem [a] , *inquit Chriſtus* , & locutus fuiſſem eis, peccatum

[a] Ioh. 15. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

catum non haberent: nunc autem excuſationem non habent peccati ſui. *Idem ſibi dictum putent, ad quorum manus ſcripta ea perveniant, unde ſententiam veriorem diſcere poſſint. Simul autem illud omnes norint, quanto ſententia noſtra pietati eſt magis conſentanea, tanto magis illis, qui eam fuerint amplexi, dandam eſſe operam, ut vitæ ſanctitatem cum ea conjungant, certi, veritatis cognitionem ſine pietate plus ipſis obfuturam, quàm profuturam.*

Deus ille pacis faxit, ut omnes eodem animo inter ſe mutuò affecti ſint ſecundùm Chriſtum Ieſum: ut concorditer uno ore glorificent Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti; cui ipſi quoque ſit honor in ſecula.

AMEN.

noſtri tenuitate accuratè perpendiſſe; nihil partium ſtudio, nihil malicioſis affectibus tribuiſſe: hâctenus tamen nihil aliud deprehendere potuiſſe, quàm, Orthodoxam ſententiam & ſacris literis, & rectæ rationi maximè eſſe conſentaneam, adverſariorum autem dogmata non ſolùm diſſona, verùm etiam prorſus pernicioſa. Argumentorum quorundam difficultatem minimè diſſimulamus; verùm cùm nobis, Dei gratiâ, non ſemel acciderit, ut poſt diligens examen ea leviſſima deprehenderimus, quorum obſcuritate ſub initium terrebamur, confidimus, eam lucem brevi in noſtris omniumque piorum animis exorituram, quæ omnium difficultatum nebulas penitus diſcutiat. Quam gratiam adverſariis quoque noſtris ex animo precamur. Nos quidem nobis de ipſorum ſalute tantum polliceri non audemus, quantum ipſi ſibi de nobis promittunt: veruntamen Deum Patrem ſupplices veneramur, ut ipſorum miſereri, eoſque ex tantis errorum tenebris liberare clementiſſimè dignetur, quo ipſum unà cum Filio ſuo unigenito ac Spiritu rectè agnoſcant ac colant. Nullius vel negligentiæ, vel pertinaciæ, vel ambitionis, vel erga adverſarios odii nobis conſcii ſumus, quamvis à nobis impetrare nequeamus, ut in ipſorum gratiam vel latum unguem à ſacrarum literarum ſtatutis diſcedamus. Eximium veritatis ac pietatis ſtudium præ ſe ferunt: fateor, verum, ſi paulo accuratior ipſorum doctrinæ anatome inſtituatur, huc omnia tendunt, ut divinâ gratiâ obſcurata humana dignitas extollatur atque amplificetur. Etenim dum Deum Patrem ab æterno Patrem eſſe negant, primos ſuæ electionis, coverſionis, ac ſalutis auctores, ſe ipſos conſtituunt: dum Filium æternum Deum eſſe inficiantur, ſe ipſos pro efficacibus mediatoribus ſubſtituunt: dum denique Spiritus Sancti æternitatem oppugnant, ſe ipſos ſuæ felicitatis conſummatores aſſerunt. Quæ omnia cùm hominem, de ſuâ ſalute ſollicitum, in præſentiſſimum deſperationis barathrum præcipi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

cipitant, quâ ratione ipſorum ſententiæ ſubſcribere poterit? Sæpius Dei Patris amorem commendant: ſed ita eum dipingunt, ut non major, non efficacior ex ſe erga damnatos quàm erga ſalvatos fuerit. Non rarò mortis Chriſti vim urgent; verùm ita eam conſtringunt, ut per eam non ſalutem, ſed tantùm poteſtatem ſalutis, ſi velimus, noſtrâ pietate adipiſcendi obtinuerimus. Spiritus Sancti virtutem haud vulgaribus encomiis commendant: ſed ita illa temperant, vel potiùs revocant, ut ſit æternæ ſalutis arrhabo, ſed talis, quem licet plurimi habeant, in æternum tamen pereant. Non itaque ipſorum ſcriptis vel perturbemur, vel terreamur: ſed ſervatori noſtro Domino Ieſu Chriſto auſcultemus, ac firmiſſimè adhæreamus: qui abſolutiſſimum doctrinæ ſuæ compendium perfectiſſimamque Apoſtolici officii normam, nobis in his verbis reliquit: *Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Sanè eum vel judicio infirmum, vel affectu improbum eſſe oportet, qui non videat in ejus nomen verâ fide credendum eſſe, in cujus nomen omnes gentes baptizandæ ſunt: in illo confidendum, in cujus nomen verâ fide credendum; ab illo æternam felicitatem exſpectandam, in quo confidendum: eum verè divino cultu afficiendum, à quo æterna felicitas exſpectanda; illum denique naturâ ſupremum Deum eſſe, qui verè divino cultu eſt afficiendus.

Deus Pater faxit, ne quis ſit qui homines per Philoſophiam & inanem deceptionem, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum, deprædetur, ut omnes mente, corde, atque linguâ agnoſcant, in ipſo Chriſto, omnem plenitudinem Deitatis corporaliter inhabitare. Amen.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM,

quæ in Myſterio Pietatis defenſo continentur.

A.

ADamus dormiens Chriſti mortui typus. Pag. 283.

Actio competit ſuppoſito ut principio quod, naturæ ut principio quo. 580. 584. eſtque ſemper proportionalis agenti. 39

Actor poteſt eſſe teſtis jure divino. 240

Actu duo aut tria, per ſe unum eſſe queũt. 523

Actu ipſo diſtincta, non protinus ſunt ea, de quorum uno aliquid recte affirmatur, quod de altero eodem tempore recte negatur. 605

Æquale cum eo, cui æquale eſt, poteſt eandem habere eſſentiam: imo ſi ſit ſumma inter duo æqualitas neceſſario quoque inter ea eſt eſſentiæ identitas. 357

Æterna eſſe poſſunt quæ à libera Dei voluntate pendent. 126

Animæ hominum à corporibus ſeparatæ vivunt & intelligunt. 292. nec tamen juxta pleroſque perſonæ ſunt. 581

Aoriſtus Participiorum verbis præteriti temporis adjunctus habet vim præteriti. 332

Apoſtoli æternam Chriſti Deitatem ſatis indicant. 28 & 342

Argumenta à creaturis ad Deum quomodo petenda. 510. 554

Arrhabo poteſt eſſe perſona. 453

Articuli pluribus nominibus præfixi unitas quando ſubjecti unitatem denotet. 82

Attributionis ſpecialis ſeu appropriationis ratio quænam. 28. 41

Audire quid nonnunquam ſignificet. 476

B.

Baptizare in nomen alicujus quid? 385

C.

CAput alicujus eſſe quid. 260. ſeqq.

Charitas Dei erga nos qua in re maximè oſtenſa. 340. 620. eam negant adverſarii. ibid.

Chriſtum eſſe & Filium Dei eſſe, nunquam ſunt idem in Sacris Literis. 337

Chriſtus eſt Α & Ω. 91. antiquus dierum. 90. eſt Deus Iſraëlis. 96. 377. eſt Iehovah Zebaoth & quidem ſolus. 73. 382

De Chriſto nihil affirmatur vel negatur in Sac. literis. quod, etſi Deus ſummus ſit, de eo affirmari vel negari non poſſit. 112. & ſeqq. quomodo ejus caput Pater. 259. Chriſtus qualis cauſa ſalutis. 38. 46. 237. & ſeqq. quando Chriſtus fuerit. 220. 331. in Vet. Teſt. deſcendit de cælo. 313. & ſeqq. creatio qualis ei tribuatur. 38. 46. 95. 237. quænam, & qua ratione ei à Patre data. 204. & ſeq. Eſt ſummus & æternus Deus. 4. & ſeqq. paſſim per totum librum. ſe Deum eſſe aperte docuit. 170. Deus factus abſurde dicitur. 227. & ſeqq. quomodo dicatur Deus & homo. 576. & ſeqq. non diſtinguitur à Deo ſummo ſed à Patre. 99. 101. & ſeqq. Divinitatem natura non ex Patris dono habet. 227. & ſeq. nec ejus Divinitas conſiſtit in imperio vel poteſtate. 336. dominium ejus quale. 31. & ſeqq. doctrinæ ſuæ primus quoque author eſt. 143. & ſeqq. eſt cauſa noſtræ ſanctitatis & felicitatis, non nudum exemplum. 617. 627. & ſeqq. Filius Dei cur ſit, & appelletur. 300. & ſeqq. cur ſæpius Filius Dei dicatur. 109. 309. honoris divini ſummus quoque finis eſt. 30. & ſeqq. 78. honorem ei debitum adverſariorum ſententia prorſus negat. 617. & ſeqq. Orthodoxorum ſancte tribuit. 625. humana ejus natura non eſt perſona. 579. & ſeqq. an homo, an abſtractum, an proprie agat. ibid. an per ſe ſubſiſtat. 582. & ſeqq. Chriſtus opponitur idolis. 11. dum homo factus eſt, ſe inanivit. 197. eſt imago Dei ratione perſonæ & officii. 294. ita eſt imago ut ſit ſummus Deus. 103. fuit Patris imago etiam in Vet. Teſt. 298. imperium quomodo à Patre acceperit. 221. & ſeq. imperium duplex ipſi competit. 217. 227. imo triplex. 270. mandata à Patre accepit prævio conſenſu. 174. 196. & ſeqq. quomodo ſit mediator. 73. eſt quoque primarius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

rius ſuæ mediationis auctor. 276. *an totius Trinitatis, an ſui ipſius.* 64. 274. *& ſeq. an reſpectu utriuſque naturæ.* ibid. *duabus conſtat naturis, divina & humana. & ſeqq. quatenus pro nobis mortuus fuerit.* 340. *durante mortis triduo vixit.* 282. *& ſeq. & fidelium peccata expiavit.* 321. *officia ei omnia competunt ut perſonæ, quæ ſit Immanuel, Deus & homo.* 587. *& ſeqq. cur omnia ſua opera Patri adſcribat.* 233. *ejus ad Patrem habitudo varia.* 262. *quomodo Pater per Chriſtum aliquid faciat.* 239. *quomodo Patri regnum traditurus.* 271. *regnum ejus non eſt ſacerdotium.* 337. *cur Patrem oraverit.* 199. *& ſeq. non pendet à Patre qua Deus.* 111. 552. *& ſeqq. per eum quomodo omnia.* 38. *& ſeq.* 238. *perſona ejus dupliciter conſideranda, ſecundum humanam naturam aliquid agere rectè dicitur.* 65. *potentiam omnia faciendi quomodo acceperit.* 113. 204. *eſt propriè dictus ſacerdos.* 277. *reſuſcitatus fuit à ſeipſo.* 289. *cur toties dicatur reſuſcitatus à Patre.* 279. *& ſeqq. ſedet in throno ſummi Dei.* 91. *qualis Dei ſervus ſit.* 197. *quomodo Spiritus S. ei datus.* 344. *eum ſuo nomine mittit.* 234. *eſt Totum ex divina & humana natura conſtans.* 568. *quomodo non veniat à ſeipſo.* 148. *non fit Deus per unctionem.* 344. *cur à Spiritu S. dicatur ungi.* 347. *qua ratione ſit viſibilis.* 297. *quomodo non faciat voluntatem ſuam.* 150.

Clarificatio quam Chriſtus Ioh. 17. *quomodo ſe habeat.* 214 *& ſeqq.*

Cognitio trium perſonarum eſt mutua. 23. *eſt confuſa vel diſtincta.* 500

non quævis Communicatio ſubſtantiæ cum altero eſt generatio. 595. *& ſeq.*

Comparationes rerum cum perſonis non poſſunt parere tales proſopœias quales adverſarii de Spiritu S. fingunt. 476

Conſequentiæ in ſummis fidei Myſteriis cur admittendæ. 493

de Contradictione male diſſerit adverſarius. 606.

Credita difficilia in ſacris literis fructuoſe exponuntur. 341. 494

Cultus divinus cur Chriſto debeatur. 229. 624

Cum ipſo male ponitur pro perinde ut ipſe *ab adverſario,* 443

D.

D*Ari quot modis ſumatur.* 204. *& ſeqq. imperium quomodo Chriſto datum.* 221. *& ſeqq.*

Δεικνύειν *quid ſignificet.* 117

Deſcenſus quotuplex. 487

Deorum multitudo minimè ſequitur ex SS. Trinitate. 507. *& ſeqq. abſurdè defenditur ab adverſariis.* 31. 232. 616

Deus accipitur eſſentialiter vel perſonaliter. 43. *& ſeqq.* 57. *& ſeqq.* 102. 512

Deum alicujus eſſe quid. 264

Dei Filius eſt Deus. 109

Dei nomen quid ſignificet. 26. *reſpondet nunc voci Iehovah, nunc Elohim.* 512. *ſubjectivè poſitum ſolum Patrem non deſignat.* 20. 377. 380. *quomodo ſit terminus ſingularis.* 509. 516.

Deus numero unus de pluribus diſtinctis perſonis directè prædicatur. 43. 508

Deus ſummus quomodo poſſit eſſe ab alio. 94. 110. *aliquid accipere.* ibid. *neceſſario velle id quod vult perſona alia.* 438. *arrhæ loco dari.* 449. *non facere aliquid à ſeipſo.* 113. *& ſeqq. alicui donari.* 424. *ab aliquo accipere mandata.* 195. *eſſe mediator.* 273. *mitti.* 188

Dei actus interni ſunt indiviſibiles. 562. *nec eſt compoſitus.* 546

Deus non vult ſingulos homines ſervari. 67. 75.

Deus Pater varios habet reſpectus in negotio ſalutis. 275

Dies apud Prophetas quid ſignificet? 90

Diſparatorum quæ ratio. 573. *& ſeqq.* Deus *ſummus & homo non ſunt ſimpliciter diſparata.* ibid.

Dominus ab alio factus, etſi Deus *ſit, attamen Deus ab alio factus non eſt.* 227

Domini nomen pro Iehovah & Adonai ſumptum, etiam pro Filio & Spiritu S. ponitur. 93. 377. 380. *quomodo Chriſto tribuatur.* 33. *& ſeqq.*

nomina Dominus *&* Deus *quomodo conferenda.* 45

De duobus Diis adverſariorum error quam periculoſus. 232. *multos Deos quomodo aſſerat Scriptura.* 32. 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

E.

EAdem uni tertio quomodo inter ſe ſint eadem. 517. & ſeqq. hoc axioma non repugnat Trinitati. ibid.

Elohim vocis vera originatio ac ſignificatio. 26. 104. 512

Eminenter aliqua diſtingui rectè ſtatuitur à Scholaſticis. 603

Eſſentia divina eſt ſine ſui multiplicatione vel partitione communicabilis. 517. & ſeq. quamvis ſit ſingularis, prædicatur tamen ad modum univerſalis. 19

Excluſiva non excludit incluſa. 20. 22. eſt talis ſimpliciter vel ſecundum quid. ibid.

F.

FAcere aliquid à ſeipſo quid. 113. & ſeqq.

Fidei veræ non repugnat recta ratio. 502

Fidei in Spiritum Sanctum in Sac. lit. & præcepta, & exempla exſtant. 385. & ſeq.

Filii Dei nomen Chriſto eſt eſſentiale, eique ob ſolam æternam generationem convenit. 301 & ſeqq. ubi quoque falſæ cauſæ ab adverſario fictæ ſigillatim refutantur. Filius Dei ſummus Deus eſt. 28. 109. contraria ſententia univeſam ſalutis ſtructuram evertit. 611. & ſeqq. quomodo ſit Spiritûs S. origo. 94

Figuræ quæ adverſario diſplicent, tam ſacris quam profanis auctoribus probantur. 449

Formæ ejuſdem rationis duplices. 535

G.

NOn omnis Generatio propriè dicta eſt mutatio à non ente in ens. 552. datur æterna & indiviſibilis. ibid.

Generatio per emanationem eſt quoque permanentium. 560

Generatio Filii Dei ex eſſentia Patris defenditur. 552. & ſeqq. ejuſdemque modus per intellectionem. 545. quid accuratè ſit. 594. ejus à proceſſione Spiritûs Sancti differentia. 595. & ſeqq.

Generatio ponitur pro æternæ generationis declaratione. 318. 322

Generatum generanti quatenus ſimile eſſe neceſſe ſit. ibid.

H.

HOdie nonnunquam accipitur de tempore univerſi N. Teſt. 323

Humana Chriſti natura non eſt perſona. 587 & ſeqq.

I.

IEhovah eſt nomen non unius perſonæ proprium, ſed pluribus commune. 107

Imago perfectiſſima ejuſdem numero eſſentiæ eſt, cum eo cujus eſt imago. 295

Imperandi jus Chriſto datum quid contineat. 270

Incarnationem Dei ſummi ſacræ literæ frequenter inculcant. 341. ad ſalutem noſtram fuit neceſſaria. 342. minime eſt abſurda. 564. ſed congruentiſſima. 626

Incommunicabilitas in ſuppoſiti definitione exprimenda. 527

Interpretationes adverſariorum quales. 478

Invocationis Spiritus Sancti in Sac. literis tum præcepta tum exempla. 385. & ſeqq. ea cur non tam frequentia. 383

Iohannis in ſcribendo Euangelio ſcopus. 113. idem plurima atque invicta pro æterna Chriſti Deitate argumenta ſuppeditat. ibid. 238

Iudæi tempore Chriſti ſalutaris doctrinæ ferme ignari. 81. unde abſurde ab ipſorum judicio argumentatur adverſarius. 430. 436

Iudicium Chriſto datum, eſt ſupremæ ejus Deitatis argumentum non cauſa. 229

K.

Καιρὸς quid ſignificet. 73

L.

LEgatus poteſt eſſe coordinatus leganti. 475 & ſummus Deus. 189

Limitatio eſt explicita vel implicita. 139. unde malè hanc adverſarius omittit. ibid. & fermè ubique. Particulæ limitantes quam vim habeant. 127

M.

MEdiator ſui ipſius an & quomodo quis eſſe poſſit. 64. 274

Mira-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Miraculorum ſuorum primus quoque author fuit Chriſtus. 235
Mitti Deo ſummo competere poteſt. 188. *imo miſſio Chriſti ſupremam ejus Deitatem evincit.* 312
Myſteria licet non repugnent rationi, eam tamen ſuperant. 504. *ipſaque recta ratio ea fatetur incomprehenſibilia.* 505. *nihilominus credenda.* ibid.

N.

Naturarum in Chriſto diſtinctio defenditur, & probatur. 127. *& ſeqq. non evertit* Orthodoxam *ſententiam.* 142. *ei ſophiſtice objicitur ſimplex de ſubjecto affirmatio & negatio.* 66. 236
Numero differre quot modis dicatur. 41

O.

Officia Chriſti ejus perſonæ competunt. 584. *& ſeqq.*
Operum Chriſti *finis, ut æterni Patris æternus Filius agnoſceretur.* 234
Ὅτι *pro quatenus.* 125. 208. *non ſemper denotat cauſam rei, ſed etiam cauſam demonſtrationis.* 253
Ὀρίζειν *quid ſignificet.* 330
Οὗτος *quam vim habeat.* 12

P.

Partes ſunt duplices. 572. *quo ſenſu divina Chriſti natura pars dici queat.* 570
Pater *Chriſti quomodo Deus ipſius dicatur.* 264. *non eſt Filio, qua Deus eſt, excellentior.* 109. *nec diverſam ab eo eſſentiam habet.* ibid. 516. 544. *prærogativa ejus præ Filio & Spiritu Sancto qualis.* 27. 95. 109. *quomodo ſolus à ſeipſo ſit.* 94
Per præpoſitio quid ſignificet. 47
Perſona quid. 527. *definitio ejus, quod ſit ſubſtantia prima intelligens qualis.* 526. 579. *perſona divina quid.* 524. *& ſeqq. quomodo ſubſtantia.* ibid. *infinitæ & finitæ analogia.* 541. *perſona eodem tempore pluribus ita dari poteſt, ut in ſingulis reipſa habitet.* 441 *ea aliquis poteſt obſignari.* 454
Peti ab alio poteſt, quod is ipſe qui petit, præſtare & vult, & poteſt. 200
Prædeſtinationis actus etiam Chriſto competit. 159. 167.
Primogenitus omnium creaturarum cur dicatur Chriſtus. 355
Pronominum demonſtrativorum vis. 5
Propoſitiones exceptivæ & excluſivæ quomodo exponendæ. 17

R.

Rationem in divinis rebus non repudiamus, ſed ſanum ejus uſum admittimus. 502
Baoionis diſtinctio abſurdè oppugnatur ab adverſario. 604
Realiter eadem & diſtincta quot modis ſumatur. 518. *& ſeqq.*
Relationes ſubſtantiales ſunt perſonæ divinæ. 535
Relativa cum demonſtrativis non confundenda. 12
Repeti res eadem à ſacris Scriptoribus quomodo ſoleat. 8
Res, quæ non eſt ſubſtantia, de cælo deſcendere & externa ſpecie adumbrari non ita poteſt, ut de Spiritu S. legitur. 490
Reſuſcitatio Chriſti ex mortuis filiationis ejus ratio non eſt, ſed ſupremæ Deitatis invictum argumentum. 130. 281. *cur toties adſcribatur Patri.* 279

S.

Sacerdos Deus ſummus eſſe poteſt. 277
Sacerdotium Chriſti eſt officium diſtinctum à regio. 337
Sacrarum literarum ſtylus qualis. 361. 391
Sanctificatio Ioh. 10. 33. *quid ſignificet.* 310
Sanctificatio Spiritui Sancto peculiari quadam ratione tribuitur. 437
de Satisfactione Chriſti doctrina nulla parit abſurda, ſed eſt ſanctiſſima & utiliſſima. 343. 637
Scholaſticorum de attributorum divinorum diſcrimine ſententia defenditur. 600
Scrutari de Deo in Scripturis uſurpatum quid ſignificet. 481
Secundum carnem cui opponatur in ſac. lit. 127
Seſſio ad dextram Dei quando contingere debuerit. 221
Solius vox ſimileſque particulæ quam vim habeant. 2. 15. 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Spiritus nomen ſubjec[illegible] *loco poſitum divinam naturam deſignat.* 131

Spiritus Sancti vox quot modis accipiatur. 427. 458. 463. *quid propriè ſignificet.* 430. *eſt internus fidelium advocatus.* 354. *allocutus eſt aliquos tanquam perſona.* 381. *quomodo ſit arrhabo.* 499. *diverſi ſunt cognitionis & donationis ejus gradus.* 433. *eſt cultu divino afficiendus.* 385. *& ſeqq. cur Deo & Chriſto ſæpius non adjungatur, ſed omittatur.* 391. *& ſeqq. eſt Deus ſummus.* 368. *& ſeqq. contraria ſententia ſalutem evertit.* 611. *& ſeqq. cur non toties dicatur Deus in ſacr. literis.* 365. *quomodo ab eo diſtinguatur.* 411. *deſcenſus ejus ſuper Chriſtum qualis.* 485. *& ſeqq. demonſtratio Deitatis ejus quibus nitatur fundamentis.* 367. *ipſemet & effectus ejus donantur.* 424. *& ſeqq.* 435. *ab effectu ſuo quomodo diſtinguatur.* 412. *effuſio ejus quomodo Chriſto tribuatur.* 239. *cur non loquatur à ſeipſo.* 469. *& ſeqq. miſſio ejus qualis.* 468. *partitionem non admittit.* 457. *eſt perſona.* 439. 485. *& ſeqq. cur non apparuerit in perſonæ forma.* 492. *Pater Chriſti non eſt, licet perſona ſit.* 423. *proceſſio ejus qualis.* 465. 595. *& ſeq. differt à generatione filii.* ibid. *quomodo à Filio procedat.* 94. *quomodo ſcrutetur.* 480. *eſt teſtis internus.* 400. *qualis ſit Dei virtus* 411. *eſt unicus & indiviſibilis* 457

Spiritus ſanctificationis eſt divina Chriſti natura. 132

Subjectum in propoſitionibus multiplicatis poteſt eſſe multiplex. 2. *ſenſus axiomatis,* ſubjectis multiplicatis multiplicantur etiam illa quæ ſingulis diſtinctè dicuntur, *quis.* 511

Subſiſtentia divina vim agendi habet. 65. 141. *ſubſiſtentia quot modis ſumatur.* 514. 530. 536. *unius eſſentiæ tres poſſunt eſſe ſubſiſtentiæ.* 534

Subſtantia quot modis ſumatur. 524. *item ſubſtantia prima.* 525. *& ſubſtantia completa.* 526

Suppoſitum quid. 526

T.

TEmplum juxta Scripturam nullius eſt, qui non ſit ſummus Deus. 374

Summus Deus cur à Diabolo tentatus fuerit. 349. *& ſeqq.*

de Toto quomodo aliquid negatur vel affirmatur. 139. 260

Sacroſanctæ Trinitatis dogma rationi non adverſatur. 501. *& ſeqq. tres Deos ſummos minimè introducit.* 507. *diſtinctionem munerum & actionem in perſonis non tollit.* 437. *nec ſeipſum evertit.* 508. *& ſeqq. Patris honorem non minuit ſed aſſerit.* 625. *à rudibus ſalutariter intelligi poteſt.* 27. 500. *in ſacris literis continetur.* 493. *non eſt Sabellianiſmus.* 566. *ab ipſo Moſe ſolenniſſimè inculcatum fuit.* 107. *diligenter examinatum firmius creditur.* 639. *prærogativa inter perſonas qualis.* 27. *ordo agendi qualis.* 38. 52

V.

VEnire à ſeipſo quid. 148

Verum quale attributum. 16

Virtus & Spiritus quomodo copulentur in Scripturis. 413

Vita æterna quomodo conſiſtat in cognitione Patris & Filii. 29. 392. *in ea corpora noſtra geſtabimus.* 335

Vnio duarum naturarum in Chriſto quàm neceſſaria. 589. 637

Vnum & Trinum non ſunt adverſa ſed diverſa. 507

Vocari pro eſſe agnoſcere. 303

Cætera Synopſis, & locorum, capitumque Index facilè ſuggeret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
448 F 42